diſpoſitio quæ aliqua eſt facilius in aliam diſpoſitionem conuerti poteſt, quàm diſpoſitio quæ eſt nulla, in conſil.23. nume.2 fo.32

diſpoſitio negatiua potentior eſt ad excludendum, quàm affirmatiua ad includendum, in conſ.35.nu.30. fo.44

diſpoſitio prohibens donationem ſimpliciter, excludit donationem cauſa mortis.ibid.nu.32 fol.eod.

diſpoſitio generalis & negatiua comprehendit etiam piam cauſam, ibid.nu.41 fol.44

diſpoſitio non conuenit, cui uerba diſponentis non conueniunt in conſ.39.nu.12 fol.48

diſpoſitio quælibet taliter interpretanda eſt, ut nullum uerbũ in ea poſitum ſit ſuperfluum in conſi.50.n.18 fo.61

diſpoſitio quælibet ſecundum ius commune interpretari debet, in conſi.68.nu.8 fol.83

diſpoſitio quælibet interpretanda eſt ſecundum rationabilem intellectum, & ne abſurditas inde ſequatur, ibid.nu.15. fol.84

diſpoſitio quælibet interpretanda eſt, ut non contineat abſurditatem, nec iniquitatem, in conſi.71.nu.28 fo.82

diſpoſitio quælibet interpretanda eſt ſecundum qualitatem perſonæ ad quam uerba referuntur, in conſi.68.nu.9 fol.112

diſpoſitio quælibet eſt interpretanda ne fiat eluſoria, uel ei magna plaga inferatur, in conſi.122.nu.35 fo.146

diſpoſitio quælibet ſumit interpretationem à iure naturali, cùm ſit iuſta huiuſmodi interpretatio, & æqua, in conſi. 136.nu.14.fol.162.& nu.57 fol.164

diſpoſitio quælibet interpretanda eſt, ut non ſit ſuperflua, ſed ut aliquem effectum operetur, in conſi.136.nu.16 fol.162

diſpoſitio exorbitans à regulis iuris communis ſtrictè interpretari debet, in conſi.92.nu.1 fol.116

diſpoſitio etiam ſtrictè interpretanda, loquens de ciue originario, uerificatur in illo qui habetur ut ciuis originarius, in conſ.103.nu.14 fo.126

diſpoſitio prohibitiua præcedens diſpoſitionem ſimplicem, facit ut ſequens diſpoſitio ſub conditione intelligatur, ſi contra prohibitionem factum fuerit, in conſi.52.nu.9. fol.63.& in conſ.61.nu.20 fol.74

diſpoſitio non comprehendit illum cui uerba diſponentis non conueniunt, in conſi.53.nu.8 fol.64

diſpoſitio limitata limitatum parit effectum, in conſ.61.n.11 fo.73

Diſpoſitio vna & eadem duos non poteſt effectus operari, in conſi.65.nu.23 fo.79

diſpoſitio quælibet conſideranda eſt in ſui concluſione, nec uerborum præcedentium habetur conſideratio, in conſ. 71.nu.20 fol.57

diſpoſitio loquens de morte uerificatur in morte ficta, quando idem effectus inſurgit ex morte ficta, qui inſurgit ex morte uera, in conſ.72.nu.34 fol.90

diſpoſitio ex poteſtate & uoluntate ſuſtinetur, in conſil. 80. nu.9 fo.103

diſpoſitio extenditur & limitatur ſecundum metam rationis poſitæ in diſpoſitione, in cõſ.81.n.16. f.104

diſpoſitio Principis emanans cum clauſula non obſtantibus, non intelligitur diſpoſitioni iuratæ derogare, in conſ.84. nu.1 fol.108

diſpoſitio hominis aliquando extenditur, ut etiam mortem ciuilem comprehendat, in conſi. 97. nume. 8 fol.116

diſpoſitio ceſſat, ceſſante cauſa finali, in conſi. 16. nume.29 fol.26

diſpoſitio ceſſat, ceſſante ratione, in conſil.97. nu.22. fol.122

diſpoſitio facta ad beneplacitum alicuius eius morte extinguitur, in conſ.101.nu.4 fol.125

diſpoſitio donec fuerit reuocata facta, morte non extinguitur ſed durat quouſque fuerit reuocata per ſucceſſores, in conſ. 101.nu.6 fol.125

diſpoſitio non dicitur ſuperflua quando in ea aliquid exprimitur implicitè, ſi illud exprimatur explicitè, in conſ.104. nu.24 fol.128

diſpoſitio quando non eſt conſecutiua alterius, tunc quælibet diſpoſitio in qua non eſt permiſſa extenſio comprehendit conſecutiua principalis diſpoſitionis, in conſi.135 nu.36 fol.161

diſpoſitio taxatiua appoſita in diſpoſitione legis nõ excludit hæredem illius de quo facta fuit mentio in diſpoſitione, ſed ſecus in diſpoſitione hominis, in conſi. 136.nu.47. fol.167

diſpoſitio pœnalis nõ alterat naturã diſpoſitionis principalis cui adijcitur pœna, in cõſ.144.n.32. fo.173

diſpoſitio extendens ſeu interpretans aliam, intelligitur ſecundum terminos diſpoſitionis extenſæ ſeu interpretatæ, in conſi. 146.nu.23 fol.176

In diſpoſitione in qua eſt expreſſa ratio includuntur alij caſus, in quibus congruit ipſa ratio, non per extenſionem, ſed per intentionem, in conſ.136.nu.9. fo.162

¶Diſpoſitio teſtatoris in qua dixit lego uni Bononienſi quem Titius elegerit, uiribus non ſubſiſtit, in conſi.11. nume.6 fol.14

diſpoſitio de filio nominatim facta non comprehendit nepotem, in conſi.13.nu.18 fol. 18

diſpoſitio in teſtatore requiritur, in conſi. 17.nume.30 fo.27

diſpoſitio auferens liberam facultatem teſtandi eſt inualida nec iuramento firmatur, in conſi.44. nume.3 fol.52

diſpoſitio teſtatoris loquens de filijs, non includit eos, quos non eſt ueriſimile teſtatorem uoluiſſe includere, in con.48 nu.41 fol.59

diſpoſitio teſtatoris ampliatur propter rationem ab ipſo adiectam, in conſi.58.nu.14 fo.69

diſpoſitio illa, & ipſis & quolibet eorum deficientibus, ſi intelligitur in caſu in quo illi decedunt ſine liberis, an adhuc ſit locus fideicommiſſo, in conſi. 58. nu.21. fol.69

diſpoſitio teſtatoris pro lege ſeruari debet, & taliter eſt interpretanda quòd à ſapiente reprehendi non poſſit, ibidem nu.26 fol.eod.

diſpoſitio teſtatoris concepta de præſenti loquens de filijs, non comprehendit nepotes, in conſi.104.num. 16.fol.128

diſpoſitio teſtatoris loquens de filijs, quæ in eorum perſona ſortita eſt effectum, non extenditur ad nepotes ibid.nu.17 fol.eod.

diſpoſitum quod non eſt à teſtatore, pro omiſſo habetur. in conſ.79.nu.3 fo.101

Diſpo-

Diſpoſitum in vltima voluntate circa filios legitimè natos, cenſetur etiam diſpoſitum in filijs legitimatis, iuxta poteſtatem legitimanti conceſſam, in conſi.160.nu.9 fo.71

Cætera vide infra in ver. Teſtatoris diſpoſitio.

¶ *Diſpoſitio cap. non ſolum. de appella. quomodo procedat. in conſi.142.nu.9 fo.162*

Diſpoſitio c.1. de reſcrip. lib.6. in quibus non procedat, in conſi.38.nu.10 fo.47

Diſpoſitio capitul. quamuis. de pact. libr. 6. quomodo procedat. in conſi.120.nume.1.& 3. fol.140.& nu.36.& 37 fol.141

¶ *Diſpoſitio l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. quomodo procedat, in conſ.94.nu.3 fol.118*

diſpoſitio l. pater filium. §. quindecim. ff. de legat. 3. non habet locum quando probibitio de non alienando eſt per teſtatorem in rem concepta, in conſi.48.nu.18 fo.57

diſpoſitio l. cum auus. ff. de cond. & demonſtr. quomodo procedat, in conſi.129.nu.9 fo.153

diſpoſitio l. ſi quis minor. C. de tranſact. locum non habet, niſi quis dolo contrafecerit contractui, in conſi. 22.nu.11. fol.32

diſpoſitio d. l. ſi quis maior. vt locum habeat, an ſententia declaratoria requiratur. in conſi.49.nu.7 fo.60

diſpoſitio d. l. ſi quis maior. non habet locum contra hæredem tranſgredientis, ibid. nu.11 fo.eo.

diſpoſitio d. l. ſi quis maior, in quibus procedat, in conſi.120. nu.46 fo.142

diſpoſitio l. ſi quando. §. & generaliter, C. de inoff. teſta. quomodo procedat, in d. conſi.120.nu.39 fo.141

diſpoſitio l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. qualiter procedat, in conſi.121.nu.22 fol.143

diſpoſitio l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. habet locum etiam ſi pater filios inſtitutos inuicem ſubſtituerit, in conſi.1.nu.9. fol.1.& in conſi.17.nu.20 fol.27

diſpoſitio d. l. cum acutiſſimi. quomodo procedat, in conſi.129. nu.8 fo.153

diſpoſitio l. ſi vnquam. C. de reuoc. don. vt locum non habeat, quæ requirantur, in conſi.129.nu.3.& 4 fo.152

diſpoſitio d. l. ſi vnquam. locum habet etiam in caſu, in quo certa res donata fuit, & aliquid quod ſit minus dimidia parte bonorum. ibi. nu.5.& 6. fo.eo.

Diſpoſitio d. l. ſi vnquam, an locum habeat in donatione remuneratoria, in conſi.133.nu.1 fo.154

diſpoſitio d. l. ſi vnquam, an procedat ſolum quo ad legitimam ibi. nu.5 fol.158.& nu.14 fo.159

diſpoſitio. §. ceterum, in auc. vt cum de appell. quomodo procedat, in conſi.120.nu.39 fo 141

¶ *Diſpoſitum in cauſa principali complectitur quidquid illam cauſam quocunque modo tangit, in conſi.83.nu.25. fo.107*

diſpoſitum in vno caſu permiſſiuè, in altero cenſetur prohibitum, in conſi.97.nu.20 fo.122

¶ *Diſputare de ſummi Pontificis poteſtate inſtar ſacrilegij eſt, in conſi.78.nu.52 fol.100*

¶ *Diſſimilia ex diſſimilibus rectè non infertur, in conſ.147 nu.3 fol.176*

¶ *Diſtinctio ſeu ſubdiuiſio remedium eſt contrariorum reconciliandorum, in conſi.73.nu.21 fo.92*

¶ *Diuerſificare factum, & non reddere rationem diuerſitatis non ſufficit, in conſi.124.nu.16 fo.148*

¶ *Docens in interdicto vti poſſidetis de antiquiori poſſeſſione ſine titulo obtinet, etiam ſi aduerſarius doceat de poſſeſſione iuniori cum titulo, in conſi.19.nu.4 fo.132*

¶ *Doctrina Barto. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum. in col.2. verſ. prima igitur quæſtio, quomodo procedat, in conſ.128 nu.7 fo.36*

¶ *Doctor dicitur nobilis & in dignitate poſitus, in conſi. 60.nu.40 fol.72*

Doctoris opinio conſuetudine approbata ſequenda eſt, in conſi.66.nu.28 fo.80

Doctorum opiniones vbi ſunt variæ, illi inhærendum eſt, quæ fauet teſtamento, in conſi.121.nu.4 fo.143

Doctores an teneantur ad onera impoſita alijs ciuibus & incolis ciuitatis neceſſitate aliqua vrgente, in conſil. 64.nu. 2. fol.76.& nu.11 fo.77

Doctores de iure communi ſunt immunes ab oneribus perſonalibus & patrimonialibus ibi. nu.2 fo.76

Doctores actu legentes quare ſint magis priuilegiati quàm alij. ibi. nu.15 fo.77

Doctores aduocati quam immunitatem habeant. ibid. nu.16 fo.eod.

Doctores onera ſubire non debentes ſponte collectas ſoluentes, & ſubeuntes, immunitatem amittunt. ibid. nume.20. fo.eod.

Doctoribus actu legentibus conceſſa eſt immunitas ab oneribus, quæ ratione patrimonij imponuntur, in conſi.64. nume.12 fol.77

¶ *Dolus in eſſe ex propoſito, & re ipſa contingens paria ſunt. in conſi.5.nume.33. fo.8.& in conſi.120. nume.22. fo.141*

Dolus abeſſe præſumitur in factis palam, & quomodo intelligatur, in conſi.36.nu.16.& uide ibid. nu.18 fo.45

Dolus & fraus ex coniecturis probatur, in conſi. 92. nu.12. fo.116

Dolus præſumitur in contractu ex enormi læſione excedente dimidium iuſtæ æſtimationis, in conſi.120.nu.23. fo.141

Dolus re ipſa idem operatur reſciſſionem contractus, quod dolus ex propoſito contingens, ibi. nu.25 f.eo.

Dolus quando dicatur committi circa volentem & ſcientem. ibi. nu.28 fo.eod.

Dolus in pacto non gratuito præſumitur ex enormi læſione. ibi. nu.37 fo.eo.

Dolus in quo tutor verſatur delictum dicitur, in conſ.136.nume.11 fo.155

Dolus licet ſit ſubtrahere probationem aduerſario, parare tamen ſibi probationem non eſt illicitum. ibid. nume.58. fo.157

¶ *Dominium in antiquis per famam probatur, in conſi.29. nu 9.& 10 fo.37*

Dominium difficiliter probatur, in conſi.34.nu.9. fo.2.& in conſi.75.nu.26 fo.95

Dominium per inſtrumentum non probatur, in conſi.34.nu.11 fo.42

Dominium non transfertur ex contractu nullo. ibidem nu.20 fo.eod.

Dominium in mutuo transfertur in conſi.61.nu.3 fo.50

Dominium non transfertur ante impletam conditionem, in conſi.49.nu.25 fo.60

Dominium rei traditæ transfertur, non obſtante pendentia conditionis, ibid. nu.26 fo.eod.

Dominium & poſſeſſio rei venditæ tranſit in emptorem, re tradita, & habita fide de pretio, in conſ.75.n.18. fo.95

Dominium vtile acquiritur per preſcriptionem, ibid. nu.23. fol.95

Dominium an probetur per titulum rei traditionem, & poſſeſſionem, ibid. nu.25.& 26 fo.eo.

Dominium directum per contractum cenſualem transfertur, in conſi.90.nu.31 fo.114

Dominium rei legatæ tranſit in legatarium, in conſ. 108. nume.2 fo.131
Dominium rei legatæ ipſo iure transfertur in legatarium à morte teſtatoris, in conſi.119.nu.3 fol.139
Dominium rei locatæ non tranſit in conductorem, in conſi. 108.nu.3 fol.131
Dominium acquiſitum mediante apprehenſione rei potentius eſt, quàm dominium quod acquiritur ex priuilegio, in conſi.119.nu.5 fol.139
¶ *Dominus ab emphyteuta qui ceciderat à iure ſuo, recipiẽs penſionem, uidetur conſentire quòd iure ſuo, non priuetur in conſi.20.nu.16 fo.30*
dominus patiendo inquilinum habitare prædium vrbanum poſt finitam locationem, uidetur locaſſe ſolum pro tempore quo habitauit: ſecus eſt in prædio ruſtico. in conſi.21 nu.6 fo.31
dominus an ceſſantem à ſolutione penſionis, propria auctoritate expellere poſſit, vel ſententia declaratoria requiratur, in conſi.22.nu.1.7.& 8 fol.31
dominus poteſt auctoritate propria tollere quod eo inſcio in ſolo ſuo fuit conſtructum, in conſi.54.nu.1 fo.64
dominus ſoli in dubio præſumitur velle opus remouere, vt ſibi proſit, non vt vicino noceat. ibi.nu.10 fo.65
dominus vnus ex pluribus eiuſdem caſtri delinquens, an poſſit à ſuo collega puniri. in conſi.55.nu.27 fo.66
dominus licet in inſtrumento emphyteuſis ſit appoſita pœna, poteſt emphyteutas non ſoluentes canonem priuare iure ſuo, vel eos propria auctoritate expellere, in conſi.56.nume.10 fo.67
dominus poteſt reuocare alienationem feudi factam per uaſallum, nulla præſcriptione obſtante. in conſi.71.nu.65. fo.88
dominus an præſumatur habere titulum, ſi omni anno ruſticus & illi dedit vnum par caponum, per decem annos, & vltra. in conſi.94.nu.9 fol.118
domino caſtri cum iuriſdictione decedente, pluribus hæredibus relictis, tranſit iuriſdictio in quemlibet inſolidum. in conſ.55.nu.25 fo.66
Reliqua vide ſupra in ver. Diſcordes.
¶ *Donantis aſſertio meritorum, quando inter ipſum & donatarium faciat probationem. in conſi.75.nu.4 fo.96*
¶ *Donata vxori poſt teſtamentum non continentur in legato. in conſi.14.nu.20 fo.21*
¶ *Donatarius qui donatori alimenta non præſtat, an donatione priuari poſſit. in conſi.76.nu.21 fo.96*
¶ *Donatio per virum vxori, conſtante matrimonio cum iuramento facta, retractari non poteſt. in conſil.11.nu.29. fo.15*
donatio inter virum & vxorem pietatis gratia valet. in conſi.35.nu.20.fo.43.& nu.43. fol.44
donatio inter virum & vxorem, vt confirmetur, oportet dantem eſſe maritum, tempore quo donatio eſt confirmanda. in conſi.77.nu.16 fo.98
Donatio inter virum & vxorem permittitur quando fit in recompenſationem. in conſi.31.nu.5 fol.104
donatione facta inter virum & vxorem, ſi ambo ſeparatim decedunt, & quis primò moritur non appareat, quis probare debeat de morte primi decedentis. in conſi.46.nu.6 fol.54
donatio à ſponſo ſponſæ, abſolutis poſtea ſponſalibus, pro dimidia parte ſponſæ remanet, ratione oſculi. in conſi.81.nume.2 fol.103
donatio cauſa mortis pœnitentia reuocari poteſt. in conſi.11 nu.16 fol.14
donatio cauſa mortis facta cum promiſſione de non contrauenienda, reuocari non poteſt. in conſi.11.nume.27 fo.15
donatio cauſa mortis in multis æquiparatur vltimæ voluntati. in conſi.13.nu.11 fo.18
donatio cauſa mortis facta pro ſe, & hæredibus ſuis, eſt donatio inter viuos. in conſi.90.nu.30 fol.115
donatio facta per patrem filio in poteſtate, iuramento firmata, reuocari non poteſt, in conſi.11.nu.18 fo.15
donatio facta per patrem filijs in poteſtate, poteſt tacitè vel expreſsè reuocari. in conſi.32.nu.14.& 27 fo.40
donatio partis dimidiæ bonorum emphyteuticorum facta à fratre fratri, ſine conſenſu directi domini, valet. in conſil. 44.nu.9 fo.53
donatio iuris acquirendi, non requirit inſinuationem. ibi.nu.10 fo.eo.
donatio ob merita præcedentia an valeat. in conſi.81.nu.4. fo.114
donatio ob merita, non eſt vera & propria donatio. in conſil. 76.nu.7 fo.96
donatio carens ſolennitatibus à ſtatuto requiſitis iuramento firmata, an valeat, ibi.nu.8.& 11 fo.eo.
donatio excedens ſummam quingentorum aureorum, eſt ipſo iure nulla, ſed iuramento firmata ualet. ibidem. nume.9. fo.eo.
donatio quare omiſſa inſinuatione eſt nulla ibidem. nume.15. fo.eo.
donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, an ſaltem valeat, reſpectu bonorum præſentium. ibid. nume.26. fol.97
donatio facta per Legatum Bononiæ de bonis confiſcatis cameræ dictæ ciuitatis, an viribus ſubſiſtat. in conſi. 78.nu. 1.fo.99.& nu.47 fo.100
donatio contractus dicitur. ibi.nu.5 fo.99
donatio facta fratri cum expreſſione meritorum, an reuocari poſſit natiuitate filij poſtea ſuſcepti, meritis aliter non probatis, in conſi.129.nu.1. & 4. fo.153
donatio facta per patrem natiuitate filij reuocata, morte ipſius filij, viuente patre donatore, reuiuiſcere non poteſt, in conſi.143.nu.10 fol.169
donationem non eſſe factam communi, quomodo appareat. in conſi.86.nu.14 fo.110
donator, qui poſt mortem filij, cuius natiuitate extincta eſt donatio, ſi ſuperuixit longo tempore, & voluntatem ſuam non mutauit, & demum deceſſit, præſumitur uoluiſſe donationem eſſe validam. in conſi.66.nu.22 fo.80
¶ *Dos quando propriè & impropriè dicatur. in conſi.35.nume.16 fo.43*
Dos conſtante matrimonio mulieri ſolui non poteſt, nec uonari. in conſi.74.nu.6.& 7 fo.93
dos mulieri ex cauſa honeſta, & probabili, conſtante matrimonio ſolui non poteſt. ibi.nu.8.& 14. fo.eo.
dos ſine matrimonio eſſe non poteſt. in conſil. 77. numero 2. fo.97
dos eſt proprium patrimonium filiæ. in conſi.95.nu.3.& 6. fol.119
dos reſtituitur patri niſi in caſibus in quibus per conſolidationem actio eſſet effecta mulieris. ibid.nu.8 fo.eo.
dos minor legitima eſſe non debet, & per generalem renuntiationem hæreditatis, filia ab ipſius petitione non excluditur, in conſi.120.nu.44 fo.142
dos an denegari debeat filiæ indigno nubenti, in conſil. 125. nu.12.& 14 fo.152
dotis reſtitutio quãdo vxori per hæredes mariti fieri debeat, in conſi.126.nu.3 fo.34

Dotis congruæ qualitas debet eſſe tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, in conſi.120.nu.45. fol.142

Dotis cauſa dilationem non recipit. in conſil.138. nume.10 fol.165

Cætera uide infra in ver. Nouatio.

Dotans aut ædificans eccleſiam, maiorem impenſam, & ſumptus facit, quàm aſſignans fundum in quo eccleſia cõſtructa eſt. in conſi.136.nu.15 fol.162

¶ *Dubium quando eſt, an iuriſdictio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum, an ad ſecularem, maior præfertur, in conſi.38. nume.8 fol.47*

¶ *Duæ ſemiplenæ probationes in ciuilibus, inducunt plenã probationem. in conſi.29.nu.14 fo.37*

Duæ imperfectæ probationes ſimul iunctæ vnam plenam probationem faciunt. in conſi.34.nu.6 fol.42

Duæ ſemiplenæ probationes coniungi poſſunt, & debent ad perficiendum vnam perfectam probationem, ne dum in ciuilibus ſed etiam in criminalibus, in conſi.131.num.40 fol.156

Duo quoties æquiparantur, qui excluditur per vnum excluditur per alterum. in conſi.32.nu.37 fol.41

Duo impedimenta quando adſunt, licet vnum tollatur, aliud tamen remanet. in conſi.38.nu.4 fo.47

Duo quando adæquata ſunt, quod diſponitur in vno ex eis & in altero procedit. in conſi.47.nu.8 fol.55

Duo non poſſunt eiuſdem rei inſolidum eſſe domini, in conſil.55.nu.8.fo.65. Quod intellige ut ibi.nu.26 fol.66

Duo ſi probant ſe pariter poſſidere, & vnius titulus eſt antiquior titulo alterius, etiam eius poſſeſſio præſumitur antiquior. in conſi.109.nu.2 fol.132

Duo non poſſunt inſolidum poſſidere verè & legitimè. in conſi.109.nu.9 fol.132

Duo teſtes faciunt plenam, & perfectam probationem, & vnus ſemiplenam. in conſi.131.nu.36.& 38. fol.156

Duo teſtes ſufficiunt regulariter in vniuſcuiuſque actus probatione. ibid.nu.37 fol.eo.

Duobus teſtibus deponentibus de metu magis creditur, quàm mille deponentibus de libera voluntate. in conſi.106.nume.27 fol.130

Duo imperfecta ſimul coniunguntur, ita quod unum totum, & integrale perficitur. in conſi.131.nu.41. fol.156

Duo imperfecta ſimul iuncta, non inducunt diſpoſitionem, in conſi.143.nu.37 fol.170

Duorum impedimẽtorum vno ſublato, alterum ſublatum nõ cenſetur, in conſi.71.nu.3 fol.73

Duobus remedijs datis vno ſublato, non infertur remotio alterius, in conſi.61.nu.2 fo.73

E

Eccleſia præſumitur conſtructa à parochianis illius loci in quo conſtructa reperitur, & illi patroni cenſentur. in conſi.42.nu.13.fol.51.& in conſil.46.nu.2 fol.54

Eccleſia iure communi vtitur, niſi priuilegiata reperiatur, in conſi.94.nu.5 fol.118

Eccleſia ſuccedens priuato, vtitur iure priuati in præſcriptionibus. in conſi.119.nu.12 fol.140

Eccleſia vniri poteſt abſque conſenſu rectoris. in conſi.147. nume.14 fol.177

Eccleſiæ propter multa priuilegia eis conceſſa, non debent cõprehendi in diſpoſitione de eis ſpecificè non loquente, in conſi.94.nu.4 fol.118

¶ *Edictum emanans à capitulo, dicitur citatio, habens uim ſententiæ interlocutoriæ. in conſi.140.nu.7 fol.167*

¶ *Electio quando dicatur fieri nomine alieno. in conſil. 11 num.33 fol.15*

Electio inualida non impedit aliam poſſe fieri electionem. in conſi.82.nu.9 fo.105

Electione ſemel facta ex conceſſione à lege delata, non permittitur variatio. in conſi.11.nu.21 fol.14

¶ *Elegiſſe viam nemo præſumitur, per quam iudicium ſuum impugnari poſſit. in conſi.121.nu.7 fol.143*

Eligendi facultas ſi datur rectori, & uniuerſitati ſcholarium tantam poteſtatem habet rector, quantum vniuerſitas. in conſi.32.nu.22.fol.40.& in conſi.126.nu.13. fo.150

Eligendi facultas, an ſit hæredi conceſſa pluries per teſtatorem, qui in teſtamento dixit, quòd eius hæres eligat aliquem uel aliquos, & quotcunque ſint, qui reſiduum ſuorũ bonorum habeat. in conſi.11.nu.38. fol.15

¶ *Emancipatio præſumitur facta in fraudem uenientium ab inteſtato ſi pater emancipauit filiam, tempore quo laborabat peſtifera infirmitate, & filia condito teſtamento, in quo patrem hæredem inſtituit mortua eſt. in conſi.92.nume.14 fo.116*

¶ *Emens bona fide rem alienari prohibitam, facit fructus ſuos, nec eos conſumptos reſtituere tenetur eccleſiæ, vel pupillo, in conſi.11.nu.44 fol.15*

Emens illud quod nõ extat, ſed futurum eſt, ut fructus ad mẽſuram, pro ea tantum parte quæ naſcitur pretium ſoluere tenetur. in conſi.12.nu.6. fol.17

Emens rem communem pro indiuiſo, videtur ſocietatem contrahere, in conſi.15.nu.2 fol.23

Emens rem alienam, non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis, cõtra iura emiſſe dicitur, & eſſe in mala fide. in conſi.47.nume.13.& 19 fol.55

Emens ſcienter rem alienam, præſumitur in mala fide, & ei imputatur. in conſi.49.nu.21 fol.60

Emere aliud eſt, & aliud promiſſio de uendendo, in conſi.12 nume.8. fo.17

Emptione perfecta, rei periculum ſpectat ad emptorem, in cõſi.12.nu.7 fo.17

Emptione euentu reſoluta, ipſo iure dominium in uenditorẽ non transfertur, quod ex contractu, uel traditione in emptorem tranſtulerat, in conſi.75.nu.20 fo.95

Emptor ante lapſum termini ſibi dati ad ſoluẽdum, nõ poteſt dici quòd teneatur ad intereſſe, niſi aliter conuentum ſit. in conſi.72.nu.16 fo.90

Emptor, cui tradita eſt res, non ſoluens, immediate fit moroſus, & mora re ipſa parte ſui contrahitur. ibidem.nu.29. fol.eo.

Emptor licet non ſoluat pretium rei emptæ, intra terminum conuentionalem, poſſeſſio a uenditore ſemel tranſlata, non annullatur, in conſi.75.nu.19 fo.95

Emptor hæreditatis non cogitur inuitus, reſpondere creditoribus. nec iudicium ſubire contra eum intentatum per hæreditarios creditores, ibi.nu.32 fol.95

Emptori hæreditatis omne commodum, & incommodum ſpectat. ibi.nu.31 fol.95

Emptores officij, an repetere poſſint ſalaria, & commoda ab officialibus iam percepta. in conſi.30.nu.1 fol.37

¶ *Emphyteuſis antiqua renouata, cenſetur renouata ſecundum naturam antiquæ inueſtituræ, in conſi.18.nu.1 fo.28*

Emphyteuſis propter canonem non ſolutum, an ipſo iure perdatur, uel requiratur ſententia declaratoria. in conſi.22. nu.8 fol.13

Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, ſuiſq; hæredibus, an tranſeat ad hæredes extraneos. in conſ.146.nu.1.2.& 9.fol.175.& nu.19 fo.176

Emphyteuſis conceſſa uſque ad tertiam generationem., uel ad certum tempus finita in perſona unius, renouata uidetur in perſona alterius, qui ad dictam emphyteuſim uocatur. ibi. nu. 24 fo.176
Emphyteuſim accipiens pro ſe, & illis de domo ſua, tanquàm primo nominatus, donec viuit, alijs præfertur, quo mortuo, alij ſucceſſiuo ordine admittuntur, in conſi. 32. nu. 32 fol. 40
Emphyteuſim accipiens uidetur velle ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti, & nominatos in inueſtitura, vocare ordine ſucceſſiuo. in conſi. 113. nu. 6 fo.135
Emphyteuſi conceſſa pro ſe & liberis, ſeu deſcendentibus, ad mittuntur etiam fœminæ, in conſi. 3. nu. 25 fol.6
Emphyteuſi alicui conceſſa pro ſe & liberis ſuis deſcendentibus ex linea maſculina, non comprehenditur filia fœmina. in conſi. 16. nu. 24 fol.25
Emphyteuſi conceſſa tibi & Titio, & cuilibet veſtrum inſolidum, virtute dictionis inſolidum, locum habet ius accreſcendi etiam poſt ius quæſitum. in conſi. 32. nu. 17 fo.39
¶ Emphyteuta tenetur ad ſolutionem canonis pro domo emphyteutica, quæ caſmate periȳt. in conſi. 12. nu. 4 fo.17
Emphyteuta alienans, non cadit, niſi domino volente. in conſi. 20. nu. 15 fo.30
Emphyteuta fiſci, vel reipublicę alienare poteſt quocunque titulo abſque alia requiſitione. ibi. nu. 17 fo.eo.
Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis ipſo iure priuatur, in conſi. 22. nu. 3 fo.31
Emphyteuta quando propria authoritate domini expellatur. ibi. nu. 7 fo.eo.
Emphyteuta incontinenti redimens rem emphyteuticam, quam alienauit, à caducitate excuſatur. in conſi. 31. nu. 10 fo.38
Emphyteuta ceſſans à ſolutione canonis ipſo iure priuatur, & expelli poteſt, non præcedente ſententia, in conſil. 49. nu. 9 fo.60
Emphyteuta, qui elapſo triennio, canonem non ſoluit, eſt ipſo iure priuatus. in conſi. 56. nu. 5 fo.66
Emphyteuta non priuatur iure emphyteutico ex alienatione inualida rei emphyteuticæ, facta ſine conſenſu directi domini. in conſi. 90. nu. 14 fo.114
Emphyteuta incidens arbores grandes in prædio emphyteutico, an cadat à iure ſuo. in conſi. 115. nu. 1. fo.137
Emphyteuta, & vſusfructuarius per omnia æquiparantur quo ad vſum rei. ibi. nu. 4 fo.eo.
Emphyteuta incidens arbores frugiferas, & alias earum loco ſubrogans, à iure ſuo expelli non poteſt. ibid. nume. 8. fo.eo.
Emphyteutæ non licet fructiferas arbores incidere, & ſi illas incidit, à ſuo iure cadit. ibi. nu. 2 fo.eo.
Emphyteutæ hæres, non ſoluens canonem tempore ſtatuto, an cadat ſuo iure. ibi. nu. 9 fo.eo.
Emphyteutæ hæredes non ſoluentes canonem, iuſta ignorantia, iure ſuo non priuantur, ibi. nu. 10 fo.eo.
¶ Non entis nullæ ſunt cauſæ, in conſi. 112. nu. 19 fo.134
¶ Enormis læſio vbi præſumitur vel reducitur in renuntiatione hæreditatis, an iuramentum aliquid operetur. in cõſi. 120. nu. 26 fo.140
¶ Epiſcopus probare debet, quòd bona prælati defuncti ab eius hæredibus poſſeſſa, ſint ex redditibus eccleſiæ acquiſita. in conſi. 46. nu. 5 fo.54
Epiſcopus qui conceſſit Vicario facultatem expediendi omnia quæ ipſe expedire poteſt, excepta collatione beneficiorum, non cenſetur tradidiſſe facultatem expediendi alios actus, ſpeciale mandatum requirentes. in conſil. 71. nume. 72 fo.88
Epiſcopus qui intuitu gratię ſibi conceſſę à Papa, nominauit vnum in beneficio, etiam re integra variare non poteſt. in conſi. 82. nu. 5 fo.105
Epiſcopus habens priuilegium teſtandi in bonis ſuis, teſtari poteſt etiam de bonis intuitu eccleſię acquiſitis. in conſi. 135. nu. 21 fol.162
Epiſcopus teſtari poteſt de bonis proprijs de iure communi. ibi. nu. 22 fo.163
Epiſcopi conſenſus eſt neceſſarius ad conſtructionem eccleſię, ad hoc, vt ius patronatus acquiratur, in conſi. 42. n. 10. fo.51
Epiſcopi conſenſus requiritur in acquiſitione iuris patronatus. in conſ. 46. nu. 11 fo.54
Epiſcopi, nec alij clerici exiſtentes in dignitate, non veniunt clericorum appellatione, in materia odioſa. in conſi. 50. nu. 9 fo.61
¶ Errari pernicioſè ſolet ex nimia ſubtilitate. in conſil. 48. nu. 8 fo.57
Error iuris non impedit fructuum acquiſitionem, in conſi. 11. nu. 45 fo.15
Error iuris maximè intricati, excuſat à pęna. in conſi. 22. nume. 14 fo.32
Error iuris propter opinionum varietatem probabilis eſt. ibi. nu. 16 fo.eo.
Error iuris cauſat bonam fidem, & dolum excludit, in conſ. 24. nu. 12 fo.33
Error iuris, vel facti iuſtificat poſſeſſionem quo ad bonam fidem, & quo ad fructus lucrandos. in conſil. 82. nume. 22 fo.105
Error iuris non nocet in damno euitando. in conſi. 95. nu. 19 fo.119
Error iuris, vt inducat fructuum acquiſitionem, quid requiratur. in conſi. 127. nu. 24 fo.151
Error iuſtus cauſat fructuum acquiſitionem. ibi. nu. 21. f. eo.
¶ Et, copula, inter diuerſa ponitur. in conſi. 3. nu. 4. fo.4
Cætera vide ſupra in ver. Copula.
¶ Euentus conditionis, debitorem in mora non conſtituit, in conſ. 46. nu. 17 fo.54
¶ Euidentiſſimè conſtare dicitur, quod per publicum inſtrumentum conſtat. in conſi. 137. nu. 8 fo.164
¶ Exceptio temporalis multum differt, & in quo ab exceptione perpetua. in conſi. 14. nu. 23 fo.21
Exceptio depellens actorem, obſtat & eius ſucceſſori. in conſi. 20. nu. 4 fol.30
Exceptio reſpiciens factum ſuperioris, non poteſt allegari ad irritationem actus ſuper iure tertij. in conſi. 30. nume. 11. fo.38
Exceptio concernens ius tertij, an & quando opponi poſſit, in conſi. 34. nu. 21 fol.42
Exceptio proprietatis opponi poteſt contra agentem, remedio canonis reintegranda, quando poſſeſſio reperitur uacans, & alius eam accipit. in conſi. 47. nu. 24 fo.56
Exceptio notoria dominij, an poſſit opponi agenti poſſeſſorio. ibid. nu. 30 fo.eo.
Exceptio nullitatis contra literam cambij opponi poteſt. in conſi. 51. nu. 1 fo.62
Exceptio ſimulationis, an poſſit opponi contra literam cambij. in conſi. 51. nu. 2 fo.62
Exceptio ſimulationis reddit contractum nullum, cum deficiat conſenſus. in conſi. 51. nu. 5 fo.62
Exceptio odioſa ad alias perſonas non extenditur. in conſ. 51. nu. 12 fo.62
Exceptio pariformiter reſpiciens duos, debet pariter in vnaquo-

quoque determinare, in conſ. 51. nu. 13 fo. 62

Exceptio debet eſſe de contentis ſub regula. in conſi. 71. nume. 11 fo. 87

Exceptio præſcriptionis contra literas cambij hebræorum, eadem ratione permittitur, ſicut exceptio ſolutionis. in conſ. 71. nu. 37 fo. 87

Exceptio præſcriptionis non dicitur exceptio. ibid. num. 54. fo. 88

Exceptio poſita in priuilegio, tendens ad diminuendum, non debet operari augmentum ipſius priuilegij. in conſi. 71. nume. 71 fo. 88

Exceptio firmat regulas in caſibus non exceptis. in conſ. 103. nu. 2 fol. 126

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, non tamen illam ampliat, vt ſub ea comprehendantur quæ aliâs non fuiſſent comprehenſa. in conſi. 136. nu. 3 f. 162

Exceptio periurij eſt exceptio litis finitæ, impediens litis ingreſſum. in conſi. 106. nu. 2 fo. 129

Exceptio excuſſionis, an obſtet mulieri agenti ad dotis reſtitutionem conſtante matrimonio, in conſi. 107. nu. 8. f. 131

Exceptio excuſſionis opponi non poteſt poſt litem conteſtatam. ibi. nu. 11 fo. eo.

Exceptio ſolennitatis non ſeruatæ, an admittatur contra emptorem prædij eccleſiæ à prælato alienante, ſine debita ſolennitate, agentem rei vendicatione contra tertium poſſidentem ipſum fundum. in conſi. 119. nu. 11 fo. 141

Exceptio non debet dici bona, quę non excepta, non includeretur ſub regula, & ſub ea excluſis & conceſſis, in conſi. 136. nu. 27 fo. 163

Exceptio quæ fit à regula, firmat eam in caſibus non exceptis. ibi. nu. 35 fo. eo.

Exceptio inutilis, & nullum effectum operans, ampliat regulam, ut ſub ea contineantur, quæ aliâs non fuiſſent contenta, ibi. nu. 41 fol. 163

Exceptionis non oppoſitæ in iudicio non eſt quærendum, nec iudex ſupplere poteſt. in conſi. 83. nu. 7 fo. 106

Exceptiones latiorem indaginem requirentes, in executiuis non admittuntur, in conſi. 139. nu. 11 fo. 166

Excipi de iure tertij non poteſt, ubicunque poſſeſſorio agitur, in conſi. 119. nu. 10 fo. 139

¶ Excludi ab alijs non debent, qui à teſtatore non excluduntur, in conſi. 1. nu. 12 fo. 2

¶ Excommunicatio, & interdictum à iure æquiparantur. in conſi. 59. nu. 3 fo. 70

Excommunicationis cauſa, licet ſublata ſit, vt illa tollatur, neceſſaria eſt abſolutio, & in hoc excommunicatio differt ab interdicto. ibi. nu. 10 fo. 70

Excommunicationis abſolutio facta ab illo qui facultatem abſoluendi non habet, pro infecta habetur. ibid. nume. 12 fo. eo.

Excommunicationis timor cenſetur iuſtus, & excuſat debitorem à mora. in conſi. 31. nu. 1 fo. 38

Excommunicatus ſemel. ſemper ita præſumitur, niſi probet ſe abſolutum legitimè. in conſi. 59. nu. 6 fo. 70

Excommunicatus à iudicio repellitur ipſo iure, & etiam ab ijs, quæ ſunt præambula iudicij, ibi. nu. 9 fo. eo.

Excommunicatus ab excommunicante tantum abſolui poteſt, vel ab eius ſucceſſore, aut ſuperiore. ibid. nume. 14. fo. eod.

Excommunicatum quem fuiſſe ante electionem, probare ſufficit, licet non probetur præcisè quod ipſe eſſet excommunicatus tempore electionis de eo factę. ibi. nu. 7 fo. 70

¶ Executio. Vbi agitur de executione facienda contra alium, tunc noua eſt inchoatio litis propter perſonæ mutationem. in conſ. 19. nu. 10 fo. 29

Executio ſententiæ fieri non poteſt appellatione pendente. in conſi. 124. nu. 8 fo. 148

Executor beneficialis non poteſt exequi literas apoſtolicas. niſi citato poſſeſſore. in conſi. 24. nu. 6 fo. 33

Executor an poſſit immittere in poſſeſſionem poſſeſſore non citato beneficij, in conſi. 69. nu. 3 fo. 84

Executor ad faciendam gratiam, non poteſt ad collationem beneficij procedere parte non citata. in conſi. 124. nu. 3. fo. 147

In executiuis an ſit dare inſtantiam. in conſi. 107. nume. 13 fo. 131

¶ Excluſus per exiſtentiam filij militis, à ſucceſſione caſtri perpetuo remanet excluſus, licet filius militis ſine liberis decedat. in conſi. 113. nu. 4 f. 135

¶ Exemplum non reſtringit regulam. in conſi. 136. nume. 12 fo. 162

Exempla licet regulam non reſtringant, eam tamen declarant, ita quòd regula non habet locum in alijs caſibus, habentibus diſſimilem rationem. in conſi. 133. nu. 9. fo. 159

Exemplorum propoſitio non extinguit mentem diſponentis, in conſi. 16. nu. 14 fo. 25

¶ Exercitium actionis ad dotem conſequendam quando ſoli patri competat. in conſi. 95. nu. 10 fo. 119

¶ Exhæredatio filij, ſeu filiæ, non trahitur ad nepotem, ſeu neptem ex eis. in conſi. 17. nu. 15 fo. 27

¶ Exigere non debemus, quòd ſtatutum non exigit. in conſi. 72. nu. 28 fo. 90

¶ Exiſtentes in gradu remotiori, quòd ſint potiores exiſtentibus in gradu propinquiori, reputatur abſurdum. in conſ. 16. nu. 32 fo. 26

¶ Exititij terrarum, non tenentur comparere in loco, vnde ſunt exititij, neque per earum territoria ambulare. in conſi. 90. nu. 19 fol. 114

¶ Exitus acta probat. in conſi. 132. nu. 6 fo. 158

¶ Experientia eſt rerum magiſtra. in conſi. 67. nu. 31. fo. 82 & in conſi. 136. nu. 38 fo. 163

¶ Expreſſio eorum quæ tacitè inſunt nihil operatur. in conſi. 27. nu. 6 fo. 36

Expreſſio falſæ cauſæ in legitimatione ipſam vitiat, in conſi. 60. nu. 17 fo. 72

Expreſſio eorum quæ intelliguntur, nullum debet operari, in conſi. 68. nu. 14 f. 84

Expreſſio falſæ cauſæ in reſcripto non tribuit iuriſdictionem. in conſi. 130. nu. 6 fo. 154

Expreſſum & tacitum à pari procedunt, in conſi. 64. nu. 7. fo. 76. & in conſi. 137. nu. 12 fo. 165

¶ Extēſio in materia priuatiua, ſeu excluſiua, fit ex ſimilitudine, vel maioritate rationis. in conſi. 1. nu. 51 fo. 3

Extenſio non eſt, vbi eſt eadem ratio, in conſi. 16. nume. 12 fo. 25

Extenſio permiſſa eſt in correctorijs, quando expreſſa eſt eadem ratio in ſtatuto. in conſi. 51. nu. 8 fo. 62

Extenſio in exorbitantibus fit de caſu ad caſum, ex ſimilitudine rationis. in conſi. 92. nu. 16 fo. 116

Extenſio in pœnalibus non admittitur. in cōſ. 112. n. 14. f. 134

Extenſio permiſſa eſt ad caſum non expreſſum, in quo militat eadem ratio, licet diſpoſitio ſit correctoria. in conſil. 118. nu. 3 fo. 138

Extenſio permittitur in limitatis & exorbitantibus. in conſi. 135. nu. 3 fo. 160

Extenſio, ſeu declaratio eſt intelligenda in ijs caſibus, de quibus lex extenſa loquitur, ſeu interpretatur. ibid. num. 21. fo. eo.

Extenſio

Extenſio de caſu ad caſum ex rationis identitate ex qualibet materia permittitur.ibi.nu.35 fo.161

Extenſio in materia correctoria an ſit permiſſa,& in materia exorbitanti,& pœnali.ibi.nu.35.& 36 fo.eo.

Extenſio de caſu ad caſum ex rationis ſimilitudine permittitur in ijs quæ excipiuntur à regula.in conſi.136.nume.6 fo.162

Extenſio in diſpoſitione hominis , non fit de caſu ad caſum, ex rationis ſimilitudine,aut maioritate . ibid. nume.44. fo.163

¶ Extinɛto iure dantis,extinguitur ius accipientis, in conſi.18.nu.13 fo.129

¶ Extraneus dans dotem mulieri,qui ſtipulatur eam reddi ſimpliciter,uidetur ſtipulatus ſibi,& non alteri,dotem reſtituendam eſſe.in conſi.85.nu.16 fo.109

Extraneus ſimpliciter dotans mulierem,ſi ſimpliciter ſtipulatur dotem reſtitui,cui de iure debebitur, ei quæritur actio,cui ratio iuris permittit.in conſ.95.nu.9 fo.119

Extranei non admittuntur ad feudum alicui conceſſum pro ſe,& quibuſcunque hæredibus,in conſi.104.nu.18.f.128

Extranei legatarij,& qui regulariter in feudis non ſuccedunt,admittuntur ad feudum conceſſum pro ſe & quibuſcunque hæredibus.in conſi.71.nu.6 fo.86

F

Facienti aliquid ex neceſſitate,magis ſubuenitur quàm facienti ex propria voluntate.in conſil.6.nume.12. fo.10

Qui non facit quod debet,non recipit id quod oportet,in conſi.72.nu.13 fo.89

¶ Facilius aliquid declaratur,quàm de nouo conſtituatur, in conſi.131.nu.64 fo.157

¶ Facultas conceſſa per teſtatorem vxori ſuæ eligendi ſucceſſorem in bonis ipſius teſtatoris an valeat , & an per ſecundam electionem derogetur primæ.in conſ.11. nu. 1. & 12 fo.14

Facultas eligendi competens ex perſona alterius , facilius expirat,quàm competens ex perſona propria, ibi.nu.32 fo.15

Facultas eligendi an ſit hæredi conceſſa pluries,per teſtatorem,qui in teſtamento dixit , quòd eius hæres eligat aliquem,vel aliquos,& quotcunque ſint qui reſiduum ſuorum bonorum habeant.ibi.nu.38 fo.eo.

Facultas capiendi poſſeſſionem propria authoritate alicui competens etiam cauſam habentibus ab eo competit , in conſi.47.nu.28 fo.56

Facultas diſponendi cum conſenſu alterius, vbi datur in aliqua diſpoſitione,non intelligitur de actu teſtandi.in conſi.108.nu.12 fo.132

Facultas eligendi ſi datur rectori,& vniuerſitati ſcholariũ, tantam poteſtatem habet Rector, quantum vniuerſitas. in conſi.26.nu.22.fo.40.& in conſi.126.nu.13.fo.150

¶ Factum patris filijs obeſſe non poteſt in ijs , quæ aliunde obueniunt,quàm à patre.in conſi.18.nu.10 fo.29

Factum antiquum quando dicatur,in conſi.29.nu.12.fo.37

Factum ſuperiorum pro caſu fortuito reputatur,in conſ.30. nu.2 fo.37

Factum quid præſumitur eo nomine quo iuſſus præceſſit , in conſi.57.nu.6 fo.68

Factum in fraudem legis,alicui prodeſſe non debet, in conſi. 86.nu.7 fo.110

Facti proprij non eſt probabilis ignorantia,in conſi.97.n.21 fo.122

In factis contra legem ſi non valet quod fit intra , nec valet quod fit vltra.in conſi.76.nu.27 fo.97

¶ Falſitas ex qua non eſt immutata ſubſtantia veritatis, non eſt in conſideratione.in conſi.36.nu.25 fo.45

Falſitas reſpiciens teſtamentum,reſpicit etiam codicillos,& omnia contenta in teſtamento,in conſ.121.n.41.fo.144.

Falſitatis ſuſpicio non ceſſat quando in teſtamento minus ſolenni filius conſequitur,quod ab inteſtato non erat habiturus,& filius tale quid ſibi aſcribens,in pœnam falſi incidit.ibi.nu.21 fo.143

Falſitatis ſpeciem habet,quòd multum à vero ſimile diſtat. in conſi.34.nu.3 fol.41

Falſitatis imago quædam eſt,non veriſimile,in conſi. 40.nume.18 fo.49

Falſum non dicitur,quòd primordio veritatis innatur.in conſi.24.nu.9 f.33.

¶ Fama in factis non antiquis iuncta cum ſolutione penſionis.inducit plenam probationem.in conſil.29.nume.13. fo.37

Fama an faciat indicium ſufficiens ad torturam.in conſi.33. nu.1.2.& 7 fo.41

Fama quæ ſit vehemens,relinquitur arbitrio iudicis,in conſ. 33.nu.3 fo.41

Fama bona eſt theſaurus hominis ineſtimabilis, & iucundus,& ſicut lilium dans ſuauitatem odoris,ibid.nume.11 fo.eo.

Famę cuius parcitur,multò magis eius vitæ parcendum eſt. in conſi.90.nu.18 fo.114

¶ Familiæ dignitas non ſeruatur per ſororem,licet ſit agnata.in conſi.16.nu.11 fo.25

Familiæ dignitas per maſculos conſeruatur , non autem per fęminas.in conſi.48.nu.39 fo.59

Familiæ appellatione non veniunt fœminæ ex preſumpta uoluntate teſtatoris.ibi.nu.49 fol.eo.

¶ Familiaritas,& diuturna cohabitatio,auget affinitatis affectum,in conſi.3.nu.23 fol.5

Familiaritas præcedens non obeſt teſtimonio:quia in teſte inſpicitur tempus quo profert teſtimonium.in conſi.36.nume.23 fol.45

¶ Famulus & ancilla,poſſunt pro olim domino teſtificari , quando non ſunt amplius in eorum ſeruitio, in conſi.131. nu.56 fo.157

Famulus expulſus poſt litem motam,pro domino poteſt teſtificari.ibi.nu.57 fol.eod.

¶ Fatuitas potius præſumitur in contrahente quàm donatio in conſi.95.nu.18 fo.119

¶ Fauor.Quæ in alterius fauorem introducta ſunt , in eius odium interpretari non debent,in conſi.67.nu.47. fo.83

¶ Ferro uiam aperit,qui per contraria tranſit.in conſ.136 nu.1 fo.162

¶ Feudatarius.Vide infra in verbo Vaſallus.

¶ Feudum renouatum intelligitur ſecundum tenorem primæ inueſtituræ,in conſi.18.nu.2 fo.28

Feudum an ſit nouum,vel antiquuum, preſumitur pro poſſeſſore.in conſi.46.nu.8 fo.64

Feudum dicitur contractus,in conſi.78.nu.2 fo.99

Feudum magis participat de gratia,quàm de contractu, ibi. nu.3 fo.eo.

feudum propter ſeruitium conceditur.ibi.nu.4 fo.eod.

feudum maſculo mortuo,reuertitur ad dominum amota fęmina,quæ ſemel per maſculum fuit excluſa.in conſi. 113.nume.3 fo.135

feudum conceſſum pro ſe,& quibuſcunque hæredibus,tranſit in fideicommiſſarium facta reſtitutione , & in eo etiam ſuccedunt hæredes extranei,in conſi.136.nume.51 fo.164

Feudum comitatus dicitur eſſe dignitas regalis, in conſi.55.nu.2 fol.65
Feudi comitatus, & eius iuriſdictionis uera diuiſio fieri poteſt. in conſi.55.nu.21 fol.66
Feudi natura quę ſit. in conſi.78.nu.12 fol.99
Feuda habentia dignitatem annexam, ut ſunt ducatus & marchionatus, diuidi non poſſunt. in conſ.55.nu.5 fo.65
Feuda inferiora diuidi poſſunt, alia non. ibi.nu.6 fo.eo.
¶ Fictio eundem effectum operatur quem operatur ueritas. in conſi.5.nu.39 fol.9
Fictio ſuper æquitate fundatur. in conſi.72.n.18. f.89
Fictio in quo differat à legis præſumptione, ibi.numero.25 fol.90
Fictio tranſlatiua de tempore ad tempus non inducitur niſi utriuſque extremi adſit habilitas. in conſi.77.nu.8 fol.97
Fictio tranſlatiua declaratoria actus præcedentis retrotrahitur, etiam ſi extrema non ſint habilia. ibi.nu.23 fo.98
Fictio non poteſt induci ab homine in præiudicium alterius, in conſi.107.nu.16 fo.131
¶ Fidei fauore multa introducta ſunt, in conſi.127.nu.10 fol.151
Fideicommiſſaria ſubſtitutio continetur ſub breuiloqua quādo de teſtatoris uoluntate conſtat. in conſ.2.nu.10 fol.4
Fideicōmiſſaria ſubſtitutio onus & grauamen reputatur. in conſi.17.nu.12 fol.27
Fideicōmiſſarius loco hæredis habetur. in conſi.11.nume.24 fol.15
¶ Fideicommiſſum alicui iniunctum, ſi deceſſerit ſine filijs, an per ſuperexiſtentiam filiarum expiret in conſi.1.n.1. fol.1
Fideicommiſſum iniunctum filio ſub conditione ſi decedat ſine liberis, expirat per ſuperexiſtentium filiæ quamuis teſtator filias excluſiſſet. ibi.nu.12 fol.2
Fideicommiſſum ex uerbis conſtare poteſt. in conſi.2.nu.2 fol.3
Fideicommiſſum petens, & non obtinens, non cenſetur illud approbaſſe. ibi.nu.11 fol.4
Fideicommiſſum an inſurgat ex expreſſa conditione de non alienando. in conſi.3.nu.17 fol.4
fideicommiſſum cauſatum à prohibitione alienationis an duret ultra quartum gradum, in conſi.48.nu.5.fol.57.& nu.30 fo.58
fideicommiſſum an ex prohibitione de non alienando, ſit cauſatum ſimpliciter, & abſolutè, in conſi.48.numero 9 fo.57
fideicommiſſum uerbis enunciatiuis inducitur. ibi.nume.21 fol.eo.
fideicommiſſum inducitur per iſta uerba, uel ſimilia, ut in familia relinqueretur. ibi.nu.27 fo.58
fideicommiſſum extinctum per ſuperexiſtentiam filiorum, non reuiuiſcit ſi deceſſerint nullis relictis liberis, in conſi.58.nu.10 fo.69
fideicommiſſum deluſorium nullum haberi, in conſi.62.nu.8 fol.75
fideicommiſſum deluſorium eſſe quando unuſquiſque hæredū tribuit quantum datum eſt. ibi.nu.9. fo.eo.
fideicommiſſum ex ſolis coniecturis inducitur ſi de eo ex aliquibus uerbis à teſtatore prolatis conſtare poteſt, in conſ.65.nu.1 fo.78
fideicommiſſum ſemel extinctum reuiuiſcere non poteſt, in conſi.143.nu.9 fo.169
fideicommiſſum indicitur ſola uoluntate defuncti dummodo de ea conſtare poſſit, in conſi.143.nu.31. fo.170
fideicommiſſum reſultat ex eo, quòd quis ſit in conditione, poſitus, & ex quo fuit oneratus. ibidem, numero 36 fo.eo.
fideicommiſſum ex ſolis coniecturis inducitur. ibi.nu.42. fo.171
fideicommiſſum ex coniecturata teſtatoris uoluntate inducitur. in conſi.144.nu.3 fo.172
fideicommiſſi conditio non ceſſat per ſuperexiſtentiam nepotis teſtatoris, ipſius mente conſiderata ſecundum quam ultimæ uoluntates regulantur. in conſi.4.nume.15 fo.6
fideicommiſſo an comprehendantur quæ iudicio teſtatoris ad hæredem peruenerunt, in conſi.62.nu.14 fo.75
Ad fideicommiſſum agnati, cognati, ſeu deſcendentes uocati intelliguntur de proximioribus. in conſi.9.num.7. fo.12
¶ Fideiubens iuri ſuo non cenſetur renuntiare. in conſi.89 nu.15 fo.112
fideiuſſor, qui promiſit ſatisfacere creditori, libere ſine aliqua exceptione, poteſt opponere exceptionē excuſſionis. in conſi.8.nu.8 fo.11
fideiuſſor nouatione facta an liberetur. in conſ.111.nume.2 fol.133
fideiuſſor adimplere poteſt promiſſionem iuramento firmatā abſque labe peccati in conſi.135.nume.27 fol.161
fideiuſſor ſoluens pro filiofamilias, qui contrahendo ex forma ſtatuti non obligatur an contra illum regreſſum habeat. ibi.nu.29.30.& 39 fo.eo.
¶ Fieri multa permittuntur ex diſpoſitione ſtatuentium quæ non permittuntur ex pacto cōtrahentium. in conſi.72.nu.20 fo.90
filia non facit deficere ſubſtitutionem factam deſcendentibus oneratis ſub conditione ſi deceſſerint ſine filijs. in conſi.1.nu.40 fol.3
filia hæredis grauata excludit ſubſtitutum quando à lege conditio ſubintelligitur, in conſi.4.nu.28. fo.6.
filia grauati de reſtituendo, ſub conditione, ſi deceſſerit ſine liberis, non excludit ſubſtitutum, quando teſtator habebat filias proprias, quas non uocauit ad fideicommiſſum. in conſi.13.nu.17 fo.18
filia, & neptis ex filio dicitur agnata, non autem cognata. in conſi.16.nu.4 fol.24
filia fratris habentis ſocietatem omnium bonorum cum alijs fratribus, an de communi dotari debeat, in conſ.40.n.28 fo.49
filia ſi renuntiauit cum iuramento hæreditati patris uiuentis, in manibus fratrum, & de conſenſu patris poteſt ſolus diſponere, quòd filia ſimul cum fratribus æqualiter ſuccedat, in conſi.44 nu.4 fo.52
filia in dote aduentitia & profectitia poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, cum pater ſtipulatus eſt eam reſtitui ſoli filiæ. in conſi.95.nu.4 fo.119
filia excluſa à ſtatuto extantibus agnatis uſque ad certum gradum, inſtitutis agnatis, non poteſt uenire contra teſtamentum, agnatis tamen non inſtitutis, poteſt præterita uenire contra teſtamentum, & ſuccedere, in conſi.100.nu.9 fol.123
filia ſemel excluſa per maſculum ab hereditate patris, ex ſtatuto mares fœminis præferente, ſemper excluſa remanet, etiam poſt fratris mortem, in conſ.113.nu.5.fo.135
filia prohibita ſuccedere patri, legitimam petere non poteſt. in conſi.120.nu.5 fol.140
filia renuntians ſucceſſioni paternæ cum iuramento, & omni iuri ſibi competituro, an conſequi poſſit legatum poſtea à patre ſibi relictum. ibi.nu.1. fol.140
filia renuntians ſucceſſioni paternæ, an agere poſſit ad legitimam

timam uel ad legitimæ ſupplementum.ibidem. nume.4. fol.140.& nu.39.fo.141.& nu.44 fol.142
filiæ appellatione uenit neptis.& proneptis.in conſi.13 nu.9 fo.18
filiæ renuntiatio in manibus patris de futuro ſucceſſione,non indiget inſinuatione.in conſi. 120.nu. 9 fol.140
filiam nuptam ſine conſenſu patris,nulla genero dote promiſſa,an pater dotare teneatur in conſil.128.nu.13 fol.152
filię nuptæ tempore mortis teſtatoris, non tamen dotatæ, an admittantur ad legatum quantitatis pro dote relictum,pro qualibet filiarum,quæ tempore mortis teſtatoris,indotatæ fuiſſent,& nõ nuptę.i con.128.nu.1 f.152
filiæ ſunt ſuæ hæredes patris,& tanquam agnatæ ei ſuccedũt cet earum filij ſint cognati. in conſi.48.nu. 36.fo.58
filias non fuiſſe à teſtatore dilectas, ex teſtamenti tenore apparet ibi.nu.40 fo.59
¶ Filius fratris non admittitur ſimul cum patruo in fideicommiſſis, in conſil.1.nu.22 fol. 2
filius uerbum,comprehendit filiam,per extenſionem & præſumptionem.ibi.nu. 46 fo.3
filius verbum,in vna parte teſtamenti poſitum, non verificatur in fœmina ad excludendum ſubſtitutum, quando in alia parte & ſubſtitutione poſitum,de maſculo tantum intelligebatur.ibi.nu.43 fol.3
filius exhæredari poteſt ex cauſa ſimili,uel maiori cauſis in iure expreſſis.ibi.nu. 52 fol.3
filius petendo legatum non uidetur approbare teſtamentum in quo fuit exhæredatus. in conſ.2.nu.12 fol.4
filius uerbum, ſimpliciter expreſſum à teſtatore in prima ſubſtitutione, licet in alia feciſſet mentionem de filijs maſculis,comprehendit filias fęminas.in conſi.3.nu.25.fo.5
filius bonorum paternorum etiam uiuente patre, cenſetur habere dominium.in conſi.6.nu.9. fol.10
filius tenetur pro patre ex facto neceſſario, non autem uoluntario, quia quis etiam inuitus eſt filius. ibidem. nu.10. fol.eo.
filius eadem perſona cenſetur cum patre, tamen pro debito patris conueniri non poteſt.ibi.nu.14. fol.eo.
filius adeundo hęreditatem paternam, alienationem factam per patrem,impugnare non poteſt. in conſi. 18.nume. 14 fol.29
filius uerbum, in ſubſtitutione poſitum, an ſit fœminarum excluſiuum, & qualiter ſit intelligendum.in conſ.23.n.13 fol.32
filius prohibitus per patrem in eius teſtamento alienare eius bona,ſine conſenſu uxoris ipſius teſtatoris,an poſſit in bonis, quę ad eum peruenerunt ex hæreditate patris inſtituere monaſterium.in conſi.52.nu.1 fol.63
filius conſentiens alienationi rerum paternarum factæ per patrem non cenſetur renuntiaſſe hypothecæ ſibi competenti pro dote materna in alijs bonis non alienatis.in conſi. 89.nu.8 fol.112
filius poſt mortẽ patris locupletatus præſumitur,& quomodo hęc regula procedat.in conſi.108. nu.5.& 6. fol.131
filius in actu celebrato coram iudice tacens, patri conſentire pręſumitur.in conſi.120.nu.14 fo.140
filius aſcribens ſibi hęreditatem patris non incidit in crimen falſi.in conſi.121.nu.20 fol.143
filiusfamiliâs an poſſit contrahere ſine conſenſu patris, in conſi.135.nu.4 fo.160
filiusfamiliâs ex contractu mutui non obligatur,in conſi.135 numero 39. fol.161
filius legitimatus an ſubſtitutum excludat. in conſilio. 144. nu.35 fol.173
filij appellatio porrigitur ad nepotem, ea interpretatione qua maſculinum porrigitur ad fœmininum.in conſi.1.n.7 fol.1
filij nomen extenditur ad nepotem in ſubſtitutione fideicommiſſaria,ut per illum ſubſtitutus excludatur. in conſil.1 nu.8 fol.1
filij appellatione uenit nepos & pronepos teſtatoris,in conſi. 13.nu.9 fol.18
libro ſecundo, ubi inquit, quòd ſemper ſolitus fuit ſequi hanc opinionem legendo & conſulendo, quæ ſecundum eum maximè procedit quando biennium fuiſſet elapſum à die latæ ſententiæ, & contra eam nihil fuiſſet oppoſitum.

Vltimæ obiectioni reſpondeo, ꝙ per dictam ſententiam, qua fuit pronunciatum Vincentium eſſe ſanę mentis, non tolluntur effectus cauſati ex prima ſententia, uidelicet inualiditas contractuũ qui fuerunt celebrati cum ipſo prodigo: argumen. c. nõ firmatur. de regul. iur. in vj. & l. qđ ab initio. ff. de

16 regu. iuris. † Sicut in ſimili dicimus ꝙ licet perempta inſtantia pereant acta ordinatoria iudicij, effectus tñ ab illis cauſati non pereunt, uidelicet interruptio præſcriptionis cauſati ab ipſo libello. Gl. in l. properandum. in principio. C. de iudicijs in Glo. quę incipit iudicij. Bartol. in l. ſecunda. C. de fructibus & litis expen. Doctor. in l. ſecunda. C. de edendo. Et hęc quo ad iſtum primum articulum.

Deuenio ad ſecundum in quo uideť dicendum

17 † ꝙ iſte contractus celebratus cum dicto Vincẽtio uiribus ſubſiſtat, nec reſcindi poſsit, licet eidẽ legitimè bonis fuerit interdictum, primò, qa in iſto contractu interuenit conſenſus affinium & propinquorũ. Interuenit etiam decretum iudicis, ex quo fit ut iſte cõtractus pręſumatur ceſsiſſe ad cõmodũ & utilitatem præfati Vincentij. præſumitur etiam omnis dolus & omnis metus abfuiſſe, per ea quę nota: Bar. in l. frater à fratre. charta ultima. ff. de conditio. indebi. in uerſicul. tertio quæro quid de contractu, ubi inquit, ꝙ quando fit contractus pręſentibus conſanguineis uel amicis, tunc ceſſat omnis ſuſpicio, adducit. l. tranſactionem. C. de tranſactionibus, & l. fin. in principio. ff. quod metus cauſa. & idem uult Ioan. de Imol. in l. prima. §. fuit quęſitum ff. ad Senat. uſconſultum Trebel.

18 Pręterea † in iſto contractu interuenit iuramentũ, ideò ex illo firmať iſte cõtractus, cũ poſsit adimpleri abſque diſpendio ſalutis æternę, c. cũ contingat. de iureiuran. cap. quãuis. de pact. lib. vj. & ita tenent D. Anto. de Butrio & Ioan. de Imol. in c. cum contingat. in primo membro de iureiuran. Roma. & Aretin. in dicta l. is cui bonis, moti, quia pupillus doli capax obligatur iuſo, c. ex literis, el ij. de ſpõſalibus. ergo & prodigus ſimiliter debet obligari.

19 Sed his non obſtantibus † concludo hunc contractum fuiſſe inualidum, eo quia cõmunis eſt opinio prodigum etiam iurantem nõ obligari ex contractu, nec teneri ad obſeruantia iuramẽti, & ita cõcludit Bar. in dicta l. is cui bonis, ubi inquit ſe ita conſuluiſſe, & qđ idem conſuluit quidam optimus Canoniſta, quem puto fuiſſe Frederic. de Sen. qui ita conſuluit in conſilio xxxj. qđ incipit minor xxv. annis, idem tenẽt plures Doctores relati per D. Alex. in dicta l. is cui bonis. & dicit ibi D. Iaſon ꝙ in iudicãdo non eſſet tutum recedere ab iſta opinione, quia communis, quam etiam de iure uериſsimam puto, per rationes quæ ibi adducuntur, ultra quas

20 pro hac concluſione conſidero. † Nã ex contractu celebrato cum prodigo nulla oritur obligatio nec ciuilis nec naturalis. dicta l. is cui bonis, dum dicit text. ꝙ nec fideiuſſor datus à prodigo obligatur, ergo nulla fuit orta obligatio l. j. ff. de fideiuſ. eſt er-go nullus ipſo iure talis cõtractus, & per conſequẽs iuramento non poteſt confirmari cũ non inueniat quid confirmabile, iſto argumento in ſimili caſu utitur Ludoui. Roma. in conſi. xij. inci. uiſo facto.

21 Preterà, † cõtractus celebratus à prodigo nullus eſt, propter inhabilitatem ſurgentem à ratione naturali, ergo cum huiuſmodi contractus iuramento non firmetur, l. ſi. C. de non numerata pecu. iuncta declaratione Bar. ad illum tex. in l. ſi quis pro eo.

22 colum. ulti. ff. de fideiuſſori. † unde iuramentum nihil operatur quando contractus deficit in conſenſu contrahentium: & ſic non adeſt uinculum naturale. Aſſumptum probatur ex nota. per Bart. in l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſijs in prima quæſtio-

23 ne, ubi concludit † furioſum & mentecaptum non poſſe teſtari etiam ad pias cauſas, quia ſunt inhabiles de iure naturali quo ad diſpoſitionem: qđ probatur, quia iſti non obligant naturaliter. l. Marcellus. ff. de fideiuſſo. & in l. in negotiis. ff. de regul. iuris

24 qđ † quidem ratio procedit in prodigo, nã & ipſe nõ obligatur etiam naturaliter, dicta l. is cui bonis, & ex iſto fundamento D. Alexan. in conſilio clxxxij. inci. ſuper eo. lib. vi. infert prodigum non poſſe teſtari ad pias cauſas, ſicut nec furioſus, nec mente captus: nec obeſt ꝙ iſta inhabilitas cauſetur ex actu iuris ciuilis, vnde ex ſententia iudicis interdicentis bonis prodigo: quia nihilominus iſta ĩhabilitas dicitur eſſe de iure naturali, per ea quæ dicit Bar. in dicta l. prima. C. de ſacroſanct. eccleſijs, in prima quæſtione dum dicit ꝙ damnati ad mortem non poſſunt teſtari ad pias cauſas: quia ſunt ſerui pœnæ, & iſta ſeruitus eſt de iure gentiũ, qđ naturale appellatur, licet ſit inducta per actum iuris ciuilis, & per condemnationem factam de ipſis damnatis. Stet ergo uera, & communis concluſio quòd prodigus iuramento non obligetur contrahendo.

25 Non obſtat obiectio facta in cõtrariũ: quia † decretum iudicis operatur effectũ, & dat robur cõtractui, qñ legitimè fuit interpoſitum. ſed ſi minus legitimè, prout in caſu iſto, in quo decretum fuit adhibitum feſtinanter, & abſque matura cauſæ cognitione. Ita dicit Rapha. Cuma. in conſilio clxxx. incipiente uidetur.

Confirmatur ex dictis Petri de Ancharano, in conſil. lxxxiij. incipientẽ uiſis diligenter actis & a-

26 ctitatis, ubi dicit, † ꝙ decretum iudicis quod requiritur in alienatione rerum minorum ſiue dementiũ requirit cauſę cognitionem, l. magis puto. §. nõ paſsim. ff. de rebus eorum. Ideò ſi eodem momento quo fit contractus iudex interponat decretũ, nullum eſt, quoniam ex temporis breuitate liquidè apparet nullam fuiſſe adhibitam cauſæ cognitionem. adducit nota. per Bart. in l. prolatam. C. de ſenten. & interlocuto. omnium iudicũ, & idem vult præfatus Doctor in conſilio incipiente in quęſtione. authen. Aretin. in §. tripli. inſti. de actionibus in quarta col. ubi pro hoc allegat Bald. in l. prima. C. ſi aduerſ. donationem, quod reputat menti tenendum.

27 Nec obſtat † ꝙ in contractu dicať pręmiſſa cauſę cognitione, quoniam illa uerba non probant hanc ſolẽnitatẽ, nec creditur notario ita aſſerenti, cũ iſta ſit quædam ſolẽnitas quæ nõ potuit adhiberi tẽpore celebrati inſtrumenti; ſed requirebat interuallũ

temporis in hac cognitione. Ita elegãter dicit Pau. de Caſtro in conſilio xci. incipiente ſuper eo quod quæritur, ubi ſubdit ꝙ de iſta cauſæ cognitione debet fieri ſcriptura de per ſe diuerſa à contractu ſuper quo interponit decretum. & allegat Specul. ita tenentem, & ita vult Raph. Cuma. in dicto conſilio, Fely. in c. eccleſia ſanctę Marię, dę cõſtitu. in vij. co lum. uerſi. vndecimo pro hac parte.

28 Sed † adhuc poſset aliquis inſtare & dicere, iam ſunt ferè xx. anni, quibus iſte contractus fuit celebratus, ex diuturnitate ergo huius temporis pręſumitur cauſæ cognitionem fuiſſe adhibitam l. ſi filius. C. de petit. hæred. cum ſuis concordantibus.

29 Ad hoc reſpondeo † quòd auctoritas ſuperioris quæ in contractu adhibenda eſt cũ certa ſolennitate non præſumitur ex lapſu x. & xx. annorũ, ut not. Bal. in l. ſecunda. C. de legit. hære. & Roman. in l. ſciendum. ff. de uerborum obligatio. Alexan. in cõſilio xvij. inci. uiſo inſtrumento, lib. iiij. ubi ſubdit ꝙ qñ agitur de pręſumenda ſolennitate principalis ad excluſionẽ alterius, & eius præiudiciũ, prout in caſu noſtro, tunc requiritur lapſus xxx. annorum ad pręſumendam talem ſolennitatem, nec minor ſufficit, adducit notata per Glo. in c. peruenit. de emptio. & uenditio.

Præterea & uerius reſpondeo, ꝙ iudex Fauentiæ nõ potuit interponere decretũ in iſta alienatione, cum bona non eſſent poſita in territorio Fauentię, ſed in territorio Rauennæ, cũ etiam ſit ꝙ præfatus Vincentius non eſſet ibi oriundus, nec ibi contra-
30 xiſſet domicilium, ſed in ciuitate Rauennæ, † ex quo fit ꝙ iudex Rauennæ in cuius territorio hæc bona ſunt ſita, & Vincentius ipſe ibi erat oriundus debuit interponere decretum ſuum, l. magis puto §. illud, ubi Bar. ff. dę reb. eorum l. ſi prædium. & ibi
31 Salycet. C. de præd. minorũ, † pro non appoſito ergo cenſeri debet hoc decretum cum fuerit interpoſitum à iudice incompetenti, c. qđ autem. de iure patronat. & c. Daibertum. j. q. iij. cum vulg. Et cum ex inſpectione inſtrumenti liquidè conſtet iudicẽ Fauentiæ poſuiſſe decretum, qui erat incompetẽs, ut dixi, & non iudicem Rauennæ, nullo curſu temporis præſumendũ erit hanc ſolennitatem affuiſſe adhibitã. Et ita limitatur regula tradita in d. l. ſi filius, quam ſic limitat Pau. de Caſt. in conſ. l. inci. in cauſa quę uertit ir. colum. iij. & Alex. in conſ. j. lib. quarto, & hæc quo ad ſecundum articulum.

Capio tertium in quo idem uidetur contractum hunc reſcindi non poſſę prætextu enormiſsimę læ-
32 ſionis, † quia communis eſt concluſio Doctorum ꝙ iuramentum interpoſitum ſuper contractu, illum ualidat, non obſtante enormiſsima læſione, prout uolunt Glo. Bart. & communiter ſcribentes in l. ſecunda. C. de reſcinden. uenditi. & in c. penulti. de emptio. & uenditio. Ang. & Salycet. in auth. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus uendit. & iſtud idem uult D. Alexan. in pluribus conſilijs.

Quo tñ nõ obſtãte conclude contrariũ, & omitto ꝙ multi Doctores tenent, ꝙ ſtante enormiſsima lęſione, iuramentum non firmat contractum, nec
33 renunciationem, † quia iuramentum nõ debet eſſe uinculum iniquitatis, c. inter cætera. xxij. q. iiij. c. quanto. de iureiurand. Item quia dolus ex propoſito, & dolus re ipſa æquiparantur. l. ſi quis cum aliter. ff. de uerborum obligatio. & l. prima. ff. de except. dol. quam opinionem tenent Petrus de Anch. in c. quis, de pec. in vj. & in cap. Canonum ſtatuta de conſtitutionibus in xi. quæſtio. principali, & in pluribus conſilijs. Cuius opinionem dicit D. Alex. eſſe æquam in l. ſtipulatio hoc modo concepta, in quarta colum. ff. de uerborum obligat. Nam ſuper hac opinio non facio fundamentum. Dico tamen ꝙ dicta opinio, quę vult ꝙ iuramentum det robur contractui in quo interuenit enormiſsima læſio, locum non habet quando fuiſſet exceſſus ex læſio longè modus ultra dimidiam, puta qua res quæ ualet x. fuit uendita pro tribus aut duobus, ita conſuluerunt Ioan. de Monte Sperello, D. Benedi. Capra & plures alij Doctores Peruſini, quos allegat, & ſequitur pluries. Corneus in conſilio xxvij. inci. in primo conſultationis articulo. colum. tertia lib. iiij. ubi dicit opiniones Petr. de Anchar. hoc modo intellectam eſſe ueram & optimè poſſe procedere, & idem conſuluit in conſilio cclviij. inci. quãquàm in hac conſultatione, eodem uolumine. Nõ procedit etiam illa communis opinio quando interueniſſet enormiſsima læſio. Item contractus fuiſſet celebratus cum minore, muliere, uel ruſtico. Ita vult Io. de Imol. in c. cum contingat, de iureiurando. D. Anto. in conſilio xlvj. inci. Domina Orabilis, ubi dicit qđ in factis immoderatis licet iuratum ſit, ad eſt præſumptio ſubductionis, maximè poſitis in iuuenili ætate, ideò iuramentum non dat robur tali contractui, & idem vult Paul. de Caſtro, in conſilio clxxviij. incipiente contra ſuperius cõſulta, ubi inquit, qualitas perſonæ quæ eſt minor facit ut de facili permiſerit perſuaderi ſibi, l. j. ff. de minoribus. ideò ſtante enormi læſione iuramentum tanquam dolo præſumpto ex tanta læſione præſtitum, debet relaxari: in caſu noſtro concurrit enormiſsima læſio in magno exceſſu ultra dimidiam, prout pręſupponitur in facto. cõcurrit etiam minor ętas, adeſt etiam uitium prodigalitatis. Ex iſtis ergo argumentum eſt hunc Vincentium dolo fuiſſe inductum ad celebrandum huiuſmodi contractum: ergo retractari debet, non obſtante tali inſtrumento, & hoc quo ad iſtum tertium articulum in quo latius potuiſſent fimbrias dilatare, uerum quia articulus eſt ſatis tutus, & ex ſupradictis ſatis cõſtat de eius ueritate, ideò paucis utor.

Circa quartum & ultimum articulũ arguit dictũ contractũ reſcindi non poſſe, nec eſſe inualidũ, licet in eo non fuerit adhibita ſolennitas requiſita à ſtatuto ciuitatis Rauennę, & hoc quatuor rationib.

Prima ratio eſt, quia contractus iſte fuit celebratus Fauentiæ non autem Rauennæ, ideò nõ fuit neceſſaria ſolennitas huius ſtatuti, iuxta doctrinã Bart. in l. cunctos populos, in vj. quæſtione principali. C. de ſumma Trinitate & fide catholica. ubi di
34 cit † ꝙ qñ ſtatutum non eſt prohibiturũ abſoluto, ſed ratione certę ſolennitatis quam requirit ipſum ſtatutum, tunc diſpoſitio huiuſmodi ſtatuti non extenditur extra terriorium, eo quia quo ad ſolennitatem adhibendam in contractu inſpicitur locus contractus l. ſi fundus. ff. de euic. & idem firmat Bald. in l. fina. de iuriſdictio. omn. iudicum, Aretin. in conſil.

in conſ.lxxiij.inc.diligenter.in ſecundo dubio inferens q filius familias Senen.qui non poteſt ſe obligare ſine conſenſu patris ſic diſponente ſtatuto illius ciuitatis, ſi alibi contractum celebrat obligabitur,& ualidus erit contractus per eum celebratus abſque patris conſenſu,ſed ſtatutum de quo ſupra non abſolutè inhabilitat minorem ad contrahendum,ſed ratione certæ ſolennitatis quam iubet adhiberi in eo continetur, ergo non erit conſiderandum in hoc contractu qui ahbi fuit celebratus ut in ciuitate Fauentiæ.

35 Secunda ratio eſt,† nam ſtatutũ requirens ſolennitatem in contractu minoris,locum non habet in contractu in quo iuramentum fuit interpoſitum,& ſic ualebit contractus uirtute iuraméti,nõ ſeruata ſolennitatẽ ſtatuti,ſic concludunt Bal.Salyce.Pau. de Caſt.& alij ſcribentes in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uendit. ubi Moderni dicunt q opin.Bar. de qua ibi tenentis contrarium, communiter eſt damnata à Legiſtis,& Canoniſtis, quã per decem fundamenta impugnat Do. Alexan.in conſ.lix.in primo lib.& in conſil.cij.inci. cum ſtatutum,lib.iiij.& in conſi.cclxxix.inci.uiſa donatione.ubi dicit hanc eſſe communem opi.quam Doc. communiter ſequi ſolent conſulendo.

36 Tertia rõ eſt.† Nã cõtractus iſte fuit celebratus cum monaſterio,& ſic cum eccleſia,igitur ceſſare debet uirtus huius ſtatuti. c. fin. de rebus eccleſ. non alienandis. c.eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſtitu.cum his quę ibi latè habentur per Doc.

37 Quarta & ultima ratio eſt.† Nam ſunt iam lapſi xx.anni,quibus iſte contractus celebratus eſt, ex lapſu huius temporis præſumi debet omnem ſolennitatem ſtatuti fuiſſe adhibitam. l. ſi filius. C. de pet.hæred.l.cũ de in rem uerſo.ff.de uſur.latè ſcribentes. in l.ſciendum.ff.de uerbo.obligatio. Fely. in c.ſicut.de re iudic.

Iſtis tamen non obſtantibus concludo iſtum cõtractum ex præmiſſo capite fore nullum & inualidum. cum omiſſa fuerit ſolennitas dicti ſtatuti ex hoc uno præcipuo,& uero fundamento.

Statutũ.n.predictum diſponit q ſi contractus cũ minore fuit celebratus omiſſa ſolennitate de qua ibi fingatur, & pręſumatur extortus dolosè nullãque obtineat roboris firmitatẽ, ita q probatio nõ admittatur in contrarium: ideo ſuccedit doctrina Bar.in l.oẽs populi.in ſecũda queſtione iij.princi-
38 palis.ff.de iuſt.& iure, ubi dicit † q ſi ſtatutum diſponat q ſi minor contraxerit ſine conſenſu propinquorum, uel ſine decreto iudicis,talis contractus fingatur factus per uim,metũ,uel dolũ,ualebit tale ſtatutũ,& tunc iuramentũ nõ firmabit contractum,quę ſolennitas à ſtatuto requiſita fuit omiſſa.

Et idem uoluit Bal.in dicta auc.ſacraméta puberũ,& ibidé Saly. Pau.de Caſt.col.pen.Ludo. Ro.in conſ.xij. inci.uiſo facto propoſito. Abb. in conſi. lxxij.quod incipit quinque dubia.

39 Et ratio huius doctrinæ eſt, † nam fictum operatur eundem effectum quem operatur ueritas.c.cũ dilectus,c.ad audientiam.de cler.non reſidẽtibus, notatur in l.j.§. hoc Senatuſconſulto. ff. ad Sena-
40 tũ conſul.Velleia.† ſicut ergo in caſu in quo dolus in contractu interuenit iuramentũ nihil operatur. c.quamuis,de pact.in vj.c.cum contingat, de iure iurand.ſic & in caſu iſto nihil operabitur iuramentum in quo ſtatutum fingit & præſumit dolum.Et hanc rationem urgentem ponunt Salyce. & Paul. de Caſtro in dicta authen.ſacramenta puberum.

Ex qua ratione infero idem eſſe uerum quando ſtatutum ſimpliciter diſponeret q contractus factus per minorem ſine ſolennitate fingeretur factus dolo, & nõ procederetur ulterius.dicẽdo etiã ſi talis cõtractus fuerit iuratus,eo quia ut dixi iuramentũ nihil operatur,ubi dolus uerè interceſſit. Eodẽ modo non dẽt operari ubi dolus fingitur interceſſiſſe.

Itaque Iaſon qui cõtrarium dicit in dicta auth. ſacramenta puberum,in fine ſolut. pace tanti uiri, malè locutus eſt,nec D.Alex.ſuper cuius auctoritate ſe fundat in conſ.xxxvij.inci.uiſo,& opportunè diſcuſſo.lib.ij.hoc dicit, ſi eius uerba rectè inſpiciantur,nam D.Alexan.ibi dicit, q licet aliqui te-
41 neant † q ſtatutũ poſſit diſponere ſuper iuramento,tamen quaſi omnes tenent quòd ſi ſtatutum nõ faciat mentionem de iuramento, non trahitur ad caſum in quo iuramentum fuit interpoſitum.& ad hoc multa allegat,& iſtud admitto,& eſt uerum. Sed non dicit Do. Alexan. quòd ſi ſtatutum ſuper contractum minoris dolo fuiſſet initiũ omiſſa aliqua ſolenitate,tunc ille cõtractus firmetur iuraméto,ideò prædictus d.Iaſon forte hoc animaduertẽs poſtquam allegauit dictum conſilium D.Alex.ſubiunxit, unde ibi: quaſi ſentiat q D.Alexan. hoc nõ decidat in iſtis terminis. ſtat ergo hoc uerum & ſolidum fundamentum quòd contractus ſit nullus omiſſa ſolennitate ſtatuti, quando ſtatutum finxit dolum aut metum fuiſſe adhibitum in contractu, prout fingit in caſu iſto.

Non obſtat modo adducta in contrarium, primæ. n. obiectioni reſpondeo, quòd illa doctrina Bar. in dicta l. cunctos populos. procedit niſi ap-
42 pareat de fraude,ut quia quis † exiuiſſet territoriũ & ibidem contraxiſſet,demũ rediiſſet incontinenti ad locum domicilij, ſic limitat Aretin. in dicto conſ.lxxiij.adducens Saly. in d.l.cunctos populos. quæ quidem fortius deprehenditur in caſu iſto: quia ipſe Vincentius domicilium habebat in ciuitate Rauennæ,& ductus fuit ad ciuitatem Fauentię, in qua iſte contractus fuit celebratus, & ibi nunquam dicitur contraxiſſe domicilium.

Vel aliter reſpondeo,q doctrina Bartol. procedit contra ſtatutum principaliter inhabilitans contractum inducendo formam & ſolennitatem in cõtractu,licet illam inducat ratione perſonæ,ut quia
43 dicit ſtatutum, † q in contractibus minorum interueniat præſentia & conſenſus trium conſanguineorum,ſed ſi ſtatutum inhabilitat perſonã, ut quia dicat minores non poſſint contrahere ſine certa ſolennitate,tunc iſta ſolennitas erit adhibenda in contractu quẽ celebrat minor extra locum huius ſtatuti.Ita conſuluerũt Bal. & Petr.in conſ.incip. utrunque contractum,quorum dicta ad longum refert, & ſequitur inſignis Doctor Do.Ioan.Baptiſt. de ſancto Seuerino in l. cunctos populos, in xvij. char. C. de ſumma Trinitã. & fide Catholi.in prima col.uerſicu.quartus,& in uerſ.cum autem diligentius inueſtigarẽ.Sed ſtatutũ pręmiſſum loquit

 in perſonam

in perſonam, illam inhabilitando, quia dicit puberes ſiue adulti, mares uel fœminæ minores xxv. annis non poſſint uel ualeant, &c. igitur ſolennitas huius ſtatuti fuit adhibita in iſto contractu, licet furtiuè fuerit celebratus, ex quo infertur inquantum nó interuenerit conſenſus conſanguineorum ex latere patris: quia illos primò uocat ſtatutum, uitiatur iſte contractus.

Secunda rõ nõ obſtat: qa ad illã patet reſponſio ex fundamento concluſionis: nam cum ſtatutũ fingat dolum in contractu minoris in quo non fuit adhibita dicta ſolennitas, iuramentum nihil operať.

Tertiæ rõni reſpondeo † ꝙ quando ſtatutum ꝓ-
44 hibet perſonam ſibi ſubiectã contrahere ſimplici-
ter aut ſecundum quid, tunc ſtatutum hoc uẽdicat
etiam locum ſi iſte ſubditus contrahat cũ eccleſia
aut eccleſiaſtica pſona, ut decidit Federic. de Senis
in conſi. lxxxv. incip. ſtatuto ciuitatis Puſinæ, ubi q̃-
45 rit ſtatuto cautum eſt † ꝙ nullus Comes, marchio,
uel natus de prole militari audeat uel pſumat reci
pere in ſe aliquã actionẽ perſonalem, realẽ, uel ceſ
ſionẽ quocunq; titulo, an locum habebit in ceſſio
ne facta per eccleſiam hmõi pſonis, concludit ꝙ
ſic, & idem uult Alex. in conſi. ix. incip. uiſis & põ-
46 deratis. lib. v. Idem † uult Car. Florentinus in c. per
pendimus. q. x. de ſen. excom. ubi dicit ꝙ ſtatutum
diſponens ut non ualeat alienatio facta per mino-
rem niſi adſint pròximiores, obſeruari debebit in
alienatione quæ fit eccleſiæ, & clerico. Et idẽ uult
Sal. in auct. caſſa & irrita. C. de ſacroſ. eccl. in pe. q.
quem ſequitur Alex. in conſi. xcv. incip. uiſis, lib. ii.
col. ult. Accedat dictum Bal. in c. clerici. de iudic.
ubi referens D. Signorolum de Homodeis in conſ.
47 ix. concludit † ꝙ ſtatutum ciuitatis Mediolani quo
cauetur ut nullus ſubditus poſſit alienare in non
ſubditum niſi ſoluat tantum pro libra, comprehen
dit etiam eccleſiam & eccleſiaſticam perſonam.

Vltimę obiectioni rñdeo ꝙ ex inſpectione iſtrumẽti deprehenditur affines huic Vincẽtii conſenſiſſe, nõ ãt propinquos ex latere pr̃is, ideò ceſſare dẽt pſumptio de qua in d. l. ſi filius, prout dixi ſuperius adducẽdo Paul. de Caſt. in conſi. l. & Alexan. in conſi. j. lib. iiij. ex iſtis ergo intrepidè cõcludo, cõtractũ iſtũ fore nullũ, & inualidũ, & monaſteriũ pdictũ fore condẽnãdũ ad dimittendũ & relaxandum bona pdicta cũ fructibus, iuxta tex. in l. ſi prædium, C. de prædiis minorum. Finis. Laus Deo,

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum obligans fratrem pro fratre, ſimul eandem artem exercente, ceſſante aut fugitiuo, an ualeat. & nume. 5. & 11.* *(pa.*
Prægrauari quis nõ dẽt ex facto alterius abſq; ſui cul-
2 *Lex æqua & non iniqua eſſe debet.*
3 *Statuta quòd parentes teneantur ſoluere condemnationem pro filio, ſunt odioſa, iuri communi contraria, & ſtrictiſſimè interpretanda.*
4 *Statutum quod colonus pro domino non ſubdito teneatur ad ſolutionem gabellarum non ualet.*
5 *Pactum uel ſtatutum ꝙ pater cadat à feudo propter debitum filij, non tenet.*
6 *Ciuitas ſtatuere poteſt ꝙ quilibet de uilla capi poſſit pro debito alterius, & quod uxor teneatur pro uiro, & filius pro patre.*
7 *Statuta Florentię ꝙ mercatore fugiente uxor & eius liberi teneantur, ualida ſunt,*
8 *Statutum puniens patrem propter delictum filij ualet.*
9 *Filius bonorum paternorum etiam uiuente patre, cenſetur habere dominium.*
10 *Filius tenetur pro patre ex facto neceſſario, non autem uoluntario. Quis etiam inuitus eſt filius.*
11 *Inuitus nemo cogitur in communione manere. nec contraria ſocietate*
12 *Facienti aliquid ex neceſſitate, magis ſubuenitur, quàm facienti ex propria uoluntate.*
13 *Hæres adeundo hæreditatem defuncti, eadem perſona cũ defuncto cẽſetur, & defuncti creditoribus tenetur*
14 *Filius eadem perſona cenſetur cum patre, tamẽ pro debito patris conueniri non poteſt.*
15 *Grauari ex facto alterius ex cauſa quis poteſt.*
16 *Nemo carnem ſuam, uel ſuum ſanguinem præſumitur odio habere.*
17 *Libri mercantiæ inſcriptio probat cuius nomine mercatura exercetur.*

CONSILIVM VI.

EXTAT quodã ſtatutũ poſitũ ſub rubrica qualiter fratres teneantur ꝓ fratribus ceſſantibus, quo cauetur ꝙ fratres debitoris ceſſantis, aut fugitiui, ſeu mortui, teneãtur & intelligantur eſſe obligati creditoribus ipſius ceſſantis, dummodo ipſi fr̃es habitaſſent ſimul per unũ menſem ante ipſam occultationem ſeu ceſſationẽ: & ſubditur in eo ſtatuto ꝙ ſimiliter unus pro altero teneatur in caſu pmiſſo, ſi operarẽtur ſimul unam eãdem artem aut exercitiũ, in una & eadem apotheca, licet bona eorum eſſent diuiſa: ſtante hoc ſtatuto contingit ꝙ unus comparuit coram Domino Iudice, & conſule fori mercantilis, pſentans coram eo duos libros, & ab eis petiit licentiam, ut poſſet ſcribere ſuper huiuſmodi libris nomina & cognomina quorumcunque debitorum & creditorum ipſorum fratrum, tam actiuè quàm paſſiuè, & quæ licentia fuit eis conceſſa: modo quæritur ſtantibus præmiſſis, an frater pro fratre ceſſante aut fugitiuo teneatur & obligatus ſit.

Pro diſcuſſione præſentis cauſæ duo articuli ueniunt examinandi.

Primus eſt, an allegatum ſtatutum obligans fratrem pro fratre ualidum ſit.

Secundus eſt articulus, an ex intitulatione libri facta communi nomine probetur fratres iſtos exercuiſſe unum & idem artificium, ita ꝙ uendicet ſibi locum ſtatutum præmiſſum in ultima ſui parte.

1 Deuenio † ad primum articulum in quo primo
aſpectu dicendũ uř, ꝙ ſtatutũ uiribus nõ ſubſiſtat,
qm̃ iniquũ eſt ꝙ quis grauet̃ ex facto alterius abſq;
ſui culpa, l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inof. teſt. l. le
ge xii. tab. C. de legi. hære. facit tex. in l. pater fami-
lias, in fi. ff. de hæred. inſt. cum ergo foueat iniquita
tẽ hoc ſtatutum, eius diſpoſitio non eſt admittẽda;
2 quia de eſſentia legis eſt ut ſit æqua † non autem ini

qua

qua.c.erit autem lex.iiij. diſtin. Ideò dicit Bal. in
3 auct.ſi captiui.in vlt.col.C.de epiſ.& cler. † ꝙ ſta-
tuta quæ diſponunt,ꝙ parentes teneantur ſoluere
cōdemnationem filiorum,ſunt odioſa, iuri cōi cō
traria,& ſic ſtrictiſſimè interpretanda.comproba-
tur ex dicto Bar.in l.hi penes,C.de agrico. & cenſ.
4 lib.xi.vbi dicit, † ꝙ ſtatutū diſponens, ꝙ teneatur
colonus pro dño non ſubdito ad ſolutionem gabel
larum,quæ ſoluendæ ſunt pro recollectu fructuum,
5 non valet tanquam iniquum & iniuſtum. † Simili-
ter non ualet pactum uel ſtatum, ꝙ pater cadat à
feudo pp delictū filij. Ita decidit Bal.in l.unica.ī v.
oppoſi. C. de ijs, ꝗ pęnæ nomine. ꝑ quo plura alia
adduci poſſent quę componunt Moder.in l. ſi quis
in ſuo.§.legis autem.allegata,quæ poſſunt uideri.
Pręmiſſis tamen non obſtantibus contrarium de
iure arbitror eſſe verius,ꝙ imò valeat tale ſtatutū,
ꝑ quo primo adduco qđ voluit Bar.in tracta.repre
ſaliarum.in iiij.q.primæ partis principalis, vbi di-
6 cit, † ꝙ ciuitas ſtatuere poteſt ut quilibet de villa
capi poſſit pro debito alterius, & ꝙ vxor teneatur
pro viro,& ꝙ filij ꝑ patre.l.ſi.C.de primipilo. lib.
7 xii.& ideò infert,† ꝙ ſtatuta Communis Florentiæ
quę dicant,ꝙ mercatore fugiente teneantur vxor,
& eius liberi,licet non ſint heredes,valida ſunt, &
ius cōe aſſiſtit eis,& idem vult Bal.in l. dotis tuæ.
C.de iure dot.ubi dat remedium filio , vt non te-
neatur creditoribus patris . Et idem firmat Io.de
Imol.in c.pen.extra de conſuetudine.Io. in l.cum
filius familiàs.in v.col.ff.de verb.obliga.quæ con-
8 cluſio comprobatur,† quia ſecundum cōiter Doc.
ualidum eſt ſtatutum diſponens, ꝙ pater teneatur
ſoluere condemnationem pro filio , & ſic puniens
patrem pp delictum filii , cum hoc diſponatur ex
cauſa,uidelicet ne delicta remaneant impunita,&
ut filii fiant remiſſiores in delinquendo,qui eſſent
promptiores ad committendum tale delictum , &
ubi nō eſſet huiuſmodi ſtatutū uideatur executio-
9 nē fieri non poſſe contra bona paterna,† in quibus
dñium cenſentur habere etiam viuente patre. l.in
ſuis.ff.de lib.& poſth.& ita tenet Bal.in l.j.C.ne fi-
lius pro pře,& Sal.in l.ſi filij.C.eo.Pet. de Anch.in
c.ij.de delictis puerorum,pōderās ibi tex.in verb.
conſuetudine. Idem concludunt Bal.Ang.Imol.&
Moderni in l. lex Cornelia.ff.de uul.& Io.in d.l.cū
filius.Suadetur iſta cōcluſio.Nā ualet ſtatutum di-
ſponens,ꝙ filii teneantur pro patre vt dictum eſt :
ergo multo magis valere debet ſtatutū ī caſu iſto.
10 Probatur iſta conſequentia. † Nam,ꝙ filii tenean
tur pro patre,iſtud cauſatur ex facto neceſſario,nō
autem uolūtario;quia quis etiā inuitus eſt filius.l.
tutelas.ff.de capi.diminu.iuncta l. iura ſanguinis.
11 ff.de reg.iur.† Sed ꝙ filius teneatur pro patre ſi ſi
mul exercuerint eandem artem,hoc cauſatur ex fa
cto uoluntario:quia nemo inuitus cogitur ſtare in
communione,nec contraria ſocietate.l.penul. C.
12 cōi diuidundo, † iura aūt magis ſubueniunt faciē
ti actum ex neceſſitate,quàm ex propria uolūtate,
l. cū poſtulaſſem.§.j.ff.de dāno infecto.l.ſi quis fi-
lio exhæredato,§. quatenus,ff.de iniuſto rupto ir-
ritoq; teſtō.iunct.l.qui liberis.§.teſtō. ff.de bono.
poſſ.ſecun.tabul.Gl.in c.arbitris.de off.deleg. lib.
13 vj.Hinc videmus , † ꝙ hæres qui ex facto ſuo uo-
luntario adeundo ſcilicet hereditatem defuncti,
quam potuit repudiare,cenſet eadē perſona cū de
functo.l.cum à matre.C.de rei vend.in aucten. de
iureiur.à moriente præſtito. in princ. tenetur cre-
14 ditoribus ipſius defuncti: † ſed nō ſic eſt in filio,
qa licet cenſeatur vna & eadē perſona cū patre, qa
tamen hoc non cauſatur ex facto ſuo uoluntario,
nō pōt ipſe cōueniri pro debito patris, vt toto titu
lo.C.ne fili.pro patre, prout declarat eximius do-
ctor D.Ia.C.in §.actiones.col.j.inſtitu. de action.

Non obſtant adducta in contrarium , primę eñ
rationi rñdeo,ꝙ ſtatutum hoc poſſit dici rigoro-
ſum,per hoc tñ non eſt iniquum nec iniuſtū ; quia
15 † nō eſt inconueniens,ꝙ quis grauetur ex facto al-
terius,ſi id fiat ex cauſa,d.l.ſi quis in ſuo.§. legis.c.
qm̄ frequenter.§.ſi verò,vt lite nō cōteſtata. c.quā
to de diuortiis.hic aūt ſubeſt cauſa, uidelicet, ut
frater fiat remiſſior & timidior in ceſſando & in
occultando ſe,ſciens fratrem pro ipſo fore obliga-
16 tum,cum quo ſimul exercebat eandem artē, † cū
nemo præſumatur carnem ſuam ſeu ſanguinē ſuum
odio habere.l.j.C.ne quis cū c.exiſtimāt.xj.q.iiij.

Non obſtant auctoritates in contrarium allega
tę,quia loquuntur qñ ſtatutū grauans vnum ex fa-
cto alterius,diſponit ſine cauſa, ſecus ſi eis diſpoſi
tio proceſſerit in aliqua cauſa, prout in caſu iſto
quod probant.& ita reſpondet Io.in d.l. cum filius
fa.ſic declarans prędictas auctoritates Doctorum.

Deuenio ad ſecundum articulum , in quo omiſ-
17 ſis argumentationibus concludo, † ꝙ ex dicta in-
titulatione probatur illos ſimul exercuiſſe artifi-
ciū,ſi in illo libro ſcripta ſint nomina debitorū &
creditorū,ſeu negotia ſpectātia ad ipſum artificiū,
vel exercitium,& ne in verbis inſiſtamus , pro hoc
adduco doctrinā Bar.in l. ſi patronus. C. cōmunia
utriuſq; iudicij.vbi quęrit unus ex fratribus cū pe-
cunia hęreditaria facit mercantias,& ex illis lucra
tur,utrū lucrū debeat alteri fratri communicari ?
dicit primò uidendum eſſe,an hoc fecerit cōi no-
mine , an nomine proprio,& iſtud cognoſci pōt ex
libro rationum in quo cōtinetur,hic eſt liber mer-
cantiæ mei talis & mei fratres,ex hac enim intitu-
latione dicit Bar.probari, ꝙ cōi nomine faciebat
tales mercantias , ideò lucrum eſt communican-
dum,& ſic eſt ibi aperta deciſio huius propoſiti ar-
ticuli , quod etiam ſequitur Bal.in trac.de duobus
fratribus,col.iij.verſ.quæro primum , ubi dicit, ꝙ
cum iſta qō de facto contigiſſet, Bart. fecit ſibi o-
ſtendere librum rationum in quo cōtinebatur,iſte
eſt liber Petri & fratrum de tali loco.Ex hac eñ in
titulatione probatur ſecundum eum , ꝙ cōi nomi-
ne exercebatur illa mercantia , & ſic in illo actu
mercantili probatur ſocietatem fuiſſe contractā.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Tempus decē dierum victo appellare uolenti tribuitur.*
2 *Victus tenetur ſtare ſententiæ à qua non appellauit.*
3 *Appellatio intēpeſtiuè facta nullum operatur effectū.*
4 *Citatio īualida nō ppetuat iuriſdōnem iudicis delegati.*
5 *Libellus nullus & citatio nulla , præſcriptionem non interrumpunt.*

6 *Appellatio*

6 *Appellatio licet legitimè interpoſita non ſuſpendit neque mutat ſtatum cauſæ, niſi prout reperitur tempore quo interponitur.*

7 *Citatio per edictum facta à iudice poteſtatem habente, ita afficit ac ſi perſonaliter facta fuiſſet.*

8 *Intimatio ſententiæ cuius tenor inſertus eſt de uerbo ad verbum in literis executorialibus, preſumitur legitimè facta.*

9 *Notarius faciens mentionem in contractu de inſtrumēto originali à ſe uiſo & lecto, probat abſq; eo quòd originale exhibeatur. & uide nu. 24.*

10 *Per inhibitionem iudicis ad quem, reuocantur attentata ante omnia, etiam ſi aliter nō probetur ueritas cauſæ appellationis.*

11 *Tempus decem dierum datum ad appellandum à iure eſt utile, et ignoranti non currit, ſed ſolū à die notitiæ.*

12 *Ignorantia in dubio præſumitur niſi probetur ſcientia.*

13 *Notitia inſurgens ex citatione facta per edictum, non præiudicat appellanti circa tempus decēdij datum ad appellandum.*

14 *In dubio preſumitur appellatum fuiſſe infra decem dies à die notitiæ ſententiæ niſi contrarium probetur.*

15 *Citatio per edictum de iure canonico non eſt permiſſa inferiori ſummo Pontifice, niſi in commiſſione per ipſum facta expreſsè dicatur.*

16 *Acta geſta per iudicem iuriſdictione carentē nulla ſunt.*

17 *Conditio poſita in commiſſione iudicis conſtito de re iudicata &c. qualiter verificetur.*

18 *Negatiua quòd quis non fuerit citatus, per inſpectionem proceſſus probatur.*

19 *Proceſſus iudicis qui pronuntiauit contumacem ante relationem ſibi factam per nuntium eſt nullus, licet ille verè ſit contumax.*

20 *Delegatus formam ſibi traditam in commiſſione ſeruare tenetur: aliàs geſta per eum nulla ſunt.*

21 *Cauſa commiſsa tribus cum clauſula quòd ſi duo ex eis noluerint uel non potuerint iudicare &c. non poteſt vnus in cauſa procedere, niſi ſciat alios nolle uel non poſse, aliàs proceſſus eſt nullus.*

22 *Res iudicata dicitur ſententia quę tranſiuit in rem iudicatam, non autem illa quæ beneficio appellationis ſuſpenſa eſt.*

23 *Tempus datum ad appellandum ita ſuſpendit ſententiā ſicut appellatio.*

Paria ſunt quòd appellatio ſit interpoſita, vel ſit intra tempus appellandi.

Pendente tempore dato ad appellandum, ſententia exequi non debet.

25 *Literæ ſecundæ an derogent prioribus qualiter ſit cognoſcendum.*

26 *Datum uni alteri videtur ademptum.*

27 *Iudicium ſoluitur uetante eo qui iudicare iuſſit.*

CONSILIVM VII.

IN CAVSA vertēte inter Magnificos Comites Franciſcū, & alios de Beuilaquis, ex parte vna, nec non Marcū Antoniū de Marſilijs agētē noīe eius vxoris ex parte altera, dubitatio quędā emergit, videlicet an ſtāte quadā īhibitione quę emanauit à delegato Sedis Apoſtolicę, poſsint dñi Antiani ciuitatis Bono. ꝓcedere in ipſa cā, ꝓut vř eis cōmiſsū, & mādatū ī brachio ſeculari, ď quo ī pūcto fit mētio.
In qua dubitatione uidetur dicendum ꝙ ſic: eo quia ſententia dudum lata in fauorē pręfati Marci Antonij tranſiuit in rem iudicatam, cum ab ea nō appellauerint ꝑdicti de Beuilaquis infra decē
1 dium, † qđ tēpus à iure præfixum eſt appellare uolenti. auctē. hodie. C. de appella. & c. cōcertationi.
2 de appell. lib. vj. † & ſi infra certū tempus victus nō appellauerit præſumatur ꝙ ipſi ſententiæ latæ cōtra ſe acquieſcere uelit. l. ab eo. C. quomodo, & qñ iudex. c. qđ ad conſultationem. de ſent. & re iud. ideò cū huiuſmodi ſentētiæ facta fuerit executio, legitimè facta cenſebit, & ſic pręfatus Marcus Antonius bonorū de quibus eſt cōtētio uerus poſſeſſor conſtitutus eſt, l. iuſtè poſsidet, cū ibi notat. ff. de acquiren. poſſeſsion. Et licet dicat appellationē demū fuiſſe interpoſitā ex parte illorū de Beui-
3 laquis, † illa tñ nulla eſt quia intēpeſtiuè facta, ſic nullum effectum operari poteſt. l. nō putauit. §. nō quæuis. ubi Bar. ff. de bonor. poſſ. cōtra tabul. l. iiij.
4 §. condemnatū. ff. de re iudic. † Facit Gloſ. ult. in c. cum plures. de offi. delega. lib. vj. quæ vult ꝙ citatio nulla & inualida non perpetuet iuriſdictionē
5 iudicis delegati. Similiter † libellus nullus & inualidus nec non citatio nulla & inualida præſcriptionem non interrumpunt. Bar. in l. accuſaturus. ff. de adult. Glo. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunctorum.
6 Præterea appellatio † licet legitimè interpoſita fuerit, nō ſuſpendit neque mutat ſtatum cauſæ, niſi ꝓut reperit tēpore quo interponitur, & ſic ꝙ permiſſum eſt ante appellationē permittit etiā poſt, nec dicitur pars aliquid innouare, ut patet in eo q. cōtinuat ſuam poſſeſsionē. c. j. & ij. ubi Inno. ut lite pēdēte. Io. de Imol. in l. ſi quis filio exhęredato. §. ſi autē. ff. de iniuſt. rup. irritoq; teſtō. Nec dubitandum eſt de viribus aſſertę ſententię latę in fauorē prædicti Marci Antonij, cū legitimè proceſſum
7 fuerit contra illos de Bauilaquis, factis † citationibus per edictum, quæ quidē citationes afficiūtur, ac ſi perſonaliter factæ fuiſſent, qñ iudex habuit poteſtatem ſic citandi, prout habuit in caſu iſto ex cōmiſsione Pontificis. Clem. j. cum ibi notatis. ex
8 tra de iudic. Intimatio † etiā huius ſentētię legitimè reperit facta ipſis de Beuilaquis, quoniā eius tenor fuit de uerbo ad uerbū inſertus ī literis executorialibus. & ad hoc adduco dictū Specul. in tit. de inſtrumēt. edit. §. reſtat. in uerſ. pen. ubi dicit, ꝙ
9 † ſi notarius faciens mentionē de inſtrumento, atteſtetur ſe uidiſſe originale, & diceret ut cōſtat tali inſtřo per me uiſo & lecto, tūc plenè ꝓbatur abſque eo qđ originale exhibeatur: quanto ergo magis in caſu nřo idē erit dicendū, in quo totus tenor ſentētię fuit īſertus ī ipſis literis executorialibus.
Pręterea in literis obtētis ab iſtis de Beuilaquis nulla fit mentio de brachio ſeculari, nec de alijs geſtis in executione, ergò ſunt ſubrepticię, & ſic nullā tribuūt iuriſdictionē iudici à quo emanauit aſſerta inhibitio. c. inter monaſteriū. de re iudi. & ibi nota. c. cæterū. de reſcriptis. hæc ſunt quę uidētur poſſe adduci in fauorē prędicti Marci Antonij.
Quibus tamen non obſtantibus contrariū puto
11 de iure uerius, & ſic concludo † ꝙ ſtante inhibitione iſta, pręducti D. Antiani nō poſſunt quoquo modo ſe

do ſe intromittere in hac cauſa.c.non ſolũ.de app.
lib. vj. vbi probatur ꝙ inhibitio iudicis ad quem
operatur iſtum effectũ,quia reuocãtur attentata añ
omnia, etiam ſi aliter non probet,veritas cauſę ap-
pellationis,prout etiam concludit poſt Docto. per
ipſum allegatos Philippus Peruſi.in c.bonæ memo
rię.de app.col.xxj.verſ.ſeptima ſit concluſio.Et qa
iſtud de ſe clarum & notum eſt, ideò aliter nõ inſi-
ſto, ſed me conuerto ad rñſioné eorũ quæ pro par-
te cõtraria obijciunt,quibus ſublatis liquidiſsimè
conſtabit de notoria iuſtitia ipſorũ de Beuilaquis.
Primæ igitur obiectioni in qua dicit ſententiam
tranſiuiſſe in rem iudicatam.Reſpondeo ꝙ nullibi
11 conſtat de re iudicata,eo,quia † tẽpus decendij da
ti ad appellandũ eſt utile à principio,nec currit ni-
ſi à die notitię, & ſic non currit ignorãti, ut per Gl.
in c.concertationi.& in c.corde.in verb. decendiũ.
12 de appella.lib.vj.† Et in dubio præſumitur ignorã-
tia,niſi probetur ſcientia.l.verius.ff.de ꝓbationib.
13 c.pręſumitur.de regu.iur.lib. vj. Et † licet ex cita-
tione ſeu intimatione facta ad domũ p̄ſumat in du
bio aliquid ꝑueniſſe ad notitiã citati.l.ſcire opor-
tet.§.oportet.& ibi Bal.ff.de excuſa.tutor.Bar.in l.
quidã decedens.in fin.ff. de adminiſtra. tutor. iſta
tñ eſt notitia ficta ſeu pręſumptio quæ non ſufficit
ad excluſioné appellationis,in qua requiritur uera
notitia,& ita declarat Philippus Peruſi. in c. bonæ
memoriæ.col.xj.ver. octauo dicitur appellari, ubi
dicit,ꝙ cum notitia quæ inſurgit ex citatione, quæ
fit per edictum,ſit præſumpta & non uera, nõ præiu
dicat appellanti circa tempus decendij datũ ad ap
pellandum,quia requiritur uera & indubitata ſcien
tia Cle. cãm, de electione. & ſubdit ita tenere Do-
min.de Rota.deciſ.ccclxiiij.quę incipit itẽ cum iu
ra.cum ergo nullibi conſtet de uera notitia ipſorũ
de Beuilaquis,licuit eis dudũ poſt dictam ſentẽtiã
14 appellare habita poſtea notitia huius ſentẽtię.† Et
in dubio præſumitur fuiſſe appellatum infra decem
dies à die notitiæ niſi contrarium probetur, prout
concludit Rota.deciſi.cccxvj. quæ incipit ſi poſſeſ-
ſor.& Peruſi.in d.c.bonæ. verſicu.octauo.
Præterea dato,non tamen conceſſo,ꝙ ſufficeret
intimatio de ipſa ſententia facta per edictum,tñ in
15 caſu iſto non potuit operari effectum ſuum , † & ꝓ
declaratione aduertendum eſt, ꝙ citatio per edi-
ctum de iure canonico nõ eſt permiſſa inferiori Sũ
mo Pontifice,niſi in cõmiſsione per ipſum facta ex
preſsè dicatur, ꝙ citatio fieri poſsit per edictum.
Clem.j.& ibi notatur de iudicijs.Bar. in extrauagã
ti ad reprimendũ.in verb.per edictum.Pan. de Ca.
in conſi.l.inci.in cauſa quæ uertitur.col.v.ſpecialis
ergo commiſsio facta per Summum Pontificẽ de
citando per edictum Car. Papienſi eius legato ope
rari debet uſq; ad ſententiam,non poſt:quia iudex
functus eſt officio ſuo. c.in literis. de off. delega.l.
iudex poſt quàm.ff.de re iudica.
Et ſi dicatur ꝙ intimatio fuit facta de mandato
Epiſcopi Imolen.cui per Summũ Pontificem com-
16 miſſa fuit executio ſententiæ. Reſpondeo † ꝙ hu-
iuſmodi intimatio,& quęcunque alia per ipſum ge
ſta viribus non ſubſiſtunt,cum careret omni iuriſdi
ctione qua nullus maior defectus reputatur. iuxta
Gloſ. in Clem.j. de ſequeſtratione poſſeſsionis &
17 fructuũ,qđ aũt caruerit iuriſdictione probat̃, † qa
data fuit ei iuriſdictio ſub cõditione,videlicet con
ſtito de re iudicata,quæ cõditio prius debuit uerifi
cari præmiſſa cauſa cognitione,videlicet parte cita
ta.l.in cauſę.§.cauſa cognita.ff.de minorib.l.fi.C.ſi
18 per uim,uel alio modo.† qđ cũ minimè factũ fue-
rit,quæ negatiua probat ex inſpectione ꝓceſſus,ut
dicit Bar.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appellati. ſeq-
tur,ꝙ omnia geſta per prædictũ Epiſcopũ Imolen.
tãquã carẽtẽ iuriſdictione funditus nulla ſunt.Et ꝓ
hoc adduco doctrinã Bar. in l.ſi finita. in §. Iulia.
col.vj.ff.de damno infecto.& in l. hæc autẽ iura.in
19 §.j.ff.ex quibus cauſis in poſſeſsione eatur, † ubi ꝑ
illũ tex.dicit ꝙ proceſſus iudicis qui pronuntiauit
aliquẽ contumacẽ,ante relationẽ ſibi factã per nũ-
tiũ eſt nullus,licet in ueritate ille ſit contumax. Et
idẽ uult Bar.in l.multũ intereſt.ff.de cõdi.& demõ.
qa iudex debet ſcire cauſam,ꝓpter quã ꝓnũciet,&
procedit,ꝙ ſcire nõ poteſt niſi aſſertione partiũ &
earum citatione.l.fin.C.ſi per uim uel alio modo.
20 † Suadetur quia delegatus formam ſibi traditam
in commiſsione tenetur obſeruare:aliàs nulla ſunt
geſta per eum,c.cum dilecta.de reſcrip.l.diligẽter.
in princ. ff.mandati.Ro.in l.abſenti.ff.de donatio.
Cum ergò forma,de qua in dicta commiſsione non
fuerit obſeruata,nulla ſunt geſta per talẽ iudicem.
21 Confirmatur.† Nam ſi committatur cauſa tribus
iudicibus cum clauſula , ꝙ ſi duo ex eis noluerint
uel non potuerint iudicare &c. non poteſt vnus in
cauſa procedere,niſi ſciat alios nolle,uel nõ poſſe,
aliàs ꝓceſſus eſſet nullus:& ſic prius cõſtare debet
de impotẽtia ſeu uoluntate collegarũ quàm in cau
ſa ipſa procedat.Gloſ.& Doct.in c.prudentiam. de
officio delega.in princ.Io.An.in c.eũ qui, de regu.
iur.in vj.Bar.in l.ſi vnus ex pluribus.ff.de re iudica.
Ro.in ſingu.xiij.inci. ſi cauſa cognita cõmittatur.
Præterea iſta cõditio,ne dũ fuit uerificata : quin
22 imò nõ potuit uerificari,† quia ut dicit Ludo.Ro.
in conſ.cccxxxiij.inc.circa primũ cõſultationis ar-
ticulum.res iudicata dicitur ſententia quæ trãſiuit
in rem iudicatã,nõ autẽ illa quæ beneficio appella
tionis ſuſpenſa eſt,ſed hęc ſentẽtia lata in fauorem
Marci Antonij non eſt talis;quia erat ſuſpenſa vir-
tute facultatis appellandi conceſſæ ipſis de Beuila
quis:qbus ut dixi nõ currebat tempus antę ueram
23 notitiam ipſius ſententię. † Tempus autẽ datũ ad
appellãdum non minus ſuſpendit ſnĩam,quàm ipſa
appellatio,cũ paria ſint ꝙ appellatio ſit interpoſita
uel ſit infra tempus appellãdi.c.nõ ſolũ.de appella-
tioni.in vj.l.poſt rem.ff.de tranſact.Glo.& Doct.in
l.ex iudiciorum. ff.de appellati. qui dicunt ꝙ ſicut
pendente appellatione fieri non poteſt aliqua exe-
cutio,ſic nec pendente tempore dato ad appellãdũ.
24 Secundæ obiectioni reſpondeo † ꝙ illa mentio
de ſententia quæ fuit facta in literis executoriali-
bus nihil operatur,& ſic dictum Specula.allegatum
pro parte contraria communiter eſt reprobatũ , &
ipſum reprobat Alberi.de Roſa.Ang. Pau.de Caſt.
& Moderni in auten.ſi quis in aliquo.C.de edẽdo.
Alex.in conſi.vi.inci. ponderatis.lib.iiij.& in con-
trariũ in terminis noſtris adduco Io.An.in titu. de
inſtrumentorũ editione.§.j. verſ.ſed obijcitur,ubi
dicit quòd ſit totus effectus inſtri eſſet regiſtratus,
tale re-

tale regiſtrum non faceret fidem,niſi contra eũ qui fuiſſet pręſens tali productioni,ſeu regiſtrationi,& nihil oppoſuiſſet. Vide Petr.de Ancha.in conſilio cccij.incipien.viſis diligenter.

Vltimæ obiectioni reſpondeo, ꝙ ex quo geſta per dictum Epiſcopum in huiuſmodi executione ſint nulla ex defectu iuriſdictionis,fuit opus de illis facere mentioné.Glo.in c.ex tenore, de reſcript.& ibi latè Fely.multa adducens.Alexand.in c.per veſtras.de donation.inter vir.& vxorem.

25 Secundò reſpondeo ꝙ † de iſto articulo an iſtæ literę ſint ſubrepticię,uel ne,non poſſunt D.Antiani cognoſcere:quia qñ dubitatur an ſecundæ literæ derogent prioribus,nec primi nec ſecundi indices habent per ſe poteſtatem cognoſcendi ſuper hoc, ſed procedendum erit iuxta formam. c. paſtoralis. in prin.de reſcriptis,ita dicit D.Abb.in c.cęterum. in verſic.1.ſed circa prędicta dubitatur, extra de reſcriptis. & in d.c.paſtoralis.

Vltimò ad oſtendendum,ꝙ inhibitio ligat manus D.Antianorum,conſideranda ſunt verba appoſita in cõmiſsione,in qua dicit, ꝙ ille iudex datus exequi debeat omne id qđ fuerit exequẽdũ contra ipſos de Beuilaquis,ex illis.n.uerbis patet eſſę adiunctam facultatem exequẽdi prius alteri conceſ-

26 ſam: † qa qđ vni datũ eſt,alteri uidetur ademptũ.l. qđ in rerum.§.j.ff.de leg.j.l.cũ prętor. in princi.ff. de iudiciis.Ang.in l.teſtõ omnia.C. de teſta. maxi

27 mè † quia iudicium ſoluitur vetante eo qui iuſsit iudicare.l.iudicium ſoluitur.ff.de iudicijs. Finis.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa commiſſa cũ clauſula appellatione remota,an appellatio quę interponitur à ſententia impediat eius executionem.*

2 *Reſcriptum ſecundum impetratum non facta mentione de clauſula appellatione remota in primo contenta, ſubreptitium eſt.*

3 *Verbum contradictores,quos comprehendat.*

4 *Appellatio a quolibet minimo grauamine quos comprehendat.*

5 *Princeps ſuſcipiens ſubditum & eius bona ſub ſua protectione,videtur promiſiſſe eum defendere ab inquietantibus de facto,& non de iure.*

6 *Promittẽs non mouere controuerſiam, ea tamen quæ de iure veniunt,& peti poſſunt,petere non prohibetur.*

7 *Proprietarius promittens uſufructuario nullam quæſtionem moturus,poteſt ab eo petere, vt præſtet cautionem de vtendo vſufructu arbitrio boni viri.*

8 *Fideiuſſor qui promiſit ſatisfacere creditori libere ſine aliqua exceptione, poteſt opponere exceptionem excuſſionis.*

9 *Clauſula appellatione remota, in reſcripto non appoſita, neglecta & omiſſa cenſetur.*

10 *Supplicans ſi petit quòd in cauſa procedatur ſummariè, ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij, & ſuperior nihil cancellando,dicit, talis audiat,& iuſtitiam faciat,non videtur cauſa ſummariè commiſſa.*

11 *Princeps in dubio præſumitur vti iure communi, non illi derogare.*

12 *Reſcriptum conceditur ad obſeruationem iuris communis, & aliquid contra ius continens, mutat nomen reſcripti, & dicitur priuilegium, quod in dubio non præſumitur.*

CONSILIVM VIII.

IN CAVSA Magnificorum Comitum de Beuilaquis, aduerſus Marcum Antoniũ de Marſilijs, ſeu eius conſortem, in qua pridie conſului in fauorem ipſorum Comitum, audio per aduocatos dictorũ de Marſilijs fieri magnum fundamentum ſuper eorum reſcripto,per qđ uidetur cauſa commiſſa appellatio-

1 ne remota,virtute † cuius appellatio quę interponitur à ſententia,non impedit eius executioné,prout

2 tradunt Imol.& alij in c.paſtoralis.de appel.† Item qa de iſta clauſula appellatione remota, ueluti notabili debuit fieri mentio in ſecundo reſcripto impetrato ex parte illorum de Beuilaquis: ob illius ergò taciturnitaté eorum impetratio cenſeri debet ſubreptitia.c. cæterum. de reſcrip. c. ij. de dolo & contumacia.Philip.Peruſi. loquens in terminis de iſta clauſula in d.c.paſtoralis.

Sed ijs non obſtantibus adhuc concludo iuſtitiã reſidere ex parte ipſorum Comitum. Et in primis cõſidero uerba ſupplicationis,quę ſunt huius tenoris. Non permittentes eos per Franciſcum,& nepotes prædictos, ſeu quoſcunq; alios deſuper quouis modo moleſtari aut perturbari contradictores per cenſuras eccleſiaſticas, & alia opportuna iuris remedia,appellatione poſtpoſita compeſcendo.

3 In illis † .n.verbis contradictores comprehendũtur illi, qui de facto contradicunt,& non de iure. Sed iſti de Beuilaquis dum appellant à ſententia lata cõtra eos,cõtradicũt de iure & nõ de facto, † qa

4 à quolibet minimo grauamine de iure permiſſa eſt appellatio.c.de appellationibus.extra de appel.Illi ergo nõ includuntur ſub illo verbo cõtradictores.

Aſſumptum poteſt probari ex nota.per Glo.quæ expreſsè hoc dicit in c.pro illorũ, de prębẽ. Ex qua infert Pet.de Anch.in conſi.lxxxvij.incipi. omiſſo

5 primo dubio, † ꝙ ſi aliquis princeps ſuſcepit ſubditum,& eius bona ſub ſua protectione, uidetur promiſiſſe ꝙ eas defendet contra illos qui de facto ipſum inquietabunt, & non de iure, ſequitur Ioann. Anani.in capitulo olim.de accuſation.

6 Confirmatur hoc fundamentũ. † Nam ſi aliquis promiſit non mouere controuerſiam alicui,poterit tñ petere ea quæ de iure ueniunt, & peti poſſunt.

7 Ita vult Bal.in l.j.col.ult.C.de vſufruc.ubi dicit † ꝙ peti poteſt hoc caſu cautio ab vſufructuario de utẽdo vſufructu arbitrio boni viri, cum illa de iure ſit præſtanda, per l. ſed ſi poſſeſſori. §.ſed ſi rerũ.ff. de iureiurã.Ex quo infert Ludo.Ro.in conſ.ccxj.inci. allegationes eximiorum Doctorum, ꝙ ſi aliquis

8 † fideiuſſor ꝓmiſit ſatiſfacere creditori libere ſine aliqua exceptione,poterit tamen opponere exceptioné excuſsionis, cum illa de iure obijci poſsit, autben.pręſente.C.de fideiuſſo.plura aliter poſſet adduci quæ omitto breuitatis cauſa.

Secundò principaliter ꝓ hac conſideratione cõſidero, ꝙ licet in ſupplicatione fiat mentio de appellatione

pellatione poſtpoſita in ſignatura, tñ nullum ver-
bum: ex quo infero quòd cauſa fuit cõmiſſa abſque
dicta clauſula appellatione remota, dicit.n. ſigna-
tura, placet prout de iure, ergo ſine clauſula appel-
latione remota, cũ de iure permiſſa ſit appellatio.
c.de appellationibus. extra de appellati. ſimiliter
alia ſignatura dicit procedat in præmiſsis, prout de
iure, & iuſtitiã faciat: fortius dico ꝙ ſi in ſignatura
non eſſent illa uerba prout de iure. adhuc cauſa iſta
non cenſetur commiſſa appellatione remota: qa ſi
Sũmus Põtifex uoluiſſet remouere appellationem,
facile fuiſſet ei exprimere: argu.c.ad audientiam.
de decimis. & l.vnicę.§.ſin aut ꝗ ad deficiẽtis. C.de
cadu.toll. eo maximè, qa iſta clauſula eſt magni ef-
fectus, ut ꝑ Modern. Peruſi. in d.c. paſtoralis. digna
9 ergo ſpeciale nota, † igitur cum non fuerit expoſita
in ſignatura, cenſet neglecta & omiſſa, c. quanuis.
de pręb. in vj. l. item apud Labeonem.§.hoc edictũ.
10 ff.de iniur. † Et pro hoc adduco deciſionem Domi
norum de Rota num.xxviij. in titu. de reſcrip. & in-
cipit item ſi in cõmiſsionem, ubi concludunt ꝙ ſi
Non obſt.dũ dicebatur ꝙ iſte eſt bonæfidei poſſeſſor, quia licet hoc ſit uerum,tñ fructus reſtituere compellitur,tum quia titulus ortum habuit à cauſa inualida,tum quia iſti fructus peti poſſunt conditione indebiti,tum quia competit fideicõmiſſaria hæreditatis petitio , quæ eſt actio uniuerſalis,quæ oĩa ſuperius deducta ſunt,ideò ſufficiat hęc breuis repetitio.Poteſt etiam reſponderi ꝙ adducta in contrarium non procedunt fauore eccleſiæ: q̃a titulus nec bona fides excuſant poſſeſſoré quin teneatur ad fructuum reſtitutioné.quod ſic probatur. Nam titulus excuſat poſſeſſoré à fructib. qui percipi potuerunt.
54 l.ſi fundum. C.de rei uendi. † ſpeciale tñ eſt in pupillo, ut ei agenti poſſeſſor condemnetur in fructibus qui percipi potuerunt,etſi titulum habuerit,de hoc eſt Gl.ſingul.in uerbo cum fructib. in l.patri.§. item ex diuerſo.ff.de minoribus,quam ad hoc not. Lud.Rom.in prætalle.conſ.ccccliiii.in uerſ.cæterũ.
55 Idem ergo dicamus in eccleſia † arguendo de uno ad aliud , quod argu.procedit.c.j.& c.auditis.de in integ.reſtit.Glo.in l.libertos.C.de excuſ.tut.
56 Non obſt.† dum dicebatur ꝙ iuris error non impedit fructuum acquiſitionem , quia id procedit ſi probatur talis error,cuius probatio eſt difficilis,cũ præſumptio ſit contra eum,ut dicit Bar.& Ang.in l. ſed ſi leg.§.ſcire.ff.de peti.hære.Abb.in c.ſi diligenti.de p̄ſcr.Ale.in cõſ.lxxiii.inci. uiſo themate.li.ij.

Sed adhuc ſupereſt una dubitatio ꝙ dictus Alber
57 tus † nõ teneatur ad fructuum reſtitutionem quos iam triennio tranſacto percepit , quia illos dicitur uſucepiſſe prout vult Glo.Bart.& Pau.de Caſtr.in l. ſequitur.§.fructus.ff.de uſuca.Bar.& ibi D. Alex.in l.iij.C.quod metus cauſa.D.Anto.in c.grauis.de reſtitu.ſpoli.Abb.in c.de quarta.in vii.col. de præſcr. & eſt communis concluſio.

Sed hoc non obſtante dico ꝙ pręcedens concluſio procedit indiſtinctè,& ſic in fructibus perceptis iam triennio tranſacto ſeu alio longiori tempore : & prædictæ obiectioni reſpondeo ꝙ procedit duobus concurrentibus,uidelicet bona fide ex iuſto titulo , ut dicit Abb. in d . c.de quarta,ſed titulus Alberti non eſt iuſtus cũ emanauerit ab hac muliere, quæ non poterat eligere. Igitur &c. ſecundo rñdeo
58 † ꝙ aduerſus iſtam uſucapionem competit prædictis monaſteriis reſtitutio in integrum,prout competit aduerſus præſcriptionem longiſsimi tẽporis, prout uoluit Bar.in aucten.quas actiones. C. de ſacroſ.eccl.Abbas in c.i.de præſc. ubi dicit hanc eſſe communem opinionem . Alex.in conſ.lxxxi.incip.
59 reuocatur in dubium.lib.v. Et † ſciendũ eſt ꝙ quadriennium conceſſum ad peten.in integrum reſtit. eſt utile,& ſic non currit impedito , nec ignoranti, ſecundum Bal.in l.falſam.C.ſi & falſ.inſtru.Pau.de Caſtro in l.fi.C.de dol.& Alexand.in d.conſi.lxxxi. circa finem.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *periculum deteriorationis rei conductę cum pacto francandi,an locatori uel conductori pertineat.nu.24.*
2 *Contractus ſub conditione ante ipſius euentum,nec actionem,nec obligationem parit.*
3 *Damnum rei conductæ an ad locatorem uel conductorẽ ſpectet, quando re perẽpta tantũmodo remanet ſolum.*
4 *Emphyteuta tenetur ad ſolutionẽ canonis pro domo emphyteutica, quæ caſmate periјt.*
5 *Pretium rei conductæ auctum, an ad conductorem, vel locatorem pertineat.& nu.26.*
6 *Emens illud quod non extat ſed futurum eſt,ut fructus ad menſuram, pro ea tantum parte quæ naſcitur pretium ſoluere tenetur.*
7 *Emptione perfecta,rei periculum ſpectat ad emptorem.*
8 *Emere aliud eſt: & aliud promiſſio de vendendo , ſeu emendo.*
9 *Qualitas ſine ſubiecto eſſe non poteſt.*
10 *Carens nomine caret effectu ipſi nomini attributo.*
11 *Pretium iuſtum rei conſideratur tempore quo uenditio fit,non tempore promiſſionis in pacto de uendendo ſeu emendo infra certum tempus.*
12 *L.ij.C.de reſcind.uendi.quo caſu procedat.*
13 *Remedium dictæ legis ij.ceſſat in contractu iurato.*
14 *Incurſus hoſtium habetur pro caſu fortuito.*
15 *Iuramentum non operatur effectum deficiente conſenſu contrahentium.*
16 *Renunciatio caſuum fortuitorum non ſuſcipit fomentum à iuramento.*
17 *Contractus principalis ſimulatus nullus dicitur , & pacta ac omnia in eo contenta inualida ſunt.*
18 *Contractus principalis ſi non ualet, non ualet etiam confeſſio in eo contenta.*
19 *Acceſſoria & aliqua pacta non ualent , ſi principalis contractus non tenet.*
20 *Principali contractu reſciſſo,intelligitur eſſe reſciſſus pœnalis,& quodlibet acceſſorium.*
21 *Precarium ſi non tenet , nec conſtitutum tenet,quando principalis contractus eſt nullus.*
22 *Venditio facta de re hypothecata creditori ſi nulla eſt, nullus quoque eſt conſenſus præſtitus per ipſum creditorem in ipſa uenditione.*
23 *Iuramentum in contractu ſimulato nihil operatur.*
25 *Separatorum recta non fit illatio.*
27 *Agi non poteſt ad rem contra promiſſorem de uendendo,ſed bene ad intereſſe.*

CONSILIVM XII.

EGregius uir magiſter Guizardus de Principibus aliàs de Medico , locauit ad affictum,utendum, fruẽdum, & francandum,ad tp̄s ſex annorum, nobili uiro ſer Bonaparti de Ghiſleriis tornaturas octo terræ, cũ pacto ꝙ liceat dicto ſer Bonaparti conductori , ac etiam teneatur dictam rem ut ſupra locatam qñcunq; durante tpe dictorum ſex annorum,francare,& titulo emptionis acquirere pro pretio libra. quingentarũ octuaginta ſex,& ſolid.decem monetę currentis. & cum aliis pactis & conuentionib. de quibus in inſtro:pendente tempore frãcationis arbores & uitæ quę erant conſitæ in dicta petia terræ à militib. fuerunt euulſæ, ita ꝙ ſolum remanſit nudum & uacuũ, ex quo factum eſt ut pretium dictæ petiæ terræ ſit diminutum,& in magna quantitate. modo dubitaẽ an periculum deteriorationis ſpectet ad locatoré , an uerò ad conductorem , ita ꝙ ſatis ſit conductori nolenti francare offerre pretium quo in præſentiarum

rum ualet dicta petia terrę, & non plus.
In iſto articulo primo aſpectu dicendum uidet
1 ꝙ periculũ deteriorationis ſpectet,† & ſpectare de
beat ad ipſum cõductorẽ per tex. in l. neceſſario. §.
ꝙ ſi pẽdente. ff. de peric. & commo. rei uẽdit. ubi ſi
res uendita ſit ſub cõditione, & ea pendẽte facta ſit
deterior, damnũ hoc ſpectat ad emptorem, non ãt
ad uenditorem, ſi ergo iſtud eſt in contractu uẽdi-
tionis ſub condõne celebrato, multo magis idẽ de
bet dici in caſu iſto, in quo pactum francandi non
fuit initum ſub conditione, ſed in diẽ, & ſic contra
2 ctus eſt magis perfectus, patet † quia ante euentũ
cõditionis nõ eſt orta actio nec obligatio, ſed ante
euentũ iuris certe ſic, l. cedere diem. ff. de uerbor.
ſigni. l. i. in fi. ff. qñ dies uſu. legat. cedat. Bart. in l.
ita ſtipulatus. in ij. iij. & iiij. q. ff. de uerb. oblig.
3 Secundò comprobatur iſta pars. † Nã ex quo re-
manſit ſubſtãtia rei, uidelicet ſolum, ipſum damnũ
ſpectare debet ad ipſum cõductorem, nõ autem ad
locatorẽ, argõ tex. in l. qui res. in §. aream. ff. de ſol.
Et pro hoc facit quòd uoluit Ange. in §. itaque in
auten. de non alienan. aut permutan. quem refert,
& ſequit Iaſon in l. j. col. iij. C. de iure emphyteu.
4 ubi dicit, † quòd ſi domus data in emphyteuſim
caſmate pereat, nihilominus emphyteuta tenebi-
tur ad ſolutionem canonis, & eius erit periculũ ex
quo durat area, q̃ eſt potiſsima pars ipſius domus.
5 Tertiò facit, Nã ſi pretiũ huius petię terrę† ex ali
qua cauſa fuiſſet auctũ, commodum hoc ſpectaret
ad ipſum conductorẽ, ut in ſimili caſu vult Pau. de
Caſt. in conſi. xvii. inci. in cauſa. col. vltima: ergo &
ſimiliter damnũ diminutionis pretij ipſum condu
ctorẽ ſeq debet, neq;. n. ferẽdum eſt ut lucrũ qs ue
lit amplecti, & onus ſubire recuſet. l. unica. §. pro
ſecũda. C. de cad. toll. l. ſecũdũ naturã. ff. de reg. iu.
Vltimò adduci põt ꝙ uoluit Bar. in l. ſi vno. §. itẽ
6 cum quidam. ff. loca. col. penul. ubi † dicit, ꝙ ideò
in contractu uenditionis periculum ſpectat ad em
ptorem, quia certa ſpecies uẽditur ad quam agi põ
teſt: quia extat. Ideò ſi uendatur illud qđ nõ eſt, ſed
eſt futurum, utpura fructus ad certam menſuram
naſcituros ex tali fundo, tunc pro ea parte qua fru-
ctus non naſcuntur, pretiũ nõ debetur. l. ſi debitor.
§. ueriſimile. ff. de contrahen. emptio. & idem vult
Bal. apertius hoc declarans in rub. C. de peric. &
commo. rei uend. in iiij. q. ubi dicit ꝙ qñ id qđ de-
ducitur in contractu uenditionis conſequi poteſt
emptor agẽdo, tunc periculum eſt ipſius emptoris,
ſecus ſi non ſit in poteſtate eius illud conſequi, qa
tũc periculũ non erit ſuum, ſed uẽditoris, ut in caſu
dicti §. ueriſimile. ſed in caſu iſto potuit cõductor
agendo conſequi dictã petiã terrę cũ fuerit ſibi da
ta facultas, qñcumque durante tempore ſex anno-
rum illam frãcandi, & titulo emptionis ſibi acqui-
rẽda, ergo damnũ hoc ad ipſum ſpectare debet, nõ
autẽ ad locatorem: hęc ſunt quę uidetur poſſe ad-
duci i fauorẽ locatoris aduerſus ipſum cõductorẽ.
Quibus tñ non obſtantibus contrarium de iure
puto uerius, uidelicet ꝙ periculũ deteriorationis
ſpectet ad locatorẽ, nõ ad ipſum cõductorem. Pro
7 hac quęſtione conſidero primo.† Nã vt periculum
deteriorationis ſpectet ad emptorẽ neceſſe eſt ꝙ
emptio pfecta ſit. l. j. C. de peri. & commo. rei uẽdi.
l. neceſſario. in prin. ff. eo. §. cũ autem. iſti. de empt.
& uẽd. ſed in caſu ꝑpoſito in quo agitur de franca-
tione facienda, emptio nõ eſt perfecta, ergo pericu
lũ hoc non ſpectat ad ipſum conductorem. Quod
autem emptio nõ ſit perfecta probatur ſic: quia per
pactũ agitur vt cõductor teneatur francare, & titu-
lo emptionis acquirere, & ꝙ ipſe locator teneatur
8 uendere, nõ autem eſt emptio ſeu uenditiò. † quò-
niã aliud eſt emptio, & aliud eſt promiſsio ſeu obli
gatio de uẽdendo, ſeu emendo, prout vult Glo. in l.
Titius. ff. de pigno. actio. & in l. ęſtimationibus. ff.
de peti. hęre. & Glo. in l. in bonęfidei, ff. de eo ꝙ cer
to loco. & ſic etiam notant Cy. & Bal. in l. j. C. com-
munia de legatis. Mattheſi. in notabili xlvi. incip.
not. ꝙ aliud eſt uendere. Aret. in conſi. xxviii. inci.
diligenter animaduerſis, ubi inquit ꝙ ineptiſsimè
dicitur pactũ uel promiſsionem de uendendo eſſe
uenditionem. adducit Bart. in l. ſingularia. ff. ſi cer.
pet. & in l. uxorem. §. agri plagã. ff. de legat. iii. &
alia de quibus ibi per eum. Idẽ vult. d. Alex. in cõſi.
lxxiii. inci. uiſo themate. lib. ij. ubi adducit Bal. in
l. fi. §. emptor. C. cõ. de lega. & Ang. in l. j. C. de pac.
pigno. cũ ergo pactũ de emendo nõ poſsit dici em
ptio, nõ poteſt in eo conſiderari iſta qualitas, ꝙ cõ
9 tractus emptionis ſit perfectus, † qm̃ qualitas ſine
ſubiecto eſſe nõ poteſt, l. ij. ff. de uſufru. ea. rerũ quę
uſu cõſumunt. l. eius qui in ꝓuincia. ff. ſi cert. peta.
10 Confirmatur quia dici ſolet ꝙ † id qđ caret no-
mine caret effectu ipſi nomini attributo. l. à nullo.
C. de feriis. l. ij. C. de ſum. Trini. & fide catholica.
ſed pactũ de uendendo non eſt uenditio, & ſic caret
nomine uenditionis, ergo habet effectum, quem
conſequitur contractus emptionis, uidelicet ꝙ cõ
perfecto, periculum ſpectet ad ipſum emptorem.
Secũdo pro hac cõcluſione cõſidero & aliã ra-
tionẽ. Nã qñ fit pactũ de uendẽdo ſeu emendo ali-
quã rem infra certũ tempus, iuſtũ pretiũ rei cõſide
11 ratur, nõ tpe ꝓmiſsionis de uendẽdo, † ſed cõſide-
rat tpe quo ipſa uẽditio fit. Ita dicit Bal. in l. i. in iij.
col. verſi. quęro, ſi teſtator. C. cõia de legat. ſed cõſi
derãdo tempus quo emptio de hac petia terrę fieri
debet, ꝓ quãtitate pecunię de qua in inſtrõ, condu
ctor qui tenetur francare & emere reperitur dece-
ptus ultra dimidiã: qa ut pręſupponit in facto, pro
pter euulſionẽ uitiũ & arborũ ab hoſtibus factã in
magno exceſſu, & pretiũ huius petię terrę diminu
tũ fuit. Ex capite ergo huius enormiſsimę lęſionis
iſtud pactũ de uendẽdo reſcindi poterit beneficio
12 l. ij. C. de reſcind. uendi.† Quę lex ꝓcedit ne dum
in contractu uenditionis, ſed in aliis cõtractibus,
ſecũdũ Glo. & Doc. ibi. & ne dũ ꝓcedit in uendito
re decepto ultra dimidiam iuſti pretij, quinimò &
in emptore cũ ęqualitas ſeruari debeat. l. cum em-
ptor. ff. de reſcin. uendi. prout etiã concludit Gloſſ.
in d. l. iij. quã approbat ibi Bar. in ii. quęſtione Bal.
in xvi. & Saly. in xx. & alii Doc. idem tenent, ſed ſi di
ceretur remediũ huius legis ceſſat qñ in contractu
interpoſitum fuit iuramentum, prout vult Gl. in d.
l. ii. & in c. penul. de emp. & uendi. quorum opinio
communiter eſt approbata. Reſpondeo hãc obie-
ctionem non militare in caſu propoſito: qm̃ iſta lę-
ſio contingit ex poſt facto, uidelicet poſt pactum
13 de francando initũ, † & contingit in curſu hoſtiũ,

& per

& per conſequens caſu fortuito, l.in rebus.in prin.
ff.commoda. l. & ita.§. ſed ſi tota nauis.uer.ſi quid
naufragio.ff.nau.cau.ſtabu. de quo quidẽ caſu non
fuit à contrahentibus cogitatum,nec in gñe,nec in
15 ſpecie:† ergo iurm non operatur effectum cum de-
ſit conſenſus contrahentium,l.fi.C. de non nu.pec.
Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.col.vlt. Bar.Bal.
Ang.Fulg. & Moderni.in l.ſed ſi quis.§.q̃ſitum. ff.ſi
16 quis cautio.dicen. † ꝙ ſi in generali renunriatione
caſuum fortuitorum apponatur iurm ex eo non ua
lidatur renuntiatio:quia deficit conſenſus, qui per
iurm ſuppleri non poteſt. Idem vult d.Alex.in cõſi.
xxviij.in cl.uiſis,& accuratè põderatis. col.pe.lib.j.
ſi ergo renuntiatio caſuum fortuitorũ non ſuſcipit
fomentum à iurto, quanto minus in caſu propoſito
iſtud pactum ualidabitur iuramento, ex quo enor-
miſsima læſio contingit ex poſt facto caſu fortuito,
de quo nec in genere nec in ſpecie à contrahenti-
bus fuit cogitatum, cum ſit quòd in iſto contractu
nulla ſit facta renuntiatio caſibus fortuitis.

Conſidera & tertiò pro hac cõcluſione aliam ra-
tionem.Nam in iſto inſtrumento partes conueniũt
ꝙ omnis expenſa pñtis contractus & inſtrumenti
ſpectet& pertineat ad ipſum conductorem,q̃ ex for
ma ſtatuti & conſuetudinis ad utrunq; ſpectare de-
bet:ex eo ergo fit,ut contractus locationis & cõdu-
ctionis ſit ſimulatus,& per conſequẽs nullus & inua
17 lidus.† Ita decidit Veron.in ſuo tract.de ſimulatio
ne contractuum in vj.p̃ſumptione.ſi ergo principa-
lis contractus locationis nullus eſt & inualidus, q2
ſimulatus,ſimiliter pactum de francãdo, & reliqua
in ipſo inſtro contenta, erunt nulla & inualida.l.fi.
ff.de conſti.pecu.per quem. tex.dicit Bal.in l.ſi ab-
18 ſens.C.ſi cer.pet.† ꝙ ſi non ualet contractus princi
palis,non ualet ẽt confeſsio in ea contenta.facit ẽt
Glo.approbata per oẽs in l.ſi patronus. §. patronũ.
in uerbo Fauiana.ff.ſi quid in fraudem patroni,q̃ di
19 cit,† ꝙ ſi non ualet contractus principalis, non ua-
lent ẽt alia acceſſoria,nec aliqua pacta,Et Bal.alle-
gando illam Gl.in l.j.col.iiii.C.de inof.dona.dicit
20 † ꝙ reſciſo contractu principali, intelligitur etiam
eſſe reſciſus pœnalis, & quodlibet acceſſorium. Et
21 dicit idem Bal.in l.ex teſtõ. C. de fideic.† ꝙ ſi non
tenet contractus principalis, non tenet nec preca-
rium,nec conſtitutum:ſequitur Alexã. in l.j.§.ſi uir
uxori.& in l.quod meo.in fi.princip.ff. de acq.poſſ.
22 † Et pro his ſoleo allegare optimum tex. in l.ſi de-
bitor.§.fi.ff.quib.mod.pig.uel hypoth.ſoluitur.vbi
dicit ꝙ ſi uenditio facta de re hypothecata credito
ri nulla ſit,nullus quoq; erit cõſenſus p̃ſtitus per ip-
ſum creditorem in ipſa uenditione,& ſic res perſe-
23 uerabit hypothecata. † Et aduertendum eſt,ꝙ qñ
contractus eſt ſimulatus, tunc iuramentum nihil o-
peratur.Ita uult Glo. quam ſequuntur ibi Bal.Ang.
& Salyc. in l.iij.C. plus ualere quod agitur.Ioan.de
Imo.in l.nemo poteſt.ff. de lega.j. & in c.cum con-
tingat.in viii.membro de iureiur.& in c.ad noſtrã.
de empt.& uen.Soci.in conſ.cclxiiii.in iiii.q.
24 Non obſt.adducta in contrarium,† primæ.n.ob-
iectioni in qua dicebatur ꝙ in contractu uenditio-
nis ſub conditione celebrato periculum deteriora-
tionis ſpectat ad emptorem, reſpondeo ꝙ ille con-
tractus dicitur perfectus,licet conditio nõdum exti
terit. Ita dicit Glo.in l.neceſſario.§. ꝙ ſi pendente
& in l.j.C.de peric.& commod.rei uend.ſed in caſu
noſtro uenditio nõ eſt perfecta, quinimò nullo mo
25 do eſt uenditio,ut ſuperius dictum eſt,† ex ſepara-
tis ergo recta nõ fit illatio,l.ſi maritus. C.de dona.
inter uir.& uxor.& l.inter ſtipulantem. §.ſacram.ff.
de uerbo.oblig.

Secundæ obiectioni reſpondeo, ꝙ illa procede-
ret ſi quæſtio eſſet an ipſe conductor teneatur fran-
care,uel ne: quia ex quo ſupereſt ſolum, & ſic eadẽ
ſubſtantia rei francare tenetur, ſed quæſtio eſt ad
quem ſpectet periculum deteriorationis,an ad con
ductorem uel locatorem,& concludo quòd ad loca
torem per rationes de quibus ſupra.
26 Tertiæ † obiectioni reſpondeo, ꝙ ſi pretium rei
fuiſſet auctum, ut quia aliqua melioramenta facta
fuiſſent per ipſum locatorem,pretium deberet au-
geri,& ſic talium melioramentorum habenda eſſet
conſideratio,in fauorem locatoris,iuxta notata per
Glo.in l.emptor.ff.de rei uendi. Pau. de Caſt.& D.
Alex.in l.domus.ff.de leg.i. Ergo ſimiliter ſi pretiũ
rei fuit diminutum ex cauſa prædicta,damnum hoc
ipſum locatorem reſpicere debet.l.ſi id quod. ff.de
reſcin.uen.Non obſt.deciſio Pau.de Caſt. in d.cõſ.
xvij. quia loquitur qñ pretium rei auctum fuit rõne
temporis abſq; ullo facto hominis, ut ibi per eum.

Vltimæ obiectioni reſpondeo, uidelicet ad do-
ctrinam Bar.in d.§.cum quidam.quia Bar. loquitur
quando certa ſpecies quæ extat fuit uẽdita, & ſic ad
illam emptor poteſt agere,ſed in caſu iſto nihil de-
ductum eſt in contractu uẽditionis,ſed ſolum ema-
nauit promiſsio & obligatio de emendo, & contra
promiſsionem de uendendo, ex qua promiſsione
27 agi non poteſt,† contra promiſsionem ad rem pro
miſſam uẽdi,ſed agitur ad intereſſe, l.qui fundum.
ff.de contrah.empti.l.ſi ſterilis.§. ſi tibi fundum.ff.
de actio.emp.Ang.in conſi.clxxxiiii.inci.ex forma
& ſerie dictorum inſtrumentorum. col.vlti. ex iſtis
ergo patet ueram eſſe præmiſſam concluſionem.

Ioannes Crottus.

S V M M A R I V M.

1 *Alienatio cùm prohibita eſt ſimpliciter, vel in certum genus perſonarum, non tamen videtur prohibita in eadem re ab inteſtato ſucceſſio.*
2 *Res alienari prohibita contemplatione certarum perſonarum, per vltimum de familia alienari poteſt.*
3 *Alienandi prohibitio odioſa eſt, & nu.48.*
4 *Appellatio liberorum a teſtatore prolata non continet nepotes.*
5 *Prohibitio alienationis facta per teſtatorem nepotibus, quo caſu valeat.*
6 *Verba preteriti temporis eſſe perfectum ſignificant.*
7 *Res perfectè alienata auferri non poteſt ab illo in quem fuit tranſlata.*
8 *Dictio tunc temporis, extremitatem ſignificat.*
9 *Appellatione filij, uenit nepos & pronepos teſtatoris, & appellatione filię, venit neptis & proneptis.*
10 *Prohibitio alienationis facta in ultima voluntate cum cauſæ expreſſiõe valet, et impedit dominij trãslationẽ. Idem q; eſt in prohibitione facta in donatione cã mortis.*
11 *Donatio cã mortis in multis æquiparatur ulti. voluntati.*

Alienatio

12 *Alienatio in ultima uoluntate prohibita, differt ab illa quæ fit per pactum.*

13 *Prohibitio de non alienãdo per teſtatorem facta tenet, quando uoluit bona alienata ad aliquem peruenire.*

14 *Alienatione prohibita ſimpliciter per teſtatorem, quia uult ꝙ bona remaneant in familia, inducitur fideicommiſſum poſt mortem prohibitorum.*

15 *Verba enunciatiua inducunt fideicommiſſum.*

16 *Teſtator grauando filios ne poſſint alienare bona ſua niſi inter ſe, excludit filias & neptes, ac alias fœminas à ſucceſſione illorum bonorum.*

17 *Filia grauati de reſtituendo, ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis, non excludit ſubſtitutum, quando teſtator habebat filias proprias, quas non uocauit ad fideicommiſſum.*

28 *Diſpoſitio de filio nominatim facta non comprehendit nepotem.*

19 *Teſtator loquens de filio ſimpliciter, præſumitur intellexiſſe de maſculo.*

20 *Teſtator quando in præcedenti diſpoſitione uerbum commune accepit pro directo, id etiam præſumitur accepiſſe in ſequenti diſpoſitione.*

21 *Maſculinum non comprehendit fœmininum propriè, ſed ex quadam extenſiua interpretatione, quæ fieri nõ debet in præiudicium piæ cauſæ nu. 22.*

23 *Argumentum de legato libertatis ad legatum in piam cauſam communiter fieri ſolet.*

24 *Perſona cui acquiritur cõmodum legati inſpicitur, non autem is cui honor legati factus eſt.*

25 *Trebellianica non detrahitur de hæreditate reſtituenda piæ cauſæ.*

26 *Fraus deprehenditur ex uicinitate actus, & ex his quæ incontinenti fiunt.*

27 *Bona prohibita alienari per teſtatorem extra familiã, uenientibus ab inteſtato alienari poſſunt. Et qui hoc caſu de familia dicantur.*

28 *Teſtator qui prohibuit filios uendere, & obligare, uel alienare quouis titulo uel cauſa, quæ dici uel excogitari poſſit, bona ipſius, alicui perſonæ de mundo niſi inter ſe, uidetur etiam prohibuiſſe alienationem quæ fieret in uenientes ab inteſtato.*

29 *Relatio cenſetur fieri cum omnibus qualitatibus ſuis. & numero 46.*

30 *Dictio omnis, eſt uniuerſalis collectiua, non autem diſtributiua.*

31 *Voluntatis quæſtio non admittitur, cum in uerbis non eſt dubitatio.*

32 *Qui uult conſequens, uidetur uelle omne neceſſariũ antecedens ad illud.*

33 *Alienatio bonorum teſtatoris prohibita in uita hæredis an ultra dictum tempus extendatur.*

34 *Prohibitio de non alienando extra familiam, non extenditur ultra quartum gradum poſt teſtatorem.*

35 *Alienatio prohibita per teſtatorem ſuorum bonorum; quia uult illa peruenire ad ſuos deſcendentes, extenditur ultra quartum gradum.*

36 *Teſtator qui mandauit ne bona ſua aliẽnẽtur per filios ſuos comprehendit nepotes.*

37 *Nepotes in conditione poſiti & onerati, an ex eo honorati cenſeantur.*

38 *Teſtator ſi grauat omnes filios, & omnes decedunt ſine liberis, non uidentur ad inuicem ſubſtituti, ſed ſolum uidetur inter eos conſeruatum ius legitimarum ſucceſſionum.*

39 *Heredes ad inuicem ſubſtituti non cenſentur ex eo, ꝙ ſubſtitutio facta ſit in omnibus bonis.*

40 *Subſtitutio fideicommiſſaria inducitur ex ſubſtitutione facta poſt mortem omnium, & in omnibus bonis.*

41 *Nepotes titulo fideicommiſſi honorati, grauari poſſunt.*

42 *Prohibitio alienationis quo caſu dominij tranſlationem non impediat.*

43 *Teſtatoris expreſſa diſpoſitio plus operatur ad annullãdum actum, quàm tacita.*

44 *Teſtator quãdo expreſsè prohibet bona alienari, quibuſcunq; uerbis fiat alienatio, ĩpeditur dominij trãſlatio.*

45 *Dictio ut ſupra, eſt relatiua.*

47 *Verbum unum reſpiciens plures perſonas, eas uniformiter determinat.*

48 *Abſurdum omnino uitandum.*

49 *Statutum quòd extantibus maſculis filiæ non ſuccedãt, extendi debet ad neptes.*

50 *Pernitioſa ſubtilitas ut plurimum nos facit errare.*

CONSILIVM. XIII.

M ATVRE & diligenter cõſiderata narratione facti ꝓpoſiti, & multũ ponderatis verbis teſtĩ Nicolai teſtatoris ciuis Regiẽſis, exẽplo Imperatoris in §. nos igitur, in Auth. de reſti. fideicom. collat. 9. ibi ſubtilius teſtm̃ conſiderantes; in uerbo inuenimus ꝑ, Dubitatio hæc inſurgit, an ꝑ alienationem factam per Nicolaum nepotem prædicti teſtatoris eius filiabus, dicatur eſſe contrafactũ prohibitioni de nõ alienando, de qua in teſtamento ꝓmiſſo; ita ꝙ ius cõpetat in bonis ſic alienatis Arti Calciolariæ ciuitatis Regij, ad quã teſtator uoluit bona ipſa trãsferri in caſu alienationis contra eius prohibitionẽ factæ, ut plenius in dicto teſtamento continetur.

In qua dubitatione primò aſpectu dicendũ uř alienationem ꝑdictam potuiſſe fieri eo modo, quo facta eſt, ita ꝙ illa minimè reuocari poſſit ꝑ Artem prædictam. Et primò, quia qñ teſtator prohibet
1 † alienationem ſimpliciter, uel in certam genus ꝑſonarum, poſſunt nihilominus in huiuſmodi bonis ſic alienari prohibitis ſuccedere uenientes ab inteſtato, licet non ſint de numero illorũ quorum intuitu inducta fuit prohibitio. Ita uult Bar. in l. ſi ita qs ſtipulatus. §. eadem lege, ff. de uerbo. obl. ubi Imo. Paul. de Caſt. & D. Alex. idem tenẽt per tex. in l. cũ pater, §. cum inter. ff. de lega. ij. & ita ſępius conſuluit Alex. in conſ. lvj. incip. conſideratis, lib. 1. & in conſ. xxiij. lib. ii. & in conſi. lix. inci. attentis uerbis teſtamenti, lib. iii. & dicit Raph. Cuma. in d. §. cum inter, hanc eſſe cõem opinionem à qua difficile eſſet recedere in practica, quam etiam approbat Roma. in conſi. 457. cum ergo ad has mulieres quibus alienatio facta fuit ſpectet hæreditas Nicolai pr̃is ab inteſtato defuncti, meritò in eas fieri potuit hęc alienatio ꝑueniendo ſupremum iudicium: arg. tex. in l. cum quo, §. fi. ff. ad leg. Falci. eo maximè, quia ſi legitimus qui ab inteſtato uocatur hæres inſtituatur in teſtamento, nec hoc caſu uř prohibita alienatio, arg. l. non rectè, C. de fideiuſ. & hoc uult Glo. in l. pater filium, §. Agrippa Iulius. ff. de legat. 3. quam reputant ſingularem Ioan. de Imol. in l. ſi ita quis. §. eadem

§.eadē lege ff.de uerb.obl.Alex.in cōſ.xxiij.lib.ij.

2 Secundo cōprobatur iſta pars. † Nam quādo facta fuit prohibitio de nō alienando cōtēplatione certarū pſonarum; alienatio facta tenet, nec reuocari pōt, ſi facta ſit per ultimum ſuperſtitem, cuius contemplatione inducta fuit ipſa ꝓhibitio, ex quo non ſupereſt alius qui ſit uocatus in caſu alienationis contra ꝓhibitionē teſtatoris factæ, l. cū pater. §.libertis, ff.de leg.ij. quē tex. ſic declarat ibi Paul. de Caſtr.& Gl.in l.peto,§.fratre, ff.de leg.ij. & ibi Io.de Imol.dicens ꝙ ultimus de familia liberè poteſt rem alienare,eamq; in extraneum transferre cū non ſuperſit qui reuocet.idem uult Gl.in l.quoties.C.de fideicom.cum ergo iſto Nicolao alienāte non ſuperſit aliquis illorum quos teſtator uocauit,quia ſolū uocauit filios, & eorum filios maſculos,meritò ualida cenſeri debet hæc alienatio.

Præterea & tertio hæc ꝓhibitio alienationis afficit ſolūmodo filios teſtatoris,igitur porrigi non
3 dēt ad iſtū Nicolaū: † eſt.n.hęc prohibitio de non alienādo odioſa cū auferat homini ingenuo liberā ſuarū rerū adminiſtrationē quod fieri non debet,l. non uſque adeo.ff.ſi quis à parente fuerit manum. l.in re mandata.C.manda.prout uult Ang. in conſ. viij.& Iō.de Imo.in l.filius familias.§.diui. ff.de le
4 ga.j. † Ideò appellatione filiorū nepotes non continentur,l.ꝙ ſi nepotes,ff.de teſta.tutel.& ita concludunt Bar.Bal.Imo.& Alex.in d.§.diui,ubi legēdo dixi,conſiderando aliquos caſus,eo maxime cū de filiis facta ſit mentio nominatim, ꝑ ea q̄ uoluit Bar.in l.Gallus.§.inſtituens, ff. de liber.& poſth.& in l.liberorum,ff.de uerb.ſign.

5 Præterea & quartò,ēt ſi teſtōr † expreſsè prohibuiſſet nepotes alienare eo ſolo caſu ꝓhibitio de non alienando eis iuncta ualuiſſet ex quo fuiſſent à teſtore uocati:quia quem non honoro grauare nō poſſum,l.planè.§.j.ff.de lega.j.l.ab eo. C. de fideicom.ſed nepotes teſtatoris non ſimpliciter ab eo fuerunt honorati,ſed ſolum in caſu alienationis factæ à filijs,uidelicet per illa uerba, quia uoluit, diſpoſuit,& ordinauit dictas domos cū caſamentis & ſtationibus perpetuò ꝑmanere dent in ſuos filios, & in filios ſuorū filiorū, q̄ diſpoſitio ſequens facit ꝙ prohibitio teſtatoris intelligitur facta ſolū in caſu alienationis ſubſequutæ,ut declarat Do.Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes,ff.de uerb.obl. qui caſus non euenit:quia filii ꝓhibiti non fecerunt contra ꝓhibitionē; igitur nec dicatur ꝙ ex quo nepotes poſtmodum ponuntur in cōditione cenſeantur ex hoc honorati,ꝑ ea q̄ dicit Barto.in l.Cēturio,ff.de uulg.in uerſi.ulterius quæro quid ſi teſtator,quia illa opinio Bar.cōiter eſt dānata,& cōtra eam ſępius conſuluit D.Alex.in pluribus locis, quæ referūtur ibi per Modernos Papien.

Quintò adduci pōt ad excluſionem dictæ Artis. Nā ipſa uocatur in caſu alienationis pfectæ, ut patet ex illis uerbis ſi uendiderint uel alienauerint,
6 † q̄ uerba cū ſint pteriti tēporis,ſignificant eſſe perfectā,l.j.ff.qd quiſq; iur. Cum ergo uocet in tēpus alienationis pfectę,non impeditur dominii tranſlatio,
7 † & ſic res alienata auferri non pōt ab illo in quem fuit tranſlata,l.Seruius,ff.de manumiſſ.teſta.Bar.& Doc.in d.§.diui,& in l.qui abſenti,§.j.ff. de acq.poſſ.Aret.in conſi.xviij. ponderādo etiam
8 dictionē † tunc appoſitam in dicta prohibitione, quæ denotat temporis extremitatem,l.iiij. in fi.ff. de cond.& demon.l.uxori uſufru.ff.de uſufru.lega. ubi Bar.& in l.in illa.ff.de uerb.oblig.

Vltimò hęc opinio ſuadetur alio colorato fundamēto. Nā ſi dicere uolumus Nicolaū ipſum feciſſe cōtra prohibitionem alienando per interpoſitam pſonā,in pſonas extraneas,ēt ante alienationē pſe dictam,certè dominium dictorum rerum fuit tranſlatū in filias ipſius Nicolai ſuperſtites,& ſic nullum ius cōpetit Arti pdictæ, quæ non uocatur in hunc
9 caſum. † Cū appellatione filii ueniat ne dū nepos teſtatoris,quinimò nepos & pronepos,& ſic neptis & proneptis:quia hoc caſu maſculinū concipit fœmininum,l.ſi quis ita,§.j.de teſtam.tutel.Bar. in l. j.ff.de uerb.ſig.cum ſuis concordantibus, hæc ſunt quæ uidentur poſſe adduci aduerſus dictā Artem uendicantem bona prædicta.

Quibus tñ non obſtantibus contrarium de iure arbitror eſſe uerius,uidelicet ꝙ Ars prędicta admittatur ad bona prædicta ſic alienata ex teſtamēto dicti quon.Nicolai teſtatoris. Et pro uera & clara diſcuſſione præſentis articuli præmittam nonnullas quæſtiones ex quibus referam ad deciſionem difficultatis propoſitæ,reſoluendo poſtea ea, quæ pro parte contraria adducta fuerunt.

10 Prima igitur ſit concluſio, † prohibitio de non alienando facta in ultima uoluntate ſi fiat cum expſſione cauſæ ualet, & impedit trāſlationē dñii in alterū fieri poſſe.l. filius familias.§.diui ubi Doc. de leg.j.Rapha.Cuma.in conſi.ultimo ubi cōcludit idē eſſe in prohibitione quę fit in donatione cā
11 mortis, † cū talis donatio in multis æquiparetur ultimæ uoluntati,l.fi.C.de dona.cau.mor.l.illud.§.j.
12 ff.eo. † Et differt hæc prohibitio quæ fit in ultima uoluntate ab illa q̄ fit ꝑ pactum;quia hæc nō impedit dominii tranſlationē.ut per Bar.in d. §. diui,& per eundē in d.l.ea lege.C.de condit.ob cauſ.& in l.qui abſente,§.j.ff.de acquir.poſſeſ.ubi D.Alex.in conſi.x.lib.j.ex qua cōcluſione infero ꝙ ſtāte prohibitione facta in dicto teſtamento, dominium dictorum bonorum non fuit trāſlatum in emptores, & ſic iſta peti poſſunt per Artem prædictam.

13 Secunda concluſio, q̄n † teſtator ſimpliciter prohibet rē alienare,& caſu quo res alienetur,uoluit illā ꝑuenire ad aliquē,ualet iſta prohibitio,licet aliā cauſa non fuerit expreſſa,de hoc eſt caſus in l.iij.§. ſi quis ita legauerit,ff.de adimē.lega.& hoc uolunt Cy.& Bal.in l.quoties.C.de fideicom.Ang.in conſi.clxviij.inci.teſtōr in oībus bonis ſuis.Alex.in cōſi.lvij.incip.p ſpecu.lib.ij. Ex qua cōcluſione infero ꝙ cū teſtōr ꝓhibuerit filios alienare domos & ſtationes de quib.in teſtō,niſi inter ſe ipſos, & caſu quo p eos fieret alienatio.uoluerit bona pdicta ꝑuenire ad Artē Calciolarię ciuitatis Regij, ualuit iſta ꝓhibitio, ēt ſi nulla cauſa in ea fuiſſet appoſita.

14 † Illa ergo uerba q̄ ſubdit teſtōr,qa uoluit, diſpoſuit,& ordinauit dictas domos cū caſamētis & ſtationibus ꝑpetuò ꝑmanere dēre in filios ſuos, & in filios filiorū ſuorū,nō poſſunt cēſeri fuiſſe appoſita ad ualidādā prohibitionē de nō alienādo q̄ pceſſit,cū ſine illis uerbis ualida ſit ꝓhibitio, ergo ſint ſuperflua

ſuperflua. inducēt fideicommiſſum in filiis & in filiorum filiis: argumento l.ſi qñ, de lega.primo, & dicetur in proxima concluſione, ex qua infero ꝙ cum bona prędicta peruenerint ad filios filiorũ, & ſic ad iſtum Nicolaũ ſecundũ iure fideicõmiſsi, & ſic iudicio teſtõris meritò potuit ei imponi onus ut nõ poſsit bona prędicta alienare, quia quẽ hono ro grauare poſſum.& econtrà.l.ab eo.C.de fideicõ miſſ.& hoc patebit clarius ex ſequẽti concluſione.

14 Tertia ſit concluſio † quando teſtator prohibuit alienarum ſubdens, quia uolo ꝙ bona remaneant in familia, ſimpliciter inducit fideicõmiſſum poſt mortem prohibitorũ, quia illa uerba uolo, adiecta per modum cauſæ, inducunt fideicommiſſum, ut ꝑ Bar.in l.ſi ſocer.§.Lucius.ff. ſoluto matrimonio, & in l.qui uolebat. ff. de hæredibus inſtitu. & ita uoluit Aret.in l.qui Romæ.§.cohęredes.ff.de uerborũ obligatio.& ibi Moder. Senen. in verſicu.quartus & ultimus caſus eſt.ubi hoc comprobat ratione de qua ibi per eum, dicens ſe ita conſuluiſſe, & ita conſuluit in conſ. cclj. incipien.quoniam in præſenti conſultatio. col. ſexta. ubi dicit quòd quando prohibitio ualida eſt, & teſtator poſteà ſubdit alia uerba, ut quia dicit, ꝙ vult bona ſua remanere in familia, tunc ut iſta uerba aliquid operentur inducunt fideicommiſſum abſolute; quia tunc teſtator non ſolum uidetur uoluiſſe amputare uias per quas impediatur tranſmiſsio illorum bonorum in poſteros, ſed etiam uoluit fideicommiſſum habere locum per ſimplicem mortem ipſius prohibiti. Cum ergo in caſu noſtro teſtator facta prohibitione de ſe ualida, ut dictum eſt, in proxima concluſione adiecerit illa uerba, quia uoluit, dicendum eſt quòd fideicommiſſum abſolutè fuerit inductum, cum fauore ipſorum filiorum & nepotum talia uerba fuerunt prolata, argumento l. fideicommiſſa.§. interdum.ff. de lega. tertio.& l. ſi ſeruo legato.§. ſi

15 teſtator.ff.de legatis primo, maxime † quia uerba etiam annunciatiua inducunt fideicommiſſum.l. unum ex familia.§.fina.ff.de leg.iij. Ex qua concluſione infero domos ipſas cum ſtationibus prædictis perueniſſe ad iſtum Nicolaum poſt mortẽ aliorum prohibitorum iudicio teſtatoris, non caſu fortuito, ideò potuit grauari onere prohibitionis de non alienando, ut etiam dictum fuit in proxima concluſione.

16 Quarta ſit concluſio, cũ † teſtator grauauerit filios ut non poſsint alienare quoquo modo domos prædictas niſi inter ſe, aptè conſtat ex uerbis & ex mente teſtatoris, ꝙ noluerit bona iſta transferri ad filias proprias; ergo multo magis præſumitur noluiſſe hęc bona poſſe transferri in neptes & alias fęminas exiſtentes in gradu remotiori, ad quas minorem affectionem cenſetur habuiſſe, argumẽto l. ſi uiua matre.C.de bonis maternis, & l. Publius.§. fin.ff.de conditio.& demonſtratio.pro quo faciunt not.per Bal.in conſ. cccclxxxij. incipien. in cauſa d.Andrioli.& Pau.de Caſtro in conſ.ſeptuageſimo octauo incipien.caſus iſte frequenter contingit, & in conſi.ccclvij. incipi. uiſo dicto teſtamento, qui

17 concludunt † quòd filia grauati de reſtituen. ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis, non excludit ſubſtitutum, quando teſtator habebat filias proprias quas non uocauit ad fideicommiſſum, ne uideatur neptem prædilexiſſe filiabus propriis, quorum opinio procedit ne dum quando ſubſtitutus eſt deſcẽdentibus teſtatoris, ſed etiam ſi ſit extraneus, ut per Raph in l.prima.C.de conditio.inſer. & in conſ.xxxviij.Alex.in conſ.lij.lib.iiij.& Soc.in conſilio xl. incipien. in præſentiarũ quod eſt inter conſilia domini Franciſci Curtii, & ita ſępius conſului, quidquid dicat Socin.in dicta.l.cum auus, reſtringens dictam concluſionem.

Quinta concluſio eſt, quòd diſpoſitio dicti teſtatoris dum vult domos iſtas perpetuò permanere debere in filios ſuos, & in filios filiorum ſuorum, uerificatur ſolum in maſculis, non autem in fęminis, & ſic fęminę cẽſentur excluſæ ab hac diſpoſitione: probatur iſta concluſio, nam teſtator inſtituit Petrum, Symonem, Iacobum, & Tadeum hæredes uniuerſales æquis portionibus, & ſubdit cum hac conditione & onere, quòd filii prædicti non poſſunt nec ualeant alienare: quę quidem diſpoſitio non põt uerificari niſi in filiis maſculis, cum nomi

18 nati fuerunt expreſſe, prout † dicimus in diſpoſitione facta de filio nominatiuę non comprehendit nepotem, ut per Bart.in l. Gallus. §.inſtituens. ff.de liber.& poſthu. qua ergo ratione teſtator loquendo de filiis intellexit de maſculis & non de fęminis, eadem ratione cenſetur idem uoluiſſe in ſequenti diſpoſitione, dum diſpoſuit quòd bona prædicta perueniant in filios ſuos, & in filios ſuorũ filiorum, argumento. l. qui filiabus. in princip. & l.ſi ſeruus plurium.§.fina. ff. de legat. primo. Ideo Abbas in conſi. trigeſimoſeptimo incipi. uidetur

19 primo, dicit † quòd ſi teſtator fecit mentionem de filio ſimpliciter, pręſumitur intellexiſſe de maſculo, ex quo in alia parte teſtamenti faciendo mentionem de filio, conſtat eum intellexiſſe de maſculo, quia uerba dubia ſequentia capiunt intellectũ à præcedentibus. Et in ſimili dicit Barto.in l.Centurio.ff.de vulga.col.nona uerſicu.quid enim ſi dicit

20 teſtator. † quòd quando teſtator in pręcedenti diſpoſitione uerbum commune accepit pro directo, id etiam pręſumitur accepiſſe in ſequenti diſpoſitione, arg.d.l.ſi ſeruus plurium. §. fina.ff.de leg.j.

21 Comprobatur hęc concluſio.† Nam ſub genere maſculino non comprehendatur fęmininum propriè, ſed ex quadam interpretatione extẽſiua, l.pronũciatio.in princip.ff.de uerborũ ſignificatio. Gl. in l.prima.ff. de uerborum ſignifica. Cyn.in l.quicunque.C.de ſerui.fugi. & communiter hoc tenetur in maſculinis quę non requirunt alterum ſubſtantiuum, prout eſt uerbũ filij.uis ergo propria huius uocabuli attendi debet, & ſic fęminę comprehẽdi non debent, cũ uoluntas teſtatoris non ſuadeat cõtrarium.l.non aliter. ff. de legat. iii. quinimò præſumitur potius teſtator uoluiſſe fœminas comprehendi, prohibendo bona prędicta non poſſe transferri nec alicui perſonę de mũdo alienari niſi inter ipsos filios maſculos, & ſic nec filiabus propriis, ergo & multo minus pręſumit uoluiſſe hic bona poſſe alienari neptibus & proneptibus, & deinceps ueluti minus dilectis.dic.al.ſi uiua matre.C.de bonis mater.faciunt notat.per Bar.in l.fi.ff.ad Trebel.ex quibus ergo infertur bona prædicta non potuiſſe tranſ-

transferri in filias prędicti Nicolai.

Vltra pręmiſſa comprobatur iſta cōcluſio. Nam legatum factū arti prędictę in caſu alienationis factę cōtra uoluntatē teſtatoris reſpicit piā cauſam, ut dicam in ſequenti cōcluſione, † ideo appellatione filiorum fœminę cōprehendi non debent: quia ut proximè dixi, appellatione filij continetur filia ex quadā interpretatione, q̄ quidem interpretatio fieri non debet in pręiuditium pię cauſæ, ſecūdum Pet. de Ancha. in conſi. xliij. incip. prima facie. & ita decidit Iaſon per hanc rationē in l. ſi quis id qđ in xij. limitatione. ff. de iuriſdi. omnium iud. ubi in quit ſe ita cōſuluiſſe Piſis, pro qua conſideratione ſoleo adducere tex. in l. penul. iuncta l. qui graui. ff. de iure codicillo. ubi interpretatio quę ſumitur in legatis, non ſumitur in pręiudicium legati libertatis: quia tale legatum cenſetur pium, † & communiter argui ſolet de legato libertatis ad legatum relictū in piam cauſam, ut p Bar. in l. ſi unus. C. de teſta. & in l. proximè. §. fi. ff. de his quę in teſta. delent.

22

23

Sexta ſit cōcluſio, licet ars prędicta uocata ſit ad bona prędicta, in caſu in quo fieret alienatio cōtra uoluntatem teſtatoris, attamē cū fuerit grauata ut debeat erogare eleemoſynas ꝓ anima teſtatoris, cēſet hoc legatum fuiſſe relictum in piam cauſam, † quia in legato inſpicit perſona cui cōmodum ipſius legati acquiretur ex diſpoſitione teſtatoris, nō autem is cui honor legati factus eſt. l. cum dotē. ff. ad leg. Falcid. l. iij. §. ſed ſi proponas. ff. de legat. prę ſtan. Bal. in l. auia. §. Titio. ff. de cōditio. & demon. ubi dicit ꝙ diſpoſitio quę uult ꝙ de legato ad piam cauſam relicto falcidia detrahi non poſſet, locum habet ſiue mediate, ſiue immediate ei ſit factum: † ſimiliter quarta trebellianica non eſt detrahenda, ſiue mediatè ſiue immediatè hęreditas ſit reſtituenda pię cauſę, qđ etiam uoluit Roma. in conſi. ccvj. incip. licet de communi concluſione, in fin. ex qua cōcluſione infero multum fauendum eſſe huic legato, & in dubio in eius fauorem eſſe pronunciādum. capitulo fina. de re iudica. l. ſunt perſonę. ff. de religioſis & ſumpt. fun.

24

25

Reliquum eſt ut detur reſponſum ad ea quæ in contrarium ſuperius fuerunt adducta, in quorum reſponſione apertiſsimè reddetur cōcluſio firmata in fauorem dictæ artis.

Primę igitur obiectioni, in qua dicebatur quòd alienatio fieri potuit in filias Nicolai, & per ipſas ī illos de Lucha, cum Nicolao patri ab inteſtato ſint ſucceſſurę, reſpondeo, ꝙ hæc alienatio in effectu facta fuit in illos de Lucha, & in fraudem nominatæ fuerunt filię, quę quidem fraus manifeſta deprehenditur ex eo ꝙ filię eo die fuerunt emancipatæ, & illis facta fuit alienatio quę poſtea ſtatim uendiderunt ipſis de Lucha, † Ex uicinitate .n. actus, & ex his quę fuerint incontinēti fraus deprehenditur. l. ſi uētri. §. in bonis. ff. de priuileg. credit. notat Bar. in l. poſt contractū. ff. de donatio. perinde ergo cenſeri debet hęc alienatio ac ſi mediate facta fuiſſet in illos de Lucha, & ita reſpondeant primi domini conſulentes, ultra quos alio modo poteſt reſponderi uidelicet † ꝙ adducta in contrarium procedunt qn̄ teſtator prohibuit bona alienari extra familiā, nā tunc uenietibus ab inteſtato alienatio fieri poteſt: quia omnis ueniens ab inteſtato in hac materia dicitur eſſe de familia. ita dicit Raph. Cuma. in l. cum pater. §. cum inter. & in l. peto. §. fratre. & in l. cū ita. §. in fideicōmiſſo. ff. de lega. ii. per id qđ habet in l. fin. C. de uerb. ſig. Soci. in conſi. ccxxvii. incip. pręſens conſultatio. col. xj. uerſi. ſed in conſulēdo. ſed in caſu noſtro teſtator alio modo ꝓhibuit bona alienari: quia diſpoſuit ꝙ filii & eorum filii non poſſint alienari alicui perſonę de mundo niſi inter ſe, de quorum numero nō ſunt ipſę filię Nicolai, ut ſuperius probatum eſt: non ſunt ergo tales quibus fieri potuerit hæc alienatio, licet Nicolao patri ab inteſtato forent ſucceſſuræ.

26

27

28 Tertiò reſpondetur, ꝙ † cum teſtator prohibuerit filios uēdere, obligare, uel alienare quouis titulo, iure, uel cauſa, quę dici uel excogitari uel imagi nari poſsit alicui perſonę de mundo, niſi inter ſe, ui detur etiam prohibuiſſe alienationē quę fieret in uenientes ab inteſtato. ſunt .n. uerba prędicta uniuerſalia, & multum prægnantia, ex quibus oſtendit enixa uoluntas teſtatoris, ꝙ noluerit in caſu prę miſſo alienationem fieri poſſe: argumento. l. baliſta. ff. ad Trebellia. & qđ notat Bald. in l. nec damnoſa. C. de precib. imperat. offeren. & ita in terminis iſtis conſuluit Soc. in conſi. ccli. incip. quoniam in præſenti cōſultatione, in ij. difficultate. Et ſi dicatur illa uerba ſunt poſita in prohibitione facta in perſona filiorum, & non in illa quę fit nepotibus. Reſpondeo ꝙ per illa uerba, ut ſupra, omnia quę poſita sūt in prohibitione facta filijs cenſetur repetita in prohibitione facta nepotib. teſtatoris, eſt .n. dictio ut ſupra relatiua, † relatio autem cenſetur fieri cum omnibus ſuis qualitatibus. l. a filio. §. teſtator. ff. de alimen. & ciba. lega. & inferius dicetur.

29

Secundę obiectioni, in qua dicebat alienationē hanc non poſſe reuocari cum non ſuperſit aliquis de his qui fuerunt probiti. Reſpondeo ꝙ ex uerbis teſtatoris deprehenditur ꝙ immo uoluerit, & hoc caſu artem ipſam admitti, & alienationem factā reuocari. Nam diſpoſuit teſtator ꝙ in caſu ī quo oēs dicti filii ſui, uel aliquis ipſorum, ut ſupra uendiderint uel alienauerint, tunc ars ipſa admittatur, & ſic uocauit artē ipſam ne dū in caſu in quo pars filiorū alienaret, ſed etiā in caſu in quo omnes collectiuè alienarēt, † eſt .n. dictio, omnis, uniuerſalis collectiua, non autem diſtributiua. l. non diſtinguen. §. cū in plures. ff. de arbit. Gloſ. in l. ſi pluribus. in princi. ff. de legat. ſecundo. Bart. in l. hoc articulo. ff. de rebus inſtituen. Sed omnibus collectiuè alienantibus, non ſupereſt aliquis qui poſsit alienationem ipſam reuocare: ergo ars ipſa debet admitti, quia & hoc caſu fuit uocata expreſſo iudicio teſtatoris.

30

Tertio fundamento in quo dicebatur ꝙ hac prohibitio facta de filiis non afficit nepotes. Reſpondeo ꝙ imò nepotes expreſſe fuerunt prohibiti per illa uerba, & in caſu in quo dicti filii ſui, ut filii filiorum ſuorum, † & cum in uerbis non ſit dubitatio, non admittitur uoluntatem quæſtio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de leg. iij.

31

Prętereà & ſiue illis uerbis nepotes cenſeē prohibiti: qa ī p̄cedentib. diſpoſuit teſtor adiiciēdo cām ꝓhibitioni factę de filiis ꝙ domus cum caſamētis

perpetuò

perpetuò permaneret in filios ſuos,& in filios filio
rũ ſuorũ,ſi.n.nepotes potuiſſent alienare bona ꝑdi
cta,nõ perpetuò permanſiſſent penes eos translato
32 dominio in alterũ alienatos per eos factę,† qui.n.
vult conſequens uidetur uelle omne neceſſarium
antecedens ad illud,l.ad rem mobilem.ff. de pro-
cur.l.illud.ff.de acquir.hære.

Prætereà ratio appoſita prohibitioni illam extẽ
dit de tempore ad tempus:ergo de perſona ad ꝑſo
nam.qđ argumẽtum procedit.l.qui plures.in prin.
ff.de vulga.& pupilla. Aſſumptum ꝓbatur ex nota-
tis per Bar.in l.pater filium.§.fundũ.ff.de legat.iij.
33 ubi in terminis illius tex.vult † ꝙ ſi teſtator prohi
buiſſet hęredem alienare in uita,eo quia vult ꝙ bo
na ſua remaneant in familia,extendetur dicta pro-
hibitio ultra tempus: cũ ratio ſit generalior dicto,
facit elegans tex.in l.nomen.§.fi.ff.de leg.iij.
34 Comprobatur iſta reſponſio.† Nam prohibitio
de non alienando extra familiam non extendit ul-
tra quartũ gradum poſt teſtatorem.§.nos igit,in au
cten.de reſtitu.fideicõmiſsi , & ibi Ang.notat poſt
35 Iac.de Beluiſio D.Alex.in d.§.diui.ſi tñ † teſtator
dixerit ꝙ ideo prohibuit bona alienari,quia vult il
la perpetuo peruenire ad ſuos deſcendẽtes , extẽdi
tur iſta prohibitio ultra quartum gradum ꝓpter di
ctam rationem adiectam prohibitioni.Ita decidit
Iacob.de Beluiſio in d.§.nos igit.Alex.in conſ.lvi.
incip.conſideratis.lib.j. & in cõſi.xxiii.lib. ij.& in
cõſi.lvij.lib.iij.Andreas Siculus in l. cũ acutiſsimi
C.de fideicommiſſ.col.lxviij.dicens ita fuiſſe con-
ſultũ per uenerandũ Collegiũ inclytę Ciuit. Bon.

Poteſt & alio modo reſponderi, ꝙ cum teſtator
ꝓhibuerit filios alienare domos prędictas,adiecta
iſta cauſa,qa uoluit illas perpetuo permanere in fi
lios,& in filios filiorum ſuorũ,hęc prohibitio dicit
potius fuiſſe realis,quàm perſonalis,& perinde hẽt
ac ſi in rẽ uerba fuiſſent cõcepta,uidelicet ꝓhibeo
bona mea alienari.Ita dicit Pau.dę Caſtr.in cõſil.
ccxxxvj.inci.niſi & cõſideratis.col. pen.ſed qñ ꝓ-
36 hibitio eſt cõcepta ĩ rẽ,ut† qa teſtator mãdauit ne
bona ſua alienent per filios ſuos, tunc extendit ad
nepotes,ſecũdũ D.Alex. in d.§.diui per tex.in l.pe
tro.§.fratrem. ff.de legat.ij. & ibi legẽdo idẽ tenui.

Quarto argõ in quo fuit dictum ꝙ teſtator non
potuit imponere nepotibus hoc onus , ut non poſ-
ſint alienare,cum ab eo non fuerint honorati. Re-
37 ſpõdeo,† ꝙ ex quo fuerũt poſiti in cõditione & fue
runt onerati hęc duo ſimul iuncta efficiunt, ut dicũ
tur honorati à teſtatore,& ſic ualeat onus eis iniun
ctũ, prout tenet Bar.in l.Centurio.ff.de vulg.cuius
opinionę multi ſequuntur,quæ etiã de iure uerior
eſt,quã firmant Petrucius & alii Peruſini ĩ l.ab eo.
C.de fideicommiſ.& Phil.Cor. in conſi.xcvij.inci.
primo conſultus li.j. quorum opinionẽ alias conſu
lendo in ardua cauſa confirmabam pulchra rõne.
38 † Nam ex eo ſolo ꝙ teſtator grauat omnes filios,
ſi oẽs deceſſerint ſine liberis non uidentur ad inui-
cem ſubſtituti,ſed ſolum inter eos uidetur cõſerua
tum ius legitimarum ſuccęſsionum,l.pater filiã.§.
fi.ff.ad leg.Falci.Pau.de Caſt.in l.ſi pater impube-
res.ff.dę vulga.& pupil.Alex.in conſi.xci.ĩnci. pon
39 deratis.lib.j. † Ex hoc etiam ſolo ꝙ ſubſtitutio fa-
cta ſit in omnibus bonis,nõ conſeat hęredes ad in-
40 uicẽ ſubſtituti.l.fi.§.filium.ff.de lega. ij. † Si tñ ſub
ſtitutio facta ſit poſt mortem omnium, & in omni-
bus bonis,iſtis duobus cõcurrentibus bene induci
tur ſubſtitutio fideicõmiſſaria.l. Titia Seio.§. Seia
libertis.ff.de leg.ii.quam ita declarant Bar. & alii
Doc.& ita alias me conſulente fuit pronũtiatũ hic
Bononię per duos Excellentiſsimos Doctores. Iſta
tñ diſputatio non eſt neceſſaria in iſto caſu,eo quia
41 ut dixi in ii.& iii.cõcluſione ſuperius formata,† ne
potes fuerũt honorati titulo fideicõmiſsi,ideo po
tuerũt grauari,& D.Alex.qui allegatur uelle cõtra
rium in d.§.cohęredes. malè dicit,& cõtrarium uo
lunt ibi Cuma.Pau.de Caſt.& Aret. Pau.de Caſtro
in l. filius familias. §. diui.de legat.j. Ideo Soci.in
d.§.cohæredes.nũ in merito reprehendit.D.Alex.
dicens quòd ad hoc non bene aduertit.

Quinto argumento in quo dicebatur ꝙ pęnę im
ponitur alienanti poſt alienationem perfectam,ex
quo fit ut non impediatur translatio dominii . Re-
ſpondeo conſiderando tres caſus.
42 Primus caſus eſt, † qñ prohibitio de nõ alienã-
do emanauit in contractu, & ſubiungit,& ſi aliena-
uerit,tunc uerũ eſt ꝙ non impedit translatio dom
nij,qa ut dixi in prima cõcluſione talis prohibitio
non impedit translationem dominii. Ita ꝓcedũt
dicta Bar.& Doct.in d.§.diui.& in l.qui abſenti.§.j.
ff.de acqui.poſ.dũ tradunt cautelã per quã impedi
tur trãslatio dominij facta ꝓhibitione ĩ cõtractu.

Secundus caſus eſt,qñ prohibitio de nõ alienan
do emanauit in ultima uoluntate , ſed tacite : ut
quia teſtator legat Stichum ſi hæres eum alienaue
rit , & iſto caſu non impeditur translatio dominij
facta prohibitione in contractu.

Tertius caſus eſt,qñ prohibitio de non alienan-
do expreſſe emanauit in ultima uoluntate : ut quia
dictũ fuit prohibeo rem alienari,& ſi hęres aliena-
uerit:& tunc dicendum eſt ꝙ impedietur transla-
tio dominij:nullaq; eſt differẽtia inter iſta uerba ſi
alienaueris,uel ſi alienabis. Et rõ huius concluſio-
43 nis eſt , † quia ad annullandum actũ plus operatur
expreſſa teſtatoris diſpõ,quàm tacita.l.fi. in princ.
ff.de lega.ii.faciunt notata per Glo.in l.cũ pater.§.
libertis.ff.eo.tit.ſed iſte eſt caſus noſter: quia teſta
tor expreſſe prohibuit filios & nepotes,domos prę
dictas alienare,ſubdens ꝙ caſu alienauerint,proba
tur iſta cõcluſio auctoritate Glo. in dicta l.Stichus.
in Glo.ulti. & idem vult Paul.de Caſtr.in d.§. diui.
44 in uerſ.item opponit, ubi dicit † ꝙ qñ teſtator ex-
preſſe prohibuit bona alienari , nõ habet locum di
ſtinctio tradita in d.l. Stichus , quia quibuſcunque
uerbis fiat alienatio, impeditur trãslatio dominii.
Idẽ ſentit D. Alex.in conſ.lvii.inc.perſpectis. li.ii.
in uerſi.ad quod oſtendendum.ubi ponit caſum in
quo teſtator prohibuerat bona alienari per hære-
des,& ſi contrafecerint ꝙ deueniant in Titium , &
tñ vult ꝙ impediatur translatio dominii . Idem
ſentit Ang.in conſi.clxij. inci.teſtator in omnibus
ſuis bonis pro qua concluſione eſt tex. in l. pater
filium. in §.quindecim. ff.de legat. iij.ibi, quòd ſi
aduerſus ea quid factum fuerit. &c.

Prętereà iſta bona relicta filiis & nepotibus fue
rũt adepta ſub cõditione ſi alienauerit,& transferũ
tur in artem prędictam: ſub cõtraria ergo cõditio-

ne cēſentur relicta.l.legatum.ff.de adimen.lega.l. aliquando.ff. de condi. & demonſt. prædicto ergo Nicolao alienante deficit conditio adiecta huic relicto,ergo dominium non potuit in alterum transferre.l.traditio.ff.de acqui.rer.domi.

45 Prçtereà in illa diſpoſitione apponitur † dictio ut ſupra,quç eſt relatiua, per ea quç notat Bar. in l.
46 talis ſcriptura.in fi.ff.de leg.j.† relatio autē cenſet fieri cum omnibus qualitatibus.l.à filio.§.teſtator ff.de alimē.& ciba.lega.Bar.in l.ſanctio legū.ff.de pœn.in l.ſi prior.ff.ſol.mat.Soci.in terminis in con ſi.cclj.col.iij.ſēſus ergo erit ſi oēs filij alienauerint uel alienare tentauerint prout dicitur in prçcedenti diſpoſitione ad quam cenſetur facta relatio uirtute dictionis ut ſupra.

Vltimo argm̄ in quo dicebatur ꝙ facta alienatione per Nicolaum dominium fuit translatum in eius filias,& ſic Arti prędictę nullum ius competit, cum appellatione filii comprehendatur filia,& appellatione nepotis comprehēdatur neptis.Reſpondeo negando ꝙ appellatione filii comprehendatē filia, ſeu nepotis comprehendatur neptis., per ea quę dixi ſuperius in quarta concluſione, ad quam me remitto,pro reſponſione.

Prætereà ſi dixerimus ꝙ genus maſculinū cōprehendat fœmininum,& ſic ꝙ filię fœminę cenſeātur uocatę eo modo quo filii maſculi,pariter dicendū
47 eſt ꝙ ipſę quoq; cēſeant prohibitę alienare.† quia unum uerbum reſpiciens plures perſonas eas uniformiter determinat, non deformiter.l.quamuis. C.de impub.l.iam hoc iure.ff.de vulga. Prçtereà eſſet abſurdū ꝙ filiis quos teſtator maiori fauore ꝓſequutus eſt,ſint ꝓhibiti alienare,fœminæ uero nō. l.Publius.§.fi.ff.de cōdi.& demōſt.l. ſi uiua matre.
48 C.de bonis maternis.† Ratione ergo abſurditatis euitandę genus maſculinū concipit fœmininū,licet ꝓhibitio de non alinādo dicaē odioſa & ſic ſtrictè interpretanda,ſumi debet interpetratio ut euitetur abſurdū.l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excuſat.tuto.Alberi.in prima parte ſtatut.clxxiij.Ful.Alex.&
49 alii nouiſſimi in l.ij.C.de i ius uoc.dicētes † ſtatutū diſponēs ut filię patri ſuccedere nō poſsint extantibus maſculis,extēdi debet ad neptes, ne contingat hoc abſurdū ꝙ neptes quę ſunt in gradu remotiori dimittanē extantibus maſculis, & filię ſint excluſę ſi extēt.pro quo alia adduci poſſent quę poſui in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure in uerſic.decima concluſio.Et ſi obiiciatur de l.pater filium.§. quindecim.ff.de leg.iij.reſpōdeo ut per Pau.de Caſtro.in l.uolumus.C.de fideicō.& in cōſ. ccxxxiiii. inci.uiſis,uerſi.circa tertiū;qui dicit de illo qui ſuā partē ꝓhibitus erat alienare,ſed in caſu iſto ꝓhibitio fuit ſimplex nō limitata ad portionē cuiuſque.

Ex iſtis ergo reſultat clara & aperta concluſio in fauorē artis ꝑdictę ſublatis uerè & realiter his quæ pro parte contraria adducunt, Et nō deſino mirari de his qui contrariū conſuluerunt,quorū fundamēta,partē illorum dixerim,ſicut captioſa apparentia
50 & non exiſtentia, † & quę continet quādam ſubtilitatem pernitioſam ex qua errare ſepius ſolet, ut inquit tex.in l.ſi ſeruum. §. ſequitur.ff. de uer. obl. & hęc quoque ſani iudicij percipere poterit. Finis.

Io annes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti tenor inſpiciendus eſt , in interpretanda mente defuncti.*

2 *Mentis noſtræ nullum maius eſt teſtimonium , quàm qualitas inſpecta uerborum.*

3 *Teſtator legans omnia & ſingula credita contracta & facta,an uideatur uelle in legato comprehendi debitū quod effectualiter tempore teſtamenti peti non poterat.& nu.13. & 32.*

4 *Verba in dubio cum effectu ſunt intelligenda.*

5 *Debiti appellatione ſimpliciter refertur ad id quod exigi poteſt.*

6 *Teſtator mandans reddi cuicunque deberi recipere, nō intelligitur mandaſſe de eo qui exceptione repelli poteſt.*

7 *Verba præſentis temporis non porriguntur ad debita in diem,uel conditionalia,niſi aliud exprimatur.*

8 *Verborum propria ſignificatio attenditur, in ultimus uoluntatibus, niſi conſtiterit teſtatorem aliter uoluiſſe.*

9 *Crediti appellatione, non propriè comprehenditur creditor in diem.& nu.22 & 25.*

Creditor quis proprie dicatur, & quis debitor.

10 *Teſtator præſumitur minus uoluiſſe hæredem grauare, quàm ſit poſſibile.*

11 *Piç cauſæ iura multum fauent.*

12 *Adultus obligatus alternatiue ad decem , aut ad fundum quando poſſit interpellari.*

14 *Dictio quomodocunque eſt uniuerſalis, & geminata omnia comprehendit.*

15 *Verba omnia & ſingula, diſpoſitioni adiecta, multum operantur, & ampliant diſpoſitionem cui adiiciuntur.*

16 *Verbum diſtributiuum temporis in eadem oratione uerborum bis appoſitū, inducit pluralitatē ſtipulationum.*

17 *Dictio uniuerſalis adiecta legato illud ampliat , & efficit ut in eo comprehendantur,quę aliàs non comprehēderentur.*

18 *Legans quæ domi quoquo mō ſunt cōprehendit uenalia.*

19 *Teſtator ſimpliciter legando quæ à ſuis creditoribus ſimpliciter debent,debitum in diem comprehendit , niſi uerbis neceſſitatem importantibus uſus ſit.*

20 *Donata uxori poſt teſtamentum nō cōtinentur in legato.*

21 *Sanguinis coniunctio efficit,ut legatum plenius interpretari debeat.*

23 *Exceptio temporalis multum differt, & in quo ab exceptione perpetua.*

24 *Intellectus ad l.ſi ita ſcripſiſſet.ff de leg.ij.*

25 *Verba ultimæ uoluntatis debent in lata & propria ſignificatione intelligi.*

26 *Maſculinum comprehendit fœmininum in ultimis uoluntatibus, & ſic legatis ſeruis ueniunt ancillæ.*

27 *Fœmininum cōprehēditur ſub genere maſculino, ex quadā interpretatione,nō ex proprio uocabuli ſignificatu.*

28 *Diſpoſitio concepta uerbis generalibus & geminatis,facit ut latè interpretetur , & caſum improprium comprehendat.*

29 *Teſtator legando credita uidetur legare nomina debitorum, & actiones ſibi competentes contra debitores.*

30 *Actio utilis transfertur in legatarium cui omnia credita legata ſunt abſque alia ceſſione.*

31 *Actiones contra fideiuſſores tranſeunt , facta ceſſione contra principalem.*

33 *Teſtator ſi in generali legato quadam excipit,exceptio illa firmat alia non excepta.*

34 *Creditum contractum poſt teſtamentum an & quando*

ueniat

ueniat in legato facto legatario, cui teſtator legauit nomina debitorum.& nu 35.39.& 44

36 *Dictio quæ, relatiua eſt, referens antecedens cum omnibus qualitatibus ſuis ad quod refertur.*

37 *Verba in dubio interpretantur ne ſuperflua ſint.*

38 *Promiſſio emphyteutæ de ſoluēdo canonem in domo habitationis, intelligitur de habitatione futura.*

39 *Declaratio ad tex.l.uxori.§.uxori.ff.de leg.iij.*

40 *Verba geminata quæ inducant,& operentur.& nu.44.*

41 *Statutum quòd quicunque occiderit hominem quouis modo, uel qualitercunque, decapitetur, q̃uo intelligatur.*

42 *Lex ubi utitur termino uniuerſali, et geminato nō fit reſtrictio ad habiles, ſed in ea cōprehēdūtur inhabiles.*

43 *Argumentum de perſonis ad res, in iure procedit.*

45 *Priuilegia ſtudij Pariſienſis conceſſa Studio Tholoſano an extendantur ad futura.*

45 *Legatum rerum mobilium per omnia cōprehendit etiam futura.*

47 *Verba præteriti temporis in vltima uoluntate trahūtur ad futurum, ut diſpoſitio plenior ſit.*

48 *Præcedentia ex ſubſequētibus declarantur,& è cōtra.*

49 *Dictionibus duabus in diſpoſitione appoſitis, quarum ſignificatio diſſimilem producit effectum, illa attenditur, ex qua diſpoſitio redditur plenior, & quæ pinguiorem producit effectum.*

50 *Tempus teſtamenti inſpicitur, etiam ſi legatum factum ſit uerbis generalibus,& ſupra nu.34.*

CONSILIVM. XIIII.

MAGNIFICVS vir D.Cęſar de Arſago in ſuo vltimo teſtamēto inter cætera hmōi fecit lega. item legauit eidem Ioanni Franciſco eius nepoti omnia & ſingula ipſius teſtatoris credita q̃uocunque contracta & facta, quæ reperientur tempore mortis dicti teſtatoris, exceptis tñ & reſeruatis infraſcriptis creditis. Condito huiuſmodi teſtamento idem teſtator per certum tempus ſuperuiuēs multa credita exegit, & alia de nouo cōtraxit,& acquiſiuit. p̄terea certa bona immobilia alienauit pro certo pretio, ſibi ſolui promiſſo intra certū terminū, qui tēpore facti dicti teſtamenti nōdum aduenerat,& in inſtrumento venditionis continetur, ꝙ ſi emptor ceſſaret in ſolutione pretij tēpore debito liceret eidem teſtatori apprehendere tot bona immobilia dicti emptoris quæ elegerit ipſe uenditor,& ex nunc emptor talia bona inſolutum tradidit pro certo pretio tūc taxato. Ex p̄miſſa facti narratione duo īſurgūt dubia.

Primum eſt, num quid pretium hmōi quod aſcēdit ad ſummā duorū mille octingentorū ducatorū, ſic ſolui ꝓmiſſum ex cā dictæ venditionis ueniat in præmiſſo legato, & pertineat ad legatarium.

Secūdū dubiū eſt, nū q̄d credita cōtracta & acq̄ſita poſt cōditū teſtm̄, ſil̄r debeant huic legatario.

Capio primum dubium, in quo primo aſpectu dicēdum vř dictum pretium in hoc legato non com-
1 prehendi, conſideratis verbis teſtamenti † ad cuius tenorem confugiendū eſt vbi agitur de interpretāda defuncti uoluntate.§.nos igitur, in aucten.de reſti.fideicom:collat.ix.ibi, teſtm̄ ſubtilius conſiderantes in uerbis inuenimus. facit tex.in l.Labeo.§.
ſ d Tubero.ff.de ſupelle.lega.& quod uoluit Bal.in rub.extra de teſtib.& in c. ſuper literis.in v. col. de
2 reſcri.ubi inquit, ꝙ † nullum eſt maius noſtræ mentis teſtimoniū, quàm qualitas verborū īſpecta. ſed
3 dictus teſtator legauit † oīa & ſingula credita contracta & facta, & ſic uerbis p̄teriti tēporis teſtator ipſe vſus eſt, ergo noluit in hoc legato cōprehendi huiuſmodi pretiū quod effectualiter tempore teſtamenti nondum peti poterat, q̄a tēpus nondū aduenerat. l.cedere diē.ff.de uerbo.ſig.in l.j.in fi.ff.quā. dies uſufru.lega.cedat. Bar.in l.ita ſtipulatus. in pe
4 nulti.& v.qōne & ſeq.ff.de uerb.obl. † ſunt.n.uerba in dubio intelligenda cū effectū, l.pen.ff.ne quis eū l.j.ff.quod quiſque iur. Bald.in l.is cui.§.Flauius.ff.
5 de ſolu.vbi dicit, † ꝙ appellatione debiti ſimpliciter facta, refertur ad debitū quod poterat exigi: q̄a id quod exigi non pōt, non propriè dicitur debitū ſed abuſiuè. l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor. ff. de
6 fideiuſ.ex hoc infert ad quęſtionem † de eo qui mādauit in teſtamento ſuo reddi cuicunque debenti recipere, ꝙ ea illo teſtamento non debebit audiri creditor qui exceptione poterat repelli, forte ꝓpter curſum decēnii ex forma ſtatuti. Idem uult ipſe Bar.in l.legatum.ff.de libera.lega. & utrobique Doctores ſequuntur Bar.
7 Secundò ꝓ iſta parte uidetur eſſe tex. † ad literā, in l.ſi ita ſcripſiſſet.ff.de lega.ij. ubi q̄ritur teſtator dixit q̄dq̄uid mihi Luciū Titiū dare facere'q; oportet, Sēpronio lego, nec adiecit, præſens in diemvè, an in hoc legato cōprehēdetur pecunia cuius dies nondum venerat uiuente eo qui teſtamentum fecerat,& deciditur ꝙ nō, niſi adiecta fuerint illa uerba præſens, in diemvè. Cum ergo tempore facti teſtamenti, quinimò nec uiuente teſtatore dies ſolutionis dicti pretij ueniſſet, dicendum eſt ꝙ hæc pecunia legatario non debeatur.
8 Tertiò adduci poteſt contra legatarium. † Nā & in ultimis uoluntatibus attendenda eſt propria uerborū ſignificatio, niſi cōſtiterit teſtatorē aliter uoluiſſe. l.non aliter, ff.de legat.iij.& d.l.ſi ita ſcripſiſſet ibi, quantū ad uerborū ſignificationem attinet.
9 ſed appellatione † crediti non ꝓpriè cōprehēditur creditū in diē, ſed impropriè, q̄a ſicut debitor dr̄ is à quo inuito pōt extorqueri. l.debitor.ff.de uerbo. ſig.l.fideiuſſor obligari.§.fideiuſſor.ff.de fideiu. ſic ecōtra creditor is dicitur, q̄ ab inuito extorquere pōt,& ita uult Gl.in §.ſub cōditione.& ibi no. Ange.Aret.inſti.de uerb.obl. facit tex.in l. cōditionales.ff.de uer.ſig. Idē uolūt Bart.& alii poſt eū.in l.j. in fi.ff.ſi cer.pe. cū hoc ergo creditū eſſet in diē, nō cōprehenditur in hmōi legato facto de credito cōtracto, cū uoluntas teſtōris nos nō urgeat ad dicendū ꝙ uoluerit diſcedere à ꝓpria uerborū interpretatione, quinimò in cōtrariū ſit iuris p̄ſumptio, q̄
10 diſponit † & in dubio īterp̄tatio fieri debeat ut uideat teſtōr minus voluiſſe hęredē grauare quàm ſit poſſibile. l.apud Iulianū.§.Seio.ff.de leg.j l.minus
11 ff.de leg.iij. eo maximè † cū hæres ſit pia cā, cui iura multū fauent. l.ſunt perſonę.ff.de relig.& ſump. fu.c.fi. de ſen.& re iudica.& latè per Lud. Pontanū in repetit.aucten.ſimiliter, C.ad leg.Falci.

Quartò & ultimo adduci pōt ꝓ eadē parte. Nā ut ſ̄ deductū eſt in narratione facti in inſtrumēto

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uenditionis conuentum fuit, ꝙ ſi emptor ceſſaret
in ſolutione pretii liceret teſtatori apprehēdere to
ta bona immobilia ipſius emptoris &c. tūc ſic ſi ip
ſe emptor noluerit ſoluere pretium infra tēpus, bo
na immobilia dicti emptoris peti poterunt, & ſic
pecunia nō amplius debebit: ergo ſaltē hoc caſu,
& per hanc uiam legatarius ab huiuſmodi credito
excludi poterit per tex. in l. ſi ſic. §. fina. ff. de legat.
primo ibi, ſecundū ꝙ in arbitrio erit debitoris an
ſit legatarius is cui Stichus legatus eſt, per quē tex.
Bar. decidit quæſtionem de qua ibi per eum. Per il-
lum etiam tex. Bar. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de uer-
12 bo. obligati. dicit † ꝙ ſi adultus erat obligatus al-
ternatiuē ad x. aut ad fundū, & electio nō erat acto
ris, ſed ipſius adulti, & adultus ipſe fuit interpella-
tus ſine decreto iudicis, euētus declarabit an uali-
da fuerit huiuſmodi interpellatio, nā ſi adultus ſol-
uerit pecuniā, conſtabit interpellationē tenuiſſe. ſi
fundū ſoluerit, cōſtabit īterpellationē nō tenuiſſe.
13 Iſtis † tñ non obſtantibus, concludo contrariū,
uidelicet ꝙ huiuſmodi pretium præſtandū ſit huic
legatario, qa teſtator legauit omnia & ſingula cre-
dita facta & contracta quomodocunque: ergo ue-
niunt credita ſiue purè ſiue in diem ſeu ſub cōditio
14 ne cōtracta. Cum illa † dictio, quomodocūque, ſit
uniuerſalis, & geminata, ideò omnia comprehēdit
l. baliſta. ff. ad Trebel. l. in fraudē. §. fi. ff. de milita.
teſt. ibi determinatio Papiniani generalis eſt, ma-
15 ximè cū adiecta ſint illa uerba, † oīa & ſingula, quę
ſolent multū operari, & ampliare diſpoſitionē cui
adiiciunt, Gloſ. in c. ut circa. de elect. lib. vj. facit ꝙ
uoluit Ang. in l. pluribus. §. j. ff. de uerbo. obligatio.
16 qui per illum tex. dicit † ꝙ uerbum diſtributiuum
temporis in eadē ratione uerborum bis appoſitū,
inducit pluritatem ſtipulationum, quā non inducit
unum diſtributiuū. l. ſi Stichum. §. ſtipulatio. eo. ti.
17 Confirmat † iſtud fundamentū per tex. in l. Iulia
nus. in prin. ff. de leg. iij. ubi ī legato facto de omni
prædio Seiano comprehenditur pars quā teſtator
nactus fuerat ex cauſa pignoris, quę tñ non compre
henditur in legato ſimpliciter facto de fundo. l. ſer
ui electione. §. fi. ff. de lega. primo, ubi Doctores. &
Glo. in d. l. Iulianus. ex quibus patet ꝙ dictio uni-
uerſalis adiecta legato illud ampliat, & efficit ut in
eo comprehendantur quę aliàs non comprehende
rentur. Pro quo etiā adduco nota. p Bar. in l. genera
18 li. §. uxori. ff. de uſufru. legat. dum dicit † ꝙ in lega
to facto iſto modo, lego quæ domi quoquo modo
ſunt, ueniunt uenalia, per illam dictionē uniuerſalē
quoquo modo, quæ aliàs non ueniſſēt, prout eſt ibi
tex. ex quibus ergo reſultat hoc primum fundamen
tum ꝙ tum propter illa uerba omnia & ſingula, tū
propter illam dictionem uniuerſalem quomodo-
cunque, in hoc legato comprehenditur huiuſmodi
pretium, licet eſſet debitum in diem uel ſub condi
tione, quanuis forte dici poſſet, quod tamen non
admitterem aliud eſſe tenendum ſi legatum hoc
conceptum fuiſſet per uerba indefinita.
19 Secundò pro hac concluſione moueor, † qñ teſta
tor legando non refert ſe ad perſonam alicuius, ſed
ſimpliciter legat, quę à ſuis creditoribus debentur:
tunc in hoc legato cōprehenditur debitum in diē,
niſi uſus ſit uerbis quę important neceſſitatē, ut qa
dixit quę mihi dari fierivè oportet. Ita dicit Paul.
de Caſt. in l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de leg. ij. ſed legatum
de quo agitur eſt huiuſmodi: quia teſtator non retu
lit ſe ad perſonam alicuius, nec etiam eſt uſus uer-
bis importantibus neceſſitatem: ergo in eo conti-
nebitur dictum pretium. Et ex iſto fundamento pa
tet reſponſio ad tex. in d. l. ſi ita ſcripſiſſet. quem ad
duxi ſuperius pro parte contraria.
Tertiò comprobatur eadem concluſio per tex. in
l. uxori. §. uxori. ff. de leg. iij. iūcta declaratione quā
20 tradit ibi Bar. ibi. n. † teſtator legauit uxori quid-
quid uiuus ei dedit, donauit, uſibusùe eius cōpara
uit, dicitur ibi ꝙ ea quę poſt factum teſtamentum
idem teſtator uxori donauit nō ueniūt in hoc lega-
to. Ratio ſecundū Bar. eſt, qa donatio quæ ſit inter
uirū & uxorē exorbitat à iure cōmuni, quę ratio ceſ
ſat in caſu iſto: qa licet hoc legatū factū de omni-
bus creditis porrigat ad creditum in diem ex hoc
non inſurget aliqđ exorbitans à iure cōmuni, igit.
Vltimo præmiſſa comprobari poſſunt ex his quę
dicentur in ſequēti dubio. Ex iſtis ergo reſultat cla
ra & apta concluſio ꝙ legatario præſtandū ſit huiuſ
modi pretium, maximè cum ſit nepos teſtatoris, &
21 ſic perſona coniuncta ſanguine, † quę quidem ſan
guinis cōiunctio efficit ut legatū plenius interpre
tari debeat. l. Aurelius. §. Titius. ff. de libera. lega. l.
liberto. §. filium. ff. de annu. lega. ubi appellatione
hęreditatis reſtituendæ continet fideicommiſſum
propter præſumptam uoluntatem defuncti, qui ro-
gabit nouercam ut hæreditatem reſtitueret filio
teſtatoris, & ſic perſonæ coniunctæ, quod tamen in
alio caſu ſecus eſt. l. ſi Titius. ff. de leg. iij.
Non obſtant ea quę in contrariū adducta fuerūt,
quia ad illa aperta dabit reſpōſio. Primo igit fun-
22 damento in quo dicebatur, ꝙ † creditum in diem
efficaciter peti nō poteſt, & ſic non comprehendit
appellatione crediti, reſpōdeo ꝙ huius appellatio
ne crediti uenit creditū in diem, qđ ſaltē largo cō
prehendit modo, ideò in legato maximè cōcepto
uerbis uniuerſalibus, prout eſt legatū de quo agit,
per ea quę dicta ſunt in primo fundamēto conclu
ſionis, non obſtat. §. fluuius, & qđ ibi notat Bar. qa
procedit obiectio quando exceptio quæ compete
bat debitori contra creditorē erat perpetua, utpu-
ta exceptio præſcriptionis ſeu pacti de nō petēdo,
ſed ſecus eſt qñ debitum eſt in diem: tale. n. debi-
tum dicitur eſſe efficax, licet exigi non poſſit ante
23 diem, & ſic competat exceptio temporalis, † mul-
tum. n. differt exceptio temporalis ab exceptione
perpetua, patet, quia tutus exceptione perpetua, ſi
ſoluat quocumque errore ductus ſit, repetit, l. ſuf-
ficit. ff. de conditio. indebi. ſecus ſi tutus ſit excep-
tione tēporali, uel illa quæ præſumit eſſe tempora-
lis, ꝑut declarat Bar. in l. ex diuerſo. §. fi. ff. ſol. mat.
24 Secundo † argō. d. l. ſi ita ſcripſiſſet. ff. de lega. 2.
reſpondeo ꝙ ille tex. loquitur quando teſtator le-
gando retulit ſe ad certam perſonam, quæ ei debe-
bat, qđ non contingit in hoc legato, ut dixi ſupius.
Prętereà ut declarat ibi Paul. de Caſt. teſtator le
gando uſus fuit uerbis importantibus neceſſita-
tem, dicēdo quidquid mihi Lucium Titiū dare fa-
cereùe oportet Sempronio lego, quę quidē uerba
nec illis ęquipollētia fuerūt appoſita ī hoc legato.
Tertio

25 Tertio argumento in quo dicebatur † ꝙ appellatione crediti nō propriè cōprehēditur id quod eſt creditū in diem, ꝛ ideo ꝙ cum hæc diſpoſitio emanauerit in vltima voluntate, verba intelligi debent in lata ſeu in propria ſignificatione, & ſi agatur de ampliando legato. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. c.
26 cū dilecti. in fi. de donatio. Hinc eſt, ꝙ † in vltimis voluntatibus genus maſculinū cōprehendit fœmininum, & ſic legatis ſeruis veniunt ancillæ. l. ſeruis.
27 in prin. & l. qui duces. ff. de leg. iij. † & tñ ſub gñe maſculino cōprehenditur fœmininum ex quadam interpretatione, non ex proprio vocabuli ſignificatu. l. pronunciatio. in prin. ff. de verb. ſign. Archid. in c. ſi quis ſuadente. xvij. q. iiij. cū ſuis concordantibus, eo maximè cū dictū legatū cōceptū fuerit ver-
28 bis multum generalibus & geminatis. Ex quibus † fit vt diſpoſitio latè interpretetur, & caſum impropriū cōprehēdat, quod probatur ex notat. per Bar. Ang. & Io. de Imol. in l. hæredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. & ibi Alex. in iij. notabili, qui volunt ꝙ in ſubſtitutione fideicōmiſſaria venit illud quod vltimus grauatus acquiſiuit ex fideicōmiſſo, qñ teſtator diſpoſuit oēm hæreditatē ad ſubſtitutum debere peruenire, quod tñ nō fit in caſu in quo teſtator diſpoſuit hæreditatē debere reſtitui non appoſito ſigno vniuerſali, quia tunc appellatione hæreditatis nōn venit fideicōmiſſum. l. ſi Titius. ff. de leg. iij. & ibi Gl.

Quarto argumento in quo opponebatur de l. ſi ſic. §. fi. ff. de leg. j. reſpondeo, ꝙ & ſi caſus contingeret, ꝙ emptores non ſoluerent pretium, & ſic pactū de quo in inſtrumento ſuperius relatum effectū ſortiretur, adhuc legatarius habet intētum in iſto pre-
29 tio, † & præmitto ꝙ qñ teſtator legat credita, vr legare nomina debitorum, & ſic actiones ſibi competentes contra debitores. l. ſi ſic. §. j. vbi Bart. ff. de lega. j. idem Bar. in l. demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condi. & domonſtr. Paul. de Caſtr. magi-
30 ſtraliter in l. ex legato. C. de legat. transfertur † ergo hoc caſu vtilis actio in legatariū ipſo iure abſq; alia ceſſione. d. l. ex legato. C. de leg. ſicut ergo trāſfertur vtilis actio reſpectu pretij abſque alia ceſſione, ſic & transferet actio ad conſequendū bona pdicta in caſu in quo pretium nō ſoluitur per emptorē infra tempus præfixum, qm̄ talia bona ſubrogata virtute pacti loco pretij debentur, ergo ei cui pretium ſoluendū eſt. l. filiæ. §. fi. ff. de cond. & demōſt. l. Imperator. §. fi. cum l. ſequen. ff. de lega. ij. facit regula vulgata ꝙ ſubrogatum ſapit naturam eius cuius loco ſubrogatur. l. ſi donatæ. §. j. ff. de don. inter vir. & vxo. l. ſi eum. §. qui iniuriarū. ff. ſi quis cautio.

Preterea actio quæ oritur ex illo pacto ꝙ liceat apprehendere bona emptoris in caſu in quo per ipſos emptores pretiū nō fuerit ſolutū, eſt acceſſoria ad actionē quę cōpetit cōtra emptores ad pretiū: ſicut ergo vtilis actio trāſlata eſt abſq; ceſſione in ipſum legatariū, vt dictum eſt, ſic etiam cenſeatur tranſlata hæc actio acceſſoria. l. in ſolutum. & l. ſeq. C. de actio. & oblig. Bar. & Doctores in l. ſi hęres. ff.
31 ad Trebel. vbi † dicunt ꝙ facta ceſſione cōtra principalem, tranſeunt actiones ipſo iure contra fideiuſſores, & pignora: qm̄ huiuſmodi obligationes ſunt acceſſoriæ. l. j. ff. de fideiuſſ. ſublatis itaq; præmiſſis obiectionibus reſultat cōcluſio clara & aperta, ꝙ hoc pretiū legatario pſtādū ſit: quæ concluſio vltra pręmiſſa, alijs duabus rōnibus cōprobari pōt.
32 Prima eſt, † negari non poteſt quin hoc creditū tpe teſtamēti eſſet ortū, & in eſſe deductū, licet adhuc exigi non poſſet: quia dies ſolutionis nondū venerat, ideo hoc creditum cōprehenditur in hoc legato, nec habet locū regula quę traditur in l. ſi ita. ff. de auro & argē. leg. ita vult Paul. de Caſt. in cōſi. ccxxxix. incip. videtur dicendūm. in vltimis verbis.

Secunda ratio eſt, dictus teſtator poſt dictum le-
33 gatum excipit † nōnulla credita, quæ noluit cōprehendi in hoc legato, & inter cętera excepit creditū ducatorum mille octingētorum, quod habebat cū hæredibus D. Antonii & Caroli de Coletis de Mātua, quod quidem creditū (vt arbitror) fuit in diē nō purum, iſta ergo exceptio firmat regulā in aliis creditis, quę excepta nō fuerunt. l. nā quod liquidè. §. fi. ff. de pen. lega. l. quæſitū. §. denique. ff. de fund. inſtructo iſtru. quę legato, quinimò exceptio facit vt ſub regula comprehendantur ea, quæ aliàs non comprehenderētur, ne talis exceptio ſit ſuperflua, ſecundum Lap. & Dominic. in c. qui ad agendum. §. j. de procurato. lib. vj. Ale. in l. fi. ff. quod quiſque iur. qui reſpōdet ad tex. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. legat. in quo contrarium videtur probari.

Capio ſecundum dubium, in quo videtur dicen-
34 dū † ꝙ credita contracta poſt dictum teſtm̄ non veniunt in hoc legato: qm̄ inſpiciendum eſt tempus teſtamenti. l. ſi ita. ff. de aur. & arg. lega. quinimò ſi teſtator facto teſtamento legaſſet credita, deinum multò tēpore poſt faceret codicillos confirmantes teſtm̄, adhuc in hoc legato venirent ſolum credita cōtracta tempore teſtamenti, & non illa quæ fuerunt contracta poſt teſtamentum, ante codicillos: de hoc eſt caſus notandus in l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de libera. leg. de quo meminit Roma. in ſingulari diiij. nec eſt facienda cōſideratio, ꝙ legatum prædictum cōceptum ſit verbis multum generalibus, quoniam non obſtante verborum generalitate quibus legatum conceptum fuit, inſpici dēt tēpus teſtamenti, l. fi. §. j. ff. de leg. ij. vbi Bar. Idē Bar. in l. ſi ita. ff. de aur. & argen. leg. Soc. in l. j. ff. de reb. dub. Nec etiam fieri poteſt fundamentum ſuper illis verbis, quę reperirentur mortis tempore, qm̄ ſenſus verborum eſt, vt illa credita veniant in legato quod non fuerint exacta per teſtatorem: hæc ſunt quæ videntur poſſe adduci contra legatarium.
35 Quibus † nō obſtātibus, cōtrarium de iure eſſe dico, & ſic concludo ꝙ credita contracta poſt teſtamentum per ipſum teſtatorē, veniant in hoc legato, pro qua concluſione conſidero in primis verba, quibus conceptum fuit præmiſſum legatum, quæ cantant. Item legauit omnia & ſingula ipſius teſtatoris credita quomodocūque contracta, quæ repe-
36 rirentur tempore mortis ipſius teſtatoris. † pondero illam dictionem, quæ, quam cōſtat eſſe relatiuā, relatū aūt refert antecedens, cū omnibus ſuis qualitatibus, ad quod refertur, l. à filio. §. teſtator. ff. de alimēt. & cibar. leg. Bar. in l. ſi quis ſeruū. §. fi. ff. de leg. ij. Bar. in l. ſi prior. ff. ſolu. matr. ſenſus ergo illorum verborum eſt, quæ reperirentur facta & cōtracta tempore mortis teſtatoris, & ſic ex iſtis verbis prolatis in futuro tpe; conſtat teſtatorem voluiſſe

in hoc

in hoc legato comprehendi credita futura.

Non obſtat id quod ſ dicebatur ꝙ illa verba reperirentur, ſic ſunt interpretanda, id eſt, quæ non erunt exacta. Nã, iſta interpretatio non èſt bona, qm̃ ſecundum eam illa verba eſſent ſupflua, & nullius eſſent effectus, cũ de iure debita exacta nõ debeantur legatario, cui teſtator legauit nomina debitorũ qa illa excipiendo cẽſetur. legatũ reuocaſſe. l. fidei
37 commiſſa. §. ſi rem. ff. de lega. iij. † verba autem in dubio ſunt interpretanda ne ſint ſuperfluà, l. ſi quã do. ff. de lega. j. Et pro hac cõſideratione facit quod voluit Paul. de Caſt. in conſ. cclxxxij. incip. videtur
38 ꝙ dicta promisſio, dum vult † ꝙ promisſio facta per emphyteutam de ſoluendo canonem in domo habitationis, intelligitur de habitatione futura: qa ſi intelligeretur de habitatione pręſenti, cõuẽtio illa fuiſſet ſupflua, cũ & ſi facta nõ fuiſſet, de iure tñ cõi ſolutio eſſet facienda in habitatione pręſenti, creditore & debitore exiſtẽtibus eiuſdẽ fori.
39 Secundò probatur eadem concluſio. † Nam hoc legatum conceptũ fuit uerbis generalibus & geminatis, ideò comprehendere debet credita cõtracta poſt teſtm̃, & ſic credita futura. Ad quod probandũ adduco tex. iuncta declaratione Barto. in l. uxori. §. uxori. ff. de lega iij. ibi, cum legatum fuit factũ per dictionem quidquid, quæ eſt uniuerſalis, & geminata. & dicit Bar. in l. hoc articulo, ff. de hæredi. inſti. ideo extẽditur ad tempus futurum, qñ ex hoc non inſurgit aliquid exorbitans à iure communi, ꝓut dicit ibi Bar. & cõiter ita illum tex. declarant Docto. & maximè Aret. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. i.

Et ex hoc rñderi poteſt ad id quod allegabatur in contrarium, uidelicet tempus teſtamenti eſſe inſpiciendum: etſi legatum conceptum ſit per uerba generalia, illud enim procedit quando illa uerba
40 ſunt ſimplicia, non geminata: illa † enim plura inducunt. l. baliſta. ff. ad Trebel. l. pluribus. §. j. & ibi notat Ang. ff. de uerb. ſignifi.

Confirmatur hoc fundamentum ex iis q̃ notat Salyce. in l. 2. in quarta col. C. de noxalib. ubi dicit,
41 † ꝙ ſi ſtatutum diſponat ꝙ quicunque occiderit hominem quouis modo, uel qualitercunque, decapitetur, tunc non diſtinguitur an ad ſui defenſionem occiderit, uel dolo, uel ſine dolo, ex quo dicto infert Illuſtris Doctor Do. Iaſ. in l. j. §. nunciatio. ff. de
42 nou. oper. nuncia. † ꝙ qñ lex utitur termino uniuerſali, & geminato, huic nõ fit reſtrictio ad habiles, ſed in ea comprehenduntur inhabiles: qa uerba non patiuntur hmõi reſtrictionem. l. iiij. §. toties. ff. de damn. infect. Adducit etiam ꝓ confirmatione nota. per Bar. in l. generali. §. uxori. ff. de uſufru. lega. qua ergo ratione diſpoſitio gñalis & geminata comprehendit pſonas q̃ aliàs non comprehenderent in diſpõne gñali ſimpliciter, ſic etiam comprehendet res q̃ aliàs non ueninnt in diſpoſi-
43 tione gñaliter facta, ſed ſimpliciter † arguendo de perſonis ad res, quod argumentum procedit. l. qui plures. in prin. ff. de uulga. & pupilla. ſubſtitu.
44 Accedat & tertiò, † Nã teſtator legãdo uſus fuit hac dictione, quomodocunque, quæ dictio reſpici poteſt nedum ipſa credita, & ſic res legatas, ſi reſpicere poteſt tempus. Ideò in hoc legato ueniunt credita futura & cõtracta poſt teſtamentũ: moueor ex notatis per Bal. in l. omnia. C. de epiſ. & cleric. quẽ ſequitur Abb. in c. fi. ne cleric. vel monaci. D. Alex.
45 & alij in l. j. ff. de leg. j. vbi dicũt † ꝙ ſi ſtudio Tholoſano concedantur priuilegia ſtudii Pariſiẽſis per oĩa cenſentur etiam conceſſa priuilegia in futurũ concedenda ſtudio Pariſienſi. Ex qua deciſione in-
46 fert ibi Modernus Senenſis, † ꝙ ſi teſtator legaret res mobiles per omnia venirent etiam futura: quia iſta dictio reſpicere poteſt nedum res, ſed tempus futurum: & quia ſi hoc procedit in priuilegijs in qbus ſtricta fit interpretatio, multo magis idem procedet in vltimis voluntatibus & ſic legatis, in qbus lata fit interpretatio. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur.
47 Penultimò facit, † verba pręteriti tpis in vltima voluntate quomodolibet trahuntur ad tps futurum vt diſpoſitio plenior ſit. l. plotiana. ff. de iure codicillorum. Bar. in l. vxori. §. vxori. ff. de leg. iij. Are. in l. cum ſtipulatum. ff. de verb. oblig. Illa ergo verba facta & quomodocunque contracta, de quibus in legato trahuntur ad tempus futurum vt legatum ipſum pleniorem ſortiatur effectum, maximè cũ ſubſequantur verba futuri temporis, quę reſpiciũt mor-
48 tem teſtatoris, non tempus teſtamenti. † Ex ſubſequentibus enim pręcedentia declarantur & econtrà. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. de leg. j. & l. qui filiabus.
49 in prin. eo. tit. Quod comprobatur. † Nam quando in diſpoſitione apponuntur duæ dictiones, quorum ſignificatio disſimilem producit effectum, attenditur illa ex qua diſpoſitio redditur plenior, & quæ pinguiorem producit effectum, l. non ſolum. §. fi. ff. de vſucap. declarando illum tex. vt per Bart. in l. ſi quis ante. ff. de acq. poſſ. Ex iſtis ergo concluditur ꝙ hoc legatum comprehendit etiam credita facta & contracta poſt teſtamentum.
50 Non obſtat id † quod dicebatur inſpiciendũ eſſe tempus teſtamenti etiam ſi legatum factum ſit verbis generalibus. l. fi. §. j. ff. de leg. ij. quia illud procedit quando ſimplex fuit verborũ generalitas: ſecus ſi fuerit geminata, prout in caſu iſto, in quo teſtator legauit oĩa & ſingula credita quomodocũque contracta per ea quę dicta ſunt ſuperius. Plures alię reſponſiones colligi poſſunt ex fundamẽtis ſupra factis in concluſione. Finis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Societas licet morte ſocij finiatur, nec tranſeat ad hæredes, poteſt expreſsè & tacitè continuari, qui tacitus conſenſus non ſolum verbis, ſed re demonſtrari põt.*

2 *Emens rem communem pro indiuiſo, videtur ſocietatem contrahere.*

3 *Conſanguinei præſumuntur ſcire facta conſanguineorum & numero 13.*

4 *Impuberes non poſſunt expreſsè nec tacitè ſocietatem contrahere.*

5 *Pupillus factus maior an eius nomine geſta ratificare poſſit. & nu. 8*

6 *Societas an morte vnius ex ſocijs finiatur, vel tranſeat ad hæredes.*

7 *Societas cum pupillis renouari non poteſt expreſsè nec tacitè.*

9 *Tempus contractus inſpicitur in contractibus minorum, & principium ætatis eorum.*

10 *Mater*

10 *Mater minor quæ tranſiuit ad ſecunda vota non petito tutore filio, ſi maior efficiatur mortuo pupillo, an in integrum reſtituatur.*
11 *Maritus ingreſſus poſſeſſionem patrimonij muliebris, tpe quo matrimonium eſſe non poterat, non uidetur tale patrimonium acquiſiuiſſe in dote. Idem ſi poſſeſſionem poſt lēmū matrimoniū continuauerit patiēte uxore.*
12 *Societas an renouata intelligatur ex longa patientia & tacito conſenſu. & nu. 13. 14. & 15.*
15 *Silentium ſimplex non inducit aditionem hæreditatis.*
16 *Intellectus l. non hoc. §. impleto. ff. locati.*
17 *Scientia & patientia per longum tempus inducit conſenſum in his quę ſunt modici præiudicij.*
18 *Contractus locationis in ſcriptis celebratus, ex patientia non cenſetur renouatus.*
19 *Solennitas mandati ad actum requiſiti, ex curſu ætatis mille annorum non præſumitur.*
20 *Mandatum patris neceſſarium eſt in aditione hæreditatis delatæ filio.*
Intellectus ad l. ſi filius. C. de peti. hæredita.

CONSILIVM XV.

NOBILES viri Gaſpar, Alexander, Hector, & Lactātius fratres de Barzelinis ad inuicem cōuenerunt ꝙ totū eorū capitale remaneret indiuiſum, & ꝙ omne lucrum & dānum inde proueniens ad eos uiciſſim ſpectaret, & ſic ſup iſto capitali ſocietatē quādā inierunt. Deinde mortuus eſt D. Lactantius ſupſtitibus pluribus filijs, quorum aliqui tempore eius mortis erant impuberes, aliqui uerò puberes, qui dimiſerūt dictū capitale penes Hectorē patruū & eius filios, nūquā petita ab eis reſtitutione dicti capitalis, modo dubitat an mortuo præfato Lactātio ſocietas cenſeatur renouare in pſona eius filiorū, & hæredū, ita ꝙ dānū quod ſubſequutum fuit poſt eius mortem ad illos pro rata ſpectare debeat, an uerò petere poſsint capitale cum lucro qđ reperiebatur tempore mortis eius patris, qđ attento illo tempore dicitur aſcendere ad ſummam ix. milliū librarum uel circa.

Diſcutiendo perfectè difficultatem propoſitam duo conſideranda ſunt.

Primum eſt, an in perſona impuberum cenſeat renouata ſocietas, ex eo ꝙ ipſi paſsi ſunt etiā poſt pubertatem dictum capitale eſſe penes dictum Hectorem & eius filios.

Secundū eſt, preſuppoſito ꝙ in pſona impuberū ſocietas ipſa nō cēſeat renouata, an ſaltē intelligeē renouata in pſona illorum, qui tpe mortis prędicti Domini Lactantij ad pubertatem iam deuenerant.

1 Deuenio † ad primum dubium, in quo uideē dicendum ꝙ in perſona impuberis ſocietas cenſeat renouata, per ea quæ ſuperius, in facto proponuntur, uidelicet ꝙ patientibus ipſis filijs, ēt poſt pubertatem, dictū capitale remanſerit penes Hectorem & filios de Barzelinis, licet .n. morte ſocij finiatur ſocietas, nec trāſeat ad hæredes. l. actiones. §. morte. l. uerū. §. ſocietas. & l. nemo. §. ꝑ ſocio. & §. ſoluitur. inſtit. pro ſoc. poteſt tñ continuari expreſſè & tacitè. l. iiij. & l. planè. ff. pro ſoc. qui quidem tacitus conſenſus non ſolum uerbis, ſed re demōſtrari poteſt. l. de quibus. ff. de legib. l. Paulus. ff. rē rat, haberi. Adeò ꝙ ad pręſumendum cōtractum ſocietatis, ſufficiunt actus qui ſolent fieri inter ſocios, ēt ſi huiuſmodi actus non inferatur neceſſario ad inducendam ſocietatem.

2 Oſtenditur hoc. Nam † ementes rem cōmunem pro indiuiſo, uidētur contrahere ſocietatē. l. nihil. ff. cōmuni diuidun. in uerbo ibi, ueluti qui pariter eandem rem emerunt, & ibi Bar. Bal. in l. cū proponas. C. pro ſoc. Ang. ī l. quidā Iberius. ff. de ſeruitu. vrbano. prędior. & tū conſtat ꝙ talis actus fieri poteſt intra ius & nomen ſocietatis. l. ut ſit pro ſocio actio. cū ſequenti. ff. pro ſocio. Cum ergo poſt mortem D. Lactātij eius filij paſsi ſint dictum capitale remanere penes præfatos Hectorem & eius filios, uidentur tacitè renouaſſe ſocietatem. Et ſic omne lucrum & damnum inde proueniens commune eſ-
3 ſe debet, † & teneo ꝙ cum eſſent conſanguinei præſumuntur ſciuiſſe ꝙ præfatus D. Hector & filij exercebāt dictum capitale communi nomine. l. octaui. ff. vnde cognati. l. de tutela. C. de in integrum reſtitu. minorum. Bar. l. is poteſt. ff. de acqui. hæredit. D. Alex. in l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & poſthu. & ita cōſuluit in iſto caſu Soci. in conſ. lxxxvij. incipi. in præſenti conſultatione, colu. v. cum ſequenti. & in conſi. clx. inci. in pn̄ti conſultatione.

4 Et ſi diceret † impuberes nō poſſunt expreſsè cōtrahere ſocietatē. l. ut in cōductionibus. §. fi. ff. ꝓ ſocio. Bar. in l. Titiū aut Męuiū. §. altero. ff. de admini ſtra. tutor. ergo nec tacitè. l. q. ad certū. §. fi. ff. locat.

Reſpōdeo ꝙ ex quo iſti filij & hæredes præfati Do. Lactantij facti puberes dimiſerunt dictum capitale penes dictum Hectorem, uideatur ratificaſſe
5 dictam ſocietatem tacitè renouatam: † pōt. n. pupillus factus maior ratificare geſta eius nomine, ut voluit Bal. in tractatu de duobus fratribus. col. pē. allegat tex. in l. ſi pupillus. ī prin. ff. de nouat. Alex. in conſi. xlix. incip. maturè ponderatis. lib. j. & in conſi. xxxvij. lib. iiij. & Soc. in d. conſ. clxix. col. v.

Præmiſsis tñ non obſtantibus concludo contra-
6 rium, & præmitto † ꝙ contracta ſocietate inter aliquos, illa morte vnius ex ſocijs diſſoluitur, nec tranſit ad hęredes quantumcunque de eis in contractu ſocietatis mentio facta fuerit. l. nemo. & l. adeò. ff. pro ſoc. §. ſoluitur. inſtitu. pro ſoci. & ratio eſt ſecūdū Aret. ibi, quia in ſocietate uideē eligi induſtria perſonæ, quæ non tranſit ad hæredes. l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. uel quia ignorāter an prudens uel bonus futurus ſit hæres, licet expreſsè ſeu tacitè renouari poſsit in perſona hæredis. l. planè. ff. pro ſoc. Attū iſtud nō procedit, qn̄ hęredes ſunt
7 impuberes, † illi. n. expreſsè nec tacitè poſſunt renouare ſocietatē: de hoc eſt caſus in l. ut in conductionibus. §. fin. ff. pro ſoc. per quē tex. ita determinat Bar. in l. Titiū & Męuium. §. altero. ff. de adminiſtr. & pericu. tuto. Bar. & Bal. in l. ſi patruus. C. cō munia vtriuſque iudicij. Ang. in conſi. lx. incip. in pluribus fratribus. Ludoui. Rom. in conſ. cclxxxij. inci. in caſu ꝓpoſito præmittēdū eſt. Frāciſcus Cur. in conſi. lij. incip. uidetur. col. vlti. Cū ergo prædictus D. Lactātius deceſſerit ſuperſtitibus filijs, quorum aliqui erant impuberes ex morte extincta fuit
dicta

dicta ſocietas,nec cenſetur renouata ſeu cōtinuata quo ad ipſos impuberes,licet dimiſerint dictū capitale eo modo quo dictum eſt:quia cum ſocietatē expreſſè extinctā,morte patris renouare nō potuerint,d.l.in cōductionibus.§.fin.multo minus,& tacitè.l.qui ad certam.ff.locat.§.fina.Et ſic ea quę in contrarium adducta fuerunt procedere poſſent q̄ ñ hæredes ſocij erant puberes:quia cum iſti expreſſè ſocietatem cōtrahere poſſint:ergo & tacitè.l.cū quid.ff.ſi certum peta.& l.triticum.ff.de verb.obli.

8 † Non obſtat id qđ dicebatur pupillū qui factus eſt maior ratificare poſſe geſta eo nomine expreſsè ſeu tacitè,allegādo Bal.in d.tracta.de duobus fratribus.& D.Alex.in pręfatis conſilijs : quia prædicti Docto.loquuntur qñ pupillus factus maior ratificat expreſsè uel tacitè id quod utiliter geſtum eſt eius nomine,tunc uerum eſt ꝙ ualet hæc ratificatio:quia concernit eius utilitatē, alias non proce-

9 dit hæc ratificatio,ſaltem tacita; † quia inſpiciendū eſt initiū & ſic tempus ætatis pupillaris in qua reperiebantur prædicti filij tempore quo agebatur de nouanda ſocietate.l.q i cū natu maior.in prin. ff.de bon.libertor.l.iij.§.Seio.ff.de minoribus.Facit qđ vult Glo.in l.minoribus.C.de his,quib.ut in di.& in l.j.C.in quib.cauſis reſtitu.in integ.non eſt neceſſe.quæ uolūt ꝙ ſi minor non uindicauit necē defuncti,& factus maior ſimiliter ceſſauerit in ultione necis defuncti,reſtituetur in integrum : quia attenditur principium quo erat minor, non autem

10 factū quo erat maior, † ideò Ang.ī d.l.minoribus. inducit illām Gloſſ.ad quęſtionē de matre minore tranſeunte ad ſecunda uota non petito tutore filiæ ſuæ,& quę poſteà efficitur maior,& demū morit̄ pupillus,nam ipſe reſtituetur in integrum:quia attendit principium ætatis minoris. & illam Glo.in d.l. maioribus .magnificauit Bal.in auct.ſi captiui. C. de epiſc. & cleric.& in aucten.qui contra.C.de inceſt.nuptijs.& in auctent. eiſdē pœnis.C.de nupti. Pro quo etiā adducit id qđ cōſulit Ludouic. Romā in conſ.cccxiiij.incip.in caſu ꝓpoſitæ conſultatio-

11 nis.ubi dicit,ꝙ † ſi maritus ingreſſus fuit poſſeſſionē patrimonij muliebris tempore quo nondū erat matrimoniū,nec eſſe poterat,q̄a puella nondū erat xij.annorum,ex hoc non uidet̄ acquiſiuiſſe tale patrimonium in dote,q̄a minor nec expreſsè nec tacitè poteſt alienare bona immobilia ſeu mobilia, quę ſeruanda ſeruari poſſunt.l. lex quæ tutores. C. de adminiſtra.tutor.Subdit Roma.idē eſſe ſi maritus poſſeſsionē poſt legitimū matrimoniū cōtinuauerit patiēte uxore:quia origo poſſeſsionis eſt cōſideranda,non tempus quo ipſa poſſeſsio continuatur.l.clam poſsidere.in prin.ff.de acqui. poſſeſ. Ex quibus infertur ꝙ cum ea quæ geſta ſunt per Hectorem & eius filios cōmuni nomine nō ſine utilitatē geſta,ea ratificari nō potuerunt expreſsè ſeu per ipſos filios D. Lactantij factos puberes, attēto initio ætatis pupillaris,quæ eſt conſideranda ut dixi.

Vel aliter rñderi pōt ꝙ etiā ſi dicti filij eſſent puberes adhuc ſocietas nō cēſeret̄ renouata in eorū perſonā per ea quæ dicā in ſequenti dubitatione.

Capio ſecundam dubitationē, in qua dicendum

12 uidetur † ꝙ ad filios Domini Lactantij qui tempore eius mortis iam ad pubertatem deuenerant, ſocietas cenſeatur renouata,& ſic omnis lucri & dāni ex ea ꝓuenientis particeps eſſe debeāt,quin ipſi ſocietatem expreſsè poterāt cōtrahere cū non eſſent pupilli,dicta.l.ut in cōductionibus.§.fi.ff.ꝓ ſocio. ergo & tacitè uidentur illam renouaſſe dimittēdo dictū capitale penes lectorem & eius filios de Barzelinis,& cū ſcirent dictū capitale exerceri cōmuni nomine:argum.tex.in l.quęrit̄.§.qui impleto.ff.

13 locati.& l.legem.C.eo. † quæ quidem ſentētia in dubio pręſumit̄ ratione coniunctionis ſanguinis.l. octaui.ff.vnde cognati.Bar.in l.is,qui.ff.de acq.hæredit.D.Alex.in l.Titius.§.Lutius.ff.de lib. & poſt hu.cum ſuis cōcordantibus. eò maximè : quia iſta patientia lōgo tēpore durauit, ideò facilius ex ea inducitur conſenſus ꝙ uoluerint pręfati de Barzelinis renouare ſocietatem prædictam: argu.tex.in l.cū dę in rem uerſo.ff.de uſuris,& eorū quæ notantur per Doctores in l. ſi certis annis. C. de pactis.

14 Corroborantur præmiſſa,† nā pręſupponitur in facto ꝙ Alexāder vnus ex filijs pędicti D.Lactantij qui cū alijs fratribus poſsidebat bona paterna indiuiſa,ſe intromittebat in dicto capitali, illud exercendo nomine ſuo & fratrum, ergo per iſtā cōmunionem intromiſsio eius induxit renouationē ſocietatis quo ad alios:arg. tex.in l.ſi ualet.ff.queād. ſeruit.amitta.& Glo.in c.j.de iure patrona.lib.vj. quinimò ex diuturnitate temporis præſumit̄ ꝙ præfatus Alexāder habuerit mādatum à fratribus exercendi dictum capitale communi nomine. l. ſi filius.C. de peti.hæredita. l.qui in aliena.§.j.ff.eod.

Iſtis tñ non obſtantibus, concludo contrarium

15 † videlicet ꝙ nec quo ad ipſos fratres puberes ſocietas cenſeatur renouata,cū nō cōſtat illos feciſſe aliquos actus ſociales,ex quibus argui poſsit ſocietatē ipſam fuiſſe renouatam, nec ſufficit illa patientia ſeu dimiſsio capitalis:q̄a ex nō facto nō poteſt reſultare iſte tacitus cōſenſus habilis ad renouandā ſocietatem,nam,ut inquit Bal.in l.non hoc. C.vnde cognat.& Salyc.in l.cum antiquioribus. in uerſ.ideòque.C.de iure deliber. ſimplex ſilentium non inducit aditionem hæreditatis:quia nō poteſt interpretari certo modo : quia eſt indifferens ad utrāq; partem, & ſic poteſt inducere repudiationē ſicut & aditionē. Oportet ergo ſcđm eos ꝙ ꝑ alias conięcturas in facto conſiſtentes probet̄ de mente, ſic ergo in caſu noſtro iſtud ſilentiū ſeu patiētia potuit aliud inducere quàm renouationē ſocietatis, cenſeri.n.pōt ꝙ fratres ipſi paſſi fuerūt dictū capitale manere pęnes perſonas de quibus ſupra : quoniam ſi pecunia ad eos deueniſſet fuiſſet inanis, & nullum lucrum ex eo fuiſſent cōſecuti, & de facili potuiſſent illū in malos vſus cōuertere propter lubricum ætatis iuuenilis, in qua erāt cōſtituti : quia ut inquit tex.in l.fin.§.filius autē.C.de bonis, quæ liberis, melius eſt coarctare iuueniles calores, ne cupidini dediti triſtem exitū ſentiant, qui eos poſt diſperſum expectat patrimonium.

16 Et ſi obijcit † ex patientia,& ſic ex nō facto ēt inducitur conſenſus obligationis. l.itē quęritur.§. q impleto.ff. locati.Rñdeo ꝙ ibi illa patientia non poterat alio modo interpretari niſi ut induceret renouationē locationis : ſed in caſu noſtro ſecus eſt, quia ut dictū eſt,potuit aliud inducere.Ideò de neceſsitate

ceſsitate non probat ſocietatem fuiſſe renouatam. l.non hoc.C.vnde cognat.c.in præſentia.de proba.

17 Preterea † ibi inducitur renouatio locationis ex illa patientia & perſeuerantia locatorum & conductorum, quia agitur de modico præiudicio, ideò dicit ibi Bal. quem ſequitur D. Alex. in conſ. lxxvi. incip. videretur. lib. v. quòd diſpoſitio illius §. non procedit, ubi capitur de utili dominatione ferendo, quia tunc magnum eſt præiudicium de quo agitur, ſed mediante contractu ſocietatis uicisſim transfertur dominium rerum ſuper quibus contrahitur ſocietas. l.j. in fi. ff. pro ſoci. ergo dicitur tractari de magno præiudicio, & per conſequens non habet locum d.§. qui impleto.

Comprobatur & ſecundò iſta concluſio ex not. per Bald. & Paul. de Caſt. in l. licet. C. de iur. delibe. ubi dicunt, plerumq; contingit q̄ mortuo patre remanent duo fratres, quorum unus eſt maior & alter minor, ille maior immiſcuit ſe hæreditati paternæ & oīa geſsit tanquàm ſolus dñs, altero fratre ſciente & patiente, qui nunquàm aliquid adminiſtrauit, uel fecit aliquem actū ex quo inducatur immixtio in hæreditate; certè ex hoc non perdit ius immiſcēdi, licet per longum tp̄s id paſſus ſit, quia ſcientia & patientia in his quæ ſunt magni præiudicij, & per longum tempus, non inducit cōſenſum, licet ſecus ſit in his quæ ſunt modici præiudicij.

Præterea & tertiò, pro hac concluſione facio aliud fundamentum, & præmitto in facto, q̄ inter cætera capitula dictæ ſocietatis continetur hoc capitulum, uidelicet q̄ omnia negotia expediēda cum dicto cōi capitali, & cōi nomine, fieri debeant cum conſenſu ipſorum fratrum, de quo conſenſu debeat conſtare ſcriptura manu illorum qui cōſentient in libro memorialis, prout in d. cap. latius continetur: ſtante hoc præſuppoſito dico indubitanter, q̄ ſocietas non fuit renouata ex dicto ſilentio ſeu patiētia, per ea quæ notant Bar. Pau. de Caſt. & alii in l. item

18 quæritur. §. qui impleto. ff. locat. ubi dicit † q̄ qñ cōtractus locationis fuit celebratus in ſcriptis, vt quia inter partes conuentum fuit q̄ de illo cōtractu fiat ſcriptura, iuxta l. contractus. C. de fide inſtrum. tunc ex patientia non uidetur renouatus contractus locationis: quia tacendo non renouatur ſcriptura, ideò non uidetur renouatus ille contractus, & iſtud fundamentum apponit falcem ad radicem huius hæſitationis: ex iſtis ergo cōcluditur quòd nec quo ad ipſos fratres puberes cenſetur renouatus cōtractus ſocietatis.

Non obſtat adducta in contrarium. Nam ad primum in quo dicebatur ſocietatē tacitè fuiſſe renouatam ex dimiſsione capitalis, patet rñſio, & primò ex eo fundamento ſuperius deducto in cōcluſione.

Secundæ obiectioni reſpondeo, q̄ etiam ſtante communione bonorum factum Alexandri non potuit aliis fratribus qui non conſenſerunt præiudicare. l. ſi unus. §. in ſumma, & §. ante omnia. ff. de pact. & toto tit. C. res inter alios acta.

Nec eſt uerum q̄ ex diuturnitate tp̄is p̄ſumendū ſit illum habuiſſe mandatum, quia ut inquit Bal. in l.j. C. de reb. alien. non alienan. adducēs text. in l. fi.

19 ff. de uſucap. pro empt. † curſus ætatis mille annorū non facit præſumi ſolennitatem mandati ad actum requiſiti, & idem vult Do. Alex. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. & in l. ſciendum. ff. de uerbo. oblig. & in conſ. j. inci. ponderatis his. col. pen. lib. iiij. & dicit Moder. Papi. in d. l. ſciendum, q̄ in hoc nemo cōtradicit, & q̄ uidit allegatum dictum Bal. in multis conſiliis aduocatis ad eum delatis. Contra quod rñ dictum ipſe opponit de l. ſi filius. C. de petit. hæred. ubi ex diuturnitate temporis præſumitur mandatum patris præceſsiſſe aditione hæredi-

20 tatem factam per filium, † quod quidem mandatū neceſſarium eſt ut ualeat aditio hæreditatis delatæ filiofamilias. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hęre. Hæc deciſio Bal. communiter eſt approbata ideò in deciſiuis tenenda eſt etiam de iure uera. cui non obſt. text. in d. l. ſi filius. nam ideò ibi ex diuturnitate temporis præſumitur mādatum, quia agitur de præſumendo titulum ad commodū & fauorem patientem. Ita declarat Bart. illum tex. in l. cum de in rem uerſo. ff. de uſuris. Sed in caſu iſto tractaretur de præſumendo mandatum in damnū iſtorum fratrum de Barzelinis, ideò tale mandatū pręſumi non debet. Finis.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Defuncto ab inteſtato ſuperſtitibus matre, ſorore, & patruo, an ſuccedat patruus excluſa matre, & ſorore huius, an verè mater & ſoror pariter excluſo patruo.*

2 *Caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.*

3 *Quis per alium conſequitur quod per ſe habere nō pōt.*

4 *Filia & neptis ex filio, dicitur agnata, non aūt cognata.*

5 *Statutō diſponente quòd ſoror vtrinque coniuncta excludatur extante fratre conſanguineo, ſi concurrunt mater & ſoror, vtrinque coniunctæ, & frater conſanguineus tantum, quis admittatur.*

6 *Statutum excludens auum maternum extante patruo, auiam maternam non excludit.*

7 *Statutum excludens auunculos propter patruum, & patruorum filios, non trahitur ad excluſionē maternorū.*

8 *Cauſa quæ reducimur ad ius commune pia eſt & fauorabilis.*

9 *Matre ex ſtatuto non ſuccedente extantibus agnatis vſque ad quartum gradum, agnatus exiſtēs in quarto gradu non excludit amitam.*

10 *Statuti aliquid diſponentis vbi vnica tantum ratio reddi poteſt, pro expreſſa habetur.*

11 *Familiæ dignitas nō ſeruatur per ſororē, licet ſit agnata.*

12 *Extenſio non eſt, vbi eſt eadem ratio.*

13 *Legū correctio an per identitatē rationis induci debeat.*

14 *Exemplorū propoſitio non extinguit mentem diſponētis.*

15 *Statuentium mentem offendere non licet, vel ab ea diſcedere, etiam ſi non ſit eadem cum uerborum figura.*

16 *Statutum quòd agnatus maſculus uſque ad quartum gradum concurrens unà cum matre defuncti, ſolus ſuccedat in proprietate, & mater in vſufructu, procedit etiam in caſu in quo ſoror extat.*

17 *Agnatio per fœminas non conſeruatur, ſed per eas finitur & terminatur.*

18 *Statutum ſeu conſuetudo excludens ſororem à ſucceſſione fratris, excludit etiam filiam ſororis.*

19 *Hæreditas filij eſt magis debita matri, quàm hæredibus fratris ſorori.*

20 *Statutum*

20 *Statutum priuans matrem à ſucceſſione filij fauore agnatorum, excludit etiam ſororem.*

21 *Rubrica habens orationem perfectam allegari poteſt.*

22 *Rubrica quando eſt generalior nigro, diſpoſitio contenta in nigro ab ipſa generalitate rubricę extenditur.*

23 *Statutū excludens uenientes ex linea materna, extantibus attinentibus ex linea paterna, an excludat ſororem à ſucceſſione patris.*

24 *Emphyteuſi alicui cōceſſa pro ſe et liberis ſuis deſcēden tib. ex linea maſculina, nō cōprehēditur filia fœmina.*

25 *Permiſſum in vno, in alio cenſetur prohibitum, & non conceſſum.*

26 *Iure aliquo quando quis contemplatione alterius priuatur, id ad illum peruenire debet, cuius contemplatione fit iſta priuatio.*

27 *Legum correctio per argumentum a contrario ſenſu induci non debet.*

28 *Argumentum à contrario ſenſu in ſtatuto an ſumi poſſit ius commune corrigendo.*

29 *Cauſa finali ceſſante, ceſſat diſpoſitio.*

30 *Deſcendentes cæteris omnibus præferuntur in ſucceſſione ab inteſtato.*

31 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi non poteſt in ſtatutis, ad correctionem alterius ſtatuti.*

32 *Exiſtentes in gradu remotiori, quòd ſint potiores exiſtentibus in gradu propinquiori, reputatur abſurdum.*

CONSILIVM XVI.

VISO & maturè conſiderato puncto ad me trāſmiſſo: uiſis quoq; ſtatutis ciuitatis Mutinę, & maxime ſtatuto poſito ſub rubrica ꝙ attinētes venientes ex linea materna, in princi. & in verſ. ſi autem deceſſerit aliquis. Videndum eſt nunquid Titio defuncto ab inteſtato ſupſtitibus matre, ſorore, & patruo, ad eius bona admitti debeat patruus, excluſis matre & ſorore huius defuncti, an uerò mater & ſoror pariter ſuccedere debeant excluſo patruo, prout diſponit ius commune, auct. defuncto. C. ad Senat. conſul. Tertullia. & in corpore vnde ſumitur.

1 In quæſtione iſta † uidetͤ dicēdum ꝙ locus in hac ſucceſsione pateat matri & ſorori excluſo patruo, eo quia ſi conſiderent uerba præmiſsi ſtatuti, aſcēdētes maſculi, & agnati maſculi uſque ad quartum gradum admittunt ad excluſionem matris & auiæ paternæ, & agnatorum exiſtentiū in quartū gradū,

2 & de ſorore nulla in eo fit mentio.† Iſte ergo caſus à ſtatuto omiſſus habebit pro omiſſo & relinquet diſpoſitioni iuris cōmunis. l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. matrim. l. ſi extraneus. ff. de cōd. ob cau. dat. Bald. in l. iij. C. de inſtitu. & ſubſtitut. ſub condi. factis. & in l. cum acutiſsimi. C. de fideicōmiſ. ubi decidit pulchrum caſum de quo ibi per eū: mater ergo huius defuncti ex pſona filię pariter cū ea ſuccedet conſequendo beneficiū huius ſucceſsionis ex

3 perſona alterius† ad qd ex propria perſona admitti non potuit, qd plerumq; contingit. l. Ariſto. in fi. ff. quæ res pigno. obliga. poſsint. l. ſi communem. ff. quemadmo. ſerui amit. cum multis quę adducunt Moder. in l. ſi emancipati. C. de collat. & in c. j. de præſcrip. & ita in iſtis terminis conſuluit Collegiū Peruſinum, qd conſilium refert, & ſequitur Petr. de Anch. in repeti. c. canonum ſtatuta. de conſt. char. antepen. uerſ. tertio principaliter. Ang. in conſi. cx. & Aretin. in conſi. clviij. incipi. uiſo. col. iij. Nā ſtatuto cauebat ꝙ extante patruo mater nō ſuccedat filię, ut ſtipis domorū & familię conſeruentur, modo deceſsit quidā ſuperſtitibus patruo & ſorore de qua in ſtatuto nulla facta fuit mentio, utrū patruus excludet hanc ſororem, conſuluit prædictum collegium ꝙ ſtatutum hoc non excludit ſororē defuncti, cum de ea excludenda nihil diſponat: mater ergo & ſoror defuncti pariter admittet, conſequens hoc beneficium ex pſona filię ſuę, qd conſequi non potuiſſet, ſi ſola fuiſſet. Et ſi diceret hoc emanauit fauore agnationis cōſeruādę, ergo attenta hac ratione extendi debet ad ſororē, quę licet ſit agnata, tñ nubendo tranſmittit bona in aliena familia per ea quę uoluit Io. And. poſt Iacobi de Arena ī rubr. de ſucceſsio. ab inteſta. in addi. ad Specu. ubi dicit ꝙ ſtatutum excludens filiam à ſucceſsione patris, cenſetur etiā excludere neptem à ſucceſsione aui: ad hoc reſpōdeo per hoc exemplum de auo mater no & nepote ſeu nepte ex filia non eſt bonum: quia iſti ſuccedunt loco excluſorum, & eſt quædā repreſentatio in eis, ſed nō ſic in matre & ſorore quę iure diuiſo ueniūt ad ſucceſsionem huius defuncti, vna tanq̃ mater, altera tanquā ſoror, & ita reſpondet huic obiectioni Pet. de Ancha. ī loco de quo ſ.

Secundò principaliter pro iſta parte conſidero. Nam pręmiſſum ſtatutum excludit matrē & auiam, & omnes aſcendētes per lineam maternā & cognatos, ideò ſoror cū nō ſit de tali linea, nec etiam ſit cognata, non cenſetͤ excluſa à ſucceſsione huius de

4 functi uirtute huius ſtatuti: † qd autē ſoror & ſic filia ſit agnata ꝓbatur in l. ij. §. j. ff. de ſuis & legiti. & in l. lege xij. tabu. C. de legit. hęredibus. in §. itē ue tuſtas. inſtitu. de hęredib. quę ab inteſtat. deferunt. uiſo §. cęterū. inſtitu. de legat. agnato. ſucceſsio. quę iura apertè probant ꝙ filia & neptis ex filijs dicitͤ agnata non autē cognata, & ita tenet D. Alex. ī l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de lib. & poſth. inferens ad qōnem de facto, in qua dicit ſe cōſuluiſſe, ꝙ ſi teſtator inſtituat filios maſculos adijciens ſe uelle ꝙ hęreditas ſua uadat de vno in aliū deſcendentē per lineā maſculinā, ſi poſteā decedat vnus ex filiis nullo ex ſe maſculo relicto, ſed vna filia fœmina, ſuperſtitibus tñ fratribus ut ſupra inuicē ſubſtitutis, certè illa filia fœmina excludet fratres ipſius deſcendentis, quoniam licet fœmina ſit, dicitur tamen deſcendere per lineam maſculinam.

Adduco & tertiò qd uoluit Bal. in l. ſi quis. C. de

5 inoff. teſtam. † ubi dicit ſtatutum diſponit ꝙ ſoror vtrinq; coniūcta excludat extāte fratre cōſanguineo, ſi concurrant mater & ſoror vtrinq; coniunctę & frater conſanguineis tantū, non admittetur iſte frater, ſed mater ꝙ ſoror ſuccedent in viriles, quaſi iſte caſus ſit à ſtatuto omiſſus.

Similiter dicit Bal. in l. quicunque. C. de ſeru. fu

6 giti. † ꝙ ſi ſtatutum excludat auum maternum extante patruo, attamen iſte patruus non excludet auiam maternā. Et ex illo dicto Bal. infert Petrus

7 Philipp. Corne. in l. illam. C. de collat. † ꝙ ſtatutū Peruſinum excludēs auunculos propter patruos & filios patruorum, non trahitur ad excluſionem maternarum

narũ, & ſubdit ita conſuluiſſe plures Doctores Peruſi. & Senenſes. Et iſta interpretatio ſumi debet duplici ex cauſa, prima eſt, quia per eã reducimur
8 ad diſpoſitionem iuris cõis, † ideò fauorabilis & pia, c.ij. in prin. de decimis. libr. vj. Gloſſ. in c. ſtatutum. in uerb. numerandum. de præb. cod. libr.

Secunda eſt, quia ex hac interpretatione fit ut mater non excludatur à luctuoſa hæreditate filij, cui in hoc fauendum eſt. l. fin. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub conditi. fact.

Præmiſſa & quartò comprobari pñt ex ijs quę uoluit Paul. de Caſtr. in l. illam. C. de collat. in uerſi. ſed pono. & in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legi. ubi
9 dicit † quòd ſi ſtatutum diſponat quòd mater non ſuccedat extantibus agnatis uſque ad quartũ gradum, agnatus exiſtens ĩ quarto gradu nõ excludit amitam, cum de ea ſtatutum non loquatur, quod capitu. extendi non debet ex identitate uel maioritate rationis de vna perſona ad alteram corrigẽdo ius commune, & idẽ vult in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matr. Hæc ſunt quæ uirtualiter adduci poſſunt in fauorem matris & ſororis contra patruum, & ſi quæ alia per conſulentes, contrarium forſitã adducentur, ad idem tendent.

Præmiſsis tñ non obſtantibus contraria ſententia potior uiſa fuit, ideo procedẽdo more cõſueto in iſta difficultate ponam cõcluſionem, uidelicet ꝙ hæreditas huius defuncti ab ĩteſtato deãtur patruo, excluſis matre & ſorore. Pro hac cõcluſione primò conſidero rationẽ ſtatuti, quòd nulla alia ratione uocat aſcendẽtes & agnatos maſculos, niſi
10 fauore agnationis conſeruandæ, † quæ ratio licet à ſtatuentibus non exprimatur, tamen cum hęc ſola reddi poſſit, habetur pro expreſſa, Glo. in l. quãuis. C. de fideicommiſ. vbi Bald. & Paul. de Caſtr. Bal. in l. maximũ uitium. C. de liber. præteri. Paul. de Caſtr. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu. matrim. Peruſi. in cap. ſuggeſtum. de appellat. ponderans ad hoc illum text. iuncto c. meminerim. eodem tit.
11 iſta ratio procedit in ſorore, quia † licet ſit agnata, per eam tamen non conſeruatur dignitas familiæ, cum nubendo trãſeant in alienam familiam. et iſtã rationem conſiderat Ioan. Andr. in rubrica de ſucceſsio. ab inteſta. in addit. ad Spec. Cyn. in l. publico. C. de adulr. Ang. in conſi. cclij. incip. ſtatuto Bononię cauetur. & in conſi. ccclxxxix. inci. totum, ubi dicit ꝙ cũ hmõi ſtatutum pręferens agnatos ĩ ſucceſsione defuncti ab ĩteſtato emanauerit ratione familię cõſeruãdę eius cõſeruatio impoſſibilis eſt, niſi etiã cõcurrat pinguedo fertilitas & oppulẽtia bonorũ, ꝑ ipſas. n. conſeruatur honeſtas quę perit propter inopiã. §. ſancimus. ĩ auct. de teſtib. l. iij. ĩ prin. ff. eo. tit. l. pietatis. C. de ſuſpe. tut. ut ibi latius per eũ. Et ex hoc infero ꝙ hic nõ agitur de extẽſione ſtatuti faciẽnda de caſu ad caſum, ſeu de perſona ad perſonam, quoniã ut inquit Bal. in l. de quib. ff. de legib. poſt Petr. & Cyn. in l. iura.
12 ff. eo. † quia quando in pluribus caſibus eſt eadem rõ, tũc illa decidit omnes caſus quibus illa adaptari poteſt, non per extenſionem, imò ſicut genus cõprehẽdit ſpecies, ſic generalis ratio decidit diuerſas ſpecies caſuũ emergentium, ſed qñ ſunt rationes ſpecie differẽtes, ſimiles tamen, tũc iſta eſt extenſio quę eſt quędã progreſsio de termino ad terminũ per adęquationem ſeu paritatem. Ideò Pau. de Caſtro in conſi. cccxxxviij. incip. prȩſens caſus modicam dubitationem habere uidetur, referens hãc doctrinã Bald. dicit, ꝙ male allegatur Gloſ. in auctẽn. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccl. uideli
13 cet † quòd per identitatem rationis induci non debet legum correctio; quia ſecundum eũ illa Gloſ. hoc nõ dicit, ſed debet allegari à paritate; uel cauſa rationis ſimilitudinẽ induci nõ debet legũ correctio. Huic conſuluit Ange. in conſili. ccclxxxix. de quo paulo ante facta fuit mentio, quod ſtatutũ excludens ſororem à ſucceſsione fratris, patruelus ſi ſupereſt aliũ fratrẽ patruelum nõ excludit; quia ſi aliud diceremus non ſeruaremus mentem ſtatuti, quę ſemper ſeruanda eſt, & quia ſtatutũ conſiderauit in genere uolens præferre agnatos maſculis fœminis, & uolens conſeruare agnationẽ, licet nõ
14 poſuerit exempla per ſingulas ſucceſsiones, † ſed per aliquas tantum, quorum exẽplorũ propoſitio non extinguit mentẽ diſponentis. l. damni infecti.
15 in prin. ff. de damn. infec. † mentẽ ergo ſtatuentiũ offendere nõ licet, nec ab illa diſcedere, etiã ſi nõ ſit eadem cum uerborũ figura, l. ſcire. §. aliud. ff. de excuſatio. tuto. l. iij. C. de libe. prȩte. cum ſuis concordantibus. Dicit etiam Ang. in conſi. 252. incip.
16 ſtatuto Bonon. quo cauetur, † ꝙ ſtatutum Bononiæ diſponẽs, quòd agnatus maſculus uſque ad quartũ gradum concurrens vna cum matre defuncti, ſolus ſuccedat in ꝓprietate, & mater in uſufructũ, procedit etiã in caſu in quo extat ſoror, licet iſte caſus à ſtatuto fuerit omiſſus; quia mater excludiẽ à patruo ex forma ſtatuti fauore agnationis cõſeruãdę,
17 quę nõ ꝓcedit ẽt in caſu iſto; † cũ per fœminas nõ conſeruetur agnatio, imò finitur & terminatur in eis, cũ tranſeant in alienã familiam. §. fi. inſti. de patria poteſtat. & §. j. inſtitut. de legat. agnato. tutel.

Comprobatur et hęc prima ratio ex ijs quæ cõnſulẽdo deducit celeberrimus Doctor & optimi iudicij D. Franciſcus Curtius in conſilio xxxiiij. inci. tenor conſuetudinis, verſic. in oppoſitam partẽ ar-
18 guitur. ubi inquit † quod ſtatutum ſeu conſuetudo excludens ſororẽ a ſucceſsione fratris, multo magis cenſẽt excludere filiam ſororis, cum illa ſit in gradu remotiori; quia tale ſtatutũ emanauit ratione agnationis cõſeruãdę, nec ob hoc dicetur ſtatutũ recipere extẽſionẽ, ſeu interpretationẽ paſsiuã: quia quod ex ratione & mẽte legis proficiſcitur, dicitur potius cõprehẽdi in ipſa lege, quam ad id uelut omiſſum ipſam legẽ extendi. l. nominis, & rei. §. uerbum ex legibus. ff. de uerbor. ſigni. Bart. in l. j. in princ. ff. uti poſſide. & Bal. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. C. de furtis. Cõcluditur ergo ex hac prima ratione ꝙ ſtatutum prædictum ſicut excluſit matrẽ à ſucceſsione filij ratione agnationis conſer-
19 uandę, multo magis & ſororem. † cum magis debita ſit hęreditas filij matri, quã hæreditas fratris ſorori. l. nam & ſi parentibus. ff. de inofficioſ. teſtamen. iuncta leg. fratris. C. de inoffic. teſtam. nec iſte caſus dicetur omiſſus à ſtatuentibus, quinimò expreſsè deciſus, attenta eorũ mente, per ſupradicta. Et ex præmiſsis patet reſpõſio ad ea quæ deducta ſunt ĩ primo fundamẽto, dũ adduxi deciſionẽ

Petr.de Ancha.in d.c.canonum ſtatuta. quia non uidetur benè dicere per iura & rationes & auctoritates de quibus, & ſępius uidi ſolennes Doctores conſuluiſſe contrarium, ſed poſito ꝙ uera ſit eius deciſio,tamen ut infra patebit ex aliis rationibus deducendis per illam non infringitur ius patrui.

Secundò ergo principaliter comprobatur iſta concluſio:nam in ſucceſsione filij defuncti ab inteſtato mater & ſoror à iure cõmuni adęquatę ſunt: quia pariter ſuccedunt in bonis filij, auctẽ. defun
20 cto.C.ad Senat.conſul.Tertullia.† Statutum ergo priuãs matrẽ à ſucceſsione filij fauore agnatorũ, cenſetur ẽt excludere ſororem uirtute dictæ adæquationis,iuxta notata per Gl.in l.ſi qs ſeruo ꝑſua ſerit,C.de fur.cuius doctrina procedit etiã in materia correctoria ſecundum Bart. in l. Marcellus. §. ꝙ autẽ.ff.ad Treb.& in auct. ſed cũ teſtator. C. ad leg.Falcidi.Aret.in l.ij.ff. de legat.j.& in rubr. ff.de acquiren.poſſeſſ. ubi ꝓ hoc dicit eſſe caſum notabiliſsimum, in §.ex ijs.in aucten. de hæredi. quę ab inteſt.deferun.collatione nona.

Tertiò pro hac concluſione pondero rubricam ꝑmiſsi ſtatuti,cuius uerba hæc ſunt,ꝙ attinẽtes uenientes ex linea materna ab inteſtato nõ ſuccedãt defuncto,exiſtẽtibus attinentibus uenientibus ex
21 linea paterna . † et pręmitto ꝙ qñ rubrica habet orationem perfectam,illa poteſt allegari.Gloſſ.in rubrica.C.ne fideiuſſo.doti dẽtur.Moder.in rubr.
22 ff.ſi certum petat. † Quinimò quando rubrica eſt generalior nigro,extenditur diſpoſitio cõtẽta in nigro ab ipſa generalitate rubricæ. ita uoluit Paulus de Caſt.in conſi.cccxxxviij.inci. pręſens caſus. quẽ ſequitur Alex.in conſ.j. incip. ponderatis ijs. lib.iiij.col. ij. nam rubrica ſtatuti dicebat ꝙ filia dotata non ſuccedat,& in nigro dicebatur, ꝙ filia dotata repellatur à ſucceſsione matris uel auiæ, & nihil dicebat de ſucceſsione patris.conſuluit Pau. de Caſt. ꝙ per dictam generalitatẽ rubricę filia ẽt excludi debebat à ſucceſsionẽ patris.hoc pręmiſ-
23 ſo conſiderandum eſt †ꝙ rubrica dicti ſtatuti excludit uenientes ex linea materna extantibus attinentibus uenientibus ex linea paterna, ex quo infero ꝙ cenſetur etiam excludere ſororem à ſucceſſione patris;quia licet ipſa dicatur deſcendere ex linea paterna,nõ autẽ materna:quia cũ ab ea ſumatur initiũ,linea materna & deſcendẽtes ab ea dicũtur deſcẽdere ex linea materna , ſic etiam ipſa excludi debet,ſicuti excluderẽtur deſcẽdẽtes ab ea ꝑ ea quę decidit Paul. de Caſt. in l. maritus.C.de
24 procurat.ubi quęrit,†aliquis recipit fundũ in emphyteuſim ꝓ ſe & liberis ſuis deſcẽdẽtibus ex linea maſculina,an cõprehendet filia fœmina recipiẽtis ? & dicit ꝙ nõ: quia ſicut deſcẽdẽtes ab eõ nõ admittũtur: quia nõ de linea maſculina,ſed de linea fœminina, ſic nec ipſa admitti debet, à qua initiũ ſumit linea fœminina.hãc deciſionẽ ſequitur D. Alexand.in l.Gallus.§.nũc. de lege. ff. de lib. & poſthu.& in conſi. xliij.incipi.conſideratis. lib.4.

Quartò ueritas huius cõcluſionis apertè oſtẽditur ex diſpoſitiõne eiuſdẽ ſtatuti.in uerſi. ſi autem deceſſerit,cuius uerba formalia hęc ſunt.'Si aũt deceſſerit aliquis nõ extãtibus aliquibus deſcẽdẽtibus uel aſcẽdẽtibus agnatis prędictis maſculis, ſed extãte matrẽ & auia paterna tñ,uel matre & auia prędictis,& ſorore uel ſororibus ſaltẽ ex latere paterno coniũctis,uel extãte matre & ipſa ſorore , uel ſororibus coniũctis ut ſupra,uel extãte auia paterna ſuccedãt ęqualiter ꝓ uirilibus portionibus dicta mater ſoror uel ſorores prędictę & auia, uult ergo ſtatutum in hac parte ꝙ ſoror admittat cum matre ad ſucceſsionẽ defuncti, in caſu in quo nõ extẽt aſcẽdẽtes deſcẽdẽtes & agnati maſculi, & ſic cõſtat ſtatuẽtes uoluiſſe excludere ſororẽ, ſicut & matrẽ qñ extãt aſcendentes uel agnati maſculi
25 uſque ad quartũ gradum, † ꝙ.n. ꝑmittitur in vno, in alio cenſetur prohibitum & nõ conceſſum.l.cũ prętor.ff.de iudi.& l.maritus C.de procur.c.nõ ne bene dicemus.de pręſump.& ſic dici non poteſt ꝙ iſte caſus à ſtatuto fuerit omiſſus , quinimò expſsè deciſus eſt.Suadetur hoc fundamentum, nam ſumpto argumento à contrario ſenſu, ꝙ ſumi poteſt, ut ꝓxime dicet, mater & ſoror excludũtur in caſu in quo extant aſcẽdẽtes uel agnati maſculi eorũ cõtemplatione,ipſi ergo ſi extent cẽſentur uocati ad hęreditatem defuncti excluſis matre & ſorore:
26 †quia quando quis priuatur iure aliquo cõtemplatione alterius,id ad illũ peruenire debet, cuius cõtẽplatione fit ipſa priuatio.l.poſt legatũ. §. amittere.ff.de ijs,quibus ut indig.l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de legat. primo. Bartol.in l.ij.§ .uidendum. ff. ad Senat.conſult.Tertullia. & eſt melior text.de iure in l.ſi defunctus.C.de ſuis & legitim.in uerbo quorũ cõmodo.Pet.de Anch.ĩ cõſ.cccxxxvj. inci. ab agnato.Cũ ergo extet patruus cuius cõtẽplatione mater uel ſoror repellũtur à ſucceſsione huius defuncti ab inteſtato,ipſi cẽſet hęc hẽditas delata.

Quintò pro eadẽ cõcluſione moueor:quia ſtatutum prędictum in pręmiſſo uerſiculo ſi autẽ deceſſerit.uocat matrem,auiã maternã & ſorores in caſu,in quo is de cuius hęreditate agitur deceſsit, nõ exiſtẽtibus deſcẽdẽtib.uel aſcẽdẽtibus agnatis prędictis maſculis , ſumendo ergo argm̃ à contrario ſenſu ſi extiterint aſcẽdẽtes uel deſcẽdẽtes ſeu agnati maſculi uſq; ad quartum gradum perſonæ prędictę excludi debẽt. l. qui teſtõ.§.mulier. ff.de teſta.l.inter ſocerum.§.cũ inter.ff.de pac.do
27 tali. † Et ſi diceretur argumẽtũ à contrario ſenſu ſumi non debet , ubi inſurgit correctio iuris communis,quæ inſurgeret in caſu iſto,eſt enim tale ar mentum quidam intellectus ſubauditus per quem induci nõ debet legũ correctio . Gl.in c.cupiẽtes. §.ꝙ ſi per uiginti.in uerbo petere.de electio.libro vj.& Glo.in c.ſignificaſti.de foro cõpeten.Bart.in l.omnes populi.in vj.q.principali.ff. de iuſti.& iu. Ad hoc reſpondeo ꝙ hoc ſtatutum in ſenſu directo eſſet inane , & nullũ effectum operaretur ultra ius cõmune.auct.defuncto.C.ad Sena. conſul.Ter
28 tullia. † ideo ſumi debet argm̃ à contrario ſenſu,per ea quę dicit Bald. in l. conuenticula . C. de epiſc.& cleri.in ſtatuto Florentino diſponente,ꝙ nõ exiſtentibus maſculis filię fœminę patri ab inteſtato ſuccedãt. nam ſumitur in hoc ſtatuto argm̃ à contrario ſenſu,ꝙ exiſtentibus maſculis filiæ maſculæ non ſuccedant,& ita corrigeret ius cõe,uide licet l.maximum uitium.C.de libe.ꝑte. & idẽ vult Ioan.Andreæ in rubr.de ſucceſ.ab inteſt.in addit. ad Spec.

ad Spec. Bal. Imol. & ibi Alex. col. ult. in l. ſi cũ dotem. in princ. ff. ſolu. matr. Paul. de Caſt. & Areti. in l. qui teſtõ. §. mulier. ff. de teſtam. Idem conſuluit Paul. de Caſt. in conſi. cccxxxvj. inci. caſus pñs. valde dubitabilis eſt, nam nõ exiſtentia aſcendentiũ uel deſcendentium, ſeu agnatorũ maſculorum, videtur eſſe cauſa finalis, pp quam mater & ſoror ad
29 mittantur, † quia ceſſante ceſſare debet ipſa diſpõ. l. demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condi. & demon. Et ꝙ tale argm̃ à contrario ſenſu ſumi debeat, demonſtratur alia ratione, quia niſi aſſumeretur, ſequeretur ꝙ hoc ſtatutum admitteret matrem, auiam, & ſorores ad ſucceſſionem eius, q. deceſſit ſuperſtitibus deſcendentib. quo nihil abſur-
30 dius, † cum in ſucceſſione ab inteſtato deſcendentes cæteris oĩbus pferãtur, auct. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. §. cum filius. inſti. de hęred. quæ ab inteſta. defer. Reſultaret ẽt diſpõ cõtraria his quæ deciduntur in prima parte ſtatuti, vbi aſcendentes maſculi, & agnati maſculi pferuntur matri & auię, & cognatis: ex qua ergo ratione ſumi debet tale argm̃ reſpectu matris & auiæ, quæ excluduntur in prima parte ſtatuti, ne uideantur ſtatuentes ſe incontinenti correxiſſe. l. nam ad ea. ff. de cõdi. & demon. ſic etiã ſumi debet reſpectu ſororis: qa mater auia & ſorores vniformiter determinant in d. verſ. ſi autem vniformis: ergo debet eſſe earũ determinatio. l. quanuis. C. de impube. & alijs ſubſtitu. l. iã hoc iure. ff. de uulg. & pupilla. Bar. in l. ſi legatarius. §. fin. ff. de lega. iij. ubi per hanc rationẽ decidit pulchrũ caſum, de quo ibi p eũ. Et ex iſto fundamento patet reſpõſio ad oĩa ea quę adducta fuerũt, & adduci poſſent in cõtrariũ, illa. n. loquuntur in caſu in quo de ſorore excludẽda in ſtatuto nulla facta fuit mentio, nec in ſenſu directo nec in ſenſu cõtrario, ſed in caſu huius ſtatuti ſoror repiẽ excluſa, ſaltem ſumpto argõ à contrario ſenſu per exiſtentiã agnati uſque ad quartũ gradũ, igiẽ dici non poteſt ꝙ iſte caſus à ſtatuto fuerit omiſſus.

Vltimò ꝙ iſte caſus comprehendatur in hoc ſtatuto, & ſic ꝙ patruus iſte pręferri debeat matri & auię, ſic oſtenditur, & conſidero ꝙ ſtatutum in primo capite præfert aſcẽdẽtes & agnatos maſculos matri & auię paternę, & etiam cognatis, & ſic pręfert agnatos maſculos aſcẽdẽtes ſeu tranſuerſales aſcendentibus fœminis, licet ſint agnatæ, in ſecunda uerò parte uocat matrem, auiam paternã, & ſorores, in caſu in quo non extent deſcendentes, aſcendentes agnati pdicti maſculi: quia cum nõ ſuperſint aliqui per quos agnatio conſeruari poſſit, perſonas pdictas vult admitti, in tertio uerò capite vult, ꝙ ſoror utrinque coniuncta ſola ſuccedat excluſis auia materna, uel auo materno: quia cũ ipſa ſit agnata defuncto, pfertur perſonis pdictis quę ſunt cognatæ, & ſic ſi conſiderentur oĩa capita huius ſtatuti pręfert agnatos maſculos uſq; ad quartum gradum fœminis, licet ſint agnatæ, agnatis uerò maſculis non extantibus pfert fœminas, q̃ ſunt agnatæ, fœminis quæ ſunt cognatæ, quod ẽt oſtenditur ex ſequenti parte ſtatuti, in uerſ. ſi uerò non extaret. intentio ergo ſtatuẽtium fuit pferre agnatos maſculos fęminis, licet ſint agnatę, & fœminas agnatas pferre ijs quæ cognatæ ſunt: patruus ergo qui eſt agnatus pfertur huic ſorori, q̃ licet ſit agnata, fœmina tamen eſt: nec per eam conſeruatur dignitas familiæ, per ea quæ dicta ſunt ſuperius.

Poſt conſilium iam abſolutum, intellexi per partem aduerſam fieri magnũ fundamentũ ſuper ſtatuto poſito ſub rubrica ꝙ filia, vel mulieres, ĩ uerſ. uolẽtes. dum ibi dicitur, ꝙ ſoror non ſuccedat fratri exiſtentib. fratribus, uel ipſorũ fratrum liberis, à contrario ergo ſenſu illis non extantibus ſoror admitti debet, & ſic patruus ab ea excludi debet, cui fundamento multipliciter reſpõderi poteſt, &
31 † primò ꝙ tale argm̃ à contrario ſenſu ſumi nõ poteſt: quia corrigeretur ſtatutũ ſubſequens in verſi. ſi aũt aliquis deceſſerit. de quo ſuperius facta fuit mentio, & ita dicit inſignis Doctor Do. Laurẽtius de Palatijs in tract. edito ſuper ſtatuto ꝙ extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, in nona char. verſ. reſtat reſpondere ad contraria, vbi expreſsè dicit, ꝙ argm̃ à contrario ſenſu in ſtatutis ſumi non poteſt ad correctionem alterius ſtatuti. Et ꝙ hoc ſit uerum, oſtenditur alia urgenti ratione, nam dicitur in eod. ſtatuto ꝙ filio uel filiæ decedẽti ſuperſtitibus patre & matre, pater ſolus admittiẽ excluſa matre, ſi ſumatur argm̃ à contrario ſenſu, mater admittetur non extante patre, & ſic cognati uſque ad quartum gradum eam non excludent; cuius contrarium expreſsè diſponitur in ſtatuto ſequenti, ex quo manifeſtè datur intelligi ꝙ in dicto ſtatuto ſumi non debet argm̃ à contrario ſenſu pp ſtatutum ſubſequentem, quod uenit ampliatiuè ad ſtatutum præcedens augendo iura agnatorum circa modum ſuccedendi.

Secundò reſpondeo, ꝙ conſiderato etiam dicto ſtatuto, patruus præferri debet huic ſorori, & conſidero ꝙ ne dum frater excludit eam, quinimò & liberi fratris præmortui, & ſic nedum filij fratris, quinimò nepotes, pronepotes, & deinceps excludunt eam. l. liberorum. ff. de uerb. ſign. ſi ergo excluditur à pronepote fratris, qui eſt in quinto gradu, multo magis excludi debet à patruo, qui eſt in tertio gradu, & ſic in gradu propinquiori, ut in eo militet ratio agnationis conſeruãdæ, qa agnatus:
32 argõ l. ſi uiua matre. C. de bonis maternis, † ubi abſurdum reputatur ꝙ exiſtẽtes in gradu remotiori ſint potiores his qui ſunt in gradu propinquiori. Faciunt nota. per Bal. & alios Moder. in l. ij. C. de in ius uocando. quæ ſolutio probaẽ ex his quæ ponit Soci. in conſi. cclxx. inci. conſiderata contingẽtia facti. in uerſ. iiij. ubi dicit ꝙ ſtatutum per quod excluditur ſoror, ſi extat patruus eius filius, uel nepos, excludit ẽt eã ſi extant filij patrui magni, quia cũ nepos patrui ſit ĩ quinto gradu, & filij patrui magni ſimiliter ſint in v. gradu, non eſt maior ratio ad excluſionem ſororis in filio patrui magni, q̃ ſit in nepote patrui, tam reſpectu gradus, q̃ reſpectu unicæ rationis, conſiderato ſtatuto conſeruandæ agnationis: & ſi diceretur Soci. fundat ſe, quia appellatiõe patrui uenit patruus magnus, largo ſumpto uocabulo, rñdeo ꝙ ipſe adijciendo hanc rationem utitur dictione maximè, quæ pręſupponit eãdem iuris cenſuram in alio caſu nõ expreſſo. l. qui ſe patris. C. vnde liber. & ibi notatur.

Ioannes Crottus.

E 2 SVM-

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris voluntas potius quàm verborũ qualitas, in ſubſtitutione fideicõmiſſaria eſt cõſideranda. et n. 27.*
2 *Filiorum appellatione comprehenduntur fœminæ, in vltimis voluntatibus, niſi de contraria voluntate teſtatoris conſtet, & vide nu. 25.*
3 *Cõditio appoſita in prima ſubſtitutione, cenſetur appoſita in ſequenti, ne plus iuris cenſeatur tranſlatum in ſecundum ſubſtitutum, quàm in primum.*
4 *Statutum ꝙ extantibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant, excludit neptem ex filio præmortuo à ſucceſſione aui, extante filio vel nepote.*
5 *Nepos ex filia fratris non admittitur ad fideicommiſſum iniunctum fratribus, ſi eorum alter decederet ſine maſculis.*
6 *Hæredes extranei ſubſtituti, mortui ante inſtitutum, non præferũtur extraneis hæredibus inſtitutis, vigore fideicõmiſſi iniuncti inſtituto, ſi deceſſerit ſine liberis.*
7 *Appellatiõe hæredis, extraneus hæres ꝓpriè cõtinetur.*
8 *Hæredis appellatione comprehenduntur tantũ deſcendentes, ne teſtator videatur plus iuris tranſtuliſſe in perſonam minus dilectam, quàm in magis dilectam.*
9 *Nepos ex filia præmortua facit deficere fideicommiſſum iniunctum alicui, ſi deceſſerit ſine filijs.*
10 *Filij appellatio porrigitur ad nepotem, ea interpretatione, qua maſculinum porrigitur ad fœmininum.*
11 *Filij nomen extenditur ad nepotem in ſubſtitutione fideicommiſſaria, vt per illum ſubſtitutus excludatur.*
12 *Fideicõmiſſaria ſubſtitutio onus et grauamẽ reputatur.*
13 *Hæredes in dubio cenſentur minus grauati quàm ſit poſſibile.*
14 *Verbum ſine filijs, comprehendit filias fœminas ex propria vocabuli ſignificatione, vel ex interpretatione.*
15 *Exhæredatio filij ſeu filiæ non trahitur ad nepotem ſeu neptem ex eis.*
16 *Priuationem non inducit in materia excluſiua ſeu priuatiua, id quod in diſpoſitione non eſt expreſſum.*
17 *Inhabilitare aliquem ne bona conſequi poſſit, eſt pœna.*
18 *Pœna per coniecturas imponi non debet.*
19 *Pœna à diſponente omiſſa cenſetur, niſi expreſsè apponatur.*
20 *Diſpoſitio l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. habet locum etiam ſi pater filios inſtitutos inuicem ſubſtituerit.*
21 *Pater quã charitatẽ habuit ad filium ſuũ, eandẽ continuatã præſumitur habere ad nepotem vel neptem.*
22 *Liberi, & ſic nepos vel neptis excludunt filium teſtatoris ſubſtitutum, ex ipſius mente præſumpta, quando teſtator ipſe ſubſtituit filios ſimpliciter, nulla facta mentione liberorum.*
23 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, cũ à teſtatore exprimitur, filius naturalis tantum ſubſtitutum excludit.*
24 *Teſtator nõ præſumitur velle, niſi quod expreſsè dixit.*
26 *Conditio ſi ſine filijs, admittit filiam excluſo ſubſtituto.*
27 *Voluntas defuncti ad detrahendum verbis allegari non poteſt.*
28 *Scriptura potior eſt voluntate teſtatoris.*
29 *Interpretatio quæ verbis conuenit, & mens in contrarium non apparet, perfectiſſima eſt.*
30 *Diſpoſitio in teſtatore requiritur.*
31 *Filij ſub conditione vocati, non cenſentur vocati per fideicommiſſum, ſed ſolum ab inteſtato.*
32 *Teſtator præſumitur velle id quod vult lex patriæ ſuæ.*
33 *Hæreditas poſt aditionem efficitur patrimonium filij.*
34 *Verba teſtatoris trahuntur ad ea ſolum quæ cogitat.*
35 *Teſtator fingitur cogitare quod lex diſponit.*
36 *Maſculi à fœminis non differunt in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus filiorum & nepotum, & filiorũ appellatione veniunt maſculi, & fœminæ.*
37 *Venientes ab inteſtato ad ſucceſſionem, ex teſtamento vocati cenſentur.*
38 *Verba teſtatoris & cuiuſlibet diſponentis ſunt referenda in dubio ad intellectum iuris.*
39 *Nepotes teſtatoris poſiti in conditione, non cenſentur ab eo vocati ad eius bona.*
40 *Prima cauſa eſt liberorum in ſucceſſione.*

CONSILIVM XVII.

Teſtator tres filios maſculos hæredes inſtituit, facta eis ſubſtitutione per hæc verba. Et ſi aliquis vel aliqui dictorum filiorum deceſſerit in pupillari ætate, vel qñcunq; ſine filijs legitimis & naturalib. aut ab inteſtato, ſubſtituit ſuperſtitem vel ſuperſtites filios maſculos ipſius teſtatoris vulgariter & pupillariter per fideicõmiſſum: deinde deceſsit vnus ex prædictis fratribus ſuperſtite filia fœmina, quæritur an ſubſtitutio fideicommiſſaria expiraſſe cenſeatur per exiſtentiã huius filiæ fœminæ.

Qõ iſta prima facie ſatis dubia viſa fuit; in qua dicendum videtur, ꝙ ſubſtitutus admitti debeat
1 excluſa filia huius decedentis. Et primò, quia † in ſubſtitutione fideicõmiſſaria potius conſiderãda eſt voluntas teſtatoris, q̃ verborũ qualitas, quæ teſtator ipſe protulit. l. pẽ. ff. de leg. j. l. fideicõmiſſa. §. hæc verba. ff. de lega. iij. & dicit tex. in l. iij. C. de lib. præt. ꝙ vbi manifeſtiſsimus ſenſus adeſt, teſtatoris nuſquã fieri debet talis interpretatio, vt me
2 lior ſenſus exiſtat, licet in vltimis † voluntatibus appellatione filiorũ cõprehendantur fœminæ. l. ſi quis ita. in prin. ff. de teſt. tutel. l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. ij. attñ vbi conſtat de cõtraria voluntate teſtatoris, tunc ſecus eſt dicendũ. de qua quidẽ volũtate teſtatoris expreſsè dr̃ conſtare, quod noluerit appellatione filiorũ cõprehendi fœminas, ex eo, ꝙ præfatus teſtator habebat filiũ ſeu filias quas excluſit à bonis ſuis, & à dicto fideicommiſſo, filios maſculos vocãdo: ergo & multo magis neptes, veluti minus dilectas cenſet excluſiſſe. l. ſi vina mr̃e. C. de bo. mat. Pro qua cõſiderõne facit elegãs de-
3 ciſio Old. in conſ. cxlj. vbi inquit, † ꝙ conditio poſita in prima ſubſtõne cenſet̃ repetita in ſequẽti, ne plus iuris tranſlatũ videat̃ in ſecundũ ſubſtitutum, qui à teſtatore cenſet̃ minus dilectus, q̃ in primum, quẽ teſtator præſumitur magis dilexiſſe. l. Publius. §. fi. ff. de cond. & dem. l. libertis. §. ab hæredibus. ff. de alim. & cib. leg. & ita in fauorẽ ſubſtituti decidunt plures Doct. legendo, & conſulendo. Sic. n. conſuluit Pau. de Caſt. in conſi. lxxix. incipien. caſus iſte frequenter contingit. & in conſi. ccclvij. incip. viſo dicto teſtõ. Hanc ſententiam ẽt amplectitur Raph. Fulg. in l. j. C. de cond. inſert. & in conſi. xxxviij. D. And. Barb. in cõſi. lij. incip. circa hanc dubitationem, quod eſt inſertum in iiij. libro conſiliorũ D. Alex. Idem volunt Mod. Senen. in l. cum auus. ff. de cond. & dem. in xvj. char. verſ. quartus caſus eſt. Quorũ opinio cõprobari põt.

Nam

4 Nam † ualidum eſt argumentum de ſtatutis ad ultimas uoluntates, ſed ſi ſtatutū diſponat ut extantibus maſculis filię fœminę non ſuccedant, certè neptis ex filio pręmortuo ſimiliter cenſetur excluſa à ſucceſsione aui, extante filio uel nepote, ſecundū Bal. & Doctores in l. ij. C. de in ius uocan. moti, q̃a abſurdum eſſet ꝙ neptis admitteretur ad aui ſucceſsionem, filia uerò quę eſt in gradu propinquiori excluderetur. Aſſumptum probatur ex notat. ꝑ Bal. in l. maximum uitium. C. de lib. pręterit. & in l. penulti. C. de uerbor. ſignificat. & per Roman. in l. iiij. §. Cato. ff. de uerborum obliga. Pro qua etiā ſententia faciunt notata ꝑ Io. Andreę in rubrica de teſta. in addit. ad Spec. ubi ponit iſtam quęſtio-
5 nē. † Quidā teſtator habēs duos fratres, uidelicet Seium & Męuium, Seium hęredem inſtituit, quem rogauit ut poſt eius mortē hęreditatē reſtitueret Męuio fratri uel eius hæredibus maſculis: mortuo teſtatore, deceſsit Męuius relicto nepote, ex filia fœmina, demū obijt Seius grauatus onere fideicōmiſsi, quęrit an nepos prędictus cōſeq. poſsit hęreditatē prędictā ex cauſa fideicōmiſsi, decidit ibi Io. Andreę ꝙ nō, q̃a ſicut mater ipſius nepotis ſi ſupeſſet admitti nō poſſet ad bona ꝑdicta, q̃a fœmina: ſic nec nepos ex ea ſuſceptus admitti debet, licet ſit maſculus: quoniā ab re ē ꝙ nepos admittat: quia eſt in gradu remotiori, & nō fœmina, d. l. ſi uiua matre. Et hanc deciſionem refert, & ſequitur Matthęſila. in notabili cxxix. referens plures illuſtres Doctores ita conſuluiſſe.

Prędicta etiam cōprobari poſſunt ex traditis ꝑ Bar. Bal. Paul. de Caſtr. & alios in l. Gallus. §. etiā
6 ſi parēte. ff. de lib. & poſth. ubi quęrūt. † Teſtator filiū ſuū vniuerſalē hęredē inſtituit, cui decedēti ſine filio ſubſtituit Titiū & eius hęredes, pone ꝙ decedat Titius relictis hęredib. extraneis, demū decedat filius teſtatoris ſine liberis, an admittantur hęredes ꝑdicti uirtute hmōi ſubſtitutionis; cōcludūt ꝙ non, ne uideat teſtator prętuliſſe extraneos hęredes ipſius ſubſtituti, hęredibus extraneis filij, quē magis ꝑſumit dilexiſſe, tū q̃a filij, tū q̃a primo gradu inſtitutus: arg. l. Publius. §. fina. ff. de condit. & demonſtr. idem tenet Bal. in c. j. in titu. de natura ſucceſsio. feudi. Alex. in cōſi. viij. lib. 2. Paul. de Caſtr. in conſi. cxc. inci. uidet dicendū. Hoc ergo
7 uerbū † hęres, ꝙ ex ſui ꝓpria ſignificatione uerificat in quolibet hęrede extraneo. l. in annalibus. C. de legat. & l. ſciendum, ff. de uerb. ſignif. reſtringi-
8 tur, † ut cōprehēdat ſolum deſcendētes, ne uideat teſtator plus iuris trāſtuliſſe in perſonā minus dilectā, q̃ in perſonā magis dilectam. Sic ergo in caſu ꝑmiſſo illa uerba, ſine filiis, reſtringi debēt ad maſculos, & nō ad fœminas, ne plus iuris uideat teſtator uoluiſſe cōcedere neptibus q̃ filiabus propriis.

Quibus tamē non obſtantibus contrariam ſententiam arbitror ueriorem, uidelicet ꝙ filia fœmina admittatur ad bona patris ex teſtamento, uel ab inteſtato excluſis ſubſtitutis.

Moueor pro hac concluſione: quia ex quo iſte grauatus onere fideicōmiſsi deceſsit ſuperſtite filia fęmina, non pōt dici illū deceſsiſſe ſine filiis. l.
9 j. C. de cōdi. īſer. † ubi nepos ex filia pręmortua efficit ut fideicōmiſſum expiraſſe dicat, multo ergo magis id efficiet filia fęmina: quia propter ꝙ vnūquodque tale, auctē. multo magis. C. de ſacroſan. eccleſi. c. cum inter. de electi on.

Secundò hęc concluſio comprobari poteſt. Nā
10 † appellatio filij extendit ad nepotem ea interpretatione, qua maſculinū porrigit ad fœmininum. l. iuſta. ff. de uerbor. ſignifi. Bar. in l. liberorum. col.
11 iiij. ff. eod. titu. † ſicut ergo in ſubſtitutione fideicōmiſſaria appellatio filij extenditur ad nepotē ut ꝑ illū ſubſtitutus excludatur, Abbas in conſi. xxxvj. Ludoui. Roma. in conſi. cxlviij. inci. uiſo themate; ſic appellatio filiorū in fœminis uerificabitur, ad hunc effectum, ut per eas ſubſtitutus excludatur.
12 Tertiò moueor. † Nā ſubſtō fideicōmiſſaria, de qua agitur onus reputat & grauamē. l. ex tribus. C. de inoff. teſt. Gl. ī l. ꝑcib. C. de impu. & aliis ſubſti.
13 † ut ergo hęredes minus grauati eſſe intelligātur, quę interpretatio in dubio ſumi debet. l. apud Iulianū. §. Scio. ff. de lega. j. l. minus. ff. de legat. iij.
14 † verbū ſine filiis, cōprehēdit filias fęminas, uel ex ꝓpria uocabuli ſignificatione. l. j. in ver. cōplectet de uer. ſigni. uel ex interpretatione, prout vult ibi Bar. quę interpretatio admitti debet in caſu iſto, cū ſimus in materia fauorabili. Et iſtud fundamētū ī quęſtione iſta. Facit D. Franc. Curtius ſua tēpeſtate Doct. celeberrimus in cōſ. lxiij. inci. antiquiſſima & nobiliſsima familia. col. x. uer. ſed ꝑmiſsis.

Quarto eadē concluſio cōprobatur. Nam licet teſtator excluſerit filias proprias ab vniuerſali ſucceſsione bonorum ſuorum, per hoc non ſequit ꝙ
15 uoluerit excludere filiā filij, & ſic neptē, † tū quia priuatio ſeu exhęredatio filij ſeu filię non trahitur ad nepotē ſeu neptem ex eis. §. poſthumorū, inſti. de exhęre. libero. l. ſi quis filio exhęredato. in prin.
16 ff. de iniuſt. rupt. irritoq; teſtam. † tū quia in materia punitiua, excluſiua ſeu priuatiua id qđ non eſt expreſſum in diſpoſitione nō inducit excluſionē, nec priuationē. Bal. in l. nemo martires. C. de ſacroſ. eccle. adducens text. in l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſumpt. fune. facit text. in §. cū igitur. in auct. de non eligen. ſecun. nuben. ibi, nec quęlibet lex eſt aliquid tale dicens, quē ad hoc notauit Bal. in auct. ex teſtamento. C. de ſecundis nupt.

Suadetur hoc fundamētum. Nam dicere ꝙ iſta filia fœmina excludatur à bonis auitis, & ꝙ in eis ſuccedere non poſsit, ſuccedendo patri ex teſtō uel ab inteſtato nihil aliud eſt, quàm eam inhabi-
17 litare ad ſucceſsionem taliū bonorū, † ſic tunc inhabilitare aliquem, ne bona cōſequi poſsit, dicit eſſe quędam pœna. l. ſi is qui hęres inſtitutus. §. fin.
18 & ibi not. Paul. de Caſt. ff. de vulga. & pupilla. † pœna autē per coniecturas imponi nō debet, l. in teſtamēto. la ij. ff. de cōd. & demon. Bal. in c. j. qualiter domi. ꝓprietate feudi priuetur. in vſibus feu-
19 dorū. † quinimò pœna à diſponente nō cenſet appoſita niſi expreſsè apponatur. l. at ſi quis. §. diuus. ff. de religio. & ſumptib. funerū. c. licet qui. de ſenten. excommunica. libr. vj. Gloſſ. magna in c. cum uos. de offic. ordina. & in capi. fina. ubi Abbas de iure patronatus. Cū ergo teſtator expreſsè nō inhabilitauerit neptē ad ſucceſsionem bonorum in quibus filium hęredem inſtituit, dicendum eſt ꝙ per eam ſubſtitutus excludatur.

Quintò adduco nota.per Bal.qui meritò impu
20 gnat in l.cū acutiſsimi.col.j.C.de fideicom.† ubi
decidit ꝙ ſi pater habens duos filios illos hęredes
inſtituat,& vnū ſubſtituat alteri,adhuc habebit lo
21 cū diſpoſitio illius legis,† quia quā charitatem ha
buit ad filium ſuum,eandem continuatam habuit
ad nepotē ex eo deſcendentem,& ſubdit idē eſſe
in nepte,qa & per eam ſubſtitutus excludet, licet
ſit filius teſtatoris.Iſta ratio quam ponit Bal.mili-
tat in caſu iſto,licet teſtator filias ꝓprias excluſe-
rit ab vniuerſali inſtitutione,igitur etc.

22 Sextò pro eadem concluſione † eſt text.in l.cū
auus.ff.de condit.& demonſtr. ubi liberi & ſic ne-
pos uel neptis excludūt filiū teſtatoris ſubſtitutū
ex pręſumpta mēte teſtatoris,qn̄ teſtator ipſe ſub-
ſtituit filios ſimpliciter nulla facta mētione libero
rum, quanto ergo magis in caſu noſtro ſubſtitutus
excludi debet ī quo facta fuit ſubſtitutio,expoſita
conditione ſi ſine filiis deceſſerit,quę conditio cū
ſit expreſſa potentius operari debet ad excluſionē
ſubſtituti,quā in caſu in quo nō fuit expreſſa, ſed
à lege ſubintellecta ex pręſumpta uolūtate teſtato
23 ris,ut in caſu d.l.cum acutiſsimi,patet, † quia qn̄
illa conditio ſine liberis,exprimit̄ à teſtatore,tūc
filius naturalis tantū excludit ſubſtitutum.l.ex fa-
cto.§.ſi quis autē.ff.ad Senat.conſul.Trebell.ſecus
qn̄ iſta conditio ſi ſine liberis, à teſtatore non fuit
expreſſa,ſed à lege ſubintellecta, l. generaliter.§.
cū autē.C.de inſtitut.& ſubſtitut.ſub cond.fact.in
uerbo iuſta ſobole.& ita tenet ibi Gloſ. in 3.ſolu-
tione,quam approbant ibi Bal.Saly.Ang. & Paul.
de Caſtro,Ange.& Imol.in d.§.ſi quis rogatus, eſt
& cōis ſententia Docto.ut dicunt ibi Moderni.

Septimò ꝓ hac cōcluſione moueor.Nā teſtator
ſubſtituēdo filios dixit qualiter ſubſtituebat filios
maſculos,ſi ergo uoluiſſet in illis uerbis ſi ſine fi-
liis,fœminas nō comprehendi, utiq; expresſiſſet,
ſicut expreſsit in alio capite.arg.c.ad audientiā.
de decim.& l.vnicę,§.ſin autem. C.de caduc.toll.
24 † et qa non credimus teſtatorem uelle, niſi illud
qđ expreſsè dixit,ſecundū Bal.in l.uoluntas.C. de
fideicom.& ita uoluit Io.de Ana.in conſ.xxij. inc.
ad ꝓbādū.Idem dicit D. Alex.in conſ. iiij.lib.iij.
25 ubi dicit,† ꝙ appellatione filij facta in ultima uo-
lūtate cōprehēdit̄ fœmina,qa ſi teſtator aliter uo
luiſſet, facile ei fuiſſet dicere filius maſculus , ſic
etiam argumentando vult Pet.de Anchar.in conſ.
cxviij.incipi. pro clariori deciſione.

Vltimò hęc cōcluſio comprobatur auctoritate
plurium Doctorum,qui re & fama celeberrimi ha
26 bētur,qui in iſtis terminis uolūt † ꝙ filia admitat̄
excluſo ſubſtituto,ſic.n.conſuluit Collegiū Bono-
nien. & Collegium Peruſinū, prout refert Pau. de
Caſt.in dictis conſi.ex annis ſuperioribus, cū iſta
quęſtio hic Bononię uerteretur,vidi originale con
ſilium Collegij Peruſini, de quo Paul.de Caſtro fa
cit mētionem.Iſtam opinionē etiā approbat Do.
And. Barbatius in l.cum acutiſsimi.col.pen.C. de
fideicōmiſſ.& in c.Raynaldus. in ulti. nota. da te-
ſtamē.Idem latè cōſuluit D.Frāciſcus Curt.in cōſ.
xiij.in uerſ.ſed pręmiſsis nō obſtātibus, ubi dicit,
ꝙ iſta opinio eſt uerior & communior, & ꝙ ꝓ iſta
parte dū caſus occurrit ſępius cōſuluit.Idē conſu-
luerūt quatuor inſignes Doctores, quorū cōſilium
eſt inſertū in 4.lib.conſ.D. Alex.nu.liij.q. inter cę-
tera mouent̄, quia ſubrogatum ſapit naturā eius,
cuius loco ſubrogatur.l.ſi .n.§.qui iniuriarum.ff.ſi
quis cautum. Neptis ergo quę ſubrogatur in locū
patris defuncti excludere debet ſubſtitutum quē
eius pater excluderet.l. ſi quis filiū.§. pen.in ratio
ne decidendi.ff. de acq. hęr. facit tex. in auct.poſt
fratres.C.de legi.hęred. Idem conſuluit excellen.
Iuriſcōſ.D.Io.Cāpegius in quodā ſuo conſi. inci.
uiſis & ponderatis. cuius conſilio plures celebres
Docto. ſe ſubſcripſerunt, & copiam conſilii tranſ-
mitto cū ſubſcriptionib.Doctorū,qui inter cętera
inducit doctrinam Bar.in d.l.cum auus.Item quia
filia grauata habet intentionē ſuā fundatā de iure
cōi cum ſit de liberis defunctę perſonę, & prima
cauſa in ſucceſsione eſt liberorū,auct.in ſucceſsio
ne.C.de ſuis & legit.& §.j.inſti.de hęre.quę ab in-
teſta. deferuntur. Ideò cū ille terminus ſine filiis,
ſit generalis aptius comprehendere tam maſculos
quàm fœminas, dēt gn̄aliter & īdefinitè intelligi,
qa nō eſt uerıſimile teſtatorē uoluiſſe ſub inuolu-
cro & confuſo ſermone excludere fœminas,non fa
cta aliqua ſpecifica declaratione : ex quibus patet
ꝙ iſta opinio nedum uera eſt, quinimò cōiter eſt
approbata,cum plus Doctores illam teneant.c.no
minis. de uerborum ſignificatione.

Non obſtant modo adducta in contrarium : nā
27 primę obiectioni in qua dicebatur † ꝙ in fideicō
miſsis conſideranda eſt uoluntas teſtatoris,rn̄deo
illud procedere,qn̄ ex uerbis ab eo ꝓlatis de eius
uoluntate conſtare poteſt,non.n.allegari pōt uolū
tas defuncti ad detrahendum uerbis,ſecundū Bal.
28 in l. cum virum. C. de fideic.in fi.† per tex. in l.ſi
alij . ff. de uſufruct. lega. ubi dicit text. potior eſt
ſcriptura uoluntate teſtatoris. Alibi dicit Bal.in l.
precibus.in vj.col.uerſ.dixi ergo.C. de impub. &
aliis ſubſtitut. ꝙ propter implicitum modum ſi-
gnandi ſeu interpretādi difficultas nobis oritur,&
propter nimiam ſubtilitatē ſępe errauimus circa
interpretationem uolūtatis defuncti,cuius animū
nō uidemus: inhęrēdo ergo uerbis prolatis à teſta
tore dicendum eſt ꝙ appellatione filij uoluerit fi-
liam fœminam comprehēdi ad excluſionē ſubſti-
29 tuti. † et iſta interpretatio eſt bona,qa uerbis cō-
uenit,& mens in contrarium non apparet;ut in ſi-
mili dicit tex.in l.talē. §. fina.ff.de hęredib.inſtit.
30 † Pręterea non ſatis eſt ꝙ teſtator uelit niſi etiā
diſponat.l. quidam cum filium.ff.de hęr. inſti.quē
notant ibi Bal.& Imol.Idem Io.de Imol.& Raph.
Cuma.in l. ſi res obligata.ff. de leg.j. Alexan.hoc
multum extollens in l.iij.C. de lib.pręte.Hinc ui-
31 demus ꝙ † filij uocati ſub conditione non cenſen
tur uocati per fideicommiſſum:ſed ſolum ab inte
ſtato:quia uerba conditionalia hoc importare nō
poſſunt,licet mens teſtatoris ſuadeat cōtrariū.GL.
cōmuniter exprobata in l.Lucius.ff. de hęre.inſti.

Non obſtat dū dicitur teſtator excluſit filias,er-
go multo magis neptes,quia reſpōdeo ꝙ filias ex-
cluſit ab uniuerſali ſucceſsione : quia eas dotauit,
vel ꝓ eis dotē conſtituit,iō iſta rōne motus eas vo
luit excludere à ſucceſsione ſua:ſed neptes ex filia
nō dotauit,igit̄ &c.& de facili contingere potuiſ-

ſet, quôd neptes nihil habuiſſent de bonis auitis
eorum patre alienante bona hæreditaria ſibi ob-
uenta à præfato teſtatore.
Præterea teſtator excluſit filias ab vniuerſali ſuc
ceſsione pp exiſtentiã maſculorũ: quia voluit ſe
conformare cũ diſpõne ſtatuti patriæ ſuæ, qđ præ
32 fert filios maſculos fœminis: † pſumitur.n.teſta-
tor velle id qđ dicit lex patriæ ſuæ, Bar.in l.hære-
des mei.§.cũ ita.ff.ad Treb. & ibi Alex.adducens
concordantes,quæ rõ ceſſat in neptib.quas ſtatu-
tum non excludit à ſucceſsione patris per exiſten
tiã agnatorũ,imò expreſsè eas vocat, & ſic in hoc
cõſideratur diſpõ iuris cõis, vt patet ex ſtatuto po
ſito ſub rubr.ꝙ attinentes venientes ex linea ma-
33 terna circa fi. Sciẽdum.n.eſt,† ꝙ ex quo pater hu
ius Dñæ Vrſulinæ reæ conuentæ ſe immiſcuit in
hæreditate patris,illa effecta eſt propriũ patrimo
niũ ipſius filij,& ſic amplius nõ agitur de hæredi-
tate d.teſtatoris,ſed de patrimonio ipſius adeun-
tis.l.ſed ſi plures.§.filio. ff.de vul.& pup. Gl.in l.j.
§.veteres.ff.de acq.poſ.vbi latè Doct.Alex.in cõſ.
xxviij.lib.j.& de hoc eſt tex.melior de iure inſtit.
de hære.qual.& differ.in prin.& in §.j.Inſtit.quib
ex cauſ.manumit.nõ licet.Idem notant Moderni
multa adducentes in l. eius qui in prouincia. ff.ſi
cer.pet.hęc ergo mulier excluſa cenſeri nõ de bet
à bonis aui,quæ ſunt effecta patrimoniũ patris ſui
pp eius inſtitutionẽ, aſſerendo ꝙ teſtator pſuma-
tur hoc voluiſſe, quia imò contrarium apparet de
eius voluntate tam conſiderata diſpõne ſtatuti, q̃
34 conſiderata diſpõne iuris cõis. † Nã verba teſta-
toris non trahuntur ad incogitata, ſed ſolũ ad ea
35 quæ cogitat.l.ſi quis ita.§.pe.ff.de teſt.tute. † ſed
teſtator fingitur cogitare id,quod lex diſponit, ar
gu.l.ſi duo.in fi.ff.de acq.hære. hæc ſunt formalia
dicta Bal.in l.precib.col.xij.ver.procedo vlterius.
C.de impub.& alijs ſubſti. & vt dicit D.Alex.in ſi
mili caſu in conſ.v.lib.iij.iniquũ eſſet per talẽ in-
terpretationem auferre huic mulieri ſucceſsionẽ
in dictis bonis, quã lex valere & ius cõe & ius mu
nicipale deferre voluit.l.maximũ vitiũ. C.de lib.
præt. Hanc ẽt conſiderationẽ ponit Pet.de Anch.
in conſi.cxx.inci.pro clariori deciſione, vbi inqt,
36 aduertendum eſt, † ꝙ in materia inſtitutionis &
ſubſtitutionis facta de filijs & nepotib.non diffe-
runt de iure maſculi à fœminis,merito appellõne
filiorũ veniunt máſculi,& fœminæ.l.maximum vi
37 tium. C.de lib.præt. † Et ſic qui veniũt ab inteſta
to ad ſucceſsionem cenſentur ẽt vocati ex teſtõ:
38 † quia verba teſtatoris & cuiuslibet diſponentis
ſunt referenda in dubio ad intellectũ iuris. l.qro.
§.inter locatorẽ.ff.loca.c.cãm quæ.de reſcript.cũ
ergo de iure cõi hæc mulier patri ab inteſtato ſuc
cedere poſsit, & ẽt ex forma ſtatuti, quia non hẽt
fratres maſculos à quib.excludat,concludendum
eſt,ꝙ ſub illis verbis ſi ſine filiis, filiæ fœminæ cõ-
prehendãtur: quia ius ita diſponit, ſecundũ ꝙ in-
terpretãda ſunt verba teſtatoris,vt dicit prędictus
Doct. Plures aliæ reſponſiones colligi poſſunt ex
conſilio prædicti D.Frãciſci Curtij ſuperius rela-
to,quas omitto ne dicta aliorũ videar trãſplãtare.
Vltimò non obſtant auctoritates in contrariũ al
legatæ:quia plures Doct.tenent contrariũ, quorũ
opinioni inhærendũ eſt, nedum quia cõis, verum
quia verior,vt pmiſſa fundamenta & rñſiones oſtẽ
dunt. Ideo D.Io.Bap.de S.Seuer.in l.generaliter.
§.cum aũt.C.de inſti. & ſubſti.ſub cond.fact.dicit
ſe vidiſſe libellum inceptũ manu propria Paul.de
Caſt.in quo aſſerebat cauſam illam in qua conſu-
luerat pro pio loco fuiſſe tranſmiſſam decidendã
Collegio Auinionen. & ab eo fuiſſe deciſam in fa
uorem filiarum contra ſubſtitutum, & quod iſta
fuit cauſa quare voluit amplius pro ſubſtituto con
ſulere malens iudicio alieno credere, quàm ſuo.
Et ſi aliquis obiiceret me aliàs cõſuluiſſe in fa
uorẽ ſubſtituti, put refero in l.Gallus. §. & quid ſi
tñ. ff.de lib.& poſth.reſpondeo,quòd in illo caſu
multa concurrebant ex quibus conſtabat de volũ
tate teſtatoris volentis fœminas eſſe excluſas. Cõ
currebat.n. ſtatutum patriæ,& quia teſtator vole-
bat bona cõſeruari ĩ illos de familia,ſeu de agna-
tione,& ob id prohibuerat vltra ſubſtitutionẽ bo
na extra familiã poſſe alienari,quę omnia ceſſant
in caſu propoſito, & ſic varietate aliqua notari nõ
poſſum à qua ſemper aborrui nedũ in eadẽ quin-
imò,& in diuerſa vt vulgi opin.euitarem.
Addo pdictis rñdendo illi obiectioni in quo ſit
præcipuum fundamentũ, per Doc.tenentes opin.
cõtrariam,videlicet abſurdum eſſe, ꝙ neptis quæ
eſt in gradu remotiori, ſit potior filia exiſtente in
gradu propinquiori.d.l.ſi viua matre,ꝙ hic nõ ver
39 ſatur aliqua abſurditas: quia † nepotes teſtatoris
cum ſint poſiti in conditione nõ cenſentur ab eo
vocati ad eius bona, Gl.approbata in l.Lucius. ff.
de hære.inſtit. ſuccedunt ergo patri in bonis aui-
tis ex iudicio patris expreſsè illos hæredes inſti-
tuendo, vel tacitè decedẽdo inteſtatus.l.conficiũ
tur.in prin. & l.ſi quis cum nullũ. ff.de iure codic.
non eſt ergo abſurdũ, ꝙ filia grauati ſuccedat pã-
tri ẽt in bonis auitis excluſis patruis, & aliis agna
40 tis: † quia prima cauſa eſt liberorum in ſucceſsio
ne,auct.in ſucceſsione. C.de ſuis,& legi.procedit
obiectio quando tractaretur de hæreditate aui, &
eius ſucceſsione,tunc enim abſurdum eſſet,ꝙ ne-
ptis melioris conditionis eſſet quàm filia, de qua
hic minimè tractatur, vt ſuperius deductum eſt:
& iſta eſt vera & realis reſpõſio, per quam tollitur
quidquid in contrarium adduci poteſt. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis antiqua renouata, cenſetur renouata ſecundùm naturam antiquæ inueſtituræ.*

2 *Feudum renouatum intelligitur ſecundùm tenorem primæ inueſtituræ.*

2 dicit, ꝙ † qn̄ genus & ſpecies cadunt inter pſonas grauatas, ſi diſpoſitio ſpecialis refertur ad plures, tunc generi per ſpeciem derogatur, & diſpoſitio generalis ſequens, tantum ad illos nominatos reſtringitur. l. legatorum. §. j. ff. de leg. ij. illa ergo verba generalia, aſſeruit teſtator enim ſe velle, referuntur ad perſonas nominatas & grauatas onere fideicommiſſi, & ſic ad filias, nō autem ad nepotes.

Reſoluendo primum dubium dico, ꝙ imò prefatus Thomas potuit grauari onere fideicommiſſi: quia à teſtatore fuit honoratus: quia vt dixi in cōſ. per illa uerba, aſſeruit enim teſtator, videtur iniunctum fideicommiſſum ipſis filiis, & aliis deſcendētibus, & ſic ordine ſucceſſiuo cēſent iſti à teſtatore uocati, adducēdo Pau. de Caſt. in l. cū ita. §. in fidei commiſſo. ff. de leg. ij. Pet. de Anch. in conſ. xxvii. inci. non ſeruato ordine dubiorum: prefatus ergo Thomas poſt mortē patris cōſecutus fuit bona aui,
3 nō ut heres patris, ſed vt heres aui paterni, † cum per fideicō miſſum ſuccedat teſtatori à quo fuit iniunctum, nō hęredi grauato. l. cohęredi. §. cū filiæ. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. meritò ergo grauari potuit, quia ab eo fuit honoratus: & iſta reſponſio patet etiam per tex. in d. §. fratre ibi. proximus quiſq; admittēdus eſt. Et quia iſtud de ſe clarum eſt, & iudicio meo vana eſt dubitatio, igiť aliter nō inſiſto.

4 Secundo dubio † de l. cohæredi. §. qui patrem. vltra reſponſionem aliàs per me traditam, rn̄deo, ꝙ ille tex. procedit qn̄ diſpoſitio eſſet facta in genere de eo quod factum erat in ſpecie, aliàs ſecus, vt quia alimēta eſſent legata fratribus & priori, nam tunc prior nō conſequetur alimenta duplicata. Ita dicit Ang. ibi, & D. Alex. nec alij cōtradicunt. Sed iſte non eſt caſus nr̄: quia diſpoſitio gn̄alis non fuit facta eo modo, quo diſpoſitio ſpecialis cū in diſpoſitione ſpeciali teſtator coarctauerit fideicōmiſſum in pſonā filiorū, in diſpoſitione uerò generali id ampliauerit, & uoluerit illud habere locū, ne dū in pſonam filiorū, ſed etiam aliorū deſcendentiū.

Pretereà alio modo rn̄deri poteſt, ꝙ argumentum poſſet procedere qn̄ diſpoſitio generalis per ſe ſubſiſtere poſſet, vt in caſu dicti §. qui patrem. & in caſu l. legatorum. §. j. ff. de leg. ij. Secus qn̄ aliqd adiicitur diſpoſitioni ſpeciali p modum rationis
5 generalis. Nam cum † ratio ampliet dictum ſpeciale pcedens. l. nomen. §. fi. ff. de leg. iii. Bart. in l. pater filiū. §. fundū. ff. de leg. iij. opus eſt dicere, ꝙ talis diſpō, quę fit per modum rationis, ampliet diſpoſitionem pcedentem, & ſic generi p ſpeciem derogetur, quę ſolutio bene pbatur in d. l. nomen. §. fi. vbi teſtator ſpecifice impoſuit onus filio, vt ſatisfaceret creditoribus quibus tenebatur ex cauſa mutui, & ſic ſpecificando cauſam pdictam, adiecta iſta ratione vt filia mea ſuam partem integram habeat, certè p iſtā rōnem ampliatur onus ſpecificè iniunctū filio, & ſic generi p ſpecię nō derogať.

Suadetur iſta reſponſio. Nā ſi dicere vellemus, ꝙ illa verba, aſſeruit eīm teſtator &c. referanť ad pſonas nominatas, & nihil adderēt diſpoſitioni pcedē
6 ti, † certè eſſet eadem ratio cum dicto, ꝙ eſſe non debet: vt not. Bar. in l. fi. ff. de off. procurator. Cęſa.
7 Tertio modo † reſponderi poteſt ad dictū §. qui patrem. ꝙ ibi generi p ſpeciem derogatur, & clauſula generalis non refertur ad ſpecialē: quia ſi ad illam fieret relatio, diſpoſitio ſpecialis nihil operaretur. Ita dicit Io. de Imo. in d. §. qui patrem. ideò fateor vt aliàs dixi, quòd præfatus Thomas nō fuit vocatus ad fideicommiſſum, & ſucceſſiuè grauatus de reſtituendo alijs per diſpoſitionem ſpecialem, ſed per illa verba, aſſeruit enim teſtator, & ſic nihil obſtat prædictum fundamentum.

Ad doctrinam Bar. in dicto §. ſi quis fundū, reſpondeo ꝙ procedit niſi ſequens diſpoſitio generalis fuiſſet appoſita per modum rationis, per ea quæ dixi ſuperius, quia cum apponatur vt amplior per præcedentia non debet operari contrarium effectum. l. cum tale. §. falſam. ff. de cond. & demon. l. ſi quis mācipia. ff. de fund. inſtruc. inſtru. q; lega.

Secundò rn̄deo ꝙ illa doctrina fallit, quando diſpoſitio quę ſubſequitur eſt cōcepta verbis adeo latis, ꝙ reſtringi non poteſt ad diſpoſitionem precedentē, ſalua ratione recti ſermonis. Ita uoluit Pau. de Caſt. ī l. legatorū. §. j. de leg. ij. ſic limitās & de-
8 clarans illū tex. ſed † verbū deſcendētes, de quo in dicta diſpoſitione latam habet ſignificationē, nec ſalua ratione recti ſermonis reſtringi pōt ad filios. l. fin.

l.fi.C.de ſuis & legit.l.cognoſcere.& l. liberorum.
ff.de verbo.ſign.igitur dicendum eſt, ꝙ diſpoſitio
pręcedens ſit ampliata per diſpoſitionē ſubſequen
tem, & ꝙ illa reſtringi non debeat à diſpoſitione
ſpeciali pręcedenti, & ex iſtis puto realiter ſublata
fuiſſe hæc duo dubia adducta per Conſulentes in
contrarium; quæ vt verum fateor, ſunt quædam ca-
uillationes euertentes volūtatem teſtatoris, de qua
apertisſimè conſtat; & quæ continent quandā ſub-
9 tilitatem nō veram, nec amicam legibus, † ſed per-
nitioſam, ex qua ſępius errari ſolet: vt inquit Iuriſ-
conſultus in l.ſi ſeruū.§.ſequitur. ff. de uerb. oblig.
& ut inquit Gregorius in c. huic etenim. xlix. diſt.
ſunt nonnulli qui dum ebetes exiſtimari volunt ſæ-
pe ſe in qbuſdā inquiſitionibus plus, quàm neceſſe
eſt exercētes nimia ſubtilitate fallunt, de his ſatis.
10 Poſtremò proponitur alia dubitatio. † An pręſuppoſito fideicommiſſo veniat detrahenda aliqua
quarta per ſorores prędicti Thonię, in quo cōcludo
ꝙ non, & pręmitto, ꝙ ad prędictum Thomam perue
niunt bona aui paterni ex fideicommiſſo, & ſic dr̄
hæres fideicommiſſarius, cui non competit quartæ
detractio, ſi illa fuerit detracta per eius patrem. l. j.
§.denique. vbi caſus ad literam, & ibi Doctores. ff.
11 ad Treb. † cum ergo pater huius Thomæ alienaue
rit nonnulla bona teſtatoris, illa imputari debent
in legitimam, & Trebellianicam, ſecundum Bar. in
l.Marcellus.§.res, quæ. ff. ad Trebellia. vbi ſcriben-
tes idem concludunt. Ludo. Roma. in conſ. ccviij.
inci.licet ex communi concluſione, in pen. col. Et
ad iſtum effectum cenſetur facta alienatio, ſecun-
dum Aret. in conſi. xviij. & ſequenti. Igitur alia de-
tractio non permittitur ſucceſſoribus prædicti Tho
mæ. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio non probatur per inſtrumentum locationis, nec per ſolutionem penſionis. & nu. 2. & 3.*
3 *Probatio neceſſario concludere debet, verè vel præſumptiuè.*
4 *Poſſeſſio probatur ex ſolutione penſionis factę per colonum eo tempore quando vacans erat.*
5 *Poſſeſſio quando non eſt vacans, ſed penes tertiū extat, & de hoc conſtat ex ſolutione penſionis, vel rei conductione, non aufertur.*
6 *Perceptio penſionis non inducit acquiſitionem penſionis, niſi de poſſidentis voluntate ſolutio fiat.*
7 *Solutio penſionis probat poſſeſſionem locatoris in præiudicium tertij qui poſſeſſionem non probauit.*
8 *Poſſeſſio ſemper probatur per ſolutionem penſionis, vbi de dominio conſtat.*
9 *Dominium in antiquis per famam probatur. & nu. 10.*
10 *Lex quando ſumus in factis antiquis, de quibus difficilis eſt probatio, contenta eſt facilioribus probationibus, quæ aliàs plenę non eſſent.*
11 *Poſſeſſio per ſolam famam probatur.*
12 *Factum antiquum quando dicatur.*
13 *Fama in factis non antiquis iuncta cum ſolutione penſionis inducit plenam probationem.*
14 *Duæ ſemiplenę probationes in ciuilibus, inducunt plenā probationem.*

CONSILIVM XXIX.

REVERENDE D. Vicarię in quadā cauſa quæ corā dominatione vr̄a
vertitur, vt percepi, proponitur dubitatio quędā, videlicet, ꝙ inſtr̄m loca
tionis nec per ſolutionē penſionum
factam de quadā domo, poſſeſſio nimimè probet, quę quidē dubitatio prima facie pro-
1 babilis eſt, nec contēnenda, eo, † quia inſtr̄m loca
tionis non probat poſſeſſionem. c. inter dilectos.
de fide inſtrum. Bar. in l. legata. ff. de adimen. lega.
2 † ergo nec ſimiliter ſolutio penſionis quæ fit uirtu-
te contractus locationis probabit ipſam poſſeſſio-
nem, cum ſolutio penſionis ſit aliquid acceſſorium
ad ipſam conductionē: ergo regulari dēt à ſuo prin
cipio. l. ij. & iij. ff. de pec. leg. c. acceſſorium. de reg.
3 iur. lib. vj. † Et ꝙ per pręſtationē penſionis non pro
betur poſſeſſio, firmat Bal. in l. Pōponius. ff. quib.
mod. vſufr. amittat. maximè quia probatio neceſſa
rio, concludere debet verē vel pſumptiuè: aliàs non
prodeſt probanti. c. in pręſentia. de prob. l. nō hoc.
C. vnde cogna. ſed iſta ſtant ſimul, ꝙ aliquis penſio
nem pręſtiterit alicui, vt inquilinus, & cum alius
poſſederit ciuiliter & naturaliter: vt quia condu-
ctor domum ſibi conductam alteri locauit, quod
permittitur de iure communi. l. nemo. C. locat.
Hoc tn̄ nō obſtāte cōcludo cōtrariū, & pfectè re
ſoluēdo hāc dubitationē tres caſus cōſiderādi ſūt.
4 Primus caſus eſt, qn̄ conſtat, ꝙ † tempore ſolutæ
penſionis per colonum poſſeſſio erat vacans, & ſic
nullus posſidebat, & iſto caſu ſine dubio ſolutio pē
ſionis probat poſſeſſionē: quia colonus ſoluēdo pē
ſionem ur̄ uelle inſiſtere rei. Ita vult Gloſſ. & Io. de
Imol. & alij Doct. in l. qui vniuerſas. §. quod per co
lonum. ff. de acq. poſſ. & iſte non eſt caſus noſter.
5 Secundus caſus eſt, † quando poſſeſſio non erat
vacans, ſed erat penes tertiū, & de hoc conſtat, hoc
caſu omnes concordant, ꝙ de ſolutione penſionis,
vel ex conductione rei poſſeſſio non aufertur. l.
quamuis, §. j. ff. de acq. poſſ. l. Pomponius. ff. quib.
mod. vſufru. amitta. Io. de Imol. in c. cum veniſſent.
6 in ult. col. de reſtitu. ſpol. vbi inquit, † ꝙ perceptio
penſionis non inducit acquiſitionem poſſeſſionis
niſi fiat ſolutio de voluntate posſidentis: & ſimili-
ter iſte non eſt caſus noſter.
7 Tertius caſus eſt, † quando ſumus in dubio, & ſic
non cōſtat, ꝙ tertius poſſederit, & iſto caſu ſolutio
penſionis probat poſſeſſionem locatoris, etiam ad
pręiudicium tertii, qui non probauit poſſeſſionē.
Ita tenet Bar. & clarius Io. de Imol. in l. qui vniuer-
ſas. §. quod per colonum. ff. de acq. poſſ. ubi Aret. di
cit, ꝙ iſta opinio cōiter ſeruatur, quam etiam tenet
Bar. in l. litibus. C. de agric. & cenſi. lib. xi. & Felyn.
in c. cum Bertoldus. de re iudica. char. vlt. uerſic.
perceptio pęnſionis, & iſte eſt caſus de quo agitur:
quoniam ut percepi, fuit productum inſtrumētum
locationis ex parte actorum, fuit etiā probata per-
ceptio penſionum, & non conſtat de poſſeſſione
tertii: quoniam ex aduerſo nihil probatum eſt: er-
go manifeſtè ipſa poſſeſſio probata eſt.
8 Quod etiam comprobatur. † Nam ubi de dn̄io
conſtat, tunc ſemper ſolutio pēſionis probat poſſeſ

ſionem,ne d :m inter ſoluentem & dñm ; ſed inter
9 oẽs,† & hoc caſu de dñio dr̃ cõſt ıre p̃ famã. Ita ın-
quit Bal.in c.cũ veniſſent.de reſt.ſpol.in verſ.oppo
no,ꝙ p̃ perceptionem penſionis, ſed dr̃ per formã
eſſe probatũ, ꝙ domus de qua agitur ſpectabat &
pertinebat ad p̃fatos agentes,ſeu eius auctores: er
go ex ſolutione penſionũ,dicet̃ probata poſſeſſio.
Prętereà & tertiò, inſtrumentum locationis qđ
producitur,fuit celebratũ iã ſunt quinquaginta ſex
10 anni vel circa,† & ſic ſumus in factis antiquis,de q̃
bus difficilis eſt probatio,ideo lex cõtenta eſt faci
lioribus probationibus,quę aliàs non eſſent plenę,
vt notat Inn.in c.ueniẽs.de uer.ſig.adeò,ꝙ iſto ca-
ſu per ſolam famam probatur dñium,vt not.Bal.in
auct.quas actiones.col.vlt.C.de ſacroſ.eccl. defen
dens hoc caſu Gl.in l.qui naturam.§.cum abſente.
ff.de neg.geſt.Bal.in l.cum ſuper.C.de rei vend.Lu
do.Rom.in l.ii.§.idem Labeo.ff.de aq.plu. arcen,
inferens ex hoc Pontificẽ probari poſſeſſiones ci-
uitatis eſſe de dñio eccleſię: quia de hoc eſt fama
quę plenè probat.& idẽ vult Are.in cõſ.xxxvii.inc,
ſequendo ordinem quęſitorum. Ale.& alii Mod.in
11 l.cũ aliquis.C.de iure delibe. † Si ergo in factis an
tiquis ſola fama dñium probat, multo magis pro-
babit poſſeſſionem,in qua probanda leuior proba
tio ſufficit,adeò ꝙ per vnum teſtẽ idoneum induci
tur plena probatio & etiam per famam, prout vult
Matheſ.in notab.j.& ij.& Bal.in d.auct. quas actio
12 nes.in vltimis verbis. † & factum dr̃ antiquum qñ
iam lapſi ſunt quadraginta anni ſecundum Innoc.
in c.veniens.de verb.ſign.D.Ant.in c.ueniens,col.
j.de teſti.Alex.in conſ.iiii.inc.videretur inſpectis.
col.iiii.uerſ. poteſt alius modus.lib.ii.& in conſil.
clxxxvii.in cauſa & lite vertente.lib.ii.Maria.Soc.
in cõſ.lxxxix.inci.in cauſa agitata.vbi inquit nega
ri nõ poſſe quin hoc remittatur iudicantis arbitrio,
& ꝙ nemo eſt quin arbitretur tẽpus ſexaginta an-
norum,eſſe tempus antiquum,attento cõi curſu ui-
tę hominis,quæ breuis eſt:& attenta illa ętate pue-
rili in qua homo quidquid videt ignorat, uideatur
pro hoc etiam conſilium Ludo. Romani centeſi-
mum vigeſimumſeptimum,quod inci.poſito ꝙ do
13 miniũ.vbi uoluit † ꝙ ẽt in factis non antiquis fa-
ma iuncta cũ ſolutione pẽſionis inducit plenã pro
14 bationem : † quia duæ ſemiplenę probationes in
ciuilibus inducunt plenam probationem, Gl. in l.
ii.§.ętas.ff.de excuſ.tuto.& iſta eſt uera concluſio.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Emptores officij an repetere poſſint ſalaria, & commo da ab officialibus iam percepta.*
2 *Factum ſuperiorum pro caſu fortuito reputatur.*
3 *Cauſa quando adimpleri nõ poteſt propter caſum fortuitũ, cõditio ob cãm ceſſat ex capite cauſæ non ſecutæ.*
4 *Conditione deficiente in contractu ſub conditione celebrato, repetitio locum habet.*
5 *Iuramentum interpoſitum ſuper contractu ſub conditione celebrato, quæ adimpleri non poteſt, non ligat.*
6 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*
7 *Deficiente cauſa contractus locum non habet conditio ob cauſam.*
8 *Datum ob cauſam impoſſibilem an repetatur.*
9 *Conditio ob cauſam an propter caſum fortuitum ceſſet.*
10 *Cõtractus continens hęc verba, iſto modo concordati ſumus, vel ſub cõditiõe vt, ſub modo celebratus dicitur.*
11 *Exceptio reſpiciens factum ſuperioris non poteſt allegari ad irritationem actus ſuper iure tertij.*
12 *Pęna imponi non debet, niſi liquidiſſimę conſtet de actu pœnam ipſam imponente.*

CONSILIVM XXX.

EX prȩmiſſa facti narratione duæ in-
ſurgunt dubitationes.
Prima eſt, an emptores officii a-
bundantiæ repetere poſſint ſalaria
& commoda ab ipſis officialibus iã
percepta.
Secunda eſt,an ijdem emptores patientiam prę
ſtare teneantur dictis officialibus perſeuerandi in
pręfato officio vſque ad finem anni.
1 Circa † primam dubitationem primo aſpectu di
cendum vr̃,ꝙ locus ſit repetitioni,cum præfati em
ptores conſenſerint compoſitioni & concordiæ fa
ctæ per dominos Sedecim cũ iſta qualitate, videli-
cet, ꝙ qui extrahentur pro anno ſequenti ſolum-
modo percipere debeant commoda & lucra pro di
midia parte, reliqua dimidia ad ipſos emptores
ſpectante,q̃ quidẽ qualitas non põt eis adimpleri,
cauſa ergo non ſecuta locus eſt repetitioni, cũ cau
ſa ſit de futuro.l.dedi.& l.ſi pecuniã.in princ. ff.de
cond.ob cauſ.dat.l.ex placito.C.de rerũ permuta.
Et ſi diceret̃ defectus implementi cauſę non proue
2 nit ex facto ipſorum officialiũ, † ſed ex facto ſupe-
riorũ qui nõ vult, ꝙ officia extrahantur ſub dicta
qualitate,quod quidem factum reputatur caſus for
tuitus.l.Lutius.ff.de euic.ideò nõ debet eſſe locus
3 repetitioni : † quia qñ cauſa non poteſt adimpleri
pp̃ caſum fortuitum ceſſat conditio ob cauſam,ui-
delicet ex capite cauſę non ſecutæ.l.iij.§.idem eſt.
in uerſ.ſed ſi Stichus.ff.de condit.ob cauſ. dat. ubi
4 omnes Doctores notant. Ad hoc reſpondeo, † ꝙ
hęc obiectio procedit ſi contractus fuerit celebra-
tus ſub modo,ſecus ſi ſub conditione ; nam ſi tunc
cauſa deficiet,p̃ cauſam locus eſſet repetitioni,tan
quam cã ſeu cõditio non ſit ſecuta. Iſtud ſentit Gl.
vlt.in l.ſi militem.C.de cond.ob cau.dat. dũ dicit,
ſed adducit cõditionẽ expreſsè ſi procurator fue-
ris. Iſtud expreſsè vult Cuma.in l.pen.C.de cõd.ob
cauſ.Raphã.Fulg. D.Alex. & reliqui Moderni poſt
5 eũ in d.l.iii.§. idẽ eſt.ff.de cond.ob cau. † Nec ſup
iuramento prȩſtito ſuper huiuſmodi contractu per
ipſos emptores fieri poteſt fundamentum : qm̃ cũ
ipſi conſenſerint ſub dicta cõditione,quę minimè
adimpleri poteſt,non magis tenentur quàm ſi iura
mentum pręſtitum non fuiſſet.l.fi.C. de non num.
pec.Bar.in l.ſi quis pro eo.col.vlt.ff.de fideiuſſori.
His tñ nõ obſtantibus,contrariam ſniam verio-
rem puto,& ſic concludendum eſt, ꝙ locus non ſit
repetitioni. Quæ concluſio primò ſic patet, & ad-
uertendũ eſt, ꝙ ex partito facto per dños Sedecim
duo inſurgunt cõtractus. Primus eſt,q orit̃ inter ip
6 ſos Sedecim & dictos emptores. Secũdus eſt,q orit̃
inter ipſos emptores parte vna,& extrahẽdos ad ip
ſum

ſum officium parte altera, qui quidē cōtractus cenſetur celebratus ob hanc cauſam, & ſub iſto modo, ꝙ ipſi extracti debeant percipere commoda & lucra ſolū pro dimidia parte, & cum iſta cauſa fuerit ſecuta, ceſſare dēt repetitio, & nihil ad eos, ꝙ pro anno futuro p̄dicti emptores percipere nō poſſint
6 aliquod cōmodū ex dicto officio: † quia iſta cauſa nō reſpicit eos, ſed limitatè dños Sedecim, limitatus ergo erit eius effectus. l. quod dictū. ff. de pac. l. cancellauerat. ff. de his, quæ in teſtam. delentur.

Secundò patet iſta concluſio ex doctrina Bal. in l. j. C. de pac. col. pen. in verſ. ex p̄dicto gñali dicto
7 leg. vbi ſic dicit, † qñque deficit cauſa contractus, qñque deficit cauſa obligationis, primo caſu locū non habet conditio ob cauſam, exemplum ponit in d. l. nam cauſa quare contrahatur erat cauſa liberorū, ſed erat ipſa cōuentio: licet ergo deficiat cauſa contractus: quia tñ non deficit cauſa obligationis & traditionis locum non habet cōditio ob cauſam, ſed vbi deficit cauſa obligationis, verbi grã, do vt des, tunc habet locum cōditio ob cauſam: qa cum deficiat hoc extremum, vt des, deficit ipſe cōtractus: hęc ſunt formalia dicta Bal. in d. l. j. ſed in caſu iſto deficit cauſa contractus, non cauſa obligationis, quia p̄cedit cōuentio ſeu cōpoſitio de aliquid faciēdo, prout cōtinet in partito, ergo ceſſare dēt cōditio ob cām, & ſic repetitio ceſſare dēt.

Tertiò patet hęc cōcluſio, & pręmitto in facto,
8 † ꝙ implementum huius cauſę, videlicet, ꝙ extrahendi pro anno futuro ſolum percipiant lucrum pro dimidia, & reliqua ſpectante ad ipſos officiales de iure impoſſibile eſt, qm̄ cum ipſi dñi Sedecim virtute interdicti eſſent priuati adminiſtratione & officio, non potuerunt ita diſponere, & hoc impedimentū publicè notum erat, & quatenus p̄ſumuntur ipſi emptores huius impedimenti notitiā habuiſſe, iuxta notata per Glo. in l. ſi tutor petitus. C. de pericul. tuto. & in §. nouiſſimè. inſtit. de excaſa. tuto. ſtante ergo hoc impedimēto iuris, illa cauſa cenſet impoſſibilis, ideò ceſſat repetitio, ex quo ipſi emptores qui paſſi ſunt officiales p̄cipere cōmodum ex dicto officio, ſciebant hanc impoſſibilitatem: hæc eſt doctrina Bar. in l. ſi pecuniam. col. pen. in prin. ff. de cond. ob cauſ. per tex. cum ibi nota. in l. ſi militem. C. eo. quę doctrina communiter ibi approbatur, & in l. pen. C. de cond. ob cauſam.

Quartò & vltimò patet eadem cōcluſio: nā defectus huius cauſę p̄cedit ex facto ſuperioris, q. nō vult acquieſcere dicto partito, qui non vult, ꝙ dictum officiū extrahatur pro anno futuro cū dicta
9 qualitate, & ſic deficit † caſu fortuito: ideò ceſſat cōditio ob cām. & ſic ceſſat repetitio. arg. l. iure ciuili. ff. de cōd. & dem. & ita not. Bar. in d. l. ſi pecuniā. col. vlt. & alij Doctores in l. iij. §. idē eſt. ff. eo.

Non obſtant id quod in cōtrariū adducebatur, videlicet, ꝙ argm̄ non procedat qñ contractus fuit celebratus ſub conditione: quia nego iſtū contractum celebratum fuiſſe ſub conditione, quinimò conceptus fuit ſub modo, patet in illis verbis, *ſe ſemo concordati in queſto modo*, quinimò ſi in cōtractu
10 † apponantur iſta verba ſub cond. vt, vel dicatur ſub cond. ꝙ adhuc iſte cōtractus dicet celebratus ſub modo, non aūt ſub cōditione. l. Meuia. vbi Gl. ff. de manumiſ. teſta. Bar. in l. quibus diebus. §. Termilius. ff. de cond. & demonſt. Bal. & Sal. in l. cum res. C. de prob. Moder. in l. cū mota. C. de tranſac.

Non obſtat etiam ſi diceretur extractionem factam de dictis officialibus non valere, veluti factā tempore interdicti, & per non habentes poteſtatē: ad hoc reſpondeo, ꝙ cum dicti emptores conſenſerint dictę extractioni, & illā approbauerint, non poſſunt illam reprobare, veniendo contra factum proprium: arg. c. quod ſemel. de reg. iur. lib. vj. & l. ſicut. C. de actio. & oblig.

Preterea conſentiendo dictæ extractioni, & illā ratificādo, videnē approbaſſe dños Sedecim vt habentes poteſtatem faciendi dictam extractionem: indignum ergo eſt vt illos reprobent aſſerēdo eos non habuiſſe poteſtatem: arg. l. ſi vxor. ff. de adult. & c. ſi quis teſtibus. iiij. q. iij. & l. ſi quis teſtibus. C. eo. Poteſt dari alia reſponſio, ꝙ iſta exceptio, vide
11 licet, ꝙ nulla fuerit dicta extractio, cum † reſpiciat factum ſuperioris, non poteſt allegari ad irritationē actus ſuper iure tertij. Ita dicit Abb. in c. diuerſis fallacijs. extra de cler. coniug. facit quod uoluit Gl. in l. is conſequenter. §. j. ff. famil. erciſc.

Circa ſecundam dubitationem breuiter concludo, ꝙ ſi prędicti emptores poſt quàm Bononia redijt ad dñium Summi Pontificis paſſi ſunt ipſos officiales perſeuerare in dicto officio, nec aliàs p̄teſtati ſunt, videtur illos approbaſſe vſq; in finē anni, & ſic amplius contradicere non poterint: arg. l. item quęritur. §. qui impletus. ff. de locat.

Pręterea adhuc non conſtat, ꝙ dicti emptores non poſſint habere dictum officium pro anno futuro, iuxta formam pręmiſſi partiti, ideò priuari non debent adminiſtratione huius officij, qm̄ hæc priuatio continet quandam pęnam. l. teſtamento Centurio. ff. de manumiſſ. teſtam. ibi, quos pęnæ co
12 hercuit. † pęna autem imponi nō debet, niſi liquidiſſimè conſtet de actu pęnam ipſam imponente, ſecundum Bal. in c. j. in tit. qualiter domi. proprietate feudi priuetur. in vſibus feudorum. per tex. in l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſtrat.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis timor cenſetur iuſtus, & excuſat debitorem à mora.*
Anima cunctis rebus eſt præferenda.
2 *Debitor non cogitur ſoluere creditori excommunicato.*
3 *Peccatum mortale incurrit, qui ſuperioris mandato nō paret.*
4 *Tempus continuum currit impedito & ignoranti.*
5 *Accedens ad aliquem locum non animo manendi, non cenſetur illuc acceſſiſſe.*
6 *Actus paruo momento duraturus non habetur in conſideratione.*
7 *Soluens vt ſtatim repetat, non cenſetur ſoluiſſe.*
8 *Momentanea acquiſitio proprietatis, non conſideratur ad acquirendum vſumfructum patri.*
9 *Mulier quæ diuertit à marito, & ad illum breui tempore redijt, non cenſetur diuertiſſe.*
10 *Emphyteuta incontinēti redimens rem emphyteuticam, quam alienauit, à caducitate excuſatur.*

11 *Prælatus rem eccleſiæ indebitè alienatam ſtatim recuperans, euitat pœnam excommunicationis.*

12 *Impedimẽtũ de quo nõ ꝓteſtatur, alicui nõ opitulatur.*

13 *Debitor impeditus ſoluere propter prohibitionem veniendi ad ciuitatem ad inueniendum creditorem, pecuniam idoneè deponere debet, vt excuſetur à mora.*

14 *Allegans impedimentum nõ excuſatur illud probando, niſi etiam probet ſe diligentiam adhibuiſſe, & actum expedire non potuiſſe.*

15 *In culpa eſſe dicitur, non petens remoueri impedimentum, quod à ſuperiore remoueri poteſt.*

16 *Impeditus tenetur proteſtari, vel animum ſuum declarare, quòd ſoluiſſet, ſi impeditus non fuiſſet.*

17 *Tempus datũ debitori ad redimendum pignora cenſetur continuum: ideo ſemper eſt neceſſaria proteſtatio.*

18 *Appellans tenetur proteſtari impedimento temporis dati ad appellandum ne ſibi præiudicet.*

CONSILIVM XXXI.

TRIA ſunt quę videntur poſſe obijci hebręo reo conuento, in fauorem Domini Bernardini agentis.

Primum eſt, quia uirtute interdicti, quod olim emanauit à Summo Pontifice monẽtur omnes & ſinguli forenſes degentes Bononiæ, vt inde decedãt, nec ad illam reuertantur durãte interdicto, alioqui incurrant pęnam excõmunicationes: ſtante ergo hac comminatione excõmunicationis dici non põt ꝑfatum D. Bernardinum fuiſſe in mora conſtitutũ, ſi infra tps non ſoluit uſuras, nec pignora redemit, & ipſi ueluti iuſtè impedito nullum currit tps. c.
1 quia diuerſitatem. de conceſſ. preb. † Timor enim
excõmunicationis, cum afficiat animam, quæ cunctis rebus præferẽda eſt. c. pręcipimus. xij. q. j. l. ſancimus. C. de ſacroſan. eccl. cenſetur iuſtus, & ſic excuſat debitorem à mora: arg. l. quidam. ff. ſi cer. pe-
2 tatur. † Hinc eſt, ꝙ debitor non cogitur ſoluere
creditori excommunicato, pp peccatum quod incurreret communicando cum eo. Gl. in c. nos ſanctorum. xv. q. vj. Abb. in c. veritatis. de dolo. & contuma. in c. fi. de hęre. & ibi Io. de Anani. Idem tenet idem Abb. in c. inter alia. de ſent. excommunica. vbi etiam Felynus: cum ergo periculum minoris excommunicationis excuſet debitorem non ſoluentem, multò magis id efficiet timor excommunicationis maioris, quam incurriſſet ſi actor durante interdicto ueniſſet ad ciuitatem Bononiæ.

Secũdum quod obijci poteſt eidem hebręo eſt: nam in eodem interdicto monentur omnes & ſinguli, vt non debeant cõicare, nec aliquod comercium habere cum excõicatis & interdictis ciuitatis Bononiæ: contrafacientes ergo huic ꝓcepto ſuperioris, incurrũt peccatũ mortale, iuxta illud qui nõ obedierit Principi, mala morte moriatur. c. ij. de maiorit. & obed. quę verba exponũt Doctores,
3 id eſt, excõicetur. Infertur ergo; † ꝙ qs nõ parẽdo
mãdato ſuperioris peccatum mortale incurrit: qa niſi pręcedat tale peccatum, non imponitur pęna excommunicationis. c. nemo contemnat. xj. q. iij.

Tertiò obijci poteſt impedimentũ hoſtilitatis, pp quod non fuit auſus pręfatus D. Bernardinus accedere ad ciuitatem Bononię, & qui de facili periculum vitę incurriſſet, ſi ad dictam ciuitatem veniſſet, cum ſit, ꝙ manſerat in exercitu Summi Pontificis: hæc ſunt quę in effectu videntur poſſe dici.

Quibus non obſtantibus credo iuſtitiã reſidere ex parte hebræi, & ipſum à petitis fore abſoluendũ, & pro hoc moueor in primis ꝓmittens in facto, videlicet, ꝙ in capitulis hebręorum cõtinetur, ꝙ eorũ debitores teneantur res per ipſos pignoratas infra certum tps redimere, quo tranſacto, hebręi
4 poſſunt illa diſtrahere. † Hoc ergo tps cenſetur cõ
tinuum, & ſic currit impedito & ignoranti. de hoc eſt Gl. reputata à Doctoribus ſingularis. in rubr. ff. de diuer. & temp. pſcr. de qua Gl. meminit Philip. Peru. in cap. ex ratione. de appel. Et qm̃ tota difficultas præſentis cauſæ conſiſtit in iis, quæ obijciuntur hebręo, ideo me conuerto ad illorũ rñſionem.

Primæ igitur obiectioni reſpondeo, ꝙ licet pręfatus D. Bernardinus ueniſſet Bononiam vt ſatisfaceret hebręo, & alijs creditoribus, & poſtea ĩde deceſſiſſet, nõ incurriſſet aliquam cenſuram, nec aliquod peccatum mortale: quia illud interdictũ dũ diſponit, ꝙ forẽſes qui degant Bon. inde decedãt, nec reuertantur durante interdicto, intelligendũ eſt de ijs qui reuertunt̃ animo pſeuerandi, non de ijs qui incontinenti expedito aliquo negotio inde decedũt, iuxta illud vulgatum, nõ dr̃ veniſſe q non ſtetit. c. j. cũ ibi nota. extra de iudi. Et ꝙ hęc inter-
5 pretatio fieri dẽat, patet ex multis. Et primò, † Nã
qui ad aliquem locũ accedit non animo manẽdi, non cenſet̃ illuc acceſſiſſe. §. pauonũ. inſtit. de rer. diuiſio. l. poſtliminij ius. §. captiuus. ff. de captiuis. vbi dr̃, ꝙ Marcus Attilius qui ex Carthagine in qua captus fuerat Romam redierat, nõ dicebatur Romam poſtliminio redijſſe: quia animũ remanendi Romę non habuerat. Iſtud etiã patet ex multis iu-
6 ribus, quibus cauetur, † ꝙ actus qui paruo momen
to temporis durant, non habent̃ in cõſideratione.
7 l. qui ſic. ff. de ſol. ubi † qui ſic ſoluit vt ſtatim repe-
tat, non cenſetur ſoluiſſe. Facit etiam tex. in l. fi. §.
8 fi. C. de bon. quæ libe. † vbi momentanea acquiſi-
tio proprietatis, non conſideratur ad acquirendũ
9 vſumfructum patri. † Similiter mulier quæ diuer-
tit à marito, & ad illum breui tempore redijt, non cenſetur diuertiſſe. l. plerique. ff. de ritu nuptiarũ. l. diuortium. ff. de diuor. Faciũt etiam notat. p Ang. & Ludouicum Roman. in l. ſequitur. §. idẽ Labeo.
10 ff. de vſucap. ubi limitat dicta Bar. & ibi dicũt, † ꝙ
ſi emphyteuta redemit incontinenti rem emphyteuticam, quam alienauit, excuſatur à caducitate. per texr. in c. ſi quis præsbyterorum. de reb. eccle.
11 non alienan. ubi † pręlatus alienans rem eccleſiæ
indebitè pęnam excommunicationis euitat celeri facta recuperatione. Ex iſtis ergo infero, ꝙ ſi pręfatus Do. Bernardinus Bononiam ſe contuliſſet, & bona ſua huic hebręo pignori data redimeret, & illis redemptis incontinenti diſceſſiſſet, non incurriſſet aliquam labem peccati: quia non cenſeretur veniſſe, ex quo incontinenti diſceſſit.

12 Secundò reſponderi poteſt, quòd † ſtante impedimento debuit de eo proteſtari, quod cum minimè factum fuerit nihil ei opitulatur allegatum impedimentum. Glo. in c. j. & in c. plerunque. de reſcript. & inferius dicetur.

Tertiò

13 Tertiò datur rñſio, † & dico, ꝙ etiam exiſtente dicto impedimento,& etiam ſtante timore excõmunicationis, non debuerit debitor ſoluere huic hebręo,debuit tñ pecuniam ad quam tenebatur in ędę ſacra, ſeu apud idoneum mercatorē deponere,quę depoſitio habet uim ſolutionis. l. acceptã. C.de uſuris.l.obſignatione. C.de ſoluti.qđ cũ non fecerit non excuſatur à mora, & ꝙ depoſitio fieri debuerit,firmat Gl.in d.c.nos ſanctorum. xv.q.vj. Io.de Ana.ĩ c.fi.de hęret.Fel.in c.inter alia de ſen. excom.vbi ſic limitat dicta D. Abbatis,ibi. Et per iſtas reſponſiones tollitur etiã ſecunda obiectio, quæ alio modo poteſt tolli,videlicet, quòd cõmercium prohibetur cum Bononienſibus excommunicatis & interdictis, quę cenſurę non cadunt in hebręo.c.gaudemus.de diuort.cum ſimilibus.

Tertiæ obiectioni reſpondeo, ꝙ cum prędicto Bernardino nullum erat bellum, & ſic nõ ſuberat timor hoſtilitatis,& timor cauſatus ex eo,ꝙ fuerit in exercitu ſummi Pontificis non prodeſt ei, cum ex facto ſuo volũtario,pceſſerit nullo iuſſu ſuperioris id impetente.l.ſi mulier.in prin.ff.qđ met.cau.

14 Prætereà † allegans impedimentum nõ excuſatur illud probando, niſi etiam probet ſe adhibuiſſe diligentiam,& non potuiſſe actum expedire, l. qui commeatus.in prin.ff.de re milita.Barto. in l. præſes. C. de appel.& in l.ii. §. quod dicimus.ff.ſi quis caut. Inno.& Fel.in c.ex tranſmiſſa.de pſcrip. Debuit ergo iſte actor curare habere ſaluum conductum mediante quo potuiſſet tutè venire Bononiam,vt notant Doctores Moderni multa adducẽtes in d.§.quod dicimus.quod cum non fecerit nõ
15 excuſatur pp allegatum impedimentum. † Facit tex.in l.iij.§.quid ergo. ff. de contra. iudic. tutel. vbi quis dicitur eſſe in culpa,ſi non petat remoueri impedimẽtũ,qđ à ſuperiore remoueri poterat.

16 Tertiò † reſpondetur, ꝙ exiſtente tali impedimento debuit proteſtari,vel alio modo declarare animum ſuum,ꝙ ſoluiſſet huic hebręo ſi non extitiſſet tale impedimentum,ita vult D.Alex.in lectura Paduana in d.§.ſed quod dicimus. quem ſequitur Fely.in d.c.ex tranſmiſſa.in iij.limitatione.

Poſtremò dari poteſt alia reſponſio vt dixi ſupe
17 rius,† tempus conceſſum debitoribus ad redimendum pignora,cenſetur continuum, ideo ſemper neceſſaria eſt proteſtatio, aliàs non iuuatur qs pp impedimentum:ſic conſuluit D.Cardina. in conſ.
18 cxxviij.inci.in q.vbi dicit,ꝙ † cum tempus datum ad appellandum ſit continuum in progreſſu, licet ſit vtile reſpectu initij.l.ab eo.C.quomodo,& quã do iudex.c.concertationi.de appel.lib.vj.neceſſarium eſt proteſtari de impedimento. ex iſtis ergo concludo & indubitanter hebręum à petitis fore abſoluendum. Laus Deo.

Ioannes Çrottus.

SVMMARIVM.

1 *Succeſsio an in capita vel in ſtirpes fiat, in bonis ab eccleſia in emphyteuſim conceſsis,& nu.4.& 15.*

2 *Contractus à iure communi recipiunt interpretationē.*

3 *Contrahentes eorum voluntatem conformare uidentur cum ſtatuto patriæ ſuæ, & illam regulare cum iure communi, quando ſtatutum in contrarium non reperitur.*

5 *Cõiecturis & interpretationibus locus non eſt in claris.*

6 *Princeps videtur noluiſſe concedere quod nõ expreſſit.*

7 *Cauſa ſi petitur committi decidendam ſummariè,& de plano ſola veritate facti inſpecta,& Princeps reſcribendo dicit audiat talis,& nihil aliud dicat, non videtur conceſſum quòd in cauſa procedatur niſi ſeruatis ſeruandis.*

8 *Vno conceſſo aliud prohibitum cenſetur.*

9 *Caſus omiſſus à contrahentibus habetur pro omiſſo, & iuris communis diſpoſitioni relinquitur.*

10 *Pactum conceptum in perſonam vnius ad alterum non extenditur.*

11 *Pœna pacis fractæ promiſſa eccleſiæ, per reconciliationem ab ea inuita auferri non poteſt.*

12 *Conceſſio in emphyteuſim facta nullo habito pretio,gratuita dicitur.*

13 *Pater cui conceſſa fuit emphyteuſis pro ſe & filijs,ſi nihil de ſuo dedit,filij dicuntur venire ad bona prædicta ex mortis cauſa capione, & ſic videntur hoc ius conſequi à domino concedente.*

14 *Donatio facta per patrem filijs in poteſtate, poteſt tacitè vel expreſsè reuocari.& nu.27.*

16 *Ius accreſcendi locum habet in acquirendis, non in acquiſitis.*

17 *Emphyteuſis conceſſa tibi & Titio, & cuilibet ueſtrũ in ſolidum,virtute dictionis in ſolidum, locum habet ius accreſcendi,etiam poſt ius quæſitum.*

18 *Ius accreſcendi cõmenſuratur portioni cui ſit adiectio.*

19 *Ius accreſcẽdi habet ad inſtar alluuionis, quæ dat incrementum pro modo agri quem quiſque poſſidet.*

20 *Dictiones penitus,& omnino,pręciſę ſunt, nullam recipientes modificationem,ſeu limitationem.*

21 *Vocati ad aliquod commodum ſub nomine collectiuo, pro vno habentur, & ille qui ſpecialiter nominatus eſt,ſolus tantum commodum conſequitur, quantum alij omnes.*

22 *Facultate conceſſa rectori,& vniuerſitati ſcholarium eligendi notarium, tantam vocem ſolus rector habet quantam ipſa vniuerſitas.*

33 *Papa ſi abbatem & conuentum condemnauit in centũ, dimidiam ſoluet abbas ſolus, & aliam dimidiam ſoluet conuentus.*

24 *In pertinentibus ad capitulum & prælatum,tantum poteſt ſolus prelatus, quantum capitulum.*

25 *Plures quando ſub nomine collectiuo vocantur, & alij eodem nomine quomodo admittantur.*

26 *Filij licet non ſint hęredes patris ſuccedunt in emphyteuſi eccleſiaſtica, pro ſe & deſcendentibus conceſſa.*

28 *Filij immiſcentes ſe hæreditati paternæ, patris diſpoſitionem videntur approbare,quam amplius impugnare non poſſunt.*

29 *Pacem habere ab offenſo ſufficit,ſtatuto dictante, quòd pax haberi debeat ab hęrede offenſi.*

30 *Hæres adeundo hæreditatem defuncti,videtur comprobare geſta per eum ſuper re propria.*

31 *Teſtator de rebus futuri hæredis ſicut de re propria diſponere poteſt.*

32 *Emphyteuſim accipiens pro ſe, & illis de domo ſua, tanquam primo nominatus, donec viuit alijs præfertur, quo mortuo, alij ſucceſsiuo ordine admittuntur.*

33 *Prędium relictum per teſtatorē vxori ſuæ,& poſt eius mortem filiabus ipſius teſtatoris,an ſi poſt mortem teſtatoris deceſſit vxor,& poſtea vna ex filiabus prædictis deceſſit ſuperſtitibus alijs ſororibus,inſtituto extraneo hærede,tranſeat ad ipſum hęredem extraneum reſpectu portionis huius filiæ decedentis,an verò ad ſorores ſuperſtites pertineat.*

34 *Frater fratri ſuccedit ad emphyteuſim iure accreſcēdi, filij verò & alij deſcendentes iure ſucceſſorio.*

35 *Venientes iure ſucceſsionis excluduntur ab ijs quibus ius accreſcendi competit.*

36 *Inuitati ad emphyteuſim ex duplici ſtipulatione præferri debent vocatis ex vna tantum.*

37 *Duo quoties æquiparantur, qui excluditur per vnum, excluditur per alterum.*

CONSILIVM XXXII.

CIRCA duo dubia verſatur pręſens conſultatio. Primum eſt an in bonis emphyteuticis ab eccleſia Nonantulana nobilibus de la Molza cōceſſis, & quæ in pręſentiarum vacant per obitum Magnifici viri D. Franciſci dę Molza locus ſit ſucceſſioni in ſtirpes,an verò in capita,ita quod ad dimidiam partem admitti debeat nobilis vir D.frater Ludouicus, & ad alterā dimidiam admitti debeant filij quondam D. Philippi eius conſanguinei,vel quòd prædictus D.Ludouicus pro ſuo capite concurrere debeat cum alijs.

Secundum dubium eſt,vtrum præfatus D. Ludouicus ſolus conſequi debeat bona prædicta.

1 Capio primum dubium, † in quo primo aſpectu dicendum vr̃, quod in capita fieri debeat diuiſio bo-
2 norum prędictorum,& non in ſtirpes,eo † quia cōtractus recipiunt interpretationem à iure cōi. l. quęro.§.inter locatorem.ff.locat.l. ſecunda. ff. dę pact.dota.& l.j.§.ſub conditione.ff.vt legat.nomi.
3 cauca. † ſicut enim contrahentes eorum voluntatem conformaſſe videntur cum diſpoſitione ſtatuti patriæ ſuæ,Bar.in l.vt iuriſiurandi.§. ſi liberi.ff. dę oper.liber.& in l.hęredes mei.§.cum ita.vbi dicit D.Alex.ff. ad Treb. ſic ēt videntur uoluntatem ſuam regulaſſe cum diſpoſitione iuris cōis, quū nō reperitur ſtatutum in cōtrarium:argum.l. ſi duo. in fi.ff.de acq.hære.Bal.per illum text. in l. preci-
4 bus.col.v.C.de impub.& alijs ſubſtit. † ſed in caſu pręmiſſo de iure cōi ſucceditur in capita & non in ſtirpes,§.ſi verò, vbi caſus expreſſus in auct. dę hęred.quæ ab inteſtato deferunt.colla.ix. ergo cōtrahentes hoc idem videtur uoluiſſe, Et ſi diceretur in inueſtitura facta de anno Mcccclxc,expreſsè diſponitur,quod vno ex ipſis decedente ſine liberis, ſuperſtites admittantur in ſtirpes & nō in capita, ergo hoc modo fieri debet acquiſitio talium bo-
5 norum. † cum in claris non ſit locus coniecturis, nec interpretationibus,l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.iij.l.continuus, §. cū quis. ff.de verb. obl. Ad hoc rñdeo & fateor, quod per ipſos de Molza
6 ſupplicantes † benè petitū fuit, quod in ſtirpes fieret ſucceſsio,ſed non apparet,quod Reuerendus D.Commendatarius in conceſsione ſua id expreſſerit. vr̃ ergo hoc noluiſſe concederę, cum facile fuiſſet ei hoc exprimere:argu.l.vnicæ. §. ſin autem ad deficientis.C.de cad.toll.c.ad audientiā. de decimis. Et pro hoc facit quod volunt Dñi de Rot. deciſ.
7 ccclxvj.inci.itē ſi in cōmiſsionę.vbi dnt, quod † ſi petat cauſam comiti cognoſcendā & decidendā ſummariè & de plano, ſola facti veritate inſpecta, & princeps reſcribēdo dicat,audiat talis,& non dicatur ſummariè, nec ponantur reliqua verba, nō ur̃ conceſſum,quod in cauſa procedatur niſi ſeruatis ſeruandis,& hanc deciſionem ſequitur Alex. in conſ. xciiij,ij.lib.inci.in cauſa & litę uertēte.& Moderni Papien.in l.Gallus.§.idem credendum.vbi aliquando dixi.ff.de libe.& poſth.Quod ſuadet, quoniam in dicta inueſtitura proteſtatur Reuer.D.Commēdatarius, quod vult ratificare & approbarę antiquas inueſtituras,ſaluis infraſcriptis, & nouiter ſi quæ fuit conceſſis,cū ergo prioribus inueſtituris nihil vellet detrahere,ſed illa confirmare,ex hoc infert nō fuiſſe conceſſum,quod in ſtirpes fiat ſucceſsio, cū id nōn exprimat,imò ex illis verbis conſtat de mēte cōcedentis,quod noluit id concedere, dū vult quod an
8 tiquæ inueſtituræ maneāt in ſuo robore, † & vnum concedendo ur̃ aliud prohibuiſſe.l.cum prętor. ff. de iudic.c.nonne benedicimus,extra de pręſump.

Secūdò principaliter pro hac partę adduci pt̃: nā ſolū petitū fuit,vt ſuccedat in ſtirpes,vno ex ipſis inueſtitis decedēte ſinę filijs,in caſu āt quo eorū deſcēdētes decederēt ſine filiis quōo ſuccedi debeat in bonis emphyteuticis per eius mortē vacāti-
9 bus nihil diſponit.Iſte ergo caſus † omiſſus à contrahētibus habebit pro omiſſo, & relinquetur diſpoſitioni iuris cōis.l.ſi cū dotē in prin.ff.ſol.mat. l.ſi extraneus,ubi Doc.ff.de cond.ob cauſam dat. D.ergo Frāciſcus,cuius morte vacāt bona pdicta, nō fuit vnus ex noīatis ī inueſtitura cū fuerit filius D. Ghilardini. Ideò in eius pſona cōſiderari non dēt pactū illud,quod in ſtirpes ſuccedi debeat.Cōpro
10 bat,†nā pactū conceptū in perſonā vnius,non extēdit ad alterū,l.ſi vnus.§.in ſumma.& §.ante oīa. ff.de pact.& l.iubemus.C.ad Senat. conſ. Velleya.

Preterea & tertiò,pro hac parte ſic argui pōt,& prima facie multū vrgenter.Nā de anno Mccccxl. D.Ghirlādinus Molzia noīe pprio, & noīe Nicolai & Philippi eius fratrū de bonis pdictis fuit inueſtitus pro ſe,& quolibet ipſoru filijs & nepotibus, fuit ergo filijs pdicti Philippi acquiſitū ius in bonis pdictis virtute dictæ īueſtiturę primę,& iſta cōceſsio dr̃ mortis cauſa capio.Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verb.obl.& in l.mortis cauſa. ff. de dona. cau.mor.nō potuit ergo alterari iſta inueſtitura per ſecundā inueſtituram in quā petitur, quod ſucceſsio fiat in ſtirpes,cum attentā prima inueſtitura ſuccedi debeat in capita.l.ſi.ff.de pac.& l. inſulā. §.ſi.ff.
11 ſol.mar.vbi Bal.& Imol.dicūt, † quod ſi duo inimici facta pace pmiſerint illā non violarę ſub certa pęna eccleſię applicāda, ſi iſti poſtmodū pace rupta ad inuicem ſe iterū reconcilient, per hoc pęnā nō euitabunt,quoniam pace rupta immediatè eccleſię ius fuit acquiſitū,quod ea inuita auferri non poteſt.l. verò procuratori.ff.de ſolu.Faciūt not. per Bar. in l.iij.ff.de interdi.& releg.& in l.ij.C. de libe.& eorum liber.Et hoc indubitanter uidet̃ procedere in
12 caſu dę quo agitur:† quia gratuita fuit iſta cōceſsio, cū fuerit facta nullo habito ptio ab ipſis īueſtitis,

per

per ea quæ dicit Bal.in l.j.i fi.C. per quas perſonas nob.acquir.& in auth.ſi quas ruinas.C.de ſacroſan.
13 eccl.ubi dicit† ꝙ qñ pr̃ cui conceſſa fuit emphyteuſis pro ſe & filiis,nihil dedit de ſuo, tũc filii dicuntur uenire ad bona p̃dicta ex mortis cã capione, & ſic dicunt cõſequi hoc ius à dño cõcedente & non à pr̃e, nõ põt ergo pr̃ ipſe hoc ius aliunde q̃ſitum eis auferre,& idẽ uolunt Pau.de Caſt.& Aret.in l.apud Iulianum.§.ſi quid alicui.ff. de leg.j. bene fateor quod ſi conceſsio non fuiſſet gratuita,ut quia aliquod p̃tium datũ fuiſſet à principio dño conce-
14 denti,tunc poſſet pr̃ in his p̃iudicare,quia † filii dicuntur capere per donationẽ pr̃is,q̃ cum ſit facta filijs exiſtentibus in poteſtate pr̃is tacitè uel expreſſè põt reuocari, uel alio modo immutari.l.donationes,quas parentes.C.de donat.inter uir.& uxo.&hoc uoluit Bal.in d.l.j.in fi.C.per quas perſ.nob. acquir.Aret.in d.§.ſi alicui. Et in iſtis terminis uera ſit opinio.Io.de Imo. in c.potuit.circa fin.extra de loca.ſic ẽt procedat id quod latè conſuluit Maria.in conſi.xxv.incip.D.Franciſcus &c.hæc ſunt q̃ in effectu adduci poſſunt pro hac parte, & nil aliud quod urgeat iudicio meo adduci poteſt.

Quibus tñ non obſtantibus,contrariã ſententiã de iure arbitror ueriorẽ, in hoc ergo primo dubio ut procedam more conſueto pono hanc concluſio
15 nem, † in bonis emphyteuticis de quibus agit̃ ſucceſsioni locus eſt in ſtirpes non autem in capita.

Pro hac concluſione in primis conſidero ꝙ ad iſta bona emphyteutica uocantur D.frat.Ludouic. & filii q.D.Philippi per ius accreſcendi, iuxta not. per Bar.in l.ſi mihi & Titio.ff.de uerbo. obli.cuius opi.licet reprobetur ibi per Ange.Imol.& Pau. de
16 Caſtr.& D.Alex.qm̃ † ius accreſcendi locum hẽt in acquirendis non autem in acquiſitis. l. ſi minor.ff. de acq.hær.l.j.§.interdum.ff.de uſufr. accreſcend. arguendo à ſpeciali in uſufructu:ex quo oſtenditur ius cõe eſſe in contrarium.l.j.in fi.ff.ad municip.& l.ius ſingulare.ff.de legib. Attamen in caſu noſtro
17 uera eſt opinio Bar. † quia qñ fit conceſsio,rei emphyteuticæ hoc modo concedo tibi & Titio & cuilibet ueſtrum inſolidum talem rem in emphyteuſim,ꝑut facta fuit in caſu iſto,certè uirtute dictionis inſolidum,locus eſt iuri accreſcendi ẽt poſt ius acquiſitũ, hoc uoluit Bal.in c.j.§.filia,in fin.de ſucceſ.feudi & in l.unic.char.antepenu.C.quando nõ peten.par.ubi Ludouic.Rom.Idẽ tenet Pet.de Ancha.in conſ.ccxlv.incip.duo prima dubia.D.Alex. in d.l.ſi mihi & Titio.char.ulti.ff.de uerb. obl.Maria.in conſi.l.incip.uiſo inſtrumento . Hoc ergo p̃ſuppoſito,ꝙ bona p̃dicta acquirantur uirtute & beneficio iuris accreſcendi,infertur ꝙ tantam portionẽ ex eis conſequi dẽt prædictus D. frater Ludoui-
18 cus,quãtũ habituri ſunt filii præfati Philippi: † qm̃ ius accreſcendi cõmenſuratur portioni cui fit adiectio,l.ſi totum.ff.de acquir.hæredit.l.quoties.ff.ad Treb.& l.j.cum ibi notatis.C.de impub.& aliis ſubſtitu.ſed dictus frater Ludouicus ſolus tantum poſſidet de bonis emphy.quantum poſsident filii Do. Philippi.quia tertiã partem hẽt, ergo pariter ipſis
19 deferri debẽt hæc bona. Cõprobatur. † Nã ius accreſcendi hẽt inſtar alluuionis,q̃ quidẽ alluuio dat incremẽtũ pro modo agri quem quiſq; poſsidet.§. eſt aũt alluuio,& §.inſula inſtitu.de rerum diui. Aſſumptum probatur in l.ſi Titio.§.j.ff.de uſufr.

Secundò pro hac concluſione cõſidero . Nã per ipſos nobiles de Molza in inueſtitura eis facta de anno Mccccxc.petitũ fuit ꝙ in iſtis bonis emphyteuticis locus ſit ſucceſsioni in ſtirpes & nõ in capita,& Reuerendus Do.Commendatarius annuendo eorum petitioni dicit ꝙ uult penitus acquieſcere honeſtis eorum petitionibus:ergo uĩ ex hoc cõceſſiſſe ꝙ ſuccedatur in bonis prædictis, iuxta petita,
20 quod ſic oſtẽditur,† nam illa dictio penitus , æquipollet huic uerbo omnino , & ſic utrunque eſt uerbũ p̃ciſum , ex quo ſit ut diſpõ non recipiat aliquã modificationẽ,ſed intelligatur ſimpliciter & omni caſu.l.græcè.§.illud,ff.de fideiuſ.l.ſi cũ exceptione §.quatenus.ubi Gl.& Bar. ff.quod metus cauſa. Gl. in Clem.j.in uerb.omnino,de uita & honeſt.cleri. & idẽ uult Angel.in conſi.xxxj.incip.D.Philippus. ubi expreſſè dicit ꝙ uerbum penitus,eſt preciſum nullã recipiẽs modificationem ſeu limitationem , adducit tex.in l.ambiguitatem.C.de uſufr.l.ij.in fi. C.de ſumma Trini.& fide catholica. & tex.in c. ſuper eo.de hæret.lib.vj.idem uult Aret.aliqua adducẽs in l.ſi colonus.ff.de acqui.poſſ.Dicendum ergo eſt ꝙ oĩa petita ab ipſis de Molza cenſeantur cõceſſa, aliàs oporteret dicere ꝙ iſta conceſsio reciperet modificationem ſeu limitationẽ, quod non admittit ſignificatio illius uerbi penitus, ut dictũ eſt.

21 Tertiò conſidero pro eadẽ concluſione. † Nam qñ plures uocantur ad aliquod commodum ſub nomine collectiuo,illi hñtur pro uno , & ille qui ſpecialiter noĩatus eſt, ſolus tm̃ cõmodũ cõſequitur , quãtũ alii oẽs,l.Titius,& l.interdũ in prin.& in l.liber homo.§.Titius.ff.de hȩredib.inſtituen. ideò di
22 cũt Ang.& Imo.in d.§.Titius.ꝙ † ſi data ſit facultas rectori & uniuerſitati ſcholariũ eligẽdi notariũ tantã uocẽ ſolus rector habebit,quãtã ipſa uniuerſitas,niſi aliter conſtet de mẽte ſtatuentium. Idem uult Alex.in l.ſi pr̃ filio,ff.de uulg.& pupil.Quod ẽt cõprobatur ex eo quod decidit Bal.& Ang.in l.quo
23 niã.C.de appel.ubi dicunt † ꝙ ſi Papa condemnauit Abbatem & conuentum in centum , dimidiam ſoluet Abbas ſolus,& aliam dimidiam ſoluet con-
24 uentus. Dicit etiam Bal. in l.ſi plures,ff.de pac. † ꝙ ſi aliquid pertineat ad capitulum & prælatum , põt ſolus p̃latus tantum quantum capitulum . Cum ergo filii Philippi uocati ſint ſub nomine collectiuo, ipſi habebuntur pro uno,& ſic D.Frater Ludouicus qui ſpecificè nominatus eſt in hac inueſtitura , ſolus tantum conſequetur,quantũ filii Philippi quot quot ſint numero.

Quartò pro eadẽ concluſione moueor & dico ꝙ nedũ conſiderata hæc ultima inueſtitura ſucceſsioni locus eſt in ſtirpes & nõ in capita,quinimò & attenta priori inueſtitura quæ emanauit de anno Mccccxl.ſimili modo in bonis p̃dictis ſucceſsio fieri dẽt,in p̃dicta.n.priori inueſtitura dr̃ qualiter Reuerendus D.Galeaz de Pepulis cõceſsit & locauit Ghilardino de Molzia recipienti pro ſe & noĩe Nicolai & Philippi eius fr̃m & eorũ,& cuiuſlibet ipſorũ filiis,& nepotibus &c.filii ergo & nepotes præfati Ghilardini,Nicolai & Philippi uocati fuerunt & noĩati in hac inueſtitura,non nominib.propriis,

ſed

ſed nominibus collectiuis, D. ergo fr Ludouicus q ſolus ſupereſt ex Nicolao pr̃e idẽ ius conſequi dẽt in iſtis bonis emphyteuticis, q̃ p obitũ p̃dicti Do. Franciſci uacare noſcuntur, qd conſequi dẽnt alij ſi
25 lij oẽs collectiuẽ p̃dicti Philippi: qa † qñ plures uocant ſub noĩe collectiuo, alii ẽt uocant eodẽ nomine collectiuo, ut quia teſtõr legauit fratribus Titii & nepotibus Sempronij, iſti non admittuntur uiriliter, quinimo fratres Titii habebunt dimidiã, quot quot ſint, nepotes uerò Sempronij conſequuntur alterã dimidiã: ſic decidunt Ang. & Io. de Imol. in l. ſi ſeruus cõis. ff. de ſtipulat. ſeruo. quorũ dicta nemo improbat. & idẽ tenent in rep. l. re coniuncti. col. x. uer. iuxta hanc concluſionẽ. ff. de leg. iij. Iſtud ẽt uoluit Ludo. Rom. in conſ. xcix. incip. uiſo ꝓpoſitæ q̃ſtionis themate. ubi inquit ꝙ ſi teſtõr reliquit aliquas pecunias pro puellis maritandis, & conſtituerit huiuſcemodi legati executores conſules aromatariæ, & ſuos hæredes, tãtam uocẽ habebũt hæredes ſui, licet non ſint niſi duo, quantum hẽnt illi cõſules ẽt ſi eſſent decẽ aut plures numero. Sic ergo dicendũ eſt in caſu ꝓpoſito. Et ex hoc fundamento patet ꝙ licet p ultimã inueſtiturã fuerit cõceſſum ꝙ ſuccedatur in ſtirpes & nõ in capita, p hoc nõ fuit alterata prior inueſtitura, cũ uirtute eius ſimiliter ſuccedi debeat in bonis p̃dictis in ſtirpes, nõ ãt in capita, & ſic dici nõ põt ꝙ auferatur aliquod ius filiis p̃dicti Philippi ex hac diſpõne facta in dicta ultima inueſtitura. Ex iſtis ergo oſtenditᷣ uerã eſſe p̃miſſam concluſionẽ cui non obſtãt adducta in contrarium.

Nam primæ obiectioni in qua dicebatur ꝙ exiſtentes in eo gradu in quo ſunt iſtę perſonæ contendentes ſuccedunt de iure cõi in capita, nõ in ſtirpes ſecundũ quod ius vñr contrahẽtes uoluntatẽ ſuam confirmaſſe: reſpondeo ꝙ illud procedit, quãdo in re emphyteutica ſuccederent iure hæreditario, ut quia in ea quis ſuccedere non poſſet niſi eſſet hæres: ſed ſecus dicendum eſt in caſu in quo quis admittitur ad emphyteuſim non iure hæreditario: ſed quia filius, uel nepos: nam tunc huiuſmodi conſideratio fieri nõ dẽt, ſic conſiderat illuſtris Doctor D. Petrus Philippus Corneus in conſi. lxxiiij. incip. de
26 duobus, lib. j. † quando. n. fit conceſſio rei eccleſiaſticæ in emphyteuſim alicui pro ſe & deſcendentibus non ſubdendo & hęredibus, filii ſuccedunt ĩ re emphyteutica, licet non ſint hætedes patris, & ſic tunc emphyteuſis non acquiritur iure hæreditario, ſic uoluit Bartol. in l. ut iuriſiurandi. §. ſi liberi, ff. de oper. liber. & in l. ſi tibi decem, §. pactus, ff. de pactis cum ſuis concordantibus.

Secundò reſponderi poteſt, ꝙ pręmiſſa obiectio procedit ubi eſſemus in caſu dubio, ſecus ubi caſus eſt clarus, prout eſt caſus iſte, per rationes de quib. s, cum in claris non ſit locus coniecturis, l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff. de legat. iij. & l. continuus, §. cum quis, ff. de uerb. oblig.

Secundæ obiectioni reſpondeo, ꝙ imò iſtud ut ſuccedi debeat in ſtirpes, locum hẽt ne dũ in perſona Ghirardini, Philippi, & Ludouici decedentium, quinimò & in perſona deſcendentium ex eis: quia in dicta inueſtitura adiiciuntur iſta uerba, & habuit locum continuè per nos & per noſtros filios, nepotes, & pronepotes uſque in tertiam generationem, & ſic quod diſponitur de ipſis inueſtitis cenſetur ẽt diſpoſitum de eorum deſcendentibus, & ſic non eſt uerum ꝙ hic agatur de extendendo pactum de perſona ad perſonam cum uirtute uerborum hæc prouiſio afficiat eos.

Vltimæ obiectioni reſpondeo, ꝙ imò pater po-
27 tuit præiudicare filiis: † qa iſta acquiſitio eſt quędã donatio ꝓfecta à patre, & non poteſt dici ꝙ proficiſcatur ex cauſa aduentitia, cum non prĉeſſerint merita filiorum, ideò potuit per patrem tacitè aut expreſſe reuocari, prout conſuluit Pet. de Ancha. in conſi. cxlij. incip. pro D. Paula.
28 Secundò reſpondeo † ꝙ cum iſti filii immiſcuerint ſe hæreditati paternæ, vñr approbaſſe diſpoſitionem patris, ideo illam non poſſunt amplius impugnare, etiam ſi de re pertinẽte ad ipſos diſpoſuerit, l. ab eo. C. de liber. cauſ. & l. cum à matre. C. de rei uendi. facit tex. in l. filiifamil. §. cum pater. ff. de legat. j. Bart. in l. cum uir, ff. de uſucap. Pro quo facit quod decidit Nellus in tractatu bannitorum in iij.
29 parte ſecundi temporis. q. xlj. ubi inquit, † ꝙ ſufficit habere pacem ab offenſo, diſponente ſtatuto ꝙ pax
30 haberi debeat ab hærede offenſi: † quia hæres adeũdo hæreditatem defuncti uidetur comprobare ge-
31 ſta per eum ſuper re propria, d. l. ab eo. † Non enim quis minus poteſt diſponere de rebus futuri hæredis, quàm de re propria. l. unum ex familia, §. ſi rem, ff. de lega. ii. §. non ſolum. inſti. de legat. Ludou. Roma. in conſi. xxxv. incip. uiſa facti ſerie.

Tertiò rñderi põt ꝙ cum tale pactum potuerit ꝓdeſſe filiis præfati Philippi, forte contigiſſet, quod un^9 ſolus ex Philippo ſupfuiſſet, & ex aliis puta Ghirardino uel Nicolao ſupfuiſſẽt plures, certè tale pactũ nõ cenſetur eis eſſe pręiudiciale cõſiderata aptitudine ꝓpoſita: argõ. l. ſi pater puellæ. C. de inof. teſtam. & l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.

Deuenio ad ſecũdã dubitationẽ in qua concluſiue ꝓcedẽdo dico, ꝙ pręfatus frater Ludouicus ſolus admitti debeat ad bona prædicta: quia ſpecialiter & nominatim fuit expreſſus in hac ultima inueſtitura. ideo ueluti magis dilectus præferri dẽt filiis prædicti Philippi, qui nõ nominatim, ſed noĩe collectiuo expreſſi fuerunt. l. peto, §. fratre, ff. de legat. ij.
32 ubi Pau. de Caſt. notat, † ꝙ ſi aliquis accepit emphyteuſim pro ſe & illis de domo ſuã, ipſe tanquam nominatus prefertur aliis donec uixerit, quo mortuo alii admittentur ordine ſucceſſiuo. Et idẽ uult Frãciſcus Curtius in conſi. lxxiij. inci. ſuper memorata facti narratione, col. v. comprobatur ex dictis Ang. in conſi. cccvj. incip. cariſſime frater & egregie le-
33 gum Docto. ubi format hanc quæſtionem † teſtator reliquit uxori prædium, & poſt mortem uxoris reliquit illud prædium filiabus ipſius teſtatoris, & earũ hæredibus, mortuo teſtatore deceſſit uxor, demum una ex filiabus prædictis deceſſit ſuperſtitibus aliis ſororibus inſtituto extraneo hærede, quęritur an illud predium tranſeat ad hæredem extraneum reſpectu portionis huius filiæ decedentis, an uero ptinebit ad ſorores ſuperſtites, concludit Ang. ꝙ pertinebit ad ſorores: mouetur inter cætera, quia filiæ fuerunt primò nominatæ, & in ſpecie: hæredes uerò filiarũ in genere, ideo illę pręferri dẽnt. d. §. in fideicõmiſſo. Et idem uult Ioan. de Platea in l. unica. C. libera-

liberalitatis Imperialis lib. x. & eſt cõis deciſio
quã etiam approbant Areti.& Socin.in l. Gallus.§.
etiam ſi parente.ff.de libe.& poſthum. licet cõtra-
dicat ibi D.Alex. ꝑ aliqua ad q̃ reſpondet ibi Soc.
34 Secũdò pro iſta cõcluſione adduco: †Nam ut di
xi in præcedentibus præfatus D.frater Ludoui.inſo
lidum fuit uocatus ad hanc emphyteuſim,& ſic ad-
mittitur beneficio iuris accreſcendi;filii uerò & a-
lii deſcẽdẽtes admittunt iure cuiuſdã ſucceſsionis:
quia ipſi inſolidũ non ſunt uocati.Ita uoluit Bal.in
c.j.§.deſcendentibus.in tit.qui feud.dare poſſunt,
quẽ refert,& ſequitur D.Alex.in d.l.ſi mihi & Titio
col.vj.ideò ipſe excludere dẽt filios prædicti Phi-
35 lippi,cũ † is cui cõpetit beneficium iuris accreſcẽ-
di excludat eos qui ueniũt iure ſucceſsionis, l.me-
minimus.C.de legit.hæredib.ubi Bal.& alii notãt.
Tertiò conſidero ꝙ præfatus D. Ludouicus du-
pliciter uocatus eſt in genere & in ſpecie ad hanc
emphyteuſim, in genere uirtute inueſtituræ anni
Mccccxl. ĩ ſpecie uirtute ĩueſtituræ anni Mccccxc.
cũ ergo duplici iure munitus ſit, ꝑferri dẽt filiis ꝑ-
dicti Philippi,qui ſolũ in genere reperiuntur uoca
ti:argumento tex.in §.ſed hodie.inſti.de adopt.&
auct.itaq;.C.cõia de ſucceſsio.Et ita in ſimili caſu
cõſiderat Pet.Philip.Cor.in conſi.lxxiiij. incip.de
36 duobus ,lib.i.uer.quanto fortius.ubi dicit † ꝙ illi
qui ſunt inuitati ad emphyteuſim mediante dupli-
ci ſtipulatione præferri debent uocatis ex una tan-
tum.ſic etiam in caſu noſtro D.Frater Ludouic.qui
uocatus eſt mediante ſtipulatione propria præferri
debet filiis Philippi qui ſolum reperiuntur uocati
ex ſtipulatione patris,non propria.
Vltimò adduco.Nã Philippus pater iſtorũ ſi ſu-
pereſſet ſine dubio excluderet filios ſuos in bonis
ꝑdictis,ꝑ notata per Pau.de Caſt.in d.§.fratre. quẽ
ſuperius retuli,ergo eodem modo illos excludere
dẽt D.Frater Ludouicus,cũ ipſe ſimul cũ eis ſit uo-
catus eodẽ iure,modo,& forma,& ſic illis ſit adæ-
37 quatus:† quia quoties duo æquiparant,qui excludi
tur ꝑ unũ excluditur ẽt ꝑ alterũ,auct.poſt fratres,l.
j.ubi Bal.notat.C.de legit.hære.Ludouic.Rom. in
cõſi.xxxii.incip.uiſa municipali cõſtitut.in vj.fun-
damẽto,ex quibus oĩb. concludit bona hæc de q̃b.
agit,debere ſoli frĩ Ludouico & nõ aliis. Finis.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Publica uox & fama an faciat indicium ſufficiens ad torturam.& nu 2.& 7.*
3 *Fama quæ ſit uehemens,relinquitur arbitrio iudicis.*
4 *Clericus inquiſitus ut torturæ ſubijci poſſit, quæ requirantur.& nume.5.*
6 *Infamatus alias legalis & honeſta pſona de iure Canonico nõ ſubijcitur torturæ,ſed dẽt ſe purgare cũ iurõ.*
8 *Ius Canonicum attenditur in cauſa clerici criminali,& in terris ſummo Pontifici ſubiectis.*
9 *Accuſatus uel inquiſitus per probationem bonæ uitæ & famæ,ex indicijs torqueri non poteſt.*
10 *Reus non ſolum de eo ꝙ eſt infamatus,ſed etiam in alijs grauatur eius opinio propter infamiam.*
11 *Bona fama eſt theſaurus hominis inæſtimabilis & iucundus,& ſic lilium dans ſuauitatem odoris.*

CONSILIVM XXXIII.

FORMATA fuit inquiſitio ꝑ iudicẽ
eccleſiaſticũ cõtra clericũ ſup cri-
mine homicidii: & teſtes nonnulli
examinati,ut aſſeritur,depoſuerũt
famã eſſe hunc clericum cõmiſiſſe
tale crimen:ipſe tñ rñdendo inqui
ſitioni negauit cõtẽta in ea eſſe vera,ꝑductiq; fue
rũt nõnulli teſtes,q depoſuerũt hũc clericũ eſſe bo
næ famæ & cõditionis,ita ꝙ non eſt uériſimile illũ
perpetraſſe tñ facinus:q̃ritur ergo ex ꝑmiſsis an il
la publica vox & fama faciat indicium,ita ꝙ prædi
ctus inquiſitus ſubiici poſſet torturæ. Secundò quæ
ritur,poſito ꝙ faciat indicium, an illud ſit eliſum
per teſtes ex eius parte productos.
1 In prima q̃ſtione vr̃ dicendũ † ꝙ fama faciat in-
dicium ad torturã ſufficiens,qa hoc uoluit Bart.in
l.de minore.§.plurimũ.ff.de quæſt.in fi.& dicit Io.
And.in tit.de noto.crimine in §.fama.ſuper verb.
caſus in addit.ad Spec.ꝙ iſta opinio de facto ſerua
tur.minimè ergo mutanda ſunt q̃ à maioribus no-
ſtris certã formã habuerũt.l.minimè. ff. de legib.
2 Sed hoc nõ obſtãte,contrariũ uerius eſt,†ꝙ imò
fama ſola de ꝑ ſe non faciat ſufficiens indiciũ ad
torturã,quã opinionẽ firmat Io.And.in tit. de pro
bat.§.videndũ.uerſi.xiii. iuxta finem illius addit.
Bal.in l.milites.C.de quæſt. ſequitur opin. eius in
l.fama.C.de quæſt.idem firmat Bar.ĩ cõſ.clxxxiiii.
incip.ſuper eo,ꝙ quæritur, ubi hoc limitat niſi de
3 hoc eſſet uehemens fama, † & q̃ ſit fama uehemẽs
relinquit ſecũdũ eũ arbitrio iudicis. Idem firmat
Ang.Aret.in tract.maleſi.ſuper uerbo fama publi
ca ꝑcedẽte.Et dicit ibi D.Augu.in addit.ꝙ ſi eſſet
aſſeſſor non poneret aliquẽ ad torturã pp ſolã fa-
mã.Et idem uult Franciſcus Brunus in tract.de in-
diciis,col.xii.ubi ſubdit iſtã opinionem eſſe ſeruã
dã.Et eſt concluſio cõiter approbata, ideò ab ea
non eſt diſcedendum. Quæ opinio maximè proce
dit in caſu iſto,in quo inquiſitio formata fuit con-
4 tra clericum. † Nam iſto caſu inquiſitus ſubdi non
põt torturæ ex ꝑcedentibus indicijs, niſi præcedat
diffamatio q̃dã,dictũ eſt Abbatis antiqui in c.j.de
depoſito.quod refert, & ſequitur Abbas Mod. in
5 c.cum in cõtemplatione. extra de reg.iu.† Ex quo
dicto infertur, ꝙ ad hoc ut clericus ſubijci poſſit
torturæ duo copulatiuè requiruntur,unum eſt ꝙ ꝑ-
cedant indicia,alterum ꝙ præcedat diffamatio:q̃
ambo hic non concurrunt: quia ſi dicere nolumus
ꝙ diffamatio habeat uim indicii, non põt operari
effectũ diffamationis,& è contra, iuxta notata per
Bar.in l.quoties in diem.ff.de uerb.oblig.
6 Secundò cõprobantur præmiſſa, † infamatus de
aliquo crimine,ſi tñ alias ſit legalis & honeſta per-
ſona,ſubijci non dẽt torturæ de iure Canonico,ſed
dẽt ſe purgare cum iuramento & alijs compurga-
toribus,quos ſatis eſt deponere de credulitate. Ita
voluit Abb.in c.j.in vlt.uerbis de purgat.canonic.
7 † Et ſic ergo illa opĩo q̃ uult ſolã formã cõſtituere
indiciũ,licet eſſet uera,nõ procedit de iure Cano-
8 nico,† quod attendendũ eſt in caſu iſto, cum agatur
cã clerici in foro eccleſiaſtico,& in terris ſubiectis
Summo

Summo Pontifici, iuxta nota. per Glo. in c.ij. de arbitris lib. vj. & per Abb. in c. dilecti. de iudi. cũ ſuis concordantibus. Ex quibus ergo concluditur hunc clericum nullo modo ſubiici poſſe tormẽtis, & per conſequens cum non conſtet de crimine ſuper quo fuit inquiſitus, abſoluendus eſt.

Deuenio ad ſecũdum quæſitum, in quo cõcludo ꝙ ſi aliquod indicium inſurrexit ex probatione dictæ famę, & publicæ uocis, illud totũ fuit eliſum ꝑ
9 teſtes deponentes eo modo quo s̃:† quia probatio bonæ uitæ, & famæ efficit ne inquiſitus uel accuſatus ex indiciis poſſit torqueri. Ita tenet Bal. in l. fi. in ult. col. C. de prob. & in l.j. C. locat. Ang. in l. milites. C. de quæſt. Alex. in cõſ. xiiij. inci. põderatis. lib. iij. col. ult. Et idem uult Brunus in pręmiſſo tractatu in v. q. prin. ubi inquit, ꝙ præcedens uita magnam partem confert ad præſumendum quid ſit u-
10 onumquodq; † ideò caueat unuſquiſque ab infamia quia non ſolum in eo de quo eſt infamatus, ſed etiã in aliis grauatur eius opinio, c. defleat peccator. de reg. iur. & notatur in l. ij. C. qui teſt. fac. poſ. & dicit
11 Bal. in l. j. col. iii. C. de confeſſ. ꝙ † bona fama eſt theſaurus hominis inæſtimabilis & iucundus, & ſicut lilium dat ſuauitatem odoris, ex ſupraſcriptis ergo concluditur hũc inquiſitum fore abſoluẽdũ.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumenta inter alios confecta probant dominium in facto antiquo, quod an ſit uerum uide infra. nu. 11.*
2 *Argumentum à cõiter accidentibus ualidũ eſt in iure.*
3 *Falſitatis ſpeciem hẽt, quod multum à uериſimile diſtat.*
4 *Teſtimonium de auditu in factis antiquiſſimis an plenè probet. nu. 23.*
5 *Probatio famæ facti antiquitatem plenè probat.*
6 *Duę imperfectæ probationes ſimul iunctæ, unam plenam probationem faciunt.*
7 *Agentium intentione non probata, reus eſt abſoluẽdus.*
8 *Actor ad quæ probare teneatur, quando rei uendicatio intentatur.*
9 *Dominium difficiliter probatur*
10 *Inſtrumentis tranſumptis & exemplatis parte non citata non datur fides.*
11 *Dominium per inſtrumentum non probatur.*
12 *Tenaces ſunt regulę iuris à quibus non eſt diſcedendum, niſi expreſsè cõtrarium in iure diſpoſitum reperiatur.*
13 *Fines antiqui per plura inſtrumenta ualida probantur.*
14 *Actor proſequens dominium, cogitur probare ſe de præſenti poſſidere, nec ſufficit præteritũ probare dominiũ.*
15 *Præſumptio allegãda eſt in caſibus in quibus dominiũ præſumitur, aliàs parti minimè prodeſt.*
16 *Bonafides licet ex titulo poſſidentis pręſumatur, illa dẽt deduci & allegari, aliàs non prodeſt.*
17 *Inſtrumenta antiquiſſima quo caſu nõ probẽt dominiũ.*
18 *Communis opinio non inducitur per aſſertionem unius, uel plurium qui unius loco habentur.*
19 *Traditio neceſſario requiritur ad trãſlationẽ dominij.*
20 *Dominium non transfertur ex contractu nullo.*
21 *Exceptio cõcernẽs ius tertij an & quãdo opponi poſſit.*
22 *Ius quęſitũ facilius conſeruatur ut non amittatur, quàm ius acquirendum.*
23 *Tempus antiquum dicitur excedens metam centum annorum.*
24 *Teſtes de auditu ut probent, qualiter deponere debeãt.*
25 *Teſtes quomodo debeant ſuper fama deponere.*

CONSILIVM XXXIIII.

VISO & diligenter examinato proceſſu cauſæ uertentis inter illos de Lacioſis de Forliuio agentes, & D. Petrum Antanum & eius nepotes reos conuentos dubium exoritur, an ex parte agẽtiũ probata ſint extrema quæ requiruntur in probatione dominij, ita ꝙ rei conuenti ueniant condemnandi.

In quo dubio primo aſpectu dicendum uř dominium eſſe probatum: quia ſumus in facto antiquo
1 excedente memoriam hominum, † inſtrumẽta ergo inter alios confecta plenè probãt dominiũ, pro ut tradit Aret. in c. cũ cauſam. de prob. & Soc. in cõſ. clxxxvij. incip. in cõtrouerſia. in v. col. uerſi. con-
2 firmantur p̃miſſa, ubi inquit † ꝙ arguendo à cõiter accidentibus, qđ argumentum in iure ualidum eſt l. neque natales, cum ibi notatis. C. de probat. non eſt uериſimile ꝙ loca fuerint toties locata & uendita, niſi uendentes & locantes fuiſſent in quaſi poſ-
3 ſeſſione & dominio. † illud. n. quod multum diſtat à uероſimili habet ſpeciem falſitatis ſecũdum Bal. in l. j. C. de ſer. fug. & ſic concludit, ꝙ quando reperiuntur plura inſtrumenta locationum & uenditionum confecta à xl. annis uel citra ſatis aperte oſtenditur & probatur dominium, & quaſi poſſeſsio iuriſdictionis.

Secundò comprobantur pręmiſſa ex depoſitione aliquorũ teſtium, de quibus in proceſſu, qui deponunt ſe audiuiſſe ꝙ prędium de quo agitur perti
4 nuit ad monaſterium Sancti Reſilii. † Et in factis antiquisſimis teſtimonium de auditu auditus plenè probat, ut notat Inno. in c. tam literis, de teſtib. Gl. in l. ſi arbiter. ff. de prob. & notatur in l. ij. §. idẽ Labeo. ff. de acqua pluuia arcen.

Præterea & tertiò, aliqui ex dictis teſtibus Paulinus & Andriolus deponere uidentur de hoc eſſe
5 famam publicam: † ideò iſta probatio famæ plenè probat facti antiquitatem: ut uoluit Inno. in c. ueniens. de uerbo. ſigni. & Ludouic. Roma. in conſil. lxxvj. cum ſuis concordantibus.

Vltimò facit doctrina Bal. in l. ad probationem. C. de locat. dum uoluit, ꝙ licet per inſtrumentum locationis non probetur dominium, ſi tamen concurrant alia, tunc tale inſtrumentum probabit dominium, & idem uult Soc. in conſ. lxxxix. cum ergo cum inſtrumento locationis concurrat tempus antiquum, teſtimonium de auditu iunctum cum teſtimonio de fama, ex iſtis ſimul iunctis ſine dubio re-
6 ſultabit plena probatio dominii: † duę. n. probationes imperfectę ſimul iunguntur, & ex eis perficitur una plena probatio, Gl. in l. ij. §. j. ff. de excuſat. tut. & in l. inſtrumenta. C. de prob. Barto. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſtio. adducens tex. in c. de teſtibus extra de teſtib.

Hæc ſunt quæ uidentur adduci poſſe in fauorem agentium.

Quibus tamen non obſtãtibus, cõtrarium puto uerius eſſe; & ſic concludẽdũ eſt reos conuentos

eſſe

7 eſſe abſoluendos † cũ non ſit probata intentio agentiũ, l. qui accuſare. C. de edend. c. unico. extra de ec
8 cleſiaſticis benefi. & l. fi. C. de rei uẽdi. qñ † .n. intẽtatur rei uendicatio directa uel utilis ad duo ꝓbã. copulatiuè tenetur actor, uidelicet poſſeſſionẽ in reo cõuento, & ꝙ ipſe ſit dominus rei petitę, l. j. C. de alie. iudic. mutan. cauſa fac. l. in rẽ & l. officium, ff. de rei uendi. c. examinata, de iud. ſed dominium non eſt probatum aliquo modo ex parte agentiũ, igitur ſuccumbere debent, ẽt ſi reus nihil præſtiterit, d. l. qui accuſare. C. de eden. nec immeritò ſi do
9 minium non fuit probatũ, quia † ut notatur in l. cũ res. C. de prob. & in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. probatio dominii difficilis eſt.

Non obſtant modo quæ pro parte contraria adducuntur. Nã primæ obiectioni rñdeo ꝙ prædictis
10 † inſtrumentis nulla fides adhibenda eſt, cũ fuerit tranſumpta & exemplata parte nõ citata, quæ q̃dẽ citatio fuit neceſſaria, ut notatur in c. cũ ſi tabellio de fide inſtrumen. & in auct. ſi quis in aliquo. C. de edend. fuit etiã petita illorum copia & non fuit tradita. ideò non probant, ſecundum Bar. in extrauag. ad reprimendam in uerbo de plano. Aret. in §. appellantur, col. ulti. inſti. de excep.

Prætereà eſto ꝙ eſſent exẽplata parte citata, adhuc tamen, ex eis non probatur dominium: quia re
11 gula eſt † ꝙ per inſtrm non probatur dominiũ, ut notat Specula. in titu. de loca. §. nunc aliqua, in uerſic. lij. quem ſequitur ibi Io. Andr. ubi inquit ꝙ eccleſia non probabit dominium ex antiqua ſcriptura in qua continetur qualiter eccleſia conceſſit talem rem in emphyteuſim, quia potuit eſſe ꝙ eccleſia conceſſit rem alienam. l. rem alienam. ff. de cõtrahen. emp. & ꝙ per inſtrm non probetur dominium tenet Ang. in l. officium. ff. de rei uendic. qui ergo uult dicere ꝙ in factis antiquis inſtrumenta locationũ ſeu uenditionũ probent dominiũ, illud expreſsè lege aliqua probare tenetur: qm ut inquit Bal. in l. j. uer. qd de depoſtato. C. de hær. inſt. & in
12 l. ſi tutor. C. de ſer. pigno. dat. manu. † tenaces ſunt regulæ iuris à quibus non eſt diſcedendum niſi expreſsè contrarium in iure diſpoſitum reperiatur. ſed regula & lege cauetur ꝙ pp tẽporis antiquitatem inſtrumenta probent dominium, igitur. l. illã. C. de collat. c. j. extra ne ſede uacante. Solum. n. re-
13 peritur † ꝙ ubi agitur de proban. antiquis finibus, ſi producuntur plura inſtrumenta, tunc ex illis probantur illi fines, quia agitur de modico præiudicio iuxta notata per Bal. & Saly. in l. cum aliquis. C. de iure deliber. & traditur in c. cum olim. & ibi D. Anto. & Abb. extra de cenſib. ſed ſecus eſt ubi agitur de magno præiudicio, prout eſt qñ agitur de probando dominio, & ita concludit Soc. in cõſ. cclxvj. incip. in cauſa, quæ uertitur, col. v. uer. confirmatur iſta cõcluſio. Et ex iſta rñſione infertur ꝙ ipſis agẽtibus nõ cõpetit rei uẽdicatio utilis nec directa qa nõ potuit in eos trãſferre dominiũ ex quo nõ ꝓbatũ fuit illud fuiſſe penes eccleſiam concedentem:

Prætereà & tertiò reſponderi põt, ꝙ qñ actor ꝓ
14 ſequitur † dominiũ, cogitur probare dominium de præſenti, adeò ꝙ non ſufficiat probare dominium præteritum, puta ꝙ iam ſunt cẽtum anni quibus ipſe uel auctor ſuus erat dominus, l. & quæ nõdũ, §. ꝙ dr̃, ff. de pign. D. Alex. in conſi. xvj. incip. in cauſa & lite uertente lib. v. & col. j. ubi adducit dicta Bal. in l. ſi qui adulterii. C. de adult. & Saly. in l. ex perſo-
15 na. C. de prob. Et ſi diceretur † olim dñs p̃ſumitur de p̃ſenti hẽre dñium. l. ſiue poſſidetis. C. de prob. ad hoc rñdeo ꝙ in caſibus in quibus dñium p̃ſumit illa p̃ſumptio alleganda eſt, aliàs minime prodeſt parti. Ita uoluit Bal. in l. etiã, col. iij. C. de exec. rei iudi. facit tex. in l. ſi quis adulterium cũ inceſtu. in prin. ff. de adult. in uerbo utique ſi error allegetur. faciũt ẽt notata per Bal. & Ang. in l. ſuper longi. C.
16 de præſcr. long. temp. qui dicunt † ꝙ licet ex titulo poſſidentis præſumatur in eo bona fides, illa tamẽ debet deduci & allegari, aliàs non prodeſt.

17 Quartò reſpondeo ꝙ illud quod dr̃ ꝙ † ex inſtrumentis antiquiſſimis probatur dominium, limitatur non procedere quando oĩa illa inſtrumenta cõtinerent aſſertionem unius perſonæ uel plurium q̃ habentur loco unius, ut quia in inſtrumẽto uno uel pluribus dr̃ Titius uendidit Sempronio talem rem, quæ eſt de dominio talis abbatiæ: hoc. n. caſu inſtrumenta antiquiſſima plenè nõ probarent dominiũ,
18 quia † per aſſertionem unius uel plurium, qui habẽtur in loco unius non inducitur communis opi. ut dicit Bar. in l. admonendi, ff. de iureiur. & ita limitat & declarat dicta Bal. in l. cum aliquis. C. de iure delib. ſubtilis doctor Aret. in d. c. cum cauſam, col. vj. extra de probationib.

Quintò dari põt alia reſponſio, ꝙ agentibus nõ competit rei uendicatio, quia nullibi cõſtat de tra-
19 ditione eis facta, † quæ quidem traditio neceſſaria eſt regulariter ut in aliquem dominium transferatur, l. traditionibus. C. de pac. & §. per traditionẽ, in ſti. de rer. diui. ſed iſti qui exprimunt in uariis iſtrumentis qualiter hoc p̃dium ptinet ad monaſteriũ Sancti Roſili habentur loco unius: cum unus ſuccedat in locum alterius ueluti hæres, c. j. de ſolut. igitur &c. Et ſi dicatur iſti agunt mediante actione utili ipſis ceſſa per Reuerendum D. Epiſcopum cõmẽdatarium illius abbatiæ, reſpondetur ꝙ adhuc dominium non potuit in eos transferri, quia ſtante conſtitutione Pauli ceſſio fuit nulla, cum non fue-
20 rint ſeruata ſeruanda, † ex contractu autem nullo & inualido dominium non transfertur, Bar. & Do-
21 cto. in l. j. §. ſi uir & uxor, ff. de acq. poſſ. † Et ſi diceretur iſta exceptio concernit ius tertij, & ſic eccleſiæ, ideo opponi non põt, iuxta notata per Barto. & Doct. in l. ij. C. de iure emphy. & in l. ij. ff. de excep. rei iudic. & in l. j. in fi. ff. ſi ager uectig. uel emphy. peta. cum ſuis concordantibus, reſpondeo ꝙ imò hoc caſu opponi poteſt de iure tertii, & ꝓ hoc adduco quod decidit Raph. Fulg. in l. ij. C. de iure emphy. ubi dicit ꝙ ſi aliquis habuit rem à prælato alienante ſine debita ſolennitate, & agat rei uendicatione contra tertiũ poſſidentem illum, & opponatur ſibi ꝙ ſolennitas non fuit ſeruata in alienatione, talis exceptio eſt admittenda, & ad dicta Doctorũ ibi reſpõdet, ꝙ ideò ꝓcedunt quia agitur de iure acquiſito cõſeruãdo: ſed in qõne ꝓpoſita agitur
22 de iure nouo quærendo, † facilius aũt conſeruatur ius acquiſitum, ut non amittatur, quam ius acquirendum:

rendũ:argumento l.patre furioſo,ff.de ijs,qui ſunt ſui uel alie.iuris. Et dicit Lud.Rom.in cõſ.cccxlvij, inci.quo ad articulũ primum, ſufficit reũ uincere propter non ius actoris ẽt ſi non conſtet de non iure ſuo,&ſic opponi põt ſecundũ eũ de iure tertii:& ad hoc multa adducit q̃ non ſunt tranſplantanda.

Secundo argõ in quo dr̃ ꝙ teſtes de auditu plenè
23 probant in antiquisſimis, reſpondeo, † ꝙ nulli teſtes probant antiquitatem temporis, & tempus dr̃ antiquũ qñ excedit metã centũ annorũ,ſecũdũ Inno.in c.veniẽs,de uerb.obl.& notãt Moderni multa adducẽtes in l.cũ aliquis,C.de iure deli. & iſtud expreſſè uoluit D.Alex.in conſi.cxv.incip.pſpectis his,col.vlt.li.v.vbi expreſſè dicit, ꝙ teſtimoniũ de auditu ita demũ admittitur qñ agitur de probãdo illud quod excedit metã centũ annorũ, ideò ſecundũ eũ articulandũ eſt ꝙ iã ſunt centũ anni & ultra, uel quia non extat fama hominum in contrarium.

24 Præterea † ut teſtes de auditu probẽt eſt neceſſe ꝙ dicãt ſe audiuiſſe ante litẽ motã; qa ſi dicerẽt ſe audiuiſſe poſt,potuiſſet ſubornari aliqs ad ita dicẽdũ in pĩudicium partis aduerſæ.Ita dicit Abb.in d. c.licet ex quadã,de teſtib.& ibi Aret.in iij. notab.

Pretereа teſtes deponẽtes de auditu vt ualeat eorũ teſtimoniũ dñt nominare auctores ſuos, id eſt, illos à quibus audiuerũt,Ita uult Gl.in d.c. licet ex quadã,cuius opinionem cõprobat ibi Areti. in vj. col.in uerſi.circa primũ,rõne de qua ibi per eum. & idem vult Aret.in eadẽ Decretali col.pen. adducens pro cõfirmatione dicta Inno.& Io. And. in c.
25 cũ oporteat de accuſa.qui uolunt † ꝙ cum fama debeat habere originẽ à perſonis honeſtis,teſtes deponentes ſuper fama tenentur nominare perſonas à qbus originẽ habuit,ẽt ſi nõ fuerint interrogati.

Præterea prędicti teſtes ſunt uarii,& ſibimet cõtradicunt,ut oſtendit eximius Doctor in ſuis allegationibus.

26 Tertio argumento de fama reſpondetur † ꝙ fama probat dominium in tempore antiquisſimo,videlicet excedente metam cẽtum annorum,D.Alexan.in d.conſi.cxvj.de quo tempore non fuit probatum,igitur &c.Aliæ reſponſiones colligi poſſunt ex dictis in præcedenti argumento.

Vltimo argumento reſpondeo ꝙ iſtud procederet quando illa indicia eſſent legitimè probata, ut quia teſtes de auditu & deponentes de fama depoſuiſſent nominando perſonas à quibus audiuerunt ut dixi in præcedentibus. Ex iſtis concludo reos conuentos fore abſoluendos,& ſic malè fuiſſe conſultum nullitatem & bene appellatum.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Pupillaris ſubſtitutio matrem excludit à ſucceſſione filij uel filiæ.*
2 *Statutum ꝙ in dote conſtituta filiæ nulla ſubſtitutio fieri poſſit,an ſubſtitutionem fideicommiſſariã,uel aliã prohibuiſſe intelligatur. & numero. 21.& 22.cum ſequenti.*
Subſtitutio fideicommiſſaria onus & grauamẽ cõtinet,
3 *Subſtitutio pupillaris quare adinuenta.*
4 *Filio ẽt à patre exhæredato pupillariter põt ſubſtitui,*
5 *Perſona cui commodum hæreditatis uel legati acquiritur inſpicienda eſt,non is cui honor factus eſt.*
6 *Caſus de quo in ſtatuto expreſſa non fit mentio,omiſſus habetur.*
7 *Diminutio per uerba generalia facta in codicillis,de ijs quæ relicta ſunt in teſtamento,non extenditur ad ea, quæ ibidem relicta ſunt ad pias cauſas.*
8 *Digna ſpeciali nota niſi exprimantur, cenſentur omiſſa & in generali diſpoſitione non comprehenduntur.*
9 *Prohibitio de non donando cauſa mortis,nõ includit caſum in quo fit donatio cauſa mortis intuitu pietatis.*
10 *Mulier poteſt donare marito ſepulturæ gratia, & uide infra nu.43.*
11 *Statutum quod teſtamẽtum præſentari debeat regiſtro, aliàs ſit nullum, non comprehendit teſtamentum ad piam cauſam.*
12 *Statutum in præiudicium piæ cauſæ uel eccleſiæ nihil ualet.*
13 *Quæ ſpiritu Dei aguntur non ſunt in poteſtate legis.*
14 *Voluntas diſponentis non trahitur ad id de quo in ſpecie diſponere non poteſt.*
15 *Verba in ſtatutis ſunt propriè intelligenda.*
16 *Dos quando propriè & impropriè dicatur.*
17 *Subſtitutio pupillaris quo iure fuerit introducta.*
18 *Statutum uel conſuetudo inducere poteſt,ꝙ pater filio impuberi non poſſit pupillariter ſubſtituere.*
19 *Conſuetudo poſterior priori derogare poteſt,& in dubio derogaſſe uidetur.*
20 *Statutum & conſuetudo æquiparantur.*
22 *Subſtitutionis appellatione propriè ſumpto uocabulo, comprehenditur ſubſtitutio directa & obliqua.*
23 *In quacunque diſpoſitione etiam ſtrictè interpretanda, uerba quæ ex ſui ſignificatione plura comprehendere poſſunt,omnia comprehendunt reſtrictione reiecta.*
24 *Dictio aut, aduerſatiua eſt repetens omnes qualitates præcedentis diſpoſitionis in ſequenti.*
25 *Oratio iſta,ſubſtitutio aliqua non procedat, æquipollet orationi,nulla ſubſtitutio procedat.*
26 *Ordo intellectus potius conſideratur quàm ſcriptura.*
27 *Verba aliquo modo non obligetur,omnem modum obligandi excludunt.*
28 *Statutum generale omnem ſpeciem de qua loquitur comprehendit,*
29 *Pia & fauorabilis eſt interpretatio legis uel ſtatuti,per quam ad iuris communis diſpoſitionem reducimur.*
30 *Diſpoſitio negatiua potentior eſt ad excludẽdum,quàm affirmatiua ad includendum.*
31 *Conditio illa non nupſerit, excludit nedum primas quinimò & ſecundas nuptias ſecus illa ſi nupſerit.*
32 *Diſpoſitio prohibens donationem ſimpliciter, excludit donationem cauſa mortis.*
33 *Iurans ſe non feciſſe furtum furti actione non tenetur, nec conditione furtiua.*
34 *Iurans ſibi furtum factum eſſe, non acquirit conditionẽ furtiuam.*
35 *Promiſſio ſimpliciter de non faciendo, abnegat ꝙ nullo tempore aliquid fiat,*
36 *Argumentum de tempore ad rem ualidum eſt in iure.*
37 *Subſtitutio pupillaris cuius fauore inducta fuit:*
38 *Pupillaris ſubſtitutio impedit alienationem bonorum.*
39 *Intellectus ad §.non ſolum.inſti.de pupil.ſubſti.*
40 *Vulgaris ſubſtitutio fieri poteſt pupillo etiã in legitimã.*
41 *Diſpoſitio generalis & negatiua comprehendit etiam piam cauſam.*

42 *Pupillus*

42 *Pupillus uel ſeruum manumittere poteſt, ſine auctori-*
tate tutoris.
43 *Donatio inter uirum & uxorem pietatis gratia ualet.*
& ſupra nu.20.
44 *Statutum requirens aliam ſolennitatem, quàm ſit de iu*
re gentium in teſtamentis, non comprehendit teſtamē
tum ad piam cauſam.
45 *Inhabilitas teſtatoris ex diſpoſitione iuris ciuilis uitiat*
teſtamentum conditum ad piam cauſam.
46 *Principis conſtitutio prohibitoria, nō comprehendit ec*
cleſiam & pia loca.
47 *Statutum à Pontifice confirmatum, dicitur Pontificis*
conſtitutio.
48 *Statutum prohibens ſibi ſubditū cōtrahere uel teſtari,*
an habeat locū in cōtrahēte cum eccleſia, uel pia cā.
49 *Statutum ꝙ minor non poſſit alienare rem immobilem,*
ſine certa ſolennitate, habet locum etiam in minore
alienante clerico uel eccleſiæ.
50 *Statutum certo caſu prohibens cōprehēdit ēt eccleſiā.*
51 *Statutum loquens de dote, comprehendit mulierem cui*
dos fuit per patrem deſtinata.

CONSILIVM XXXV.

HIERONYMVS de Caſtelis ci-
uis Bonon. ſuū condidit teſtm̄, iu
quo Mariæ eius vnicæ filiæ legiti-
mæ & naturali tunc infanti iure in-
ſtitutionis relinquit libras tres mil
le pro dotibus ſuis: & libras quadrī
gētas pro ſcrineis & aliis apparatibus nuptialibus,
cū illa nupſerit, uel religionē intrauerit, ipſiq; qñ-
cunq; decedenti prius, q̄ nuberet, uel religionē in-
traret ſubſtituit uulgariter, pupillariter, & ꝑ fidei-
cōmiſſum quoſdam executores, quibus mandauit
dictas pecuniarū quantitates per eos distribui in
pios uſus: dictosq; executores uniuerſales hæredes
inſtituit: defuncto prædicto teſtatore deceſsit no-
uiſsimè dicta Maria adhuc impubes ſuperſtite Do.
Laura eius matre, & uniuerſali hærede ab inteſta-
to, modo q̄ritur an hæreditas huius puellæ ſpectet
ad mr̄em uelut hæredē ab īteſtato, an uerò ſpectet
ad p̄fatos executores uirtute præmiſſæ ſubſtōnis.
Quæſtio iſta nullam continet dubitationē, ſi cō
1 ſideremus diſpoſitionē iuris cōis, quo cauetur † ut
expreſſa pupillaris mr̄em excludat à ſucceſsione fi-
lii uel filiæ, c. ſi pater. de teſtam. lib. vj. l. Papinianus
§. ſed nec impuberis, ff. de inoff. teſt. cū ergo teſtōr
expreſsè pupillariter ſubſtituerit p̄dictæ filiæ ſuæ,
q̄ poſtea deceſsit in pupillari ætate, abſq; dubio mr̄
excludet a bonis p̄dictis quinimò & quibuſcunque
aliis, l. ſed ſi plures. §. ſubſtitutio, ff. de uulg. & pup.
Dubitatio ergo inſurgit ex diſpōne ſtatuti poſi-
ti ſub rub. de ſucceſſ. liberorum, in quo cauetur ꝙ
ubi aliquis deceſsit relicta filia abſque liberis ma-
ſculis, ſi fuerint inſtituti extranei, tunc eidem filiæ
debetur legitima, ſup qua nulla pōt opponi condi-
tio ſeu grauamen aliquod; & in fine eiuſdē ſtatuti
cauetur ꝙ in dote conſtituta filiæ, ubi nō extant ma
ſculi, ſubſtitutio aliqua non procedat, exiſtente er-
go hoc ſtatutō quæritur, an mater admitti poſsit.
In quo articulo adhuc dicendū uidetur ꝙ mater
admitti non poſsit infraſcriptis rationibus.

2 Prima eſt; † quia p̄miſſum ſtatutū dum diſponit
ꝙ in dote data filiæ nulla ſubſtitutio fieri poſsit, in-
terpretandū eſt, ut cenſeatur prohibere ſubſtitutio
nem fideicommiſſariam, quæ continet onus & gra-
uamē. l. cohæredi. §. cum filiæ, ff. de uulg. & pupil. l.
ex tribus, & ibi not. C. de inof. teſtam. non āt ut ui-
3 deatur prohibuiſſe ſubſtitutionem pupillarē, † q̄
fuit adinuenta fauore pupilli, ut habeat hæredem
ex teſtū, quod ipſe ob defectū ætatis condere nō p̄t.
l. ij. in prin. ff. de uulg. & pup. & inſti. eo. in pri. Hinc
4 eſt † ꝙ filio ēt exhæredato, & ſic qui à patre nullo
modo fuit honoratus, talis ſubſtitutio fieri poteſt.
§. non ſolum, inſtit. de pupil. ſubſtitu. etiam ſi mala
mente fuiſſet exheredatus, prout notant Bar, & alii
poſt eum in l. ij. col. iiij. uerſiculo item quæro, ff. de
uulg. ſi enim inſpiciatur dictum ſtatutum conſta-
bit illud ita diſpoſuiſſe fauore filiæ, nō eſt ergo in-
terpretandum in eius odium, l. quod, C. de legib. &
cap. quod ob gratiā, de reg. iur. lib. vj. cum uulg.
Secunda ratio eſt. Nam licet ſtatutum prædictū
reiiciat ſubſtitutionem pupillarem, nihilominus
in caſu iſto mater excluditur. Et aduertendum eſt,
ꝙ licet executores fuerint hæredes inſtituti & ſub-
ſtituti: quia tamen fuerunt grauati ad diſtribuen-
dum bona prædicta in piam cauſam, certè ipſa pia
5 cauſa cenſetur uocata ad bona prædicta: quia † in
ſpicienda eſt perſona cui commodum hæreditatis
uel legati acquirendum eſt, non is cui honor factus
eſt, l. iij. §. j. ff. de lega. præſtan. l. cum dotem, ff. ad le
gem Falcid. Bald. decidens pulchrum caſum in l.
auia. §. Titio ff. de conditio. & demonſtra. Rom. in
conſi. cvj. in ultimis uerbis. Cum ergo cōmodū hu
ius relicti per uenturam ſit ad piam cauſam, certè
6 † caſus iſte non comprehendetur in hoc ſtatuto,
ex quo in eo nulla de hoc caſu expreſſa fit mentio,
l. libertis. §. poſthumis. ff. de alimen. & cib. leg. per
quem tex. dicit Roma. in auct. ſimiliter. C. ad legē
Falcid. in quarto ſpeciali piæ cauſæ ultimæ uolunta
7 tis, † ꝙ diminutio per uerba generalia facta in co
dicillis, de his quæ relicta ſunt in teſtamento, non
extenditur ad ea quæ ibidē relicta ſunt ad pias cau
ſas, & dicit ꝙ illum tex. ad hoc notat Modeus de
Neapol. doctor ſublimis ſcientiæ, & maximus tex-
8 tualis: † quæ. n. ſpeciali nota digna ſunt, niſi expri-
mantur cenſentur omiſſa. & ſic non comprehendū
tur in diſpoſitione generali. l. item apud Labeonē.
§. hoc edictum, ff. de iniur. c. quanuis, de præb. in vj.
Quæ comprobantur ex dictis Ludouici Rom. in cō
ſi. ccxcviiij. inci. præſens ſtatuti particula, col. ulti.
9 ubi inquit † qđ prohibitio de non donando cauſa
mortis, nō includit caſum in quo fit donatio cauſa
mortis intuitu pietatis, ꝑ tex. in l. ſi ſponſus. §. con-
10 ceſſa. ff. de dona. inter uir. & uxo. † ubi mulier do-
nare p̄t uiro cōſtāte mr̄imonio gr̄a ſepulturæ, & ſic
gr̄a religionis: & ita modificat Roma. tex. in l. j. §.
j. ff. de tutel. & rationib. diſtrahen. pro hoc etiā fa-
ciunt multa quæ allegat D. Alex. in conſi. ccix. inci.
11 ſtatutis accuratè perſpectis. lib. ij. ubi uult † quòd
ſtatutum diſponēs ꝙ teſtamentum debeat præſen-
tari regiſtro, aliàs ſit nullum, non comprehendit
teſtamentum ad piam cauſam, adducit Bal. in l. ge-
nerali. C. de ſacroſanc. eccl. D. Ant. & Abb. in c. re-
latum. de teſtam. & plura alia quæ poſſunt uideri.

Tertia ratio eſt, ſi ſtatutū expreſſè decideret iſtū caſum, adhuc mater excludi deberet: quia tale ſtatutū quo ad iſtum caſum eſſet nullum & inualidū ex
12 defectu poteſtatis ſtatuētiū, † & qui nihil ſtatuere poſſunt in præiudicium piæ cauſę, uel eccleſię: ut in
13 quit Bal. ī d. l. generali. C. de ſacr. ſanc. eccle. † quę .n. ſpiritu Dei aguntur non ſunt in poteſtate legis. c. duæ ſunt. 19. quæſtio. ſecunda, cap. licet. de regularibus. extra. & ex hoc infertur, ꝙ cum ſtatuentes non potuerint in ſpecie diſponere prohibēdo ſubſtitutionem in præiudicium piæ cauſæ, nec in gn̄re
14 uidentur hoc uoluiſſe: † qa uolūtas diſponētis nō trahitur ad id, de quo in ſpecie diſponere non poteſt. l. Lucius. §. pen. ff. ad municipal. c. ā nobis. ubi Abb. de ſenten. excōmunica. Bar. in l. ſub cōditione. ff. de cōdit. inſti. & Bal. in l. fi. §. in cōputatione. C. de iur. delib. cum ſuis cōcordantibus. & ita vult Paul. de Caſt. in conſi. clxxxj. incip. dicendum eſt.

Quarta & ultima ratio eſt, nam ſtatutū prædictū ꝓhibet ſubſtitutionē in dote, & ſic in illa quæ pro-
15 priè dos eſt, † cum in ſtatutis uerba propriè ſint intelligenda. l. prima. §. ſi is, qui nauē. ff. de exercito. non aliter. ff. de legat. tertio. Bar. in l. omnes popu-
16 li in ſexta q. principali. ff. de iuſtit. & iure. † Dos autem propriè dicitur ubi contractum eſt matrimoniū. l. iij. ff. de iure dot. ubi autē nullū eſt contractū matrimoniū, uel eſt contractū ſed nulliter, impropriè dicitur dos. l. ſi cū dotem. §. fi. ibi, quaſi dotales. ff. ſolut. matrimo. l. ſi ſponſa. in uerb. exemplo dotis, ff. de iure dot. Cū ergo hæc puella deceſſerit nondū cōtracto matrimonio, dici non pt̄ ꝙ ꝓpriè dotē habuerit, & ſic in ea uerificari nō poſſunt uerba ſtatuti prohibētis in dote data ſubſtitutionē aliquā fieri poſſe. Hæc ſunt quę in effectu adduci poſſe uident ad excluſionē prędictę D. Laurę, & nil aliud credo adduci poſſe, quod ſit alicuius momenti.

Quibus tn̄ non obſtantibus contrarium puto uerius, & ſic concludo, ꝙ uirtute præmiſſi ſtatuti mater admitti debuit ad bona prædicta, ueluti hæres ab inteſtato filiæ ſuæ: & prius, quā aggrediar funda
17 mēta huius cōcluſionis vnū pręmitto. † Quòd ſubſtitutio pupillaris fuit introducta iure cōſuetudinario, & ſic iure poſitiuo, & nō naturali. l. minoribus,
18 in prin. ff. de vulga. † Ideò ſtatuto uel cōſuetudine induci poſſe, ꝙ pr̄ filio impuberi non poſſit pupil-
19 lariter ſubſtituere: † cū poſterior cōſuetudo priori derogare poſſit, & in dubio derogaſſe uideatur,
20 Glo. ī l. nemo. §. tēporales. ff. de reg. iur. † & qa ſtatutū & cōſuetudo æquiparant. l. đ qbus. ff. de legi. & ita tenēt Bal. D. Ale. & cęteri Doc. in d. l. morib.

Hoc præmiſſo redeo ad cōcluſionē propoſitā, q̄ expreſſè probari uidet in ultima parte premiſſi ſta
21 tuti, † dum in eo diſponitur ꝙ in dote data, & in eius augmento, ſubſtō aliqua non procedat. Nec dicatur ꝙ dictum ſtatutū intelligendum ſit de ſubſtitutione fideicōmiſſaria, quæ cōtinet onus & grauamē, nō aūt de ſubſtitutione pupillari ſeu alia directa, q̄ ſunt fauorabiles: qa iſta interpretatio reſtrictiua nullo mō fieri pōt: qa uerba hoc nō patiūtur: igit intelligēdū eſt in qualibet ſubſtitutione ſiue directa ſiue obliqua, & ſic in ſubſtitutione pupillari, & ꝙ hoc ſit uerū oſtendo pluribus rationib.
22 Prima eſt. † Nam appellatione ſubſtōnis propriè ſumpto uocabulo, comprehēditur ſubſtitutio directa & obliqua: quia uerbū ſubſtituo, eſt uerbū commune propriè conueniens ſubſtitutioni directæ & obliquæ. l. iam hoc iure. ubi Bal. & alij. ff. de vulg. & pup. l. generaliter. §. cū autem. & ibi Glo. in ver. ſubſtituit. C. de inſtitut. & ſubſtitut. ſub condi. factis. & hoc eſt indubitatū quo ad hoc ut propriè uerificetur ſubſtitutio in directa, licet de obliqua ſit aliqualis dubitatio: ut per D. Alex. in rubr. ff. de vulga. & pupill. hoc ergo præſuppoſito ꝙ utrū ſubſtitutio uerificetur propriè in directa, ſicut & in obliqua, infero ꝙ præmiſſum ſtatutum licet ſtrictè interpretandum cēſeatur prohibere ſubſtitutionem
23 pupillarē, † qm̄ in quacunq; diſpoſitione ēt ſtrictè interpretāda, uerba quę ex ſui ꝓpria ſignificatione plura comprehendere poſſunt, illa omnia comprehendunt, nec nulla reſtrictio fieri debet: de hoc eſt tex. in c. ex parte. el iij. & ibi not. Abb. extra de decimis. & tex. in l. cum lege. ubi Areti. ff. de teſtam.

Secundò principaliter iſtud ex alio oſtendit. Nā dictū ſtatutum in verſi. item ſtatuimus. diſponit ꝙ in eo ꝙ dotes excedit, liceat patri ī quacūq; ętate ſubſtituere filię, ſubdēdo & quocunq; modo ſubſtitutionis, & ſic in illo caſu permittit parēti poſſe ſubſtituere directo & per fideicōmiſſum filiæ ſuæ impuberi ſiue poſt pubertatem: dū ergo poſtmodum diſponit inferius dicēdo, ī dote autē data ſubſtitutio aliqua nō ꝓcedat, cēſetur ꝓhibere oēm ſubſtitutionē ſiue obliquā ſiue directā, & ſic pupillarem.
24 † Nam dictio autē, cū ſit aduerſatiua, repetit oēs qualitates quę erāt in præcedēti diſpoſitione: arg. l. Seię. §. Caio. ff. de fund. īſtruc. inſtru. q; leg. Gl. in §. itē lapilli. Inſtit. de rer. diuiſ. Bal. in l. oēs populi. col. xij. ff. de iuſtit. & iur. ubi inquit ꝙ ſi ſtatutū diſponat ut extantibus maſculis filiæ fęminæ ab inteſtato non ſuccedant, condito autem teſtō ſuccedere poſſint ī tertia parte, intelligetur hęc ultima particula ſtatuti, ſi maſculi extiterint: quia aliàs in totum ſuccedent ſi in totū fuerint hæredes inſtitutæ.
25 Tertiò iſtud demonſtratur ex alio. † Nā iſta oratio ſubſtitutio aliqua non ꝓcedat, æquipollet iſti orationi, nulla ſubſtitutio procedat. Ita notat Io. And. ī c. ſi cōtra vnū. de off. deleg. lib. vj. Pet. Phili. Corneus in l. ſeniū. C. qui teſtam. facere poſſunt. in ij. col. & iſtam regulā tradunt etiā Logici, in caſu tn̄ in quo negatiua præcedit orationem particularē: ut quia dicatur non aliquis homo currit, quæ tn̄ conſideratio an præcedat, uel ſequatur dictio nega
26 tiua apud Legiſtas fieri nō debet: † quia potius cōſiderant ordinem intellectus, q̄ ordinē ſcripturæ, l. quidam. ff. de pecul. lega. l. ij. §. patris. & ibi nota. ff. de vulg. ꝙ pupill. ſubſtit. Faciūt nota. per Io. Andr. poſt Archi. in c. indemnitatibus. §. ſi qua. de elect.
27 lib. vj. ubi dicit ꝙ etiam per † iſta uerba, aliquo modo non obligetur, excluditur omnis modus obligandi. Idem vult Socin. in conſi. cxij. incipien. multum abunde. in ſexta colum. cum ergo diſpoſi
28 tio huius † ſtatuti ſit generalis, omnem ſpeciem ſubſtitutionis cenſetur prohibere. l. ſi quis ducēta. §. utrum. ff. de reb. dubi. l. prima. §. quod autem. ff. de aleator. cum multis vulga. Diſpoſitio enim generalis omnia comprehendit, licet maior ſit ratio in vno, ut non debeat comprehendi, quàm in alio.

alio.l.in fraudem.§.fi.ff.de milita.teſtam.ibi, determinatio Papiniani generalis eſt. Et ratio quare ſtatuentes uoluerint etiã prohibere ſubſtitutionẽ pupillarem in dote data, & in eius augmento, potuit eſſe: quia cũ dos data uel deſtinata ſit propriũ patrimonium mulieris, uoluerunt ꝙ in illa habeat hęredes ab inteſtato: quia pręſumit ita fuiſſe eius uolũtas, l.cõficiuntur.in prin.ff.de iure codicil. cũ plerunq; contingat ꝙ uirtute ſubſtitutionis pupillaris pupillus habeat hæredẽ, quẽ nollet, & quẽ eſt ei uerecundum habere: ut qa turpis perſona ſit ei ſubſtituta.l.Papinianus.§. nec impuberi.ff. de inoff.teſta. & illi quos uellet ſibi eſſe heredes ab inteſtato excludãtur uirtute pupillaris ſubſtitutionis: prout contingeret in caſu noſtro, in quo mater huius puellæ, ad quam ipſa ueriſimiliter magnam affectionem habuit, & cui optaſſet bona ſua deferri, foret excluſa uirtute ſubſtitutionis pupillaris expreſſæ.c.ſi pater.de teſtam.lib.vj.& credo non aliã fuiſſe mentem ſtatuentium. Et conſiderandũ eſt ut præmiſi, ꝙ facultas conceſſa patri ſubſtituendi filio impuberi pupillariter, fuit introducta ex conſuetudine, quaſi repugnet ratio iuris cõmunis, cũ quis teſtetur pro alio. Ideò hoc ſtatutũ eſt interpretandum ut cenſeatur reieciſſe etiam ſubſtitutionẽ
29 pupillarem, † qm̃ pia & fauorabilis eſt interpretatio legis uel ſtatuti per quam reducimur ad diſpoſitionẽ iuris cõis.c.ij.in prin.de decim.lib.vj.Glo. in c.ſtatutũ, in uerbo numerandũ. de prebẽ.lib.vj.

Quartò & vltimò pręmiſſa ex alio ſuadentur, &
30 præmitto † ꝙ potentior eſt diſpoſitio negatiua ad excludendũ, quàm diſpoſitio affirmatiua ad includendum: ſed ſi ſtatutũ permitteret ſubſtitutionem fieri poſſe filię in quacunq; ætate, ꝓculdubio cenſeretur permiſiſſe nedũ obliquam, quinimò & directã, & ſic pupillarẽ, qm̃ ut dixi oẽs ſunt ꝓpriè ſubſtitutiones: ergò multo magis dũ diſponit ꝙ in dote ſubſtitutio aliqua nõ procedat, cẽſetur reijcere & prohibere directã ſubſtitutionẽ, probari poteſt ex multis. Et primò per nota.per Glo.in l.hoc genus.ff. de cõd.& dem.quã not. ibi Pau. de Caſt. &
31 Old.in cõſ.xvij.nã vult illa Glo. † ꝙ iſta cõditio ſi nõ nupſerit, excludit nedũ primas nuptias, quinimò ſecũdas, & deinceps; ſecus eſt in illa conditione ſi nupſerit.hęc.n.in primis nuptiis uerificari dẽt & nõ in aliis.l.boues.§. hoc ſermo.ff. de uerb.ſigni.

Probatur & ſecundò in l.filius familias.ff.de donatio.cauſ.mortis.iunctis notatis p Glo.in l.alie-
32 natũ.§.fi.ff.de verbor.ſign.vbi † diſpoſitio permittens donationem nõ comprehendit donationẽ cã mortis, & tamen diſpoſitio prohibens donationem ſimpliciter excludit donationẽ cauſa mortis.

Probatur & tertiò idẽ aſſumptum in l.ſi duo pa-
33 troni.§.itẽ Iulianus ſcribit.ff.de iureiuran.† ubi q iurauit ſe nõ feciſſe furtũ nõ tenetur amplius actio
34 ne furti, nec conditione furtiua, † & tamen ſi quis iurauit furtum ſibi eſſe factum ex hoc iuramento non acquirit conditionem furtiuam.l.duobus.§. item Pomponius ait.ff.de iureiurand.

Demonſtratur & vltimò ex dictis Soci.in conſi. cclxxviij.incip. in quęſtione uertente. col.ultima.
35 ubi inquit † ꝙ promiſſio negatiua ſimpliciter de nõ faciendo, abnegat omne tempus, id eſt, ꝙ nullo tpe aliquid faciat. l.ita ſtipulatus.la grande.verſ. ſed & ſi ita.ff.de uer.obl.& ꝓbatur ex nota.in l.Mutiana.ff.de cond.& demõſt.ergo & ſimiliter iſta diſpoſitio negatiua ꝙ aliqua ſubſtitutio fieri nõ poſſit abnegabit omnem ſpeciem ſubſtitutionis, ar-
36 guendo de tempore ad rem: † qđ argumentum validum eſt in iure.l.miles ita heredem.ff.de milita. teſta. Ex iſtis ergo concluditur ſubſtitutionem pupillarem fieri non potuiſſe huic puellę in dote prædicta, & ſic matrẽ uocari ad eius bona ab inteſtato.

Non obſtãt modo adducta in cõtrariũ. Nã pri-
37 mę rationi reſpõdeo, † ꝙ ſubſtitutio nõ fuit inuẽta fauore pupilli, quinimò uerſat potius fauor patris ut poſsit ſubſtituere hæredem quẽ vult, qđ eſt ei permiſſum etiam ſi ſubſtituat interpretem perſonã.d.§.ſed nec impuberis. quid.n.refert, an pupillus habeat hæredẽ ex teſtamẽto, an ab inteſtato, dummodo habeat hæredẽ qui eius perſonã repreſentet.l.& qa.ff.de interroga.actio.§.j.inſti.qbus
38 ex cauſ.manumi.non licet. Hinc eſt † ꝙ pupillaris ſubſtitutio impedit alienationem bonorũ, ſicut & fideicõmiſſaria.l.j.§.ſed nonnullos.ff. de tute.& rationib. diſtrah. arguendo à ſpeciali: & ita vult Bal. in l.nec ei.§.eorũ.ff. de adop. & Ludo.Roma.in l. Marcellus.§.quidã.ff.ad Senat.cõſult. Trebell. Be
39 ne † fateor, ꝙ pupillaris ſubſtitutio non dicitur continere grauamen pupilli, cũ ei ſuccedatur directo per hæredem ſubſtitutum, ſed non ſequitur ꝙ principaliter & omni reſpectu contineat eius fauorẽ: qa inter grauamen & fauorẽ eſt dare aliqđ medium qđ non ſit fauor nec grauamẽ, & ita patet reſponſio ad tex.in §.non ſolũ.inſtit. de pup. ſubſtit.

Probatur etiã iſta ſolutio alia euidenti ratione.
40 † Nã vulgaris ſubſtitutio cũ ſit directa fieri põt pupillo etiã in legitima: qa per talẽ ſubſtitutionẽ filius nõ dicit grauari. hoc uoluit Paul.de Caſt.in l. qm̃ in prioribus.C.de inoff. teſtam.col.j. probans hoc ratione de qua ibi per eũ, & tñ ſine dubio hãc ſubſtitutionẽ vulgarẽ ſtatutũ cenſetur ꝓhibere, cũ diſponat gñaliter & negatiuè, p ea q̃ dixi ſupius. Quibus addo qđ uoluit Bart. in tractatu minoritatis, in prima perte, c. iiij. in uerſ.è contra, ubi dicit ꝙ cũ tex. in Clem.exiui. de uerb.ſignifi.dicat fratres minores hæreditatis uel ſucceſsionis nullatenus eſſe capaces, intelligẽdũ erit nec reſpectu ciuilis nec naturalis obligationis, qa hæc collatio vniuerſalis nullatenus prædicatur de pluribus, ergo de neceſsitate intelligit nec de iure ciuili, nec naturali: qua ergo ratione vulgaris cẽſet ꝓhibita, licet grauamẽ pupilli nõ contineat eadẽ ratione.
41 Secundæ obiectioni reſpondeo † ꝙ imò illa diſpoſitio cũ ſit generalis & negatiua in ſui gñalitate comprehẽdit piã cãm, d.l. in fraudẽ.§.fi.ff. nullitat.teſta.& eſt tex. in l.obligari. i prin.ff.de auct.
42 tuto. ubi inqt tex. † ꝙ cũ pupillus nullam rẽ ſine tutoris auctoritate alienare poſsit, ex hoc infertur; ꝙ nec ſeruũ manumittere poterit: & tñ manumiſſio ſerui reſpicit piã cauſam.l.prima.C. de communi ſeru.manumiſſ.in ver.ad hanc rationem pietatis.& in l.proximè.ff.de ijs, quæ in teſta.delen.
43 Non obſtat tex.in d.l.ſi ſponſus.§.conceſſa.† Nã ideò ibi ualet donatio gratia pietatis: qa deficiũt extrema ꝓpter quæ impeditur donatio inter virũ

 & vxorem,

& vxorē, uidelicet, ꝙ donans fiat pauperior & donatarius fiat locupletior, quę ambo ɔcurrere debēt ut ſit ꝓhibita talis donatio, d. l. ſi ſpōſus. §. fi. & iſtā rationē ɔſiderat ibi tex. & ſic nō eſt ratio pietatis quæ excludat illū caſum à ꝓhibitione legis ꝓhibētis donōnē īter vir. & uxo. ɔſtāte matrimonio.

44 † Non obſtant etiā dicta Bal. in l. generale. cum aliis ſuperius adductis: q̄a illa procedūt circa ſolēnitates teſtamēti ɔditi ad piā cauſam, in quo quidem teſtō ius gentium dicitur conſiderari. c. cum eſſes. & c. relatum. de teſtam. Ideò ſtatutū requirēs aliam ſolennitatem in teſtamentis non comprehēdit teſtamentū factū ad piā cauſam, cū in eis merū ius gentiū ɔſiderari debeat, cui derogari non po-

45 teſt. Pręterea † q̄n eſt inhabilitas ī teſtatore ex diſpoſitione iuris ciuilis, hęc inhabilitas uitiat etiā teſtm̄ conditum ad piā cauſam, patet in pupillo q̄ licet doli ſit capax, teſtari tamen nō poteſt ad piā cauſam, prout concludit Bart. in l. j. in ij. q̄ōne primæ quęſtionis principalis. C. de ſacr. ſanc. eccleſ. Bal. in l. ſi frater. C. qui teſtam. facere poſſ. Pet. de Ancha. & Io. de Imo. in c. ij. de teſtam. Patet etiā in prodigo, qui nec ad piā cauſam teſtari poteſt, ut ɔcludit D. Alex. in conſ. clxxxij. inci. ſuper eo. lib. v. ſed in caſu iſto ſtatutū inhabilitat teſtatorem illū prohibēdo ne in dote data ſubſtituere poſſit, igiť nec ad piā cauſam potuit ſubſtituere. Poteſt etiam

46 & alio modo reſponderi † ꝙ q̄n conſtitutio eſt edita à Principe uel à Summo Pontifice, & aliquid prohibet, tunc comprehendit etiam eccleſias & pia loca, doctrina eſt Bar. in l. ſi diuina. C. de exactoribus tributor. lib. x. per quā limitantur oīa adducta in contrarium, & illā doctrinā extollit Do.

47 And. Barba. in c. relatū. col. ix. extra de teſta. † ſed iſtud ſtatutū cum ſit confirmatum à Pontifice, dici poteſt ɔſtitutio Pontificis. c. ſi apoſtolicę. de pręb. in vj. l. j. §. omnia. C. de ueteri iure enucle. igiť &c.

Tertiæ obiectioni principali reſpondeo, ꝙ imò ſtatutū potuiſſet expreſsè diſponere ꝙ ſubſtitutio fieri non poſsit etiam ad piam cauſam, ergo & in genere uidetur hoc uoluiſſe per proximè dicta. Aſ-

48 ſumptum probatur, † quia ubi ſtatutum prohibet perſonam ſibi ſubditam non poſſe ɔtrahere, uel teſtari ſimpliciter, aut ſecundū q̄d, hoc ſtatutum hēt locū, etiam ſi iſte prohibitus contrahit cum eccleſiā, ſeu pia cauſa, ſic decidit Fridericus de Senis in cōſ. lxxxv. inci. ſtatuto ciuitatis Peruſinę cauet, ubi quęrit ſtatuto cautū eſt ꝙ nullus comes, marchio, uel natus de prole militari audeat uel pręſumat recipere in ſe aliquā actionē perſonalem, realem, uel ceſsionem quocūq; titulo, an habebit locū in ceſſione facta per eccleſiā huiuſmodi perſonis: cōcluditur ꝙ ſic, & ſequitur Alex. in conſ. ix. incip. viſis, & ponderatis. lib. v. Eodem modo ſi ſtatutum di-

49 ſponat † ꝙ minor non poſsit alienare rem immobilem niſi ſeruata certa ſolennitate, habebit locū ēt in minore alienante rem immobilē clerico ſeu eccleſię. Ità decidit Salice. in auct. caſſa, & irrita. in penul. q. C. de ſacr. ſanc. eccleſ. Cum ergo ſtatutum prohibeat perſonam ſibi ſubditam ne poſſit ſubſtituere in dote data, habebit locū etiā ad piam cau-

50 ſam. Poteſt etiam reſponderi ꝙ q̄n ſtatutum † non prohibet generaliter, ſed certo caſu tantum, tunc comprehendit etiā eccleſiam, prout dixi in l. filius familiās. §. diui. chār. viij. ff. de lega. j. in uerſic. ſecunda ſit concluſio, ubi ad hoc adduxit Fridericum de Senis in conſi. xxxv. incip. ſtatuto ciuitatis Peruſinæ, ad quod me remitto breuitatis cauſa.

51 Vltimæ obiectioni reſpondeo, ꝙ † mulier cui dos fuit deſtinata per patrē propriè dicit dotata, & ſic comprehenditur in ſtatuto loquēte de dote. Ita uoluit Bar. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cōditi. & demonſtr. quē ſequitur ibi Paul. de Caſt. Bal. in l. non ſine. C. de bonis quę lib. & dicit Modernus Senen. in rubri. ff. ſolut. matrimon. col. j. ꝙ communiter tenetur opinio Bar. à qua ſecundum eum non eſt diſcedendū in iudicādo & conſulēdo. Idem dicit Philippus Corneus in conſilio lxxv. inci. quanquàm. col. iij. lib. j. ex iſtis ergo concludo bona de quibus agitur deberi prędictę D. Laurę nepti hæredi ab inteſtato filię ſuę prędefunctæ.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitus licet fuerit confeſſus delictum, condemnari non poteſt, ſi delictum non conſtat.*

2 *Inquiſitio non procedit, niſi diffamatio præcedat.*

3 *Indicia probata per duos teſtes ſufficiunt ad torturam.*

4 *Clericus non præcedente diffamatione ex indicijs torqueri non poteſt.*

5 *Inquiſitio an fieri poſſit abſque diffamatione, cum iudex ex officij neceſſitate inquirit.*

6 *Monitio offenſi præcedere debet an uelit accuſare, antequàm iudex inquirat.*

7 *Inquiſitio in caſu in quo iudex poteſt inquirere non tamen tenetur, tollitur, ac eius effectus impeditur, ſuperueniente accuſatore.*

8 *Accuſatore ſuperueniente non tollitur inquiſitio, quando iudex ex forma ſtatuti indiſtinctè poteſt inquirere, & ad id tenetur.*

9 *Stylus communis pro lege ſeruari debet.*

10 *Iudicia & ſententia ſunt ſtricti iuris, & non extenduntur ad rem in eis non expreſſam.*

11 *Iudicia magis æquiparantur cōtractui quàm ultimæ voluntati.*

12 *Contractus incertus nullus eſt, ſic & iudicium.*

13 *Verba ſententiæ ponderata ſunt ſicut uerba contractus.*

14 *Verba in iudicijs & ſententijs ſunt propriè intelligenda, & ſtrictè interpretanda.*

15 *Diſpoſitio legis nō cōuenit, cui uerba eius nō cōueniūt.*

16 *Dolus abeſſe præſumitur in factis palam, & quomodo intelligatur. vide nume. 18.*

17 *Amotio rei alienę in dubio p̄ſumitur facta aīo lucrandi.*

19 *Fur inquiſitus dicens quòd putabat dominum permiſſurum an liberetur. & nume. 20.*

Vehemēs opinio cōſona ueritati idē opať quod certitudo.

21 *Coniecturę quòd fur ſit nobilis uel diues, & quòd putabat dominum rerum ſubtractarum permiſſurum, debent in iudicium deduci & probari.*

22 *Teſtis vnicus & ſingularis deponens de uiſu, facit ſufficiens indicium ad torturam.*

23 *Familiaritas præcedens non obeſt teſtimonio: quia in teſte inſpicitur tempus, quo profert teſtimonium.*

24 *Teſtis quando deponit non de præſentia ſua ſed alterius, præſentia non includit ſcientiam ſeu viſum.*

25 *Falſitas ex qua non eſt immutata ſubſtantia ueritatis non eſt in conſideratione.*

26 *Teſtis*

26 *Teſtis deponens aliquem fuiſſe occiſum cum claua, uel cum enſe, plenè probat.*
27 *Teſtis deponens falſum non circa principale negotium de quo agitur, non dicitur falſarius.*
28 *Furtum ad hoc quod committatur, quomodo neceſſe ſit, quòd ad aliquem ſpectet.*
29 *Genitiuus importat dominium.*
30 *Probatio præſumptiua an ſufficiat in criminalibus.*
31 *Probãões iuris ſufficiunt in crĩalib. cũ liquidiſſimæ ſint.*
32 *Qualitas ex forma legis uel ſtatuti in teſte requiſita ad probandum aliquod factum ſeu crimen, non requiritur ad probandum quod ab illo facto dependet.*

CONSILIVM. XXXVI.

IN cauſa inquiſitionis formatę cõtra Titium Mutinen. ſuper crimine furti ſeu rapinæ, plura adducuntur in fauorẽ inquiſiti, quæ licet ꝑ ſuaſiua uiderent, parũ tñ ſapiunt, & minus cõcludũt: illa igitur ſummatim referã, ipſiſque ſuo ordine reſpondebitur.
1 † Primò adducitur, ꝙ debet cõſtare de delicto, ut condemnatio ſequi poſſit, ita ꝙ non ſtatur confeſſioni inquiſiti de rebus ſubtractis, niſi conſtet illas fuiſſe ſubtractas, prout dicit Bal. ĩ auct. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugiti. in uerſicu. ſed pone ꝙ quis, Ang. Peruſi. in l. j. C. de confeſſ. Areti. in tract. maleficiorum. in uerbo etiam ueſtem cęleſtẽ abſtulit, in uerſiculo quid ſi quis confiteatur.

SOLVTIO.

Fateor ꝙ de delicto conſtare debet, dico tamen ꝙ in caſu iſto liquido conſtat de delicto per teſtes receptos & examinatos deponentes etiam de uiſu, & ſic nihil obſtat primum fundamentum.
2 Secundò adducitur, † qa ut procedat inquiſitio, neceſſe eſt ꝙ præcedat diffamatio, capitulo qualiter, & quando. de accuſat. Specula. in titu. de inquiſitione. §. nunc uidendum reſtat.

SOLVTIO.

Negatur ꝙ diffamatio aliqua precedere debeat
3 quinimò † ſufficiũt indicia ꝓbata per duos teſtes, ut quis poſſit ſubiri torturæ, iuxta Gloſ. in l. fi. C. fa mi. ercíſ. Bar. & Doct. in l. fi. ff. de quæſtionib. quini
4 mò † ſpecialiter ſtatutum eſt in clerico, ut ex indicijs torqueri nõ poſſit niſi præcedat diffamatio: dictũ eſt Abbatis antiqui in c. j. extra de depoſito, ꝙ communiter ibi approbatur, & idem uult Abb. Modernus in c. cum in contemplatione. extra de reg. iur. in contrarium ergo eſt ius commune, l. ius ſingulare. ff. de leg. l. j. in fin. ff. ad municipa.
5 Secũdò reſpõderi poteſt † ꝙ qñ iudex inquirit ex neceſſitate officij, tũc nulla diffamatio præcedere debet ipſam inquiſitionem, quinimò ſine diffamatione inquiſitio fieri poteſt. Ita dicit Aret. in dicto ſuo tracta. in uer. inquiſitio. colu. vij. in uer. quinto, qñ iudex, ibi, inquit ꝙ ſi ſtatuto caueat ꝙ iudex teneatur inquirere de tali delicto, & ipſi non facienti pœnã imponat, tũc formari poteſt inquiſitio, nulla diffamatione præcedẽte; ſed in caſu iſto iudex tenet facta ſibi denũtiatione inquirere, ergo formari potuit iſta inqſitio abſque diffamatione.
6 Tertiò adducit, † ꝙ monitio offenſi præcedere debet an uelit accuſare. Glo. ĩ c. presbyter, ſi ã ple-
be. ij. q. v. quã notat Bal. ĩ l. ſenatuſcõſulto C. ꝙ accuſare no poſſunt. Veronen. in cautelis ſuis, cautela xxv. incipien. tu ſcias.

SOLVTIO.

Præmiſſum fundamẽtũ procedit, ubi iudex põt inquirere ſi vult, & ſic eſt in eius facultate an inquirat uel nõ. Ita ꝓpriè loquũt Doc. allegati, maximè Veronẽ. dũ format quæſtionẽ hoc modo, Nunqd eo caſu, quo iudex põt de delicto inquirere, dẽat citare perſonã offenſam ad ſciendũ, an uelit accuſare. Sed ſecus eſt qñ iudex ex forma ſtatuti inquirere tenetur, ꝓut in caſu noſtro: nã tunc præmiſſa monitio neceſſaria non eſt. Quod etiã oſtenditur
7 aperta ratione: † nã in caſu in quo iudex poteſt inquirere, nõ tñ tenetur, tunc inquiſitio dr̃ eſſe remediũ extraordinariũ, adeo ꝙ tollitur, & eius effectus impedit ſuperueniente accuſatore, prout not. Bar. in l. ſi maritus. §. ſi autẽ extraneus. ff. de adulter.
8 † ſed qñ ex forma ſtatuti permiſſum eſt iudici poſſe inquirere, & ad id tenet, tũc impeditur ſuperueniẽte accuſatore, ſecundũ Bar. in loco prealleg. & quotidie uidemus ꝙ formãtur tales inquiſitiones
9 nõ facta dicta mẽtione, † & ſic cõis ſtylus ſe habet qui pro lege debet obſeruari. l. fi. C. de iniur. cap. quam graui. de crimine falſi.
Quartò adducitur non fuiſſe ortam actionẽ dominæ Alexandræ uxori Philippi domini rerũ ſubtractarum, cum ipſa conſenſerit, hoc caſu non poteſt dici res fuiſſe contrectatas inuito domino.

SOLVTIO.

Fateor nullam competiiſſe actionem Do. Alexãdræ, quia ipſa nullum ius habebat in bonis ſubtractis, ſed fuit orta Philippo, quo non conſentiẽte bona ꝓdicta fuerunt exportata: nec eſt uerum ꝙ dicta bona fuerint adiudicata ꝓ dotib. quia nuſquã apparet ꝙ uoluerit pro reſiduo dotis hr̃e bona ꝓdicta, nec in iudicio, nec in ſñia adiudicationis ulla fit mentio de bonis ꝓdictis, ideò non comprehen-
10 duntur: † quia iudicia & ſñiæ ſunt ſtricti iuris, & ſic non extenduntur ad rem in eis nõ expreſſam. Bar. in l. j. C. ſi plures una ſñia fuerint cõdemnati. Et di
11 cit † Bal. in l. j. in vlt. col. C. de falſa cauſ. adiecta legato, ꝙ iudicia magis equiparãtur contractui ꝗ ultimæ uoluntati. Idem dicit Bal. in l. j. in j. notab. C. de ſenten. quę ſine certa quantitate ꝓferuntur, infe
12 rens † ꝙ ſicut contractus incertus nullus eſt. l. triti
13 cum. ff. de uerb. oblig. ſic & iudicium, † ideò uerba ſñiæ ſemper ponderanda ſunt ſicut uerba contractus. l. fideiuſſores magiſtratuum. §. Aurelius. ff. de fideiuſ. Ita inquit Bal. in l. ab executione. C. quorũ appel. non recipian. ſicut ergo in contractibus ſtricta fit interꝓtatio, nec fit extenſio ad caſum omiſſum, egrediẽdo propriã & ueram ſignationem uocabuli. l. ueterib. ff. de pac. Bart. ĩ l. liberorũ. col. iij. ff. de uerb. ſigni. dum vult ꝙ in contractibus appel-
14 latione filij nepos non comprehenditur. † ſic etiã in iudicijs & ſententijs uerba propriè erunt intelligenda, & ſic ſtricta interpretatio fieri debet.
15 Quintò adducitur † ꝙ uerba quibus furtum diffinitur. in l. j. ff. de furtis. non conueniunt caſui noſtro: ergo non conuenit diſpoſitio loquẽs de furto. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. cum ſit ꝙ bona prędicta fuerunt exportata de conſenſu Do. Alexandræ,

nec illa fuerit facta fraudulenter: quia de die facta
16 fuit, † & in iis quæ fiunt palam præſumitur abeſſe dolus. l. fi. ff. de rit. nuptiarum. cum uulg.

SOLVTIO.

Ad omnia iſta multū impertinenter adducta reſpondeo, ꝙ imò conuenit diffinitio furti, cum exportatio facta fuerit cõtradicēte Philippo domino rerū, qui præſumitur contradixiſſe ex quo expreſsè
17 non conſenſit. l. qui uas. §. uetare. ff. de furtis. † & in dubio præſumitur in contrectante rem alienam ꝙ amotio fuerit facta animo lucrandi, ut dicit Bal. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. de quo inferius fiet mētio. Et furtū ita fit de die ſicut de nocte. Hinc diſtinguitur furtū manifeſtum à non manifeſto, & fur diurnus à fure nocturno. l. iiij. ff. ad leg. Aquil. & l. furem nocturnum. ff. de ſicarijs. Et id qđ dicitur
18 † præſumi dolū abeſſe ab ijs quæ fiunt palam, intelligendum eſt qñ fiunt præſentibus conſanguineis, uel amicis illius, de cuius p̃iudicio agitur, uel p̄ñte iudice. l. fi. in prin. quod met. cau. & eſt doctri. Bar. in l. frater à fratre. char. vlt. ver. tertio quæro qđ de cõtractu emptionis. ff. de eõd. inde. cuius doctrinā extollit Io. de Imol. in l. j. §. fuit q̃ſitum. ff. ad Treb.
19 Sextò adducitur † ꝙ præfatus Titius exportari fecit bona prędicta credēs dominū p̄miſſurū, quo caſu de crimine furti argui nõ põt, & multæ cõiecturę conſideranť, uidelicet, ꝙ p̃fatus Titius eſt diues, nobilis & affinis p̃fati Philippi, & uehemens opinio cõſona ueritati idē operať ꝙ certitudo, Gl. in l. ſi quis extraneus. §. ſciēdū. ff. de acqui. hæredita.

SOLVTIO.

20 Ad omnia iſta reſpondeo, † ꝙ non creditur aſſerenti ſe credidiſſe dominum permiſſurum: quia fur ſemper iſtud allegaret, & ſic eius crimen nunquam puniretur, ut dicit Bar. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. Nec coniecturę allegatę ſunt uigētes: qa ꝙ quis nobilis, uel diues credat dominum permiſſurū exportari bona ſua, iſta eſt coniectura ſatis remota, & ſic non cõſiderāda. Prætereà ſequeretur ꝙ diuites & nobiles cõmittētes furta nunꝗ punirent qa ſemp diceretur ſe credidiſſe dñm id p̄miſſurū.
21 Prætereà † iſtę coniecturæ debuiſſent in iudicio allegari & probari, cum iſtæ qualitates non inſint à natura, ſed ex accidenti, iuxta Glo. magiſtrā in c. ſi fortè. de elec. lib. vj. & in l. ſi uerò. §. j. ff. qui ſatiſd. cog. & ita tenet Ang. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. ſed iſtud (ut reor) in hoc iudicio minimè deductum & probatum extitit: igitur &c.

Prætereà ſciebat pręfatus Titius ꝙ dominus rerum ſubtractarum id non erat permiſſurus: quia ſic ei denuntiauerat; ut p̄bant Angelus, & Alexandra. per iſtas ergo probationes tollitur iſta præſumptio, cum non ſit iuris & de iure, ſed iuris tantum.

Septimò adducitur ꝙ Angelus non probat: qa eſt ſingularis. Secundò, quia familiaris. Tertiò, qa eſt cõtrarius Magiſtro Põpeio. Quartò, qa falſus: qa deponit ꝙ bona ſunt exportata cõtra uolūtatē D. Alexādræ, & ipſa D. Alex. deponit contrarium.

SOLVTIO.

22 Prima oppoſitio nõ obſtat, quia † licet ſit vnicus & ſingularis, tamen cū deponat de uiſu, facit ſufficiens indicium ad torturam; ut per Bar. & docto. in l. prima. §. idem Cornelio, ff. de quæſtio.

Secundæ oppoſitioni reſpondeo, & negatur illū
23 eſſe familiarem, † & præcedens familiaritas ſi qua fuit non obeſt eius teſtimonio: quia in teſte inſpicitur tēpus quo profert teſtimonium. Glo. in l. iij. §. lege Iulia. ff. de teſtib. Bar. in l. notionē. §. inſtrumentorum. ff. de uerbo. ſigni. ſpecialiter in tit. de teſte. §. j. uer. quid ſi impubes. & ita vult Bar. in proprijs terminis. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quæſtionibus.

Tertia oppoſitio non obſtat: quia licet magiſter Pompeius dicat ſe nõ uidiſſe, per hoc non infertur ꝙ non fuerit præſens, potuit. n. fuiſſe preſens, & nõ
24 uidiſſe: quia circa alia fuit intentus, † quando. n. teſtis deponit non de præſentia ſua, ſed de præſentia alterius, tunc præſentia nõ includit ſcientiā ſeu uiſum. Ita intelligať doctrina Bar. in l. j. in fine principij. ff. de auctoritat. tuto. & in tractat. de teſte. in ſecunda col. Bal. Ang. & Io. de Imol. in l. hęredes palam. in princi. ff. de teſtam. cū multis cõcordantibus quæ adducuntur per Modernos Papien. in l. ij. §. uoluntatem. ff. ſolut. matrimo.
25 Quartæ obiectioni reſpondeo † ꝙ allegata falſitas non eſt conſideranda, cum ex ea non immutetur ſubſtātia ueritatis: quia ſiue domina Alex. conſenſerit, ſiue non, idem eſt effectus, & crimen furti cõtractū eſt, ideò teſtis p̄bat: arg. tex. in l. heres inſtitutus. §. fi. cum leg. ſequen. ff. de acquire. hæred. facit Glo. in c. j. de pact. lib. vj. quā notat ibi Dominicus, & ex ea infert D. Alexand. in l. inter ſtipulā-
26 tem. §. j. ff. de uerbor. obliga. † ꝙ ſi teſtes deponant Titium fuiſſe occiſum cum claua, uel cū enſe, licet uideātur deponere ambiguè, qa alternatiua parit obſcuritatem & ambiguitatē. l. prętor edixit. §. qđ autem prætor ait. ff. de iniur. nihilominus plenè p̄bāt homicidiū: qa ſiue homo ſit occiſus cū claua, uel cum enſe, idem effectus homicidij inſurgit.
27 Prætereà † qñ teſtis deponit falſum non circa principale negotium de quo agitur, non dicitur falſarius. Ita vult Ange. in cõnſi. cxciij. incip. uiſis proceſsibus. quod dictum referunt Moderni in l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. peta.

Vltimò adducitur, ꝙ in inquiſitione non fuit dictum ꝙ bona ſpectabant ad Philippum iure dominij, uel quaſi; quę expſſio fuit neceſſaria per notata in l. j. §. Scæuola. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſ. fuerit, & per notat. per Socin. in conſilio viij.

SOLVTIO.

Huic fundamēto uariis modis reſpõderi poteſt.
28 & primo † ꝙ non eſt neceſſe ꝙ dicatur iure dominij, uel quaſi: quia furtum committitur qñ ſubtrahitur res in qua habeo poſſeſsionem, licet non dominium: quoniam imò committitur furtum ſi in ea ſolum habeam detētationē, & ſic actio furti cõpetit depoſitario, cõmendatario, & creditori in re ſibi pignori data. l. in actione. §. qui rem. & l. ſi ſeruus cõmunis. §. idem dicendū. & uerſ. circa cõmodatū. ff. de fur. & ita tenet Doctor Ariminen. in additio. ad Ang. in tracta. maleficio. ſuper uerbo etiā ueſtem cœleſtē abſtulit. in uerſ. & aduertas benè.

Prætereà licet in inquiſitione nõ fuerit dictum iure dominij uel quaſi, fuit tamen dictum ꝙ Titius abſtulit bona Philippi, & ſic fuerūt appoſita uerba
29 æquipollentia † cū genitiuus importet dominiū. l. ij. §. l alterius. ff. de religioſis & ſumptib. funerū. Bar. &

Bar. & Doct. in rubric.ff. de non.ope.nunciati. &
dominium probatur pręſumptiuè ex poſſeſsione
dictarum rerum,uel ex poſſeſsione domus in qua
erant res prædictę. cum principaliter agatur de
furto, & de dominio incidenter, iuxta doctrinam
Bart.in l.quidam in ſuo.ff.de condit.inſtit.
30 Non obſtat † dum dicitur, ꝙ in criminalibus,
non ſufficeret iſta probatio pręſumptiua,per tex.ī
l.fi.C.de probat.quia ſecundum Pau.de Caſt.ibi,
illa lex procedit in criminalibus in quibus uenit
imponenda pœna ſanguinis, & non aliis cauſis in
quibus uenit pœna pecuniaria imponenda.
31 Præterea † & in criminalibus ſufficiunt ꝓbatio
nes iuris,cum illæ ſint liquidiſsimę probationes,l.
licet Imperator.ff.de leg.j.l.ſi quis locuples.ff.de
manumiſſ.teſta.& ita uult Abb,in c.accedens. col.
iij.extra de accuſationib.
32 Præterea & tertio qn̄ † ex forma legis uel ſtatuti
in teſte requiritur aliqua qualitas ad probandum
aliquod factum ſeu crimen,illa qualitas requiritur
ad probandum id quod dependet ab illo facto,do-
ctrina eſt Bar.in l.in quęſtionibus.ff.ad leg. Iuliam
maieſtat.Bal.in auct.ſi dicatur. circa fi.C. de teſti.
ubi quęrit,ſtatuto cauetur ꝙ teſtes ſuper adulterio
recipiantur infamia nō obſtāte, an per tales teſtes
poterit probari matrimonium ſine quo non com-
mittitur adulterium, concludit ꝙ non: quia licet
requiratur matrimonium uiolari, tn̄ in matrimo-
nio nō conſiſtit crimen adulterij: cū ergo in domi
nio non conſiſtat crimen furti, illud præſumptiuè
poterit probari,licet furtum ipſum modo prędicto
probari non poſsit. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio facta iudicis auctoritate, & iuramento firmata,an per tranſigentem propria auctoritate reuocari poſſit, & nu. 4.*
2 *Inſtrumentum eſt probatio probata,& omnia in eo cōtenta uera præſumuntur.*
3 *Proteſtationi præcedenti renuntiatur per contractum tranſactionis ſubſecutæ.*
5 *Iuramentum de iure Canonico obligat iurantem in contractu meticuloſo, ſecus de iure ciuili.*
6 *Abſolutus ſi quis ſit per ſententiam diffinitiuam à litera cambij, agentibus ex ipſa litera obſtat exceptio rei iudicatæ.*
7 *Paria ſunt quòd nulla competat actio, uel quòd competat & elidi tamen poſſit ope exceptionis.*
8 *Debitoris propriè dicitur à quo inuito pōt extorqueri.*
9 *Debiti appellatio refertur ad debitum quod exigi pōt.*
10 *Teſtator mandans reddi cuicunque debenti recipere,nō intelligitur mādaſſe de eo, qui exceptione repelli pōt.*
11 *Copula &, omnes qualitates præcedentes repetit.*
12 *Remittentibus iura ſua non datur regreſſus.*
13 *Partes non uidentur incontinenti ſe corrigere diſcedendo à priori pacto.*
14 *Inſtrumentum interpretari debet, ne repugnantiam contineat, & in hoc adiuuari debet.*
15 *Tranſactio fieri non poteſt ſuper iudicato, niſi ſententiæ renuncietur.*
16 *Debitor exceptione præſcriptionis munitus ſoluens repetere poteſt.*

CONSILIVM XXXVII.

IN cauſa Cęſaris de Bidriolis ad-
uerſus Syluiū de Guidotis exponi-
tur prædicto Cęſari ꝙ pecuniā ſolu
1 tā repetere nō poſsit: † qa ſoluit ꝑ-
cedēte ſententia iudicis mercātię,
cuius prætextu poſtmodū deuentū
fuit ad tranſactionē, nec dici poteſt ꝙ iſta tranſa-
ctio fuerit metu celebrata,qa ex tenore inſtrumē-
ti in quo narratur ꝙ ſponte partes ipſæ tranſegerūt
2 contrarium apparet, † cum teſtamentum ſit proba
tio probata & omnia in eo contenta uera præſu-
mantur.l.cum precibus.C.de proba.Bal.in l.Impe
3 rator.ff.de ſtat.hominum. † & proteſtationi pręce
denti cenſetur renuntiatum per contractum trāſa-
ctionis ſubſecutæ.l.ij.C. quod metus cauſa. & l.ſi
ob turpem ff.de condit.ob turp.cauſ.
4 Pręterea † licet metu deuentū eſſet ad pręmiſsā
tranſactionē,non licuit tn̄ præfato Cęſari propria
auctoritate ab ea diſcedere, quoniam neceſſaria
fuit abſolutio, ꝓut traditur in c.quāuis.de pac.lib.
vj.Innoc.in c.Abb.extra ꝙ metus cauſ.& commu-
niter tenent hoc Canoniſtæ,ut inquit Ioā. de Imo.
in c.cum cōtingat.in ij.col. extra de iureiurā.ubi
5 dicit, † ꝙ iuramentum obligat iurantē in cōtractu
in quo metus fuit adhibitus,nec abſolutio peti poſ
ſit,& licet Legiſtę in auct.ſacramenta puberum.C.
ſi aduerſ.uendit.communiter teneant contrarium,
tn̄ ſecundum eum pręualet opinio Canoniſtarum:
quia in materia iuramenti tanquam ſpirituali po-
tius ſeruandum eſt ius Canonicum quàm ius ciui-
le,etiam in foro ſeculari, iuxta nota.in c.ij.de ar-
bit.lib.vj.& in c.poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.incur-
rit ergo præfatus Cęſar ſic contraueniendo pęnas
de quibus in l. ſi quis maior.C. de tranſactionib.
hæc ſunt quæ eius intentio aduerſari uidentur.
Quibus tn̄ nō obſtantibus contrarium puto ue-
rius,& ſic concludo, ꝙ pręfatus Cęſar agere potuit
ad repetitionē pecunię ſolutę eo modo quo egit,
nec ob hoc dr̄ uenire cōtra pręmiſſam trāſactionē,
in ea.n.cōtinetur qualiter Syluius de Guidotis, &
ſer Ludouicus de Caſtelanis ꝓmiſerunt obligan-
do ſe,& bona ſua p̄fato Cęſari pręſenti, & pro ſe &
ſuis hæredibus ſtipulanti & recipienti, ꝙ dicta quā
titas pecunię fuit & eſt bene ſoluta,& ei cui de iure
debet,& ab eo,& a nemine erit petita, & caſu quo
conſtaret & appareret non eſſe bene ſolutū, uel di-
ctū Cęſarē cōtigerit moleſtari ſup ſolutiōe eiuſdē,
ꝓmiſerūt eūdē Cęſarē eiuſq; hęredes & ſucceſſo-
res indēnē,indēnes & penitus ſine damno cōſerua
re,ſi ergo probabit ꝙ dicta pecunia nō eſt bene ſo
luta,nec ei cui de iure debetur, tūc pręfatus Cęſar
habebit intētū utēdo pręmiſſa cōuentione. Quòd
autē hęc pecunia nō fuerit bene ſoluta, nec ei cui
de iure debetur,ſic oſtenditur. Nā præfatus Cęſar
per ſentētiam diffinitiuā, quę tranſiuit in rem iu-
6 dicatā,† fuit abſolutus à litera cambij,& ab omni-
bus in ea contentis,agētibus ergo uirtute literæ cā
bij obſtat exceptio rei iudicatę.§.item ſi iudicium
inſtitut.de except.l. Iulianus uerum debitorē. ubi
latè Bar.& Docto.ff.de condit.indebi.conſiderato
ergo effectu prędictę pecuniæ quātitas de iure non
erat

7 erat debita alicui. † cum paria ſunt, ꝙ nulla com-
petat actio, vel ꝙ cõpetat, elidi tñ poſsit ope exce-
ptionis. l. ſi darẽ. ff. de uerbo. obli. l. nihil intereſt.
ff. de uerb. ſignifi.

8 Comprobatur, † id. n. cẽſetur debitum ꝙ ab in-
uito poteſt extorqueri, l. debitor. ff. de uerbo. ſigni.
Bar. in l. j. col. ulti. ff. ſi cert. pet. ſed iſta pecunia nõ
poterat extorqueri ab ipſo Cęſare inuito uirtute
exceptionis rei iudicatę, dicto §. itẽ ſi in iudicio.
igiť cũ de iure nõ ſit debita, ut probatũ eſt, locus
eſt pacto ſuperius relato. Hęc cõprobantur ex nota
is per Bar. i l. is cui. §. Flauius. ff. de ſolut. ubi dicit
9 † ꝙ appellatio debiti ſimpliciter facta refertur ad
debitam qđ exigi poteſt, quia aliud nõ eſt debitũ
ꝓpriè, ſed abuſiuè. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſ-
10 ſor. ff. de fideiuſſorib. Ideò ĩfert ad quęſtionẽ † de
eo qui mãdauit in ſuo teſtõ ſolui cuicũque deben-
ti recipere, certè ex illo teſtõ non debebit audiri
creditor, qui exceptione poterat repelli, fortè pro
pter curſum decẽnij ex forma ſtatuti ciuitatis. idẽ
uult Bar. ĩ l. legaui. ff. de liberat. legata. Et aduertẽ
dum eſt, ꝙ in illo uerſic. caſu quo conſtaret, uel ap-
pareret pecuniam non eſſe bene ſolutam, cẽſentur
repetita illa uerba & ei cui de iure debet, de qui-
11 bus in oratione pręcedenti † quia copula, &, indu-
cit huiuſmodi repetitionem l. Seiæ. §. Caio. ff. de
fund. inſtr. inſtrumentoq; legato. Gloſ. in §. item
Lapili, inſtit. de rerum diuiſ. Bal. in l. omnes popu-
li. colu. duodecima. ff. de iuſti. & iure. ubi decidit
pulchrum caſum, de quo ibi per eum.

Sed cõtra prædicta obiici poteſt, q̃a partes ipſæ
renuntiauerunt litibus & cauſis antedictis & inſtã-
tię earundẽ, ergo fieri nõ poteſt aliquod fundamẽ
12 tum ſuper re iudicata, cũ illi ſit renuntiatũ, † & re-
mittentibus iura ſua, non datur regreſſus. l. ſequiť.
§. ſi uẽditor. ff. de ędilic. edic. c. ꝙ periculoſum. vij.
q. j. Ad hoc reſpõdeo qđ iſta renuntiatio operatur
effectũ in omni alio caſu præter quã in caſu de quo
13 in pręmiſſo pacto, † ne uideãtur partes in cõtinẽti
ſe correxiſſe diſcedendo à priori pacto: arg. tex. in
l. non ad ea. ff. de condit. & demonſt. faciunt nota.
per Bar. in l. fi. §. idem quæſijt. ff. de cõdit. indebit.
14 ubi dicit † ꝙ inſtrumentum debet interpretari ut
non contineat repugnantiam, & in hoc debet adiu
uari §. quibus, in prima cõſtitutione. C. & l. ubi re
pugnantia. ff. de regu. iur. & idẽ uolunt ibi Angel.
& Raph. Fulgo. quã doctrinam cõprobant ibi Mo-
derni Papien. ex dictis Cyni & Bal. in l. cũ falſa. cir
ca fin. C. de iuris & facti ignoran. Salyc. in l. eum
precum. C. de lib. cauſa. & iſtud non habet dubita-
tionem in caſu propoſito, per uerba de quibus in
inſtrõ, dum in eo dicitur & firmis manentibus &c.
ex q̃bus uerbis apertiſsimè conſtat tranſigẽtes no-
luiſſe præmiſſam renũtiationem quidquã operari
reſpectu pacti de quo ſupra, & renuntiatio prędicta
ad hunc fi. facta cenſetur, ut tranſactio ipſa effectũ
ſortiretur, quę omni caſu fuiſſet nulla ob impedi-
15 mentum rei iudicatę † cum ſuper iudicato trãſigi
non poſsit niſi ſententię renuntietur. l. elegãter. in
prin. ff. de condit. indeb. l. & poſt rem. ff. de trãſact.
in prin. & l. ſi cauſa cognita. C. eo. & ibi Doct. qui
uolunt ꝙ ad hoc ut ualeat tranſactio ſuper eo qđ
deciſum eſt mediante ſententia quæ tranſiuit in rẽ
iudicatam, neceſſe eſt ut ipſi ſententiæ renuntietur
per eũ in cuius fauorẽ fuit lata, aliàs nulla eſt ipſa
tranſactio cum fieri debeat de re dubia nõ clara. l.
j. de tranſac. Ad hũc ergo finẽ emanauit dicta renũ
tiatio, non ut in aliquo præiudicaret pacto ſupe-
rius relato.

Eadem concluſio principaliter comprobatũ alio
fundamẽto. Nã hæc pecunia nulli debebatur uir-
tute dictę literę cãbij, quia ei obſtabat exceptio p̃-
ſcriptionis annalis, quã introducit ſtatutũ fori mer
cãtilis: exceptio enim præſcriptionis tollit ciuilẽ
obligationẽ, & reddit obligationẽ naturalem inef
16 ficacem, † adeò ꝙ debitor munitus exceptione prę
ſcriptionis ſi ſoluat poterit ſolutum repetere. Ita
uult Bar. in l. Iulianus verũ debitorẽ. col. v. ff. de cõ
di. indebi. & in l. fi. ff. rem ratam hñi, idem uult Bal.
in l. cũ quis. in viij. col. verſic. quartum exemplum.
C. de iuris & facti ignorant. Abb. Panormitanus in
c. ad aures. ubi alij idem tenent de pręſcript. Stãte
ergo hac exceptione præſcriptionis conſtat hanc
pecuniã non fuiſſe debitã, nec bene ſolutã, nec ei
cui de iure erat ſoluenda, ergo licuit prędicto Cæ-
ſari uti hoc pacto. Et pecuniã hanc repetere, & pe-
tendo non uenit contra tranſactionẽ, quinimò uti
tur pacto expreſſo cõuento cũ aduerſariis. & ſic ex
iis patet reſponſio ad oĩa adducta in contrarium:
cætera ſuppleat integritas & eximia doctrina Do-
mini Iudicis, qui in pñti cauſa iudicaturus eſt &c.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtatis ſuæ metam nemo egredi præſumitur.*
2 *Iuramentum poteſt à parte in cuius fauorem eſt præſti-
tum, remitti. Quando autem iſta remiſſio proſit parti.
vide num. 3.*
4 *Duo impedimenta quando adſunt, licet unum tollatur,
aliud tamen remanet.*
5 *Appellandi facultate ſublata, non cenſetur ſublata fa-
cultas ſupplicandi.*
6 *Cognitio utrum cauſa ſit inſtructa ad quem ſpectet, &
nume. 8.*
7 *Cap. Paſtoralis de reſcriptis vt limitetur.*
8 *Dubium quando eſt an iuriſdictio ſpectet ad iudicem ec-
cleſiaſticum, an ad ſecularem, maior præfertur.*
9 *Auditores Rotæ dicuntur habere iuriſdictionem ordi-
nariam in cognoſcendo, & commiſſiones cauſarum
quæ his fiunt, dicuntur diſtributiones cauſarum, li-
cet in iudicando iuriſdictionem delegatam habere di-
cantur.*
10 *Diſpoſitio capituli primi de reſcrip. lib. ſexto. in quibus
non procedat.*
11 *Iudicis eſt cognitio, vbi dubitatur an iuriſdictionem ha-
beat.*
12 *Mandatum quodlibet, non ſolum expreſſa, ſed etiam
expreſſis connexa comprehendit.*
13 *Stante decreto Concilij quod Papa derogare non poſſit
ſtatutis ipſius concilij niſi ex magna euidenti, & ratio
nabili cauſa, an Papa arbitrari poſſit quod cauſa eum
mouens ad derogandum ſit iuſta, ad facultatem præ-
dictam ſibi concedendam.*
14 *Iuriſdictionem habens ex pręſcriptione in uno, videtur
etiam habere in eius conſecutiuo, ſeu acceſſorio &
etiam in eius antecedenti.*

CONSI-

CONSILIVM XXXVIII.

IN cauſa uertēte inter Franciſcū de Barzelinis parte una, nec nō Ioannem & Vincentium de Lilio parte altera, impetratum fuit reſcriptū à Sūmo Pontifice ex parte prefati Franciſci per qđ obtētum fuit cauſam committi Domino Mercurio de Vipera, ſignatura his uerbis concepta eſt; audiat magiſter Mercurius, quatenus cā nō ſit īſtructa citet, ꝓcedat, &c. q̄ iudex ſic impetratus uirtute huiuſmodi cōmiſſionis inhibuit iudicibus corā q̄bus præſens cauſa uertitur, ne in hac cā procedāt ſub pęnis & cēſuris. Modo dubitatur an huiuſmodi inhibitioni parēdum ſit, & ſic an ligatę ſint manus iſtorū iudicum.

In dubitatione propoſita primo aſpectu dicēdū uidet, præfatos iudices in hac cauſa ꝓcedere poſſe nō obſtātę inhibitione: qm̄ cōmiſsio facta prædicto Domino Mercurio nō ſimpliciter facta fuit, ſic tn̄ hac modificatione dūmodo cauſa non ſit inſtructa, iuxta ergo iſtā modificationē cēſetur ema-
1 naſſe inhibitio ſimpliciter facta,† cū nō præſumat q̄s egredi uelle metam poteſtatis ſibi attributę. c. à nobis. ubi Abb. notat de ſentē. excōmunic. Archi. in c. ut animarū. de cōſti. lib. vj. Bal. i l. fi. §. in cōputatione. de iure delib. facit tex. in c. tua. de decim. & tex. in l. Lucius. §. pen. ff. ad municipal. in uerbo cū ad ea, quę mādari poſſunt uoluntatē ſuā dediſſe uident. cauſa aūt eſt iſtructa ut oſtēdetur, ergo nullam iuriſdictionē tribuit hoc reſcriptū predicto D. Mercurio. Quòd aūt cauſa ſit inſtructa ſic deducit, fuit latū laudū ꝙ fuit emologatum, & ſic ſola ſuper eſt executio: ergo cauſa ipſa eſt inſtructiſsima, cū ne dū ſit cōcluſum in cauſa, quinimò adſit res iudicata ꝑ ea, quę habent in c. ſignificauerūt. de teſtib.

Nec obſtat ſi obiiciatur ꝙ lis pendebat corā iudice eccleſiaſtico, à quo fuit petita & obtenta habilitatio iuramēti: reſpondeo ꝙ pars aduerſa remiſit & relaxauit iuīm, ideò alia abſolutio nec habilitatio fuit neceſſaria, & ſic amplius cauſa ipſa nō dicitur pēdere corā iudice eccleſiaſtico, ſtante
2 iſta remiſsione facta ꝑ partē,† quę fieri potuit, cū eius fauore iuramentū fuerit preſtitū. c. ii. de ſpōſal. l. fi. in prin. ff. qui, & à quib. Bar. & Doc. in l. j. §. & poſt operis. ff. de no. oper. nūciat. cū ſuis concordātibus. Et ita ī terminis iſtis decidit Pau. de Caſt. in conſ. lxxj. inci. uiſis, & ponderatis omnibus. &c.

Iſtis tn̄ non obſtantibus concludendum puto cōtrarium & hoc de iure uerius, moueor primo; quia lis pręſentis cauſę pēdebat corā iudice eccleſiaſtico, corā quo prius obtenta abſolutione à iuramēto producta fuit petitio, ꝑ quā petebatur reſcindi laudū & ratificationem inde ſecutā tanquam meticuloſam, nec ad alios actus proceſſum fuit: dici ergo non poteſt cauſam eſſe inſtructam, per ea quæ habentur in c. ſignificauerunt. de teſti. maximè q̄a ſtatuto ciuitatis Bononię cauetur ꝙ tūc in cauſa dicatur concluſum qn̄ emanauit citatio ad audiendam ſententiam, & hoc reſpectu eius ad cuius inſtantiā emanauit ipſa citatio, & ab iſto ſtatuto recipit interpretationem præmiſſum reſcriptum, dum committitur cauſa, dummodo nō ſit inſtructa. capitulo

quod dilectio. de conſanguinitate & affinitate.
3 Non obſtat † aſſerta relaxatio iuramenti facta ꝑ partem: nam reſpōdeo dupliciter, & primò, ꝙ iſta relaxatio ꝓdeſſet parti ſi emanaſſet ante abſolutionē, quia tunc ſi qua abſolutio poſtea fieret per iudicē, illa potius eſſet facti, quā iuris: & ſic nō prorogaret iuriſdictionē iudicis eccleſiaſtici ad cauſam principalem, iuxta Glo. in l. ſi pater. C. ne de ſtat. defunc. & Glo. in c. cum in plures. de offi. deleg. li. vj. ſed qn̄ iudex eccleſiaſticus abſoluit à iuramēto, tūc acquiſiuit iuriſdictionē in cauſa preparata, igitur relaxatio iuramenti quę poſtea fit per partē, nihil operatur, nec efficit, quin cauſa dicatur pendere. hæc tradit Pau. de Caſt. in prædicto conſ. lxxj.

Secundò reſpondeo ꝙ petita fuit abſolutio à iudice eccleſiaſtico reſpectu duplicis iuramēti, & vnū tantū fuit relaxatum per partem: remanſit ergo alterum, reſpectu cuius nihil dicitur eſſe factū. l. pen.
4 C. de ijs, quib. ut indign. † qn̄ enim adſint duo impedimenta, licet unū tollatur, alterum tamen remanet. l. ſi domus. ff. de ſeruituti. urbanorū prędiorū. c. poſtremo. de appell. ubi ſublata facultate appellandi, non cenſetur ſublata facultas recuſandi iudicē ſuſpectum. Faciunt etiam quę habentur in c. cū pro cauſa. de ſentē. excommunic. & ꝑ Abb. ī c.
5 ſciſcitata. extra de in integ. reſtitu. ubi uult † ꝙ ſublata facultate appellandi non cenſetur ſublata facultas ſupplicandi, quoniam ſupplicatio continet remedium diuerſum ab ipſa appellatione, au&tē. quæ ſupplicatio. C. de precibus Imperatori offerē.
6 Preterea † cognitio iſtius articuli, uidelicet an cauſa ſit inſtructa uel ne, ſpectat ad prædictum D. Mercurium cui principalis cauſa fuit commiſſa, non autem ad iudices quibus facta fuit inhibitio.

Et prius quā condeſcendā ad hoc demonſtran-
7 dum præmitto † ꝙ ſumus in caſu capituli paſtoralis. in prin. de reſcrip. quia ſecundū Imo. ibi, & late Fely. in uerſ. limitatur ille tex. ꝓcedit quādo emanarunt duo reſcripta ad diuerſos iudices, & eſt cōtentio qđ eorum pręualeat: in caſu autem propoſito unum reſcriptum ſolum emanauit, igitur, &c.

Redeundo igitur ad prepoſitam materiā, uidelicet, ꝙ cognitio præſentis articuli ſpectet ad iudicem cui ꝯmiſſa fuit cauſa principalis, adduco notat. per D. Anto. de Butrio, poſt Inno. in c. cęterū.
8 de iudici. col. iij. ubi inquit † ꝙ ubi dubiū eſt an iuriſdictio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticū, an ad ſecularem, iſti nō coniunguntur prout in caſu capituli paſtoralis. de reſcrip. nec uterq; cognoſcit, ſed maior præfertur, & maior cenſetur eccleſiaſticus ſi ꝯcurrat cū ſeculari. & hoc dictū multū extolit Felyn. in d. c. paſtoralis. uerſi. limitatur. cū ergo hic ꝯcurrat iudex eccleſiaſticus cum iudice ſeculari, is præferri debet, maximè q̄a cenſetur maior ne dū q̄a eccleſiaſticus, ſed ratiōe officij, q̄a auditor Ro-
9 tę, † & ſciēdum eſt ꝙ auditores Rotę dicunt habere iuriſdictionē ordinariā in cognoſcēdo, & ꝯceſſiones cauſarū quę his fiūt dicūtur quędā diſtributiones cauſarū, licet in iudicādo dicātur habere iuriſdictionē delegatā. Glo. in Clem. auditor. de re-
10 ſcrip. † ideò Rota deciſione clxxxviij. inci. item ꝙ cōmiſsio. dicit ꝙ diſpoſitio c. primi de reſcrip. lib. vj. non ꝓcedit in impetratione reſcrip. per qđ fuit obtentum

obtentum ut cauſa committatur uni ex auditori-
bus Rotæ, ſequitur Dominic. in v. col. & ibi dixi in
uerſ. quarto fallit, optimè ergo applicatur caſui no
ſtro deciſio prędicti D. Anto. in d. c. cæterum, dum
loquitur de iudice ordinario.
11 Prætereà † ubi dubitatur an iudex habeat iuriſdi
tionē eius eſt cognitio. l. ii. ff. ſi quis in ius uocatus
nō ierit, & l. ſi qs ex aliena. ff. de iud. & utrobiq; no
tat, eleganter Oldr. in conſ. cxxvi. inci. natura cu-
12 iuſcunque mandati. ubi inquit ꝙ † in quocunque
mandato nō ſolum expreſſa, ſed etiā expreſsis con
nexa comprehenduntur, & hęc connexitas interdū
eſt ex parte poſt, & de utriſque ſemper eſt idem
iudicum, ut in iuribus allegatis per eum, cum er-
go iſte articulus an cauſa ſit inſtructa uel ne ſit con
nexus cum cauſa principali, eius cognitio ſpecta-
bit ad iudicem cui fuit cōmiſſa cauſa principalis.
Comprobatur ex dictis Ludou. Rom. in conſ. ccc
xxxij. inci. quo ad primum conſultationis articulū.
13 in ultimis uerbis. ubi dicit † ꝙ ſtante decreto Cō
cilij Conſtantinen. ꝙ Summus Pontifex derogare
nō poſſet ſtatutis iſtius Concilij niſi ex magna eui
denti & rōnabili cā ad ipsū ſpectat arbitrari, an cā
mouēs eū ad derogādū ſit iuſta ad facultatē pdictā
ſibi cōcedendā, adducit doctrinā Gl. in c. cum illo-
rū. de ſent. excōic. faciunt etiam not. p eundē Lu-
douic. in conſ. ccxliiij. incip. ad prędictorū. vbi di-
14 cit † ꝙ pręſcriptio conferens iuriſdictionē in uno
cēſetur eā ēt contuliſſe in eius conſecutiuo ſeu ac-
ceſſorio, & etiā in eius antecedenti, exemplificādo
ut ibi per eum. reſcriptū ergo pręmiſſum tribuens
iuriſdictionē pręfato Domino Mercurio in cauſa
principali cenſetur etiā eam contuliſſe in hoc arti
culo antecedenti, uidelicet an cauſa ſit inſtructa, &
ſic ad eū ſpectat illa cognitio, & iſta eſt ueritas, &
ita uidi hoc ſemp ī practica obſeruari. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum licet diſponat nullam exceptionem, nullamq; defenſionem opponi poſſe contra literam cambij exceptis tribus de quibus in ſtatuto, non prohibet exceptionem quod non ſit, neq; mereatur dici litera cābij.*
2 *Statutum excludens contra inſtrumentum omnes exceptiones præter aliquas, non excludit exceptionē quod inſtrumentum non eſt publicum.*
3 *Actus inualidus caret nomine attributo actui ualido.*
4 *Carens nomine caret effectu ipſius nominis.*
5 *Permittens conſequēs, ui detur permittere omne neceſſarium antecedens ad illud.*
6 *Statutum loquens uniuerſaliter per uerba præciſa, non debet reſtringi niſi ex capite alterius ſtatuti.*
7 *Lex quantuncunque dura ſeruanda eſt.*
8 *Statutū quòd homicida puniatur, qūocūq; homicidium fuerit cōmiſſum, cōprehendit homicidiū tā dolo, quàm ſine dolo cōmiſſum, etiam quòd fuerit ad defenſionē.*
9 *Statutum permittens tres tantum exceptiones opponi poſſe literis cambij, omnes alias cenſetur excludere.*
10 *Statutum inducens ferias ſi aliquos caſus excipiat, omnes alios caſus etiam ſimiles excludere cenſetur.*
11 *Stante ſtatuto quod contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio, etiam exceptio ſimulationis opponi non poteſt.*
12 *Diſpoſitio non conuenit, cui uerba diſpoſitionis non conueniunt.*
13 *Princeps ex contractu cum ſubdito celebrato obligatur, ſicut priuatus.*

CONSILIVM XXXIX.

SER Antonius & fratres de Fondaza
agunt in foro mercātili cōtra Iaco
bum Boaterium ciuem Bononiē.
petentes executionem cuiuſdam li
terę cambij aduerſus eum, qui exci
piendo dicit, ꝙ prędicta litera, li-
cet ex ſui inſpectione uideatur emanaſſe prius quā
ciuitas Bononię interdicto ſubiiceretur, attamē in
ueritate emanauit tēpore interdicti. excipit etiā ſe
nō recepiſſe aliquā pecunię quātitatem, ſed ꝙ illa
ſoluta fuit contemplatione Bentiuolorū, & quorū
ēt contemplatione hęc litera facta eſt, & quorum
uoluntati auſus non fuit contradicere, & ꝙ in ef-
fectu prædicta litera emanauit ad commodum &
utilitatem Bentiuolorū: has quæ omnes exceptio-
nes præfatus Iacobus per teſtes probare intendit,
quæritur ergo an ad id de iure ſit admittendus.
In quæſtione iſta primo aſpectu dicendum uř
1 illum fore admittendum, eo, qa † licet ſtatutū fori
mercātilis diſponat nullā exceptionē, nullāq; de-
fenſionē opponi poſſe contra lrām cābij exceptis
tribus, de qbus ī ſtatuto: nō tñ cēſet phibere exce
ptionē iſtā, uidelicet ꝙ litera cābij non ſit neque
mereatur dici litera cābij: qa ante oīa cōſtare debet
illam eſſe literā cambij ut cōſequatur priuilegia quę
tribuit ei pmiſſum ſtatutū: l. iiij. §. condēnatum. ff.
de re iudicat. l. diuus, ubi Bar. ff. de militari teſtam.
idem Bar. in l. j. §. & parui. ff. qđ ui aut clam, ubi in-
2 quit † ꝙ ſi ſtatutum diſponat ꝙ contra inſtrm publi
cum opponi non poſsit niſi exceptio falſitatis qe-
tationis & ſolutionis, & nulla alia opponi poſsit,
poterit nihilominus opponi ꝙ illud inſtrm non eſt
publicum, ut qa deficit annus Domini, indictio,
uel alia ſolennitas ex iis quę requiruntur in inſtro
publico, de quibus in l. generali. C. de tabul. lib. x.
& in auten. ut præpo. no. Imperato. in princip.
3 Confirmatur, † qa actus inualidus caret nomine
attributo actui ualido, dicta l. iiij. §. condemnatū.
ff. de re iudicat. l. ſi cum nullum. C. de legib. hęre.
4 † id aūt quod caret nomine, caret effectu ipſius no
minis. l. ij. in fi. C. de Summa Trinit. & fide catholi.
l. ſi nullo. C. de feriis: cum ergo præfatus Iacobus
probare intendat prædictam literam emanaſſe tē-
pore interdicti, quo caſu eſſet nulla & inualida, &
nulla fides eſſet ei adhibenda, hæc exceptio admit
tenda erit, non obſtante ſtatuto præmiſſo.
Pręterea breue ſummi Pontificis cōfirmat & ap
probat oīa geſta tempore interdicti, & per conſe-
quens literas cambij, excipiendo ea q̄ concernunt
cōmodum & utilitatē Bentiuolorum & ſequaciū,
qui cum eis in præſentiarū à Bononia exiuerūt. cū
ergo uelit Summus Pontifex literas cambij, quę cō
cernunt commodum & vtilitatem Bentiuolorū fo
re nullas & inualidas, uidetur permittere p teſtes
poſſe pbari ꝙ huiuſmodi literę factę fuerint ad uti
5 litatem & commodum prædictum: † qui. n. per-

mittit conſequens permittere etiã uidetur omne neceſſariũ antecedẽs ad illud.l. illud.ff.de acquir. hære.& l.ad rem mobilem.ff.de procur.l.ij.cũ ibi notat.ff.de iuriſdict.omnium iudic. hæc ſunt quæ adduci poſſunt in fauorem prædicti Iacobi.

Quibus tñ non obſtantibus, contrarium puto uerius, ꝙ imò tales exceptiones non ſunt admittẽdæ, nec ſuper illis probationes, ſtante ſtatuto fori mercantilis ſub rubrica quomodo literæ cãbij debeant mitti executioni, quo diſponitur ꝙ nulla exceptio,& nulla defenſio cuiuſcunque generis poſſit opponi etiã ſi contineret cauſam uſurariã: ſtante etiam alio ſtatuto, in quo etiam remouetur oĩs exceptio & contradictio, ex quibus uerbis multũ generalibus & pręciſis infero hanc exceptionẽ opponi non poſſe: q̃a omnis exceptio cuiuſcũque ſit qualitatis cenſetur reiecta.l.in fraudem.§.fi.ff. de milit.teſta.ibi, determinatio Papiniani generalis eſt.& l.j.§.generalia. ff.de legat.præſtan. & ꝓ iſta conſideratione faciunt nota.per D.Alex.& Soci.in
6 l.j.ff.de leg.j. ubi dicunt † ꝙ ſtatutum loquẽs uniuerſaliter & per uerba pręciſa, nõ recipit reſtrictio
7 nem aliquam niſi ex capite alterius ſtatuti, † q̃a lex quantumcunque dura ſeruanda eſt,l.proſpexit.ff. q. & ã quib. Ideò dicit Saly.in l.ij.C.de nouatib. col.
8 iij. † ꝙ ſi ſtatutũ diſponat ut homicida puniat quomodocunque homicidiũ fuerit commiſſum, non fiet diſtinctio an homicidiũ fuerit cõmiſſum dolo vel ſine, uel fuerit factũ ad defenſionẽ uel nẽ, prout aliàs diſtingui ſolet,& hoc propter illa uerba, quomodocunque, quæ ſunt generalia & præciſa.
9 Præterea † præfatũ ſtatutũ permittit tres exceptiones tãtũ poſſe opponi, ergo oẽs alias cenſetur reiicere.l.nam qđ liquidẽ. §.fi.ff. de penu.legat.l. quæſitũ.§.denique.& ibi Car.ff.de fund. inſtr.inſtrumẽtoq; legat.ideo dicit Bal.in l.j.§.excipiunt
10 in fi.ff.de feriis,† ꝙ ſi ſtatutũ inducẽs ferias excipiat tres caſus q̃bus tẽpore feriarũ ius reddi poſſit, oẽs alii caſus etiã ſimiles cenſentur excluſi. idẽ vult Bal.in l.itẽ uidendũ.§.fi.ff.de petit. hæredita.

Pręterea illa exceptio ꝙ prædicta litera cambij emanauerit tẽpore interdicti, licet ex oppoſitione diei cõſtet illã emanaſſe ante interdictũ, nil aliud importat niſi ꝙ hæc litera fuit ſimulata, quia ꝙ id qđ uerè factũ eſt uno tempore fingunt partes fuiſſe factum alio tempore & ſic permiſſo: ideò ſuccedit doctrina Bar.in l.j.§.& parui.ff.qđ vi aut clam, ubi
11 inquit † ꝙ ſtante ſtatuto quod contra inſtrumentũ publicum nulla opponi poſſit exceptio, etiam exceptio ſimulationis opponi non poteſt, licet contractus ſimulatus ſit nullus, cùm deficiat cõſenſus, quoniam talis exceptio non impugnat inſtrumentum, ſed uires contractus contenti inſtrumento; ideò non permittitur talis exceptio.

Stante ergo hoc ſolido fundamento ꝙ probari non poſſit prædictam literã cambij emanaſſe tempore interdicti, cũ ex diei appoſitione in ea cõtenti conſtet contrarium, in uerò ꝙ breue Summi Põtificis de quo ſuperius facta fuit mẽtio, nihil opitulatur dicto Iacobo: q̃a irritat literas concernentes commodum Bentiuolorum, quę tñ factę ſunt tempore interdicti,& non alias quę ante interdictum emanarũt, qualis eſt iſta, ut patet ex eius inſpectione, cuius contrarium ut oſtenſum eſt non poteſt ꝓbari, nec id permittit breue cum de tali litera nõ loquatur, tenor enim priuilegij & reſcripti eſt inſpiciendus,& iuxta illum tenorem interpretanda ſunt.c.porro & c.recepimus, extra de priuile.

Præmiſſa etiã confirmãtur, nam ex diſpoſitione ſtatuti in rubrica de probat. diſponitur ꝙ nullum factũ excedens ſummam centũ librarum per teſtes poſſit probari: qđ ſtatutum ualet, & eſt in uiridi obſeruantia: ſed ex iſta probatione inſurgit factũ excedens prædictam ſummã: quia ſtante nullitate literæ compelli non poſſit prædictus Iacobus ad ſolutionem quantitatis in ea contentæ, igitur &c.

Non obſtãt modo adducta in contrariũ,& primò doctrina Bar.in d.l.j.§.& parui.nã ad illam ex præmiſſis patet reſponſio, q̃a ut dixi aliud eſt dicere literã cambij nõ eſſe literã, ut q̃a deficiant ſolẽnitatẽs in ea requiſitę: aliud eſt dicere, qđ litera cãbij ſit ſimulata: ut q̃a ſit dictũ illã factam fuiſſe una die, cũ in ueritate alia die fuerit facta: q̃a talis exceptio reiicitur ſecundum Bartol.in d.§.& parui. quem ſequitur Bal.in l.ij.C.plus ualere qđ agitur.

Alię obiectioni reſpondeo ꝙ breue loquitur de literis quę emanarũt tpe interdicti, non de his quę
12 reperiũtur factæ ante interdictũ, qualis eſt iſta, † & cui non conueniũt uerba diſponent.non conuenit etiam diſpoſitio.l.iiij.§.toties.ff. de damn. inf.l. quod conſtitutum.ff.de milit.teſtam.

Præterea & in hoc eſt aduertendũ, licet probari poſſit.& de iure hoc admitteretur ꝑdictã literam ſcriptã fuiſſe tẽpore interdicti adhuc meretur executionem, cũ uirtute breuis plenam roboris firmitatem obtinuerit, perinde ac ſi ſcripta fuiſſet tempore habili. Non obſtat ꝙ excipiuntur literę concernentes commodũ Bentiuolorum,& eorum ſequacium, quia dico ꝙ iſta litera non reſpicit commodũ Bentiuolorum ut reſpondi ſępius me conſulentibus ſup interpretatione huius breuis: reſpiceret.n.illorum commodum ſi pecunia quã ſoluere tenetur præfatus Iacobus ſoluenda eſſet ipſis Bentiuolis, ſed cũ ſoluenda ſit illis de le Fondaza, hæc litera dicitur reſpicere illorum commodum, non aũt Bentiuolorũ,& nihil refert ꝙ pecunia occaſione cuius dictus Iacobus ſe obligauit in litera cãbij ceſſerit commodo Bentiuolorũ: quia iſtud eſt qđ extrinſecus nõ concernens literã cambij, in qua ſolũ agitur de executione facienda contra illum qui ſcripſit reſpectu quantitatis in ea contentę.

Poſtremò licet hoc non expediat, dici poteſt ꝙ illa clauſula, non tñ quo ad ipſorum Bentiuolorũ, referri non debeat ad literas cambij,& hoc ſpeciali quadã ratione: quia Summus Põtifex olim cõfirmauit ſtatuta fori mercantilis diſponens ꝙ talis confirmatio habeat uim contractus,& ꝙ ipſis ſtatutis derogari non poſſit, nec derogatum eſſe cenſeatur per quaſcunque clauſulas: ſi ergo quiſpiam dicere uult præmiſſas exceptiones fore admittendas uirtute huius breuis, eſſet neceſſe dicere ꝙ ſtatuto fori mercãtilis de quo ſuperius facta fuit mẽtio cẽſeatur derogatũ: qđ nõ eſt dicendũ, cum de eo in breui nulla fiat mẽtio, per ea quę tradit Dominic. poſt tex.in c.ij.in fi.de præb.lib.vj. imò cũ talis cõfirmatio habeat uim contractus, nõ poſſet illi expreſsè

13 preſsè ſummus Pontifex derogare, † cum Princeps
non minus obligetur ex contractu celebrato cum
ſubdito, quàm priuatus c.j. de proba. & ibi notatur
Pau.de Caſt.in l.digna uox.C.de legib.& in l. fi. C.
de tranſa.ubi loquitur de capitulis initis inter Ciui
tatem Bononiæ & Summum Pontificem, ad quorũ
obſeruationem dicit Summum Pontificem teneri,
nec illa poſſe infringere etiã de plenitudine pote-
ſtatis..Ex iſtis ergo concluditur dictum Iacobum
non eſſe admittẽdum ad probãdum prędictas ex-
ceptiones, tum quia ſtatutum eas reijcit, tum quia
probatæ nihil ei prodeſſent. c. cum contingat . de
offic.deleg.& iſta eſt veritas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Societas an præſumatur contracta inter fratres ſimul co habitantes, & teneantur lucra ex negotiationibus aut undecunque prouenientia inter ipſos communicare, & nu.2.cum ſequentibus.*
2 *Societas quot modis contrahitur.*
3 *Societas limitata reſpectu certę rei illam nõ egreditur.*
4 *Actus noſtri voluntarij, iuxta voluntatem noſtram limitantur.*
5 *Retentio hęreditatis fratribus obuenientis pro indiuiſo, non demonſtrat per eam ſocietatem contractam eſſe in aliunde quæſitis.*
6 *Societas omnium bonorum quomodo expreſsè contrahitur.*
7 *Societas omnium bonorum tacitè inter fratres quomodo contrahitur.*
8 *Actus qui ſint arguentes ſocietatem, & fieri non poſſint citra ius & nomen ſocietatis.*
9 *Habitatio continua, lucrorum in cõi collatio, & eius quod quis lucratur, vel expendit non reddita ratio, facit præſumi ſocietatem omnium bonorum inter fratres eſſe contractam.*
10 *Bonorum omnium ſocietas inter fratres contracta intelligitur, quando fructus omnes in communi poſuerunt, omnia communiter conſumpſerunt, lucra & quęſtus ſimul communicauerunt omnia onera ſuſtinuerunt, & quando rebus & lucris uſi ſunt.*
11 *Plura quando copulatiuè requiruntur, concurſus omniũ copulatorum eſt neceſſarius.*
12 *Patri uiuenti fructus aduentitiorum debentur.*
13 *Pater præſumitur fructus aduentitiorum donaſſe filio, ſi illos dum vixit non petijt.*
14 *A primordio tituli poſterior formatur euentus. Et uoluntas in dubio mutata non præſumitur.*
15 *Libri in titulatio an & in quo caſu declaret animum ſcribentis.*
16 *Societas contractus eſt, qui mutuo conſenſu contrahitur.*
17 *Intentione non probata reus abſoluitur.*
18 *Non uero ſimile eſt quadam falſitatis imago.*
19 *Iactare ſuum nemo pręſumitur.*
20 *Vna præſumptio alteram tollit.*
21 *Probatio non concludens neceſſario parti non prodeſt.*
22 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur, & parti non prodeſt niſi expreſſum ſit in diſpoſitione.*
23 *Liber priuati probat in eius fauorem, in ijs quæ eius animum & voluntatem decernunt.*
24 *Contractus ſocietatis vniuerſalis ſeu particularis requirit ſociorum ſimultaneum conſenſum.*
25 *Frater ſi cum alijs fratribus inſimul habitat & pecuniã quam ab alijs in ſocietate habet ponit in communi, an pręſumatur illam in communione poſuiſſe.*
26 *Fructus, conſumpti iure ſocietatis communicandi, communicati cenſentur.*
27 *Frater manens cum alijs fratribus in communione bonorum paternorum, an expenſas per eum factas in ædificando domum communem repetere poſſit.*
28 *Filia fratris habentes ſocietatem omnium bonorum cũ alijs fratribus, an de communi dotari debeat.*

CONSILIVM XL.

1 IOANNES Paulus † & Ser Franci
ſcus de Sannuelis agũt aduerſus Bar
tholomeum eorum nepotem ex pa-
tre pręmortuo, & petunt communi-
cationem omnium bonorum mobi
lium, & immobilium, debitorum, &
creditorum, & inter cętera petunt ut lucrum, quod prę
fatus Bartholomęus conſecutus fuit exercẽdo mer
cantiam pannorum in ſocietate Vrſini de Vrſis ip-
ſis communicari debeat, quęritur an de iure ad id
cõpelli poſſit, & teneatur pręfatus Bartholomęus.
Secundò quęritur an prefatis Ioãni Paulo & Ser
Franciſco aſſerentibus ſe dediſſe certam quantita-
tẽ pecunię prędicto Bartholomęo ut illã poneret
in capitali quod habebat cũ pręfato Vrſino de Vrſis,
credi debeat Bartholomęo hoc negãte & aſſerẽte di-
ctã pecuniã fuiſſe ſibi traditã, ut illã expẽderet ĩ vſi
bus neceſſariis pro regimine domus & familię, cũ red
ditus annui eorũ patrimonii huic oneri nõ ſufficerẽt.
Tertiò quęritur an in iſta diuiſione ſit habẽda ra
tio, quod dictus Bartholomęus plures filios habuerit,
& ſic maiorem ſumptum fecerit, quàm alius.
Circa primum quæſitũ omiſſis argumentationi
bus ſed ueritati inhęrendo, cum cauſa iſta vertatur
coram arbitratoribus qui meram ueritatem ſequi
uolunt & debent, difficultas tota conſiſtit in uiden
do an inter perſonas prędictas fuerit contracta ſo-
cietas oĩum bonorũ, an non: quia ſi fuit contracta
ſocietas oĩum bonorũ, lucrum illud cõicari debet
à pręfato Bartholomęo alioquin erit eius præcipuũ
in quo concludo non fuiſſe contractam ſocietatem
omnium bonorum licet bona ſimul poſſederint.
2 Et pro intelligentia pręmittendum eſt, † quod ſocie-
tas tribus modis contrahitur, aliquando etiam con
trahitur in una re tantum, uel in vna negotiatione,
& iſto caſu lucrum prouenieñs ex illa negotiatione
cõmunicari debet, omnia inter alia lucra non ſunt
3 cõicanda.l.à Titio.§.j.ff.de acq.hære. † cum enim
ſit limitata talis ſocietas reſpectu certæ rei illam
non egreditur, l.ſi unus.ff.in ſumma.& §. ante om-
nia.ff.de pac.Bar.in l.Titio aut Męuio. §. altero.ff.
4 de adminiſt.tuto.vbi inquit, † quod actus noſtri volun
tarij limitantur juxta noſtram voluntatem.l.fin.C.
ne uxor pro marito.
Aliquando mortuo patre fratres poſſidẽt bona,
paterna indiuiſa, fructus ex ea cõmuniter ęxpẽden
do ita, quod illorum adinuicem nulla redditur ratio,
& iſto caſu quo ad illa bona ſocietas cenſetur inter
eos contracta quo ad bona prędicta tãtum, ideo lu
crum aliunde proueniens vni ex ſociis cõmunicari
non

non dēt aliis, ſed erit eius pręcipuum.probatur hæc cōcluſio in l.ſi fratres, in prin.ff.pro ſo.aliàs eſt l.cū duobus,§.ſi fratres,& in l.ex parte.in §.filius.ff.familiæ erciſcundæ,in quibus iuribus expreſſum eſt

5 † ꝙ retentio hæreditatis fratribus obuenientis, ꝗ cōiter ꝓ indiuiſo poſſeſſa fuit,nō arguit ſocietatē fuiſſe cōtractā in aliunde quæſitis, & iſtud pluribus rātionibus comprobat Ludo.Roma.in conſ.ccxcj, incip.cum iſti fratres.Idem uult Ang.Arēt.inſtitu. pro ſoc.in princ.licet non ita latè.

6 Aliqñ † contrahitur ſocietas omnium bonorū, & iſta duobus modis cōtrahitur,expreſsè & tacitè, & utroque caſu omnia lucra undecunque prouenientia cōicanda ſunt, adeò ꝙ legata & hæreditates & quod donatum eſt uni ex ſociis, aut quacunque alia ratione acquiſitum eſt,cōioni acquiritur, l.iij.§.cum ſpecialiter,ff.pro ſoc.expreſsè autē omnium bonorum ſocietas contrahitur quādo ſpecialiter inter ſocios ita conuentum eſt,ut ſint ſocii omnium bonorum,d.l.iij.§.cum ſpecialiter.

7 † Tacitè āt talis ſocietas contrahitur qñ fratres uel nepos & patruus poſt mortē aui cōtinuant cōionem bonorū,per plures annos fructus ex eis in cōi conferendo,& oīa lucra undecunque prouenientia

8 cōicando: † iſti.n.actus ſimul iuncti arguunt ſocietatem oīum bonorū:quia iſti ſunt quidā actus qui fieri non pñt citra ius & nomen hmōi ſocietatis: arg.l.pro hærede,§.Papiniano,ff.de acq. hæredi.& ita uolunt Bar.& Bal.in l.cum duobus.§. ſi fratres, ff.pro ſoc.Bal.in tract.de duobus fratribus.in uerſ. an duo fratres ſtando ſimul. Pet.de Anch.in conſi.

9 xxxj.inci.quia q̄ſtio modicam,in prin.ubi inqt † ꝙ habitatio continua,& lucrorum in communi collatio,& eius quod quis lucratur,uel expendet non reddita ratio,facit præſumi ſocietatem omniū bonorum eſſe contractam inter fratres,ſuadente hoc coniunctione ſanguinis quæ eſt inter eos,l.Procula ff.de proba.Idem uult Ang.in conſi. cxij. ubi dicit

10 † ꝙ omnium bonorum ſocietas tunc intelligitur contracta,quando fratres fructus oēs in cōi poſuerunt,omnia communiter conſumpſerunt, lucra & quæſtus ſimul communicauerunt,omnia onera ſuſtinuerūt,& generaliter quando largè & promiſcuè rebus & lucris uſi ſunt,& idem uult Rom.in conſil. ccxcj.incip.cum iſti fratres Alex.in conſil.xlix. incip.maturè ponderatis, lib.j.col.ij. Et ſic ex p̄miſſis patet,ꝙ ut ſocietas omnium bonorum cēſeatur cōtracta,neceſſe eſt inter cætera,ut fratres uel alii manentes in cōione bonorum,lucra quæ obueniūt ex negotiatione quam unuſquiſque exercet communicata fuerint,alias non cenſetur talis ſocietas

11 contracta: † quia qñ plura copulatiuè requiruntur, concurſus omnium copulatorum eſt neceſſarius, l. ſi hæredi plures in prin.ff.de cond.inſtit.cum ergo præfatus Bartholomæus lucrum quod ei obuenit ex negotiatione pannorum nullo unquam tempore communicauerit patruis nec fratri,dici non pōt illum contraxiſſe ſocietatem omnium bonorū cū patruis,nec cum fratre, & ſic lucrum hoc quod ſua induſtria,ſuoq; labore acquiſiuit,aliis non eſt conferendum,ſed erit eius præcipuum:quod ſatis eſſet iniurioſum & inhumanum,ſi aliis lucrum hoc cōicarę deberet.§.j.inſti.ꝑ quas perſ.nobis acqritur, & l.cū oportet.in prin.C.de bonis,quæ lib.Et iſtud maximè ſuadetur, qm̄ nr dr̄ ſocietas quæ fuit cōtracta inter dictum Bartholomeū & Vrſinum de Vrſis inchoata fuit uiuente adhuc patre dicti Bartholomæi:quo caſu non cenſetur contracta ſocietas in tali lucro inter ipſum Bartholomæum & patruos,nec

12 inter fratres,eo † quia uiuente patre fructus aduētitiorū debentur pr̄i.§.j.inſti.per quas perſonas nobis acquiritur,& ita uult Bald. in l. cum oportet,in prin.col.iij.C.de bonis, quę liber.& in l.certū,col. ij. & in l. filię.col.iiij.C.famil.erciſcun.Lud.Rom. in conſi.cccclxxj.inci. lucrum autem ex dote pro-

13 ueniens &c.† Et illos fructus cenſetur pater remiſiſſe & donaſſe huic Bartholomæo ex quo illos nō petiit dum uixit,de hoc eſt tex.in l. cū oportet. §. ſināt.C.de bonis quæ liber. ſicut ergo uiuente pr̄e dici non pōt p̄fatum Bartholomęum quo ad illam negotiationē contraxiſſe ſocietatem cum patruis, nec cū fratre,ſic ēt nec illā cōtinuando poſt mortē patris:quia p̄ſumitur continuata eo modo quoſum

14 p̄ſit initium, † à primordio.n.tituli poſterior formatur euentus,& uoluntas in dubio mutata nō p̄ſumit,l.j.C.de īponēdā lucrati.deſcripti. lib. xj.l.Lucius,in fi.ff.de leg. ij. c.maiores,in fi.de baptiſmo.

Præterea ꝙ non fuerat contracta ſocietas omnium bonorum oſtenditur ex intitulatione libri ſocietatis cōtractę inter dictū Bartholomeū & dictū Vrſinum de Vrſis,quæ intitulatio,ut intellexi,facta eſt noīe ꝓprio ipſius Bartholomæi, nō noīe fratrū

15 uel patruorum;quæ quidē † intitulatio declarat animū & intētionē ipſius Bartholomęi ꝙ uoluit nomine proprio ad ſuam utilitatem exercere dictam negotiationē,non cōi nomine, per ea ꝗ dicit Bar. in l.ſi patruus.C.commu. utriuſq; iudicii, & ita in iſtis terminis conſiderat Alex.in conſi.cxxxij.inci. perlectis,& ponderatis,lib.v.uerſi. præterea poſt fi

16 nitam negotiationem. † Nam cum ſocietas ſit contractus qui mutuo conſenſu expreſſo aut tacito cōtrahitur,ut per Bar.in l.Titium,aut Męuium,§.altero,ff.de adminiſt.tuto.ex huiuſmodi intitulatione probatur animus dicti Bartholomæi ꝙ uno nomine uoluit negotiari,non autem nomine aliorum,& iſta eſt uera concluſio per quam oſtenditur præfatū Bartholomæum non teneri communicare lucrum prædictum,ſed ꝙ eius pręcipuum eſſe debet,& hæc quo ad primum quæſitum.

Circa ſecundum q̄ſitum concluſiuè loquendo dico,ꝙ ipſis Io.Paulo & Ser Franciſco aſſerentibus ſe dediſſe dictam quantitatem pecunię Bartholomęo ob iſtam cauſam,ut illā poneret in capitali, incumbit onus ꝓbādi dicto Bartholomęo negante dictā cauſam,l.hi,qui.ff.de probat.l.actor.C. eod.Illa.n.

17 aſſertio eſt fundamentū eorum intentionis, † ergo per ipſos ꝓbāda:ī qua ꝓbatione ſi defecerint, Bartholomæus qui in hoc eſt reus cōuētus abſolui dēt, ēt ſi nihil p̄ſtiterit.l.qui accuſare.C.de eden.c.unico,extra,ut eccleſiaſtica beneficia ſine diminutione non tranſmittantur.Et ſi diceretur non eſt uerisimile, ꝙ iſta pecunia fuerit ei tradita niſi ob iſtam cām,ut ex ea dictus Bartholomęus negotiaretur in exercitio artis lanæ,attenta eorū conditione: arg.

18 tex.in l.uel uniuerſorum,ff.de pign.actio.& † quod non eſt ueroſimile, eſt quædam imago falſitatis,

ut dicit Bald. in l. j. C. de ſeru. fugiti. facit tex. in c. quia uerosimile, de præſump. & in l. non eſt uerosimile, ff. quod metus cauſa.

Ad hoc reſpondeo ꝙ cum in facto præſupponatur ꝙ cura gubernandi familiam & expẽdẽdi in domo fuerit demandata ipſi Bartholomeo, & reditus eorũ patrimonii nõ ſufficerent huic oneri, uerosimile eſt ꝙ ipſe Bartholomeus hanc pecuniã acceperit, & ſic alia bona, uidelicet pannos ſeu noĩa debitorũ, ut illa exponeret ꝓ talibus oneribus, aliàs oporteret dicere ꝙ uolunt de ſuo ꝓprio expẽdere,

19 quod in dubio nõ pſumitur. † cũ nemo pſumatur iactare ſuum, c. ſuper hoc de renũtia. l. cum de inde

20 obito, ff. de proba. † una ẽt præſumptio tollit alterã. l. diuus. ff. de in integrum reſtitu. titulo generali.

21 Præterea iſta † probatio non cõcludit de neceſſitate, ideò non prodeſt parti. l. non hoc, cũ ibi not.

22 C. unde cognati. † nam propoſitum in mente retẽtum nihil operatur, & parti non ꝓdeſt niſi expreſſum fuerit in diſpoſitione, l. ſi repetendę. C. de conditio. ob cauſam, l. maiores. C. de tranſact. debuit ergo exprimi ꝙ ipſi tradebant dictam pecuniã & bona dicto Bartholomæo ob illam cauſam.

Comprobant ꝯ præmiſſa. Nã pſupponitur in facto ꝙ tempore quo ipſi Bartholomeo fuerunt aſsignata bona pdicta, ipſe ſcripſit ſe debitorem huius pecunię, & poſtea illã de die in diẽ cõuertit in vſus neceſſarios domus, ꝓut inſpici põt ex eius libris: nõ põt ergo dici ꝙ ipſe acceperit hãc pecuniam, ut ex illa negotiaretur lucrũ in cõi ferẽdo, & ut ipſe caperet tanꝗ ponens pſonam ſuam partẽ huius lucri: qm̃ ex dicto libro apparet quo noĩe, & quo aĩo di-

23 ctam pecuniã accepit, † qui liber ꝓbat in eius fauorẽ, cum agat ſolũ de probando eius animum & uoluntatem, l. nuda, ubi Bar. ff. de dona. idẽ uult Bart.

24 in l. Neſennius, ff. de nego. geſt. ideò † cũ ſocietatis contractus uniuerſalis uel particularis reqrat conſenſum ſociorum ſimultaneum, ut declarat D. Alex. in d. conſi. cxxxij. in v. col. uer. Et ſi diceretur lib. v. dici non põt ꝙ in dicta quãtitate pecunię fuerit contracta ſocietas inter ipſum Bartholomeum & patruos, quoniã ut dixi apparet de cõtrario eius animo & intentione ex inſpectione dicti libri.

Nõ obſtat ẽt ſi dicatur in libro ſocietatis cõtractæ cum Vrſino de Vrſis apparet qualiter poſuit dictã quantitatem pecuniæ, pannos, & reliqua ad cõputũ capitalis quod habebat cum Vrſino de Vrſis.

25 Ad hoc reſpondetur, † ꝙ non conſtat ꝙ cõi nomine id fecerit, ideò pſumitur nomine proprio id fecisse, ut ſi pecunia non fuerit ſua. Ita Bar. in l. Titiũ, & Męuium, §. præfectus. aliàs. §. altero, ff. de adminiſt. tut. & Alex. in d. conſi. ccxxxij. col. ij. facit tex. in l. magis. ff. de ſolut. & in l. ſi ſtipulatus, §. Chryſogonus. ff. de uerb. oblig.

Circa ultimum q̃ſitũ cõcludo ꝙ licet unus plus expoſuerit q̃ aliis ſtando ſimul in cõione bonorũ paternorum ꝓ hoc nihil repetere põt, licet nõ ſint ſo-

26 cii omnium bonorũ, † quia fructus conſumpti iure ſocietatis cõicãdi cõicati cenſentur. Ita decidit Bal. in l. fi. C. de colla. quẽ alii Doctores cõiter ſequuntur Bar. in conſ. inci. quidã habẽs bona cõia. Alex. in cõſ. xlix. inci. maturè põderatis. li. j. & ĩ cõſi. xxxvij. in ij. lib. & hæc eſt uera & cõis concluſio.

Poſt ſupraſcripta ꝓponuntur duæ aliæ dubitatio-

27 nes. Prima eſt, † ꝙ impẽſæ factæ per Bartholomeũ in ędificando ĩ domo cõi repeti non pñt: q̃a cedũt ſolo, ꝓ quo adduci pt tex. in l. ex duobus, ff. de neg. geſt. q̃uẽ tex. not. ibi Ang. pro fratribus manẽtibus in cõiõne bonorũ paternorũ, quorũ unus expendit ædificando in domo cõi illam ampliando, nã dicit ipſe ꝙ pro talibus impenſis competit actio.

Breuiter reſoluendo hanc difficultatem, diſtinguendum eſt conſiderando duos caſus.

Primus eſt, qñ impenſæ fiũt uoluptarię ſeu factę grã delectationis, & tunc ꝓ talibus impenſis nulla competit actio, ſic loquitur tex. in d. l. ex duobus.

Secundus caſus eſt, qñ tales impenſæ ſunt neceſſariæ ſeu utiles, & iſto caſu repeti poſſunt, dummodo is à quo repetuntur ſit maior pupillo: quia tunc non eſt dña an impenſę ſint utiles uel neceſſariæ, cum non minus agi poſsit pro impenſis utilibus q̃ pro impenſis neceſſariis. Ita declarat Pau. de Caſt. in d. l. ex duobus. ff. de nego. geſt. dum ergo impenſæ q̃as fecit Bartholomæus ſint utiles, & paratus ſit accipere domum pro eo pretio quo ualet computatis illis ſumptibus, dicendum eſt ꝙ illarum impenſarum habenda ſit ratio.

28 Vltima eſt dubitatio, † an onus dotandi filiã ſpectauerit ad patrem pdicti Bartholomæi, in qua difficultate diſtinguendo ſic concludo, aut pater pdicti Bartholomæi cum frĩbus habebat tẽpore quo dotauit filiã ſocietatẽ oĩum bonorũ, & iſto caſu dicendum eſt ꝙ onus dotãdi dictã filiam erat cõe, & ſic potuit dotari de cõibus bonis: quia ſicut omnia cõmoda & lucra undecunq; prouenientia cõicari debent, l. iij. §. j. ff. pro ſoc. ſic ẽt oĩa incommoda & onera cõia eſſe debent. l. ſecundum naturã. ff. de reg. iur. & ita determinat Bald. in l. cum duobus. §. ſi frẽs. ff. pro ſoc. D. Ant. de But. in conſi. vij. in primo dubio. Idem conſuluit Bartholomæus Soc. in conſ. cccxcj. inci. uiſis literis mihi deſtinatis. col. iij. cum duobus ſequentib. ubi dicit ꝙ ita aliàs fuit cõſultum per Nellum de Sancto Geminiano, & multos alios aduocatos Florẽtinos. Adducit etiam plures alios Doctores idem tenẽtes, de quibus ibi per eũ. Idem conſuluit Philippus Decius in conſi. lxvj. incip. de duobus quæritur, in ſecundo dubio.

Aut cũ frĩbus non habebat ſocietatem omnium bonorũ, quia unuſquiſq; quod lucrabatur induſtria ſua pro ſe retinebat, & iſto caſu ſi de tali lucro dotẽ pro filia conſtituit nihil peti poteſt ab hæredibus huius dotantis: quia cum in tali lucro non fuerit contracta ſocietas potuit arbitrio ſuo de illo diſponere, l. in re mandata. C. manda. l. ſed ſi lege. §. conſuluit, ff. de peti. hæredi. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ille dicitur cuius fidem ſequimur.*

2 *Illi nomine cuius ſit traditio, actio competit.*

3 *Dominium in mutuo transfertur.*

4 *Ciuitas pp pecuniã eius noĩe mutuo acceptam, niſi probetur ꝙ in ſui utilitatem ſit conuerſa, non obligatur.*

5 *Adminiſtrator recipiens pecuniam mutuo ſimpliciter, uel nomine Reipublicæ, qualiter teneatur.*

6 *Habenti*

6 Habenti mandatũ ad accipiendũ pecuniã mutuo in certã cãm, ſufficit ut aſſerat ex dicta cã ſe recipere, licet poſtea non conſtet in illam cauſam fuiſſe conuerſam.
7 Liber alicuius priuati qualiter pro eo, & cõtra eũ ꝓbet
8 Confeſſio parte præſente facta confitenti non præiudicat niſi ſit per partem acceptata.
9 Teſtes dicentes confeſſionem factam fuiſſe parte præſente non probant, niſi dicant, & acceptante.
10 Actus ſequens manifeſtat præcedentem uoluntatẽ eſſe ipſi actui ſubſequenti conformem.
11 Contractus concluſio non uerba inter contrahentes facta, conſideratur.
12 Libelli uerba narratiua non ſunt in conſideratione, ſed ipſius tantum concluſio.
13 Confeſſione nulla probatio certior fieri poteſt.
14 Vtens re depoſita præter uoluntatem deponentis qualiter teneatur.
15 Actus præſumi debet celebratus ſecundum modum permiſſum & licitum, ubicunque duplici modo interpretari poteſt, ut ſiniſtra ſuſpicio euitetur.
16 Pecunia tradita quando ſit mutuum uel depoſitum.

CONSILIVM. XLI.

IN cauſa uertente inter Iacobũ Dayneriũ agentem parte una, & Ser Hieronymum de Manzolis reũ cõuentũ parte altera, omiſſa uerborũ prolixitate, quã ſemper legendo & cõſultãdo deteſtari ſolitus ſum, rẽ paucis ꝑſtringã. Vr̃ itaq; primo aſpectu dicendum ꝙ præfatus Ser Hieronymus ueniat cõdemnandus ex pluribus. Et primo: quia per teſtes probatũ fuit qualiter p̃fatus Ser Hieronymus obligauit ſe noĩe proprio, & ut priuata ꝑſona ad reſtitutionẽ pecu-
1 niæ ab eo petitę: factus † eſt ergo creditor huius pecuniæ præfatus Iacobus, cũ fidẽ ipſius Ser Hieronymi fuerit ſecutus, l.j.ff.ſi cer.peta.& l.creditoris.ff. de uerb.ſig. Et ſi diceretur nulla actio cõpetere p̃t ꝑdicto Iacobo, cũ pecuniæ quas tradidit Ser Hieronymo fuerint Cõitatis Mutinæ, apud eũ diſpoſitæ, ut ɔſtat ex pluribus eius ɔfesſionibus, & ut euitet ſiniſtra ſuſpicio furti, l.merito, ff.pro ſocio cenſeri debet ꝙ illas tradiderit noĩe Cõitatis, quæ in illis pecuniis dñium retinuit & poſſesſionem, l.licet, §.
2 rei, ff.depo.non ãt noĩe proprio. † Cõitati ergo cuius noĩe facta fuit traditio ɔpetit actio l.fideicommiſſa.§.interdũ.ff.de leg.iij.l.ſeruo legato. §.ſi teſtator.ff.de lega.j. Ad hoc rñdeo, ꝙ cũ iſta pecunia ſic depoſita nõ fuerit tradita in ſacculo ſignata, ſed fuerit tradita ad numerũ, cenſetur fuiſſe tradita licentia p̃fato Iacobo ea utendi, itaq; ſi ea fuit uſus,
3 erit mutuum non ãt depoſitũ; † quia in eũ dñium transfertur, de hoc eſt Gl. in l.die ſponſaliorũ, §.j. ff.depoſiti.quam not.ibi Scribentes, idẽ uult Paul. de Caſt.in l.Lucius.ff.depoſit.D.Alex.in l.cũ quid, col.v.ff.ſi cer.pe.vbi inquit, ꝙ qñ pecunia datur ad numerum vr̃ actũ vt pecunia conſumi posſit, & ꝙ commodum reddatur: quia cum non uideatur tradens uelle donare, ſequitur ꝙ preſumptiuè dicatur eſſe mutuum, cuius natura eſt, ꝙ tantundem reddatur in genere ſuo, l.ij.in prin.ff.ſi cer.pet.

Præterea negari non poteſt quin pecunia fuerit tradita dicto Ser Hieronymo, & licet aſſerat ſe recepiſſe hãc pecuniã noĩe Cõitatis Mutinę, ut illam conuerteret in emptionẽ frumenti, iſtud tñ nihil prodeſt ei, cũ nuſquã probatũ ſit hanc pecuniã fuiſſe ɔuerſam in cõmodũ & vtilitatẽ ꝑdictę ciuitatis, cuius noĩe recepta eſt, p ea q̃ tradũt Bar. & alii Docto. poſt eũ in l.ciuitas, ff.ſi cer.pet.in uer. qñq; nõ
4 hẽt, ubi dicũt, † ꝙ qñ adminiſtrator Reipublicę accepit mutuo pecuniã, Reſpublica ita demũ obligatur ſi ꝓbetur pecuniã in eius utilitatẽ fuiſſe ɔuerſam, aliàs ſecus, l.j.§.nõ ãt.ff.de exercito. auct.hoc
5 ius porrectũ.C.de ſacr.ſan.eccle. ideò tunc † adminiſtrator qui recepit pecuniã mutuo ſimpliciter, uel nomine Reipublicæ tenet ex eo ɔ̃ctu: quia potuit mutuans ɔtemplatione utriuſq; mutuare, & in dubio p̃ſumit. l.ſi pupilli.§.j.ff.de neg.geſt. hæc ſũt q̃ uñr poſſe adduci aduerſus dictũ Ser Hieronymũ.

Quibus tñ non obſtantibus ɔ̃riũ puto uerius, & abſque dubio ꝓcedendo in hac conſultatione more nr̃o ɔſueto, ɔcludo dictum Hieronymũ fore abſoluendũ, & ꝙ ɔ̃ eum nullo modo potuit agi.

Moueor pro hac concluſione in primis: quia ut patet ex depoſitione teſtium, electi ad emptionem frumenti acceſſerunt ad dictum Iacobum petẽtes ab eo pecuniam nomine Cõitatis, aſſerentes, ꝙ illam conuertere uolebant in emptionem frumenti, & ſic certa cauſa fuit expreſſa, ideò p̃fatus Ser Hieronymus, cui fuit numerata iſta pecunia ɔueniri non põt, licet non appareat illam fuiſſe ɔuerſam in
6 illam cãm: † qa ſufficit ꝙ hẽns mandatum ad accipiendũ pecuniã mutuo in certã cãm, aſſerat ex dicta cã ſe recipere, licet poſtea nõ ɔſtet in illam cauſam fuiſſe ɔuerſam, l.j.§.nõ ãt, uer.ſed & ſi in p̃tiis. ff.de exerci.& ita uult Azo in ſumma de exercito. Inno.in c.fi.de fideiuſ.Bar.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet. cũ quo tranſeunt ibi Bal.Ang.Saly.& Paul.de Caſt. & D.Alex.in ultimis uerbis, qui ſubdit iſtud etiam eſſe de mẽte Bal.in rub.ff.de exercit. Et ex iſto fundamento patet reſponſio ad id, quod deducebatur in ɔ̃rium, uidelicet, ꝙ probandum fuerat pecuniam fuiſſe conuerſam in emptionem frumenti.
7 Præterea & ſecundò ꝓbatur iſta ɔcluſio. † Nam præfatus Iacobus huius ſummæ pecunię ɔſtituit debitricẽ Rempublicam Mutinæ, prout patet ex libro dicti Iacobi, qui probat ɔ̃ eum, l.inter chartulas.C.de ɔuenien.fiſci debitorib.lib.x. imò & pro eo, qñ agitur de probando aliquid quod dependet ab eius animo, iuxta no.per Bar.in l.nuda, ff.de dona.& in l.Neſennius, ff.de neg. geſt. cum ergo in dicto libro appareat qualiter p̃fatus Iacobus ɔſtiterit debitricẽ Rempublicã Mutinenſem, & non p̃fatũ Ser Hieronymũ, manifeſtè deprehenditur ꝙ noluit ſequi fidẽ ipſius Reipublicę, non ipſius Ser Hieronymi, ideò aduerſus Ser Hieronymũ nulla actio cõpetit, cũ actus agentiũ nõ operet ultra eorum intentionẽ, l.non omnis, in prin.ff.ſi cer.pet.

Et ſi diceretur ex dictis teſtium quos ꝓduxit dictus Iacobus noluit ſtare ſimplici commisſioni D. Bernardini Sibiugardi & D.Iacobi Sadoleti, & ꝙ dictus Ser Hieronymus accepit pecuniã ut priuata ꝑſona, huic obiectioni rñdeo dupliciter, & primò, ꝙ iſti teſtes non ꝓbãt, nec ſup eorũ depoſitione fieri põt aliqđ fundamẽtũ: qa non ɔſtat, neq; apparet ꝙ dictis uerbis acqeuerit præfatus Iacobus, quod

fuit neceſſariũ, l. ſuus, & ibi not. Bal. C. de repudiã. hæredi. Prout ẽt dicimus in confeſsione facta parte præſente, quæ confitenti non præiudicat niſi per partẽ fuerit acceptata, ſecundum Cy. in l. uni. C. de cõfeſſ. & ibi latè Sal. in xv. oppo. & in l. generaliter, in vj. q. C. de non num. pecu. & in l. iubemus. C. de
9 libe. cauſ. ubi infert † ꝙ non ſufficit ut teſtes producti dicant confeſsionẽ fuiſſe factã parte pſente, niſi ẽt dicant & acceptante, ſequitur D. Ale. in pluribus conſilijs, q̃ referunt Moder. Papie. in l. error, C. de iur. & fact. ignoran. col. j. adducentes etiã doctrinam Bar. in l. poſtq̃ iam liti, C. de pac. Secundò rñdeo, ꝙ ex quo dictus Iacobus conſtituit ſe creditorem in ſuo libro Cõitatis Mutinę, ex hoc deprehenditur ꝙ noluit ſequi fidem pręfati Hieronymi, & ſic oſtẽditur ꝙ recuſauit uſque à principio promiſsionem ſibi oblatam p dictum Ser Hieronymũ:
10 † actus. n. ſequens manifeſtat præcedentem uoluntatem eſſe ipſi actui ſubſequenti ꝯformem, l. ſed Iulianus, §. proinde, ff. ad Maced. l. q̃dã, ff. de reb. dub. Ludou. Roma. in conſ. ccxci. incip. cum iſti fratres, col. j. ubi ex hac rõne infert ad deciſionem quæſtionis, de qua ibi per eũ. Nec immeritò iſtud dicendũ
11 eſt: † quia ut inquit tex. in l. ſi uoluntate. C. de reſcind. uend. licet inter ꝯhentes fuerint multæ ꝯtentiones prius, quàm deueniatur ad ꝯtus pfectionẽ, tñ non ſunt ꝯſiderandæ, ſed ſolũ ipſa ꝯcluſio ꝯtus,
12 † prout ẽt dicimus in libello, in quo nõ ꝯſiderãtur uerba narratiua, ſed eius ꝯcluſio. Bar. in l. Aurelius §. Stico, ff. de liberat. legat. Iſta ergo ſtant ſimul, ꝙ pfatus Iacobus noluerit dare dictas pecunias niſi Ser Hieronymus promitteret illas reſtituere ut priuata perſona, & tamen poſtea fuerit concluſum cõtrarium: de qua concluſione apparet in dicto lib. in quo Reſpublica conſtituitur debitrix huius pecuniæ, non præfatus Ser Hieronymus.

Prætereà & tertiò comprobatur iſta ꝯcluſiõ, dictæ pecuniæ fuerunt depoſitę noĩe Cõitatis penes
13 ipſum Iacobũ Dayneriũ, † prout ꝯſtat ex eius pluribus ꝯfeſsionibus, quibus nulla probatio certior fieri põt. l. cũ gñaliter. C. de non nume. pecu. Glo. in auct. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nupt. & in c. is, qui fidem, extra de ſponſal. ideò cenſeri dẽt dictus Iacobus exburſaſſe dictam pecunię ſummam nomine Cõitatis, non nomine proprio, quia ſi no-
14 mine proprio, † argui poſſet de crimine furti uten do re depoſita præter uoluntatem deponentis, l. qꝫ re in prin. ff. de furt. §. itaque, inſti. de oblig. quę ex
15 delic. naſc. Sed † ubicunque aliquis actus interpretari põt duplici modo, quorum unus eſt permiſſus & licitus, alter uerò eſt illicitus, & à iure prohibitus, tũc pſumemus illũ actũ fuiſſe celebratum ſecũdum modũ permiſſum & licitũ, ut euitetur ſiniſtra delicti ſuſpicio, l. merito, ff. pro ſoc. & ita uoluit Barto. in l. gerit. col. v. uerſ. aſſumo primum, ff. de acq. hæredi. ubi dicit ꝙ ex actu quem quis exercet pſumitur adiuiſſe hæreditatẽ, quando non poteſt fieri citra ius & noĩe hæredis niſi illicita, ſic intelligens tex. in l. ꝓ hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hære.

Non obſtat id qđ dicebatur iſtud fuiſſe mutuum ex parte huius Iacobi, ex quo pecunia fuit tradita à Cõitate ad numerũ. nã ꝓ rñſione aduertẽdum eſt,
16 † ꝙ aliqñ pecunia traditur ad numerũ non exprimẽdo ꝙ ſit mutuũ uel depoſitũ, & iſto caſu erit mutuũ nõ depoſitũ. ſic loquit Paul. de Caſt. in l. Lutius, ff. depo. & in l. cũ qđ, ff. ſi cer. pe. ubi ẽt D. Alex. quẽ ſuperius retuli. Aliqñ traditur pecunia ad nume rũ & dr̃ ꝙ iſtud ſit depoſitum, & tunc erit depoſitũ nõ mutuũ, niſi actum fuerit ꝙ tñmodo in genere reddatur. iſtud uoluit Bal. in l. cum quid, ff. ſi cer. pet. & D. Alex. in l. ij. in fi. in uerſi. placet mihi, ff. ſi cer. pe. nã ſe remittit ad notata in l. cum quid. ff. eo. tit. ex iſtis ergo & ex aliis, de quib. in allegationibus præſtantiſsimorũ Doctorũ ꝯcludo prætatum Ser Hieronymũ fore abſoluendũ & abſq; ulla dubitatione.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere nõ poteſt beneficium iuris patronatus laicorum conferre in præiudicium patronorum.*
2 *Ius patronatus acquiritur ex refectione eccleſiæ.*
3 *Monaſterium totum deſtructũ non poteſt per monachos ſine Epiſcopi conſenſu de nouo conſtrui.*
4 *Fortilicium quod fieri non poteſt inconſulto Papa, non poteſt etiam ſine conſenſu Papæ refici.*
5 *Reficere id quod deſtructum eſt, idem eſt, quod de nouo ædificare.*
6 *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*
7 *Teſtimonium puberis ualet de eo quod uidit in pupillari ętate.*
8 *Teſtes de uniuerſitate in cauſa uniuerſitatis, ex qua nullum commodum percipiunt, teſtificari poſſunt.*
9 *Vniuerſitatis habẽtis ius patronatus, ſi aliqui ad inopiã deueniunt, ab ipſa eccleſia non ſunt alendi*
10 *Epiſcopi conſenſus eſt neceſſarius ad conſtructionem eccleſiæ, ad hoc ut ius patronatus acquiratur.*
11 *Solennitas extrinſeca non præſumitur niſi probetur.*
12 *Solennitas extrinſeca interueniſſe præſumitur ex diuturnitate temporis.*
13 *Eccleſia præſumitur conſtructa à parochianis illius loci in quo conſtructa reperitur, & illi patroni cenſentur.*
14 *Superior diſponere poteſt quòd quis non audiatur à ſuis magiſtratibus, & ſic iuriſdictionem ſuorum iudicum moderare.*
15 *Princeps poteſt bannitum reſtituere, taliter ꝙ illa reſtitutio trahatur ad bona in alium alienata.*
16 *Legatus in prouincia ſibi commiſſa eſt loco Principis, et ampliſſimam poteſtatem habet.*
17 *Mandatum impugnari nõ poteſt ab illo qui notitiam habuit, & non appellando ei acquieuit.*
18 *Audiri non ſolent illi quorum non intereſt.*

CONSILIVM XLII.

IN cauſa beneficiali D. Antonii rectoris eccleſię Sancti Bartholomæi de Fraſaneto duo obiiciuntur ei.

Primum eſt, ꝙ non conſtẽt illam eccleſiã eſſe iuris patronatus laicorum ex fundatione ſeu dotatione.

Secundum eſt, ꝙ pręfatus D. Antonius nullũ ius habet in dicto beneficio, cum illi iam dudum reſignauerit, ideò tanquàm uacans potuit impetrari. Rñdẽdo primæ obiectiõi dico, ꝙ aduerſarius nullũ
1 ius hẽt in dicto beneficio: qm̃ † cũ ſit de iure patronatus laicorum ex fundatione, non potuit Reuerẽdiſsimus

diſſimus D. Legatus de illo prouidere in p̄iudiciũ
patronorum, iuxta nota. in c. dilectus, de of. deleg.
& in c. cum dilectus extra de iure patro. Quod aũt
ius p̄ſentādi cõpetat hominibus dicti loci de Frã-
ſineto ex fundatione, apertè oſtẽditur ex dictis nõ
nullorũ teſtiũ dicti loci, qui deponunt dictam ec-
cleſiã à fundamentis fuiſſe reædificatã & conſtru-
2 ctam ꝑ hoĩes dicti loci: conſtat aũt † ꝙ quis reficiẽ
do eccleſiã penitus deſtructam in ea acquirit ius
patronatus, ac ſi de nouo eam conſtruxiſſet. Ita uo-
lunt Gl. & Doct. in c. iij. extra de iur. patronat. pro
qua Gl. Moderni Papien. in l. ij. §. ſi quis ædificium
ff. de noui ope. nunc. adducunt tex. in l. ſi ita lega-
tũ. §. fi. ff. de leg. j. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram,
ff. de uerbo. obli. l. cui tamen. in prin. ff. quib. mod.
uſusfruc. amittatur. Pro illa Gl. ẽt bene facit quod
3 notat Gl. in c. de monachis, xviij. q. ij. quæ dicit † ꝙ
ſi totum monaſterium ſit deſtructum, non poterũt
Monachi ſine conſenſu Epiſcopi de nouo conſtrue
re, ſicut non potuiſſent à principio de nouo illud fa
cere. Accedat quod uoluit Bal. in l. ſi ut proponis.
la ij. C. de nup. ubi dicit inferens hoc ex illa lege,
4 † ꝙ ſi conſtitutio eccleſiæ diſponat nullum fortili-
cium fieri poſſe inconſulto ſummo Pontifice, cer-
tè fortiliciũ antiquum, quod funditus fuit deſtru-
ctũ, ex aliqua cauſa refici non poterit ſine conſen-
5 ſu Põtificis: † quia reficere id quod penitus deſtru
ctũ eſt, in effectu idẽ eſt quod eſt de nouo aliquid
ædificare. c. conſuluit, de iudæis, & hoc tenet D. A-
lex. multa adducens in d. §. ſi quis ædificium, ſicut
ergo de nouo quis ædificando eccleſiam in ea acq
6 rit ius patron. iuxta iſtud † patronũ faciunt dos, ędi
ficatio, fundus: ut notatur in rub. de iure patro. per
Abba. & alios, & Gl. in c. piæ mentis. xvj. q. vij. ſic ẽt
acquirit ius patronatus, quis reficiendo eccleſiam
penitus deſtructã. Et ſi diceretur prædicti teſtes nõ
probant duplici rõne, prima eſt, quia deponunt de
eo quod uiderunt in ætate puerili, ſecunda eſt, qa
uidentur deponere in facto proprio, cũ ipſi ſint de
numero præſentantium. Ad hoc reſpondeo ꝙ imò
probant non obſtantibus iſtis exceptionibus. Et
7 primæ obiectioni reſpondeo, † ꝙ teſtis factus pu-
bes deponere poteſt de eo quod uidit in ætate pu-
pillari, & ualet eius teſtimoniũ, Gl. in l. iij. §. itẽ lex
Iulia. ff. de teſti. & inſti. de teſta. §. j. Bar. in l. notio-
nẽ, §. inſtrorum, ff. de uerb. ſign. Io. And. in tit. de te
ſte. §. j. uer. itẽ ꝙ eſt impubes, cũ ſuis cõcordãtib.
Secundæ obiectioni rñdeo, ꝙ cum ius præſentandi
ſpectet ad ipſos teſtes nõ ut ſingulos ſed ut uniuer
ſales, & ſic ipſum ius patronatus ſit uniuerſitatis nõ
8 ſingulorũ, † poſſunt in hac cauſa teſtificari ad com
modum uniuerſitatis, per ea quæ habẽtur per Bar.
& alios in l. in tantum, §. uniuerſitatis, ff. de rerũ di
uiſio. & in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur, ff. de in
ius uocand. Nullum. n. commodum conſequuntur
ſinguli ꝺ ipſa uniuerſitate ex ipſo iure patronatus,
ideò à teſtimonio non ſunt repellendi. Propterea
9 dicit Archidi. in c. ſi plures, xvj. q. ulti. † ꝙ ſi ius pa-
tronatus ſpectet ad uniuerſitatem, & aliqui ex ea
deueniant ad inopiam, non erunt alendi ab ipſa ec
cleſia: quia ſingulares perſonæ nõ ſunt patroni: ſed
eſt ipſa vniuerſitas, c. qui manumittitur. xij. q. ij. idẽ
firmat Dominic. de S. Geminiano in c. unico. col.
ij. de iure patronatus, lib. vj.

Sed adhuc obijci põt, ꝙ imò ex dicta cõſtructio
ne non ſit acquiſitum ius patronatus, cũ nõ appa-
10 reat † conſenſum epĩ interueniſſe, qui fuit neceſſa-
rius, prout firmat Calderi. in conſi. xx. in tit. de iure
patron. qui adducit tex. in c. Frigentius. in c. conſi-
derandum. xvj. q. vij. & hoc firmant Moderni in tra
cta. iuris patrona. in uer. pro eo, ꝙ de diœceſani cõ
11 ſenſu in j. q. † non. n. p̄ſumitur pro ſolennitate ex-
trinſeca, niſi probetur, l. quæcunque, §. fi. ff. de pu-
blicia. huic oppo. ideò ꝙ cum iam plures anni trãſ
ſierint quibus dicta eccleſia fuit reædificata, præſu
12 mi dẽt conſenſum Epĩ interueniſſe, † qm̃ ex diu-
turnitate tẽporis p̄ſumitur ꝙ interuenerit ſolenni-
tas extrinſeca, l. ſi filius, C. de peti. hær. l. qui in alie
na, §. j. ff. de acq. hære. Moder. in l. ſciẽdũ, ff. de uer-
bo. obliga. & in l. ſi certis annis. C. de pact. & ita in
iſtis terminis decidit Archid. in c. nemo, de conſe-
cra. diſt. j. Quod dictũ exclamat pro ſingulari. Lud.
Rom. in ſing. cccxxv. inci. tu Senenſis hẽs. Idẽ uult
Abb. in c. pro cura. de iure patro. dũ adducit nota.
in c. peruenit, de emp. & uendi. Idem uult Felyn. in
c. de quarta, col. iij. de p̄ſcr. idẽ uolunt p̄dicti Mo-
derni multa adducentes in dicto trac. iuris patr. ſu
per dicto uer. ꝙ de diœceſani conſenſu, in vij. q.

Secundò principaliter rñdeo, ꝙ licet nullo mo-
dò eſſet probatũ dictam eccleſiam fuiſſe cõſtructã
13 ab oĩbus dicti loci, † attamen prę̃ſumuntur eſſe pa
troni ex conſtructione ſeu fundatione, cum ſint in
quaſi poſſeſſione iuris præſtandi: quia ex quo eccle
ſia reperitur conſtructa, nec aliter cõſtat à quo fuit
conſtructa, ex ſe neceſſe eſt dicere illam fuiſſe con-
ſtructam à parochianis illius loci, in quo conſtru-
cta reperitur: & ſi. n. eccleſia naſci non põt: & ita
concludere vr̃ Abb. in conſi. ſuo cvj. inci. caſus, in
prin. & in fi. in ij. uol. & idem Abb. in conſ. lxxvj. in
ij. uol. idem ẽt concludunt præfacti Moder. in d. tra
ctatu iuris patronatus, ſuper uer. conſtituit, q. pen.

Tertiò aduertendũ eſt in fauorẽ præfati D. An-
tonij. Nã olim Reuer. D. Legatus Bono. ſuꝑ dicto
beneficio impoſuit ꝑpetuum ſilentium mandãs ꝙ
dictus D. Antonius non poſſit inqetari, nec mole-
ſtari, ꝓhibens iudicibus ne quempiã ſuꝑ dicto bñfi
14 cio audiãt, ut latius in dicto mãdato continet. † Nã
põt ſuperior diſponere ꝙ qs non audiat a ſuis ma-
giſtratibus, & ſic moderate iuriſdõnem ſuorũ iudi
cũ l. ij. in prin. ff. de orig. iu. & ita tenet Bar. ĩ conſi.
clxxxvij. incip. dñi priores, qđ conſiliũ refert Abb.
in c. eccleſia ſanctæ Marię, col. xx. de cõſt. & Soc. in
l. Gallus, §. & q d ſi tm̃, col. pe. ff. de libe. & poſth. ubi
15 dicit † reſtitutionẽ fieri poſſe à Principe de banni
to, taliter ꝙ illa inſtitutio trahet ad bona in alium
alienata, ꝓut uolunt Card. & Imol. in c. quia diligẽ
tia, de elec. Fel. in c. inter quatuor, de maio. & obe.
in uer. limita ſecundò. quia ur̃ ſuperior diſponere
ſic reſtituendo ꝙ quis non audiatur a ſuis magiſtra
tibus, ut ibi ꝑ eũ, & ſicut ſuperior põt tacitè diſpo-
nere ꝙ quis nõ audiatur ab inferioribus magiſtra-
16 tibus, multo magis & expreſsè id fieri poteſt, † le-
gatus aũt in prouincia eius regimini commiſſa eſt
loco Principis, & ampliſſimam habet poteſtatem,
c. ſi Abbatem, de elec. lib. vj. & tanto magis hoc
17 † mãdatum proderit prędicto Antonio, ſi pars ad-

nerſa huius mandati habuit notitiam,nec ab eo ap
pellauit:quia non appellãdo ei acquieuiſſe uř, nec
illud de cætero impugnare poterit.l.ab eo.C.quo-
modo,& quando iudex.c.quod ad conſultationem
de ſent.& re iudic.& ex iſtis credo ſatis & ſupereſſe
reſponſum primæ dubitationi.

Hinc deuenio ad ſecundam dubitationem' cui
paucis reſpondeo,ꝙ nihil prodeſt aduerſario præ-
dicti Do.Antonij,ꝙ ipſe reſignauerit huic benefi-
cio,& ꝙ in eo nullum ius habeat,quod ſatis eſt, ꝙ
ipſe poſſideat,& agens contra eum,qui in ipſo be-
neficio nullum ius habet,ut ſuperius probatum eſt,
18 repelli debet,cum ſua non interſit, † non enim ſo-
lent audiri,quorum non intereſt,ij.q.vij.c.non ſo-
lent,l.à quo,§.ſi de teſtamento,ff. ad Trebell.& eſt
tex.loquens in beneficialibus,in c. poſt electioné,
ad finem, de electio. ſecundam tertiam lecturam
Gl.& ita concludit Ludou.Rom.in conſi. cccxlvij.
incip.quo ad articulum primum, col.j.ubi conclu-
dit,ꝙ ſufficit reo ꝙ uincat propter nõ ius actoris,
etiam ſi conſtet de non iure ipſius rei,l.fin.ff.de rei
uend.l.loci corpus,§.competit, ff.ſi ſeruitus uendi-
cetur,quæ iura ſecundum eum procedunt & in be-
neficialibus,& adducit ad hoc Compoſtulanũ in c.
mandatum de reſcrip.& conſilium Friderici de Se
nis,& deciſionem Rotæ,de quibus ibi per eum.Ex
iſtis ergo apertiſſimè conſtare puto de optimo iu-
re prædicti D.Antonij.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ ex certa ſcientia, de plenitudine poteſtatis,& ſupplentes omnes defectus, quid in reſcripto Papę operetur.*
2 *Papa derogare poteſt ſolẽnitatibus requiſitis in alienatione rei eccleſiaſticę.*
3 *Conditio dependens à uoluntate ſupremi Principis,impoſſibilis à iure reputatur.*
4 *Conditio impoſſibilis adiecta ultimæ uoluntati ipſam non uitiat,ſed ſecus eſt in contractibus bonæ fidei uel ſtricti iuris.*
5 *Promittens factum alterius etiam cum iuramento,excuſatur ſi facit quantum in eo ſit poſſibile, ſecus ſi ſit adiecta pœna.*
6 *Tranſactionis contractus expediri poteſt per procuratorem habentem mandatum generale cum libera.*
7 *Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.*
8 *Rei ſuæ quilibet diſponere poteſt abſq; cõſenſu alterius.*
9 *Conſortes eiuſdem litis licet plures ſint, quilibet poteſt pro parte agere & cauſam ſuam defendere.*
10 *Renuntians liti dicitur cauſam ſuam plenè defendiſſe.*
11 *Contractus præſumitur factus in utilitatem eccleſiæ, ſi ſuperioris auctoritas interpoſita fuit, nec reſcindi poteſt.*
12 *Decreti iudicialis interpoſitio facit ꝙ nulla deceptio interueniſſe præſumitur.*
13 *Verba narratiua ſupplicationis an probent rem ita eſſe*
14 *Confeſſio tutoris de pecunia recepta à pupilli debitore, liberat ipſum debitorem.*
15 *Prælati confeſſio de recepto liberat debitorem.*
16 *Confeſſio procuratoris habentis mandatum generale cũ libera, nocet domino, & debitorem liberat.*

CONSILIVM XLIII.

RESPONDEO & breuiter quæſitis,
de quibus in elegãti inſtructione in
cauſa nobilium de la Molza, & ſub
breuitati meræ ueritati ingerẽdo,
capio primum quæſitum, in quo q̃-
ritur,an tranſactio de qua in inſtru
ctione fieri poſſit, ita ꝙ plenum conſequatur effe-
ctum,accedente confirmatione ſummi Pontificis.

Huic q̃ſito breuiter rñdeo, ꝙ ſic, & iſtud habeo
ꝓ indubitato, ſi acceſſerit auctoritas ſummi Pon-
1 tificis cũ clauſulis opportunis, † uidelicet ex certa
ſcientia,de plenitudine poteſtatis,& cum clauſula
ſupplẽtes oẽs & ſingulos defectus:nã ut dicunt Do
ctores,liberrima eſt poteſtas ſummi Põtificis in re
bus eccleſiæ:ut dicit Archidia.in c.nõ liceat Papę,
xij.q.ij.& clauſula illa ſupplẽtes tollit oẽs defectus
inductos de iure poſitiuo,ẽt ſi illi cõcernerẽt ſolen
nitatẽ ſubſtãtialẽ.Ita inquit D.Anton.de But.in c.
j.extra de tranſact.ex quo dicto infert Do. Alex.in
2 conſi.lxxviij.inc.circa primũ,in vj.dubio,lib.j. † ꝙ
ſolennitates q̃ requiruntur in alienatione rei eccle
ſiaſticæ,de qbus in c.ſine exceptione. xij.q. ij. ſunt
ĩductę de iure poſitiuo,ideò illis derogare põt ſum
mus Põtifex,c.ꝓpoſuit,de conceſſ.præben.& illis
cenſetur derogare apponendo illã clauſulã ſupplẽ
tes omnes & ſingulos defectus,ut ibi latius per eũ.

Secundo q̃ſito quod ꝓponitur,an melius ſit dice
re in inſtrõ trãſactionis ſi acceſſerit cõfirmatio ſum
mi Põtificis,an uerò magis expediat celebrare cõ
tractũ trãſactionis purè,& poſtea ſubiũgere quali
ter D.Commendatarius faciet & curabit, ꝙ S. Do.
noſter Papa cõfirmabit p̃miſſum contractũ tranſa-
ctionis? reſpondeo ꝙ non expedit pficere hũc con
tractũ ſub præmiſſa conditione ſi acceſſerit confir-
3 matio ſummi Pontificis,qm̃ † illa cõditio cum de
pendeat à uoluntate ſupremi Principis,impoſſibi-
lis à iure reputatur,l.apud Iulianũ,§.conſtat, ff. de
leg.j.l.ij.§.tractari,ff. ad Senat. conſult. Tertullya.
4 l.qui cũ maior,in prin.ff.de bonis libe. † Conditio
ãt impoſſibilis ſiue ſit iuris, ſiue ſit facti,licet nõ ui
tiet ultimas uoluntates,l.obtinuit,in prin.ff.de cõ-
di.& demonſt.& l.j.ff.de cond.inſtit. contractus tñ
non ſolũ ſtricti iuris,quinimò & bonæ fidei nullius
ſunt momenti,adiecta conditione impoſſibili: quia
uĩr contrahentes uoluiſſe celebrare contractũ elu
ſoriũ,l.non ſolũ,ff.de actio.& obl.& l.impoſſibilis,
ff.de uerb.oblig.ideò conſulo ꝙ iſta uerba uel æq-
pollentia ponant in ipſo contractu,& ſic dicatur,&
ut præſens contractus maius robur,& maiorẽ firmi
tatem conſequatur,ideò p̃dictus D. Commendata
rius ꝓmiſit ꝙ faciet & curabit remota oĩ impoſſi-
bilitate iuris & facti,ut S.D.noſter Papa ipſum con
tractum confirmet ex certa ſcientia, & de plenitu-
dine poteſtatis,cum clauſulis conſuetis & opportu
nis. Conſulo ẽt ꝙ ipſe obliget ſe ad pęnã: quia tũc
non poſſet ſe excuſare ratione alicuius impoſſibi-
litatis, ex eo ꝙ promiſit factũ alienum,quin ſaltẽ
ad pœnam promiſſam non teneretur non obtenta
dicta cõfirmatione.§.ſi quis alium,& §.uerſa uice,
inſtitu. de inutili ſtipulatio. maximè, quia ut in-
quit

5 quit Abb. Mod. in c. Gemma. de ſpõſalib. † promit
tens factum alterius etiam cum iuramento excuſa
tur ſi facit quantum in eo fuit poſsibile, ꝙ ille face
ret, & nõ potuit id efficere, ideò ſi pęna adijciatur,
pęna peti poterit, maximè ſi promittens factum a-
lienum renuntiauit impoſsibilitatem iuris & facti.
6 Tertio quæſito quo queritur, † an iſte contractus
trãſactionis expediri poſsit p ꝓcuratores vtriuſq;
partis habẽtes ad hoc mãdatũ ſpeciale, ſeu p pro-
curatorẽ alterius tranſigentis cum ipſo principali:
breuiter rñdeo cõtractũ iſtũ poſſe expediri p pro-
curatores vtriuſq; partis, dummodo ad id habeant
mandatũ ſpeciale c. quia ad agendum, ubi Glo. ma
giſtr. de proc. lib. vj. quinimò per procuratores ha-
bentes mandatũ gñale cum libera adminiſtratio-
ne à lege vel ab homine cõtractus trãſactionis ex-
pediri põt. l. pręſes. C. de tranſa. & l. mãdato gñali.
ff. de proc. & nulli dubiũ eſt, iſtũ cõtractũ multo ma
gis expediri poſſe per procuratorem vnius partis
habentem mandatum ſpeciale cũ alio principali
tranſigente nomine ſuo. c. põt qs. de reg. iur. lib. vj.
Quarto quęſito quo queritur, an pendentia litis
in Curia Romana inter nobilem virum fratrẽ Lu-
douicũ de la Molza parte vna & eius cõſanguineos
parte altera impedire poſsit validitatẽ huiuſmodi
tranſactionis, & an ſit neceſſe facere mentionẽ de
iſta litis pendentia? Rñdeo, ꝙ non expedit vllam
facere mentionem de iſta pendentia litis, ſi tñ de
ea facta fuerit mentio, non obeſt validitati huius
tranſactionis aſſerta etiam litis pendentia, impedi
ri nõ poterit trãſactionem, q̃ ſit inter partes ipſas,
eo quia lis quam habet Reuerendus D. Cõmenda-
tarius cũ D. Ludouico de Molza eſt diſtincta & ſe-
parata à lite quam habẽt iſti nobiles de Molza in-
7 ter ſe: ex vna ergo non põt inferri ad aliã: † quia ſe
paratorũ ſeparata dẽt eſſe ratio l. ſi maritus. C. de
don. inter uir. & vxo. l. Papinianus exuli. in prin. ff.
de minorib. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de verbo.
obl. in ver. ſi hæc inter ſe diſsimilia ſunt, maximè,
quia iſta tranſactio ſimpliciter facta, & inueſtitura
quę poſtea fiet de aſſertis bonis ab ipſo D. Commẽ
datario cenſetur facta abſq; pręiudicio iuris com-
petentis alijs nobilibus de la Molza: argũ tex. in l.
ij. §. meritò. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo-
co publico. Paul. de Caſtr. propriè loquens in illis
terminis in cõſ. clx. inci. in cauſa appellationis quę
vertit &c. cũ ergo iſta trãſactio p̃iudicare nõ poſsit
iuri dictorũ de la Molza ſi quod eis cõpetit in bo-
nis p̃dictis, pendentia litis quæ eſt inter partes ip-
ſas impedire nõ põt tranſactionem faciẽdam inter
p̃fatum D. Cõmendatarium & D. Fratrem Ludoui-
8 cũ, † cum de re ſua quibus libere diſponere poſsit
abſq; conſenſu alterius. l. in re mãdata, C. mãdati.
l. non vſq; adeò. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſus,
nec conſortiũ litis impedire põt hanc tranſactio-
9 nẽ: † quia quilibet ex cõſortibus põt ꝓ parte age-
re cãm ſuã, & pro parte illã defendere l. j. vbi Bald.
& Sal. notant. C. de conſortib. eiuſdẽ litis. latè Soc.
in conſ. ccxxxi. inc. cũ in præſenti cõſultatione. Sed
p tranſactionẽ quis diſcedit a lite, ſeu illi renũciat.
10 l. quamuis. & l. cum proponas. C. de tranſa. † is aũt
qui renuntiat liti dr̃ cauſam ſuam plene defendiſ-
ſe. Ita dicit Bal. in l. ingenuum. ff. de ſtatu hominũ.
Modern. in l. poſtquam liti. C. de pact.
Quinto quæſito an ſucceſſores Reuer. D. Com-
mendatarij poterint dictam trãſactionẽ, maximè ſi
non conſtiterit ſummam ducatorum quinq; mille
ex cauſis ſupradictis ſolutam prędicto D. Commẽ-
datario nõ fuiſſe conuerſam in vtilitatem eccleſię,
11 reſcindere? Reſpondeo † ꝙ ſi obtenta fuerit con-
firmatio ſummi Pontificis cum clauſulis de quibus
ſupra, iſte contractus à quoquam reſcindi non pote
rit, eo, quia confirmatio ſuperioris operatur, ꝙ pe-
cunia conuerſa fuerit in vtilitatem eccleſię, & ſic
contractus ipſe reſcindi non poterit. Ita Bal. in c. j.
col. ii. in tit. qui feu. dar. poſſ. in vſib. feu. Idem vult
Bal. in c. ſicut. circa fi. de ſent. & re iud. D. Ale. in d.
conſ. lxxix. in fi. quinti dubii. Alibi dicit Bal. in c. j.
12 in vlt. col. de confirm. vtili vel inutili. ꝙ † vbi adeſt
decretum iudicis, ibi pręſumitur, ꝙ nulla deceptio
interuenerit, pro hoc multa alia poſſent adduci, q̃
ponũt Mod. Papiẽ. in l. pacta nouiſsima. C. de pact.
Conſulo etiam, ꝙ in literis confirmationis obtinẽ
dis à Summo Pontifice narretur & exprimatur di-
ctam tranſactionem ceſsiſſe in vtilitatem eccleſiæ,
13 † quoniam talia verba narratiua probabunt rem
ita eſſe, prout fuit narratum, Clemen. j. & ibi Gloſſ.
ordin. de probat. & iſtud vult Do. Alexand. in dicto
conſi. lxxix. in ſexto dubio.
Pręterea, vt dixi accedente confirmatione ſupe
rioris pręſumetur hanc tranſactionem ceſsiſſe in vtili
tatẽ ipſius eccleſię ſeu monaſterij, ſi ergo Reueren
dus D. Cõmendatarius confeſſus fuerit ſe habuiſſe
& recepiſſe ſummam dictorũ quinq; mille ducato
rũ, ex iſta confeſsione liberabitur debitor, nec erit
inſpiciendũ an iſta pecunia fuerit conuerſa in vti-
litatem eccleſiæ, quia ſatis eſt, ꝙ ab initio cõtractus
ſit vtiliter geſtus verè uel pręſumptiuè in fauorẽ ec
14 cleſię. l. ſed an vltro. ff. de neg. geſt. † ꝙ autem con-
feſsio prelati de pecunia recepta liberet debitorẽ,
probatur in l. Lutius. §. tutela. ff. de admini. tut. ubi
cõfeſsio tutoris de pecunia recepta à debitoribus
pupilli liberat debitorem ipſum, multo magis id
15 efficiet † cõfeſsio p̃lati, qui pinguius ius habet in
bonis eccleſiæ, quàm tutor in bonis pupilli, ut dicit
Gl. in ver. fi. v. q. iii. quam notat Abb. in c. auditis in
iii. col. in verſ. tertio nota. extra de reſt. in integ. &
ita cõſuluit Pau. de Caſt. in conſ. j. per iura, & rõnes
de quibus ibi per eum. Et idem ſentit D. Ale. in l. ii
16 in §. creditum. ff. ſi cer. pet. dum dicit, † ꝙ confeſ-
ſio procuratoris habentis mandatum gñale cum li
bera adminiſtratione à lege, prout habet tutor, vel
p̃latus, nocet dño, & liberat debitorẽ. & licet Mod.
Papien. dicat hoc nõ eſſe verum in procuratore ha-
bente mandatum gñale cum libera adminiſtratio
ne ab ipſa lege, tñ allegando Bal. in l. j. in prin. ff. de
off. procura. Cęſar ipſe malè dicit, & in contrarium
eſt tex. in l. pręſes. C. de tranſact. quem ipſemet pon
derat cõtra hęc dicta Bal. & ibi dicit, ꝙ eius doctri
na confunditur per illum tex. & ꝙ l. j. uerſ. denique.
ff. de off. procurat. Cęſar loquitur in procuratore
Cęſaris qui cenſetur tanquam procurator cuiuſli-
bet priuati non habens mandatum generale cũ li-
bera adminiſtratione ab ipſa lege: ex iſtis ergo rñ-
ſum eſt q̃ſitis de quibus in j. inſtructione. Laus Deo

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Pater qui conſenſum ſuum præſtitit renuntiationi bonorum ſuorum per filium factæ, poteſt illum reuocare, & de bonis ipſius libere diſponere.*

2 *Vltima voluntas mutabilis eſt, vſque ad ſupremum vitæ ſpiritum.*

3 *Diſpoſitio auferens liberam teſtandi facultatem, eſt inualida, nec iuramento firmatur.*

4 *Filia ſi renuntiauit cum iuramento hæreditati patris viuentis in manibus fratrum, & de conſenſu patris, poteſt ſolus diſponere quòd filia ſimul cum fratribus æqualiter ſuccedat.*

5 *Renuntiatio de non ſuccedendo in hæreditate ex teſtamento patris, an patrem teſtari impediat.*

6 *Iurans nolle renuntiare bonis ſeu hæreditati paternæ, patre conſentiente: non poteſt poſt patris mortem talibus renuntiare.*

7 *Glo. in c. mulieres, de iureiur. lib. vi. in quibus procedat.*

8 *Solennitas eadem requiritur in deſtruendo, quæ in conſtruendo.*

9 *Donatio partis dimidiæ bonorum emphyteuticorum facta à fratre fratri, ſine conſenſu directi domini valet.*

10 *Donatio iuris acquirendi non requirit inſinuationem.*

CONSILIVM XLIIII.

CIRCA dubitationem propoſitam in alia inſtructione qua quęritur quonam modo conſuli poteſt indemnitati D. Nicolai de Molza circa renũtiationem per ipſum faciendam in bonis paternis tam allodialibus; quam emphyteuticis ſeu precariis ad commodum D. Franciſci de Molza eius fratris.

1 Breuiter rñdeo, ꝙ † quantum eſt reſpectu bonorum allodialium, de quibus D. Frater Ludouicus liberè diſponere poteſt, facile remedium poteſt adhiberi: nam licet ipſum ſuum conſenſum pręſtiterit huic renuntiationi, tamen poteſt ipſe iſtum conſenſum ſuũ reuocare. l. fi. C. de pac. & ibi notat Pau. de Caſt. & alij, quia talis cõſenſus ſortitur naturam
2 vltimę uoluntatis, † quę mutabilis eſt vſq; ad ſupremum vitæ ſpiritum, l. ꝙ ſi iterum. ff. de adimend. lega. l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. j. ideò infert ibi Pau. dç Caſt. in d. l. fi. ꝙ ex tali conſenſu pręſtito per illũ de cuius bonis agitur, nullum ius acquiritur ipſi paciſcenti, quia ſi eſſet acquiſitum, nõ poſſet conſenſus reuocari, l. ſi partem. §. j. ff. quęadmodum ſeruitus amittatur. l. fi. ff. de pact. & ꝙ talis conſenſus poſſit reuocari etiam firmatus iuramento: ſuadetur, quia auferetur libera teſtãdi facultas,
3 † ideò quęlibet diſpoſitio auferens huiuſmodi facultatẽ reprobatur à lege, nec firmatur iuramento: quia eſt cõtra bonos mores, pro ut not. Bart. & alii in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. idem Bar. in l. ſi quis, in principio teſtamenti. ff. de lega. iii. ideò dicit Bal. in c. ad nrãm, el ii. col. ii. extra de iureiur.
4 † ꝙ ſi filia renuntiauit cum iuramento hęreditati patris viuentis in manibus fratrũ, & de conſenſu patris, poteſt pater ſolus diſponere, ꝙ filia ſimul cũ fratribus ęqualiter ſuccedat: qa requiritur perſeuerãtia patris vſq; ad ſupremum vitæ ſpiritum, quia inuito tale pactum non tenuit, & licet Moder. Papi. in d. l. fi. de pact. reprobet hoc dictum Bal. dicens illum ęquiuocaſſe circa terminos dictę. l. fi. C. de pac. tñ non ſimpliciter reprehendit ſed ſolum in eo, quod dixit, ꝙ talis renuntiatio non tenuit ſine patris cõſenſu: quia imò ualet & firmatur iuramento: quia continet pactũm de non ſuccedendo. c. quãuis, de pact. in vj. Sed ꝙ non poſſit pr̃ qui pręſtitit conſenſum huic renuntiationi factę p filiã in manibus fratrum illum reuocare. in hoc Bal. nõ reprehenditur, nec meretur reprehendi: quia eſt ipſa ueritas, ꝙ talis cõſenſus põt reuocari, & ita cõſulo, ꝙ reuocet hunc cõſenſum & ita poſtulã inſtr̃m.

Pręterea hoc ſtante, ꝙ poſſit pater reuocare dictum conſenſum: & libere diſponere de bonis ſuis, poterit pręfatus D. Ludouicus facere teſtamentũ, & relinquere predicta bona D. Nicolao eius filio qui tunc poterit ſuccedere non obſtante ſua renuntiatione iuramento firmata. Ita Bal. in l. pactum ꝙ
5 dotali. q. iij. C. de collat. eo, quia † ſi non poſſet ſuccedere renuncians in hęreditate ex teſtamento patris, per talem renuntiationem pater ipſe prohiberetur teſtari, quod à iure eſt reprobatũ. d. l. fi. C. de pact. & idem tenent vterque Sal. in d. l. pactũ quod dotali. Imol. & Aret. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acq. hęred. Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. & ibi dixi in ix. col. ver. ſecundo fallit. quia tñ per hoc remedium non eſſet plene conſultum indemnitati præfati D. Nicolai circa bona emphyteutica, quæ dicuntur eſſe maioris ęſtimationis quam bona allodialia, ideò aliam medicinã opus eſt adhibere, ex qua in omnibus & per omnia ei cõ
6 ſuli poſſit, ideo cõſulo, ꝙ in primo inſtr̃o † dicatur qualiter pręfatus D. Nicolaus iurauit in pręſentia patris, & de eius conſenſu, & etiam in pręſentia D. Franciſci Mariæ acquieſcentis ſeu conſentientis dicto iuramento, ſe nullo unquàm tempore facturum aliquam renuntiationem ſeu ceſſionem in bonis ſeu hęreditate Dñi Fratris Ludouici eorum fratris ſiue illa bona ſint emphyteutica ſiue allodialia, ſtante eñ hoc primo iuramento de non faciendo dictam renuntiationem, renuntiatio quæ poſtmodũ ſubſequitur nullius roboris & momenti exiſtit,
7 ſimiliter & ratificatio eiuſdem. de hoc eſt † Gl. approbata in c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj. quæ Gl. procedit qñ iuramentum fuit pręſtitum ſup eo quod eſt prohibitum de iure cõi, prout eſt renuntiare bonis paternis. l. pactum quod tali. de collat. prout eſt ẽt alienare fundum dotale. Ita intelligit Io. de Imol. in c. dilectus. de pręb. Alex. in conſ. xvj. in ci. ponderatis narratis. lib. iii. procedit ẽt qñ iuramentum primum fit pręſente illo ad cuius commodum poſtmodum fit renũtiatio. Ita Bal. in c. ueniens de iureiur. idem Bal. in l. duobus. §. fi. ff. de iureiur. procedit etiam qñ is cum quo celebratur actus ſcit talem actum fieri contra iuramentũ prius præſtitum: nam cõqueri nõ poteſt poſtquam ſciuit prout contigerit in caſu iſto, in quo D. Fran. Maria non poſſet pretendere ignorantiã primi iuramẽti, ſic declarat Io. de Imol. in l. cum uir. char. pen. ff. de vſuca. Ioan. Fabri inſti. quib. aliena. licet, uel ne in princ. Alex. in d. conſ. & iſtud iudicio meo eſt ſalubre remediũ pro dicto D. Nicolao, per quod ẽt eliderẽ uirtus ratificationis quæ poſtmodũ ſubſequerẽ.

In

In quantũ ẽt quęritur an ſit oportunum ante ratificationẽ,& poſt illam immediatè facere,& declarare mentẽ ipſorũ cõtrahentiũ p duo ſimilia inſtrã &c.conſulo vt id fiat,& erit opportunum conſiliũ.

Et quia q̃ſitũ eſt,an in iſtis proteſtationibus maior ſolennitas quàm in ratificatione requiratur,cõ
8 cludo ꝙ nõ: † quia cũ iſtę proteſtationes tendãt ad annullandum ipſam ratificationem, eadem ſolennitas in illis ſufficiet.auct.ècontra ſi filius,C.de repudijs.Gl.in l.cũ proponeretur. ff. de leg. ij. quam in pleriſq; locis notat Bal,quæ cõmemorat Fel. in c.cum acceſſiſſent.col.ij.de conſt.dicens, ꝙ ubi ex forma ad probationem actus geſti requiritur certa probatio, eadem requiritur ad eius deſtructionẽ.

Item aduertendum eſt,ꝙ licet in inſtrumẽto dicatur qualiter D.Franciſcus Maria eſt contentus ꝙ D. Nicolaus eius frater hẽat dimidiã partẽ bonorũ emphyteuticorũ de quibus inueſtiet, & ſic hoc pactum videatur continere quandã donationem,di
9 co tñ † ꝙ eſt permiſſa ſine conſenſu dñi directi, ut latè concludit Iaſ.poſt infinitos Doctores per eum allegatos in l. fi. C. de iure emphyteuti. col. xxvj. cum duabus ſequẽtibus in ver.ſupraſcripta omnia.
10 Et † quia in effectu uř donare ius acquirendum nõ acquiſitum,hæc donatio nõ requirit inſinuationẽ. Ita Pau.de Caſ.in conſ.xj.inci.in caſu pręſenti.conſulo tamen , ꝙ in dictã parte inſtrumenti dicatur ſaluo ſemper & reſeruato iure eccleſiæ quo ad ſuũ directum dominium,per ea quæ ſcribit idem Iaſon in d.l.fi.& ex iſtis &c. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*
2 *Alternatiuę vna pars,per alteram partem declaratur. Quod procedit vt infra.nu.11.*
3 *Pars vna ex copulatis declarat alteram partem dubiã copulatiuæ orationis.*
4 *Pactum ſimpliciter appoſitum, ſimpliciter eſt intelligendum.*
5 *Renuntiatio non præſumitur facta iuris quod quis ignorabat ſibi competere.*
6 *Ratio vnica quãdo reddi poteſt,illa pro expreſſa hẽtur.*
7 *Interpretatio locum non habet in contractibus,niſi contra eum qui potuit pactum apertius concipere.*
8 *Pacta acceſſoria pęnalia,vel quę apponũtur ad executionẽ prĩcipalis diſpoſitionis,illius virtutẽ nõ alterãt.*
9 *Verba auctoritate,vel uice noſtra cognoſcas, quid importent.*
10 *Stipulatio pœnalis non alterat uirtutem contractus pręcedentis.*
12 *Teſtamenti vna pars per alteram declaratur.*
13 *Verbum quodlibet appoſitum in teſtamento debet aliquem effectum operari,& etiam quęlibet Syllaba.*

CONSILIVM XLV.

IN cauſa Cęſaris Budrioli,in cuius fauorem ſuperioribus diebus conſului,quędam obijciuntur ei, primum eſt, ꝙ illud pactum de quo in inſtrõ tranſactionis, cenſetur factum intuitu collitigatoris quem habebat prę-fatus Cęſar,ideò effectum non debet operari ut in-
1 ducat repetitionem huius pecuniæ : † quoniam limitata cauſa limitatum parit effectum. l. quod dictum.ff.de pac. l. iij. §.j.ff.naut.caup. ſtabul. & iſta interpretatio ſuadetur ex pactis de quibus in ipſo inſtrumento,quæ oſtendere uidentur hanc promiſſionem emanaſſe ex cauſa pręmiſſa.Non obſtant illa uerba,& caſu quo conſtaret & appareret pecuniã non eſſe bene ſolutam , uel contigerit dictum Cęſarem moleſtari ad ſolutionem eiuſdem pecuniæ, quia dicta uerba non bene ſolutam,debent intelli-
2 gi reſpectu dicti collitigatoris, † cũ uerbum dubiũ poſitum in una parte alternatiuę declaretur per aliud uerbũ poſitũ in alia parte alternatiuę.l.j. ff. de reb.dub.per quẽ tex.Lud.Rom.in cõſ.cc.xxj.inci.
3 pręmiſſorum dictorum dicit idem eſſe † in copulatiua: quia vna pars ex copulatis declarat alterã partem dubiam copulatiuę orationis.Ex quo infert,ꝙ cum teſtator fecerit legatum liberis & eius parẽti, ſub illo uerbo liberis,comprehenduntur ſolum liberi ex matrimonio primo, cum durante uita primi mariti qui ad legatum vocatus eſt, ſecũdi matrimonii filij nullo modo haberi poſſint, ut ibi p eũ.

Iſtis tñ non obſtantibus, adhuc inhęreo concluſioni aliàs firmatæ in fauorem prędicti Cęſaris , & primæ obiectioni reſpondendo, dico illam nõ obſtare:& pro reſponſione aduertendum eſt , ꝙ illud pactum cõceptum eſt ſimpliciter,& indefinitè, nec
4 eſt coarctatum reſpectu alicuius perſonæ,†ideo ſimpliciter eſt intelligendũ l.ẽt.C.ad Velleya. iũcta. l. Iubemus,& quod ibi notant Doctores eo. tit. Ideo dicit Bal.in l.pactũ quod dotali.in xvj.q. C.de collat. ꝙ renuntiatio in qua nulla cauſa fuit expreſſa reſtringi non poteſt niſi ratione temporis, vel ex a-
5 nimo,vt quia quis non cenſetur † renuntiaſſe iuri quod ignorabat ſibi cõpetere.l.tres frẽs.ff.de pact. ideò conſuluit renuntiantes ut caueant à uerbis generalibus,ne dum confuſo ſermone utuntur,in prõ ptũ ſui incidant periculum.l.fi.C.de dot.promiſſi.

Pręterea iſtud pactum eſt conceptum in rẽ, ideò in omni perſona procedere debet, & ſic non poteſt dici,ꝙ factum fuerit intuitu collitigatoris . l. item ueniunt.§.à quo.ff.de petit.hęred. l. hęc autem. §. fi.ff.ex quib.cauſis in poſſeſſio.eatur.

Prætereà huic interpretationi repugnant uerba inſtrumenti,dum in eo dicitur, & à nemine erit petita,ex quibus uerbis apparet hoc pactum nõ emanaſſe ſolum reſpectu collitigatoris, ſed reſpectu aliorum quorumcunque qui quo uis modo moleſtare poſſent prędictum Cęſarem.

Pręterea qua rõne dicũt cõſultores partis aduerſę hoc pactũ emanaſſe intuitu collitigatoris, eadẽ rõne dicẽdũ eſt,ꝙ illa verba , caſu quo cõſtaret pecuniã nõ eſſe bene ſolutã, fuerint prolata reſpectu rei iudicatę ĩ fauorẽ dicti Cęſaris,uirtute cuius Cæſar ipſe ſe tuebãt in foro mercantili, dum aduerſus
6 eũ peteretur executio literæ cambij, † & cum nulla alia cauſa deuentum fuerit ad dictũ pactũ, illa ꝓ expreſſa haberi dẽt,per ea q̃ tradit Gl.in l.quamuis. C.de fideicom.quam notãt ibi Bal.& Pau.de Caſt. idem Bal.in l.maximum vitium.C.de libe.pręteri.

Pręterea ut dixi in prioribus allegationibus illa uerba,& ei cũ de iure debetur, cẽſentur repetita in

oratione

oratione ſubſequenti. & conſenſus eſt, & caſu quo
conſtaret & appareret pecuniā nō eſſe bene ſolutā
& ei cui de iure debetur &c. Cū ergo iſta pecunia,
ſtante re iudicata, ſtante etiam exceptione pręſcri-
ptionis non fuerit bene ſoluta, locus erit repetitio
ni: & q̃a verba hoc clarè ſonant, non eſt locus con-
7 iecturis, maximè, † quia in contractibus interpre-
tationi locus non eſt niſi ꝯ eum qui potuit pactum
apertius concipere. l. veteribus. ff. de pac. l. Labeo.
ff. de ꝯh. emp. Bar. in l. liberorum. col. iij. ff. de ver.
ſig. Nec pacta ſuper quibus fit fundamentū per ad-
uerſarios alterare poſſunt uim & naturā dictę pro-
8 miſſionis: † q̃a pacta acceſſoria pęnalia, vel quæ ap
ponuntur ad executionē principalis diſpoſitionis
illius uirtutē nō immutant neq; alterant, de hoc eſt
tex. in Clem. j. in fi. de pręben. per quem tex. dicunt
D. Anto. de But. & Io. de Imol. in c. quoniā Abb. de
9 offi. deleg. quod † quanuis per iſta verba auctorita-
te, uel uice noſtra cognoſcas, iudex ordinarius fiat
delegatus, ſi tñ prædicta uerba apponantur in con-
firmatione commiſſionis factę à ſuperiore, ut quia
dicatur, ꝙ ſuperior committēs habebit ratū quid-
quid eius auctoritate geſtum fuerit, per hoc nō mi
nus iudex erit ordinarius, quia per dicta verba eius
iuriſdictio non cenſetur alterata, & iſtud ex multis
confirmat Fel. in c. licet in corrigendis. de offi. or-
dina. in verſ. tertia declaratio. cui addo tex. in l. cū
fundo. ff. de ſeruitutib. ruſticorum prędiorum. in
10 quo tex. probatur, † ꝙ ſtipulatio pęnalis non alte-
rat uirtutem contractus pręcedentis. & ita illum
tex. notāt ad hoc ibi Bar. & Bal. Illū ēt ad hoc notat
Frā. Are. q̃ nihil ignorauit ī l. iiij. §. Cato. ff. de uer.
obli. in ix. col. vbi dicit illū tex. ad hoc eē notabilē.
11 Secundę obiectioni † reſpondeo, ꝙ una pars al-
ternatiuæ declarat alteram quando illa dubia eſt,
ſecus quando eſt clara. d. l. j. de reb. dub.

Pręterea illud procedit quando vnaquęque pars
alternatiuę poteſt operari effectum: quia tunc non
eſt inconueniens, ꝙ reſtringatur per uerbum poſi-
12 tum in altera parte alternatiuę, ſicut dicimus, † ꝙ
una pars teſtamēti declarat alteram, l. qui filiabus.
ī prin. & l. ſi ſeruus pluriū. §. fi. ff. de leg. j. ſed qñ una
pars alternatiuæ coarctata per alterā partem nullū
effectū operaret, & ſic eſſet inanis, tūc ceſſaret iſta
13 declaratio, † cum ſit, ꝙ quodlibet verbum appoſi-
tum in inſtrumento, imò quęlibet ſyllaba debeat
aliquem effectū operari, Bal. in r. b. C. de ꝯh. empt.
in ix. q. Alex. in conſ. xx. lib. v. pro quo multa addu-
cit Fel. in c. j. extra de reſcrip. ſed in caſu præmiſ-
ſo ſi iſta pars alternatiuæ declaretur per aliam par-
tem, & ſic ſecundum illam reſtringi deberet, inanis
eſſet, & nullum effectum operaretur: quia ſatis fuiſ-
ſet apponere ſecūdam partē alternatiuæ. Igitur &c.
Et ex iſtis puto clarè & apertè reſolutas fore præ-
miſſas obiectiones. Et ſic in fauorem Cęſaris pro-
nunciandum &c. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an competat ex fundatione, uel dotatione eccleſiæ.*

2 *Eccleſia cōſtructa & dotata præſumitur à parochianis illius loci in quo conſtructa reperitur,*

3 *Poſſidens auctoritate iudicis iuſtè poſſidet.*

4 *Præſumptio eſt ꝓ poſſeſſore beneficij ꝙ iuſtè poſſideat.*

5 *Epiſcopus probare debet, quòd bona prælati defuncti ab eius hæredibus poſſeſſa, ſint ex redditibus eccleſiæ acquiſita.*

6 *Donatione facta inter virum & vxorem, ſi ambo ſeparatim decedunt, & quis primò moritur non appareat, quis probare debeat de morte primi decedentis.*

7 *Teſtamenta duo eodem die confecta ſi producantur, & non apparet quod prius, & quod poſterius conditum ſit, quis hęres ſit.*

8 *Feudum an ſit nouum, vel antiquum præſumitur pro poſſeſſore.*

9 *Patronus vt quis præſumatur ex fundatione, vel dotatione, titulum allegare debet, & probare ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi tanto tempore cuius initij memoria non ſit in contrarium.*

10 *Pręſentationes ſimpliciter factæ an inferant cauſam & titulum iuris patronatus.*

11 *Epiſcopi conſenſus requiritur in acquiſitione iuris patronatus.*

12 *Ius patronatus an pręſumatur fundatum conſenſu Epiſcopi ex lapſu longi temporis & nu. 15.*

13 *Bona fides deduci & allegari debet in caſu in quo pręſumitur.*

14 *Poſſeſſio deduci debet, vbi ex ea dominium pręſumitur.*

16 *Pręſumptiones duæ circa idem ſubiectum concurrere nō poſſunt.*

17 *Euentus conditionis debitorem in mora non conſtituit.*

18 *Præſumptio non debet maiorem effectum operari in caſu præſumpto, quàm veritas in caſu uero.*

19 *Ius patronatus non quæritur ex ſola datione rei eccleſiæ, ſed oportet dicere quòd det ratione dotis ipſius eccleſiæ.*

20 *Parochiani qui ſunt in quaſi poſſeſſione præſentandi pręſumuntur patroni quando non conſtat alios eſse patronos.*

21 *Item quando ſumus in caſu dubio.*
Vna præſumptio alteri daroget.

22 *Ius patronatus eſt quædam ſeruitus.*

23 *Qualitas ſine ſubiecto eſse nòn poteſt.*

24 *Beneficium poſſidenti ſatis eſt oſtendere de non iure actoris, licet de iure ſuo non conſtet.*

25 *Verba in mandato Papæ contenta, ut de beneficio prouideatur Titio, ſi eſt idoneus, an faciant conditionem & ſic ſi conferatur beneficium minus idoneo, an ualeat collatio. & cui conferri poſſit.*

26 *Probatio obſcura & confuſa non euacuat poſseſsoris intentionem.*

27 *Ius præſentandi competit exiſtenti in quaſi poſseſſione.*

28 *Ius patronatus acquiri poteſt mediante præſcriptione.*

CONSILIVM XLVI.

PRIVS, quàm parochialis eccleſia S. Petri de Aiano uacaret Reuerendus D. Vicelegatus Bononię illam collationi & diſpoſitioni ſuæ reſeruauit, de qua poſtea uacāte prouidit dño Io. Antonio de Albergatis derogādo iuri patronatus laicorū niſi fuerit ex fundatione, vel dotatione: & ex inde decreta fuit poſſeſſio, facta huiuſmodi prouiſione hoīes dictę uillę Aiani

præſentarunt

præſentarunt coram ordinario alium,& poſitis edictis idem D. Ioan. Antonius ſe oppoſuit allegando ſuam prouiſionem. Ex aduerſo præfati homines dicunt huiuſmodi prouiſionem factam Dño Io. Antonio nullius eſſe momenti, cum ipſa eccleſia ſit de iure patronatus laicorũ ex fundatione,& ad id probandum adducunt aliquas præſentationes, quarum prima incipit de anno.l.iiij.& vj. quęrit quid iuris.

1 Tota difficultas huius cauſę conſiſtit, † an ex his, quæ adducunt præfati homines probatum ſit ſaltē præſumptiuè ipſis competere ius patronatus ex fundatione uel dotatione, an non?

In qua dubitatione videtur dicendum, prędictis hominibus competere ius præſentãdi ex fundatione, ſeu dotatione, ſaltem præſumptiuè, cum fuerint

2 in quaſi poſſeſſione iuris prçſentandi: † quia ex quo eccleſia reperitur conſtructa, nec aliter conſtat à quo cõſtructa fuerit, neceſſe eſt dicere illam fuiſſe conſtructam vel dotatam à parochianis illius loci, in quo conſtructa reperitur, ex ſe enim eccleſia naſci non poteſt, nec dotari. ita concludere vr̃ Abb. in conſ.ſ.10 cvj.incip.caſus. in prin.& in fi.in ii. vol.& in conſ.lxxvj.eo.lib.concludunt idem Moderni in tractatu iuris patronatus ſup.uerbo ↄſtruxit q.pen.

Pręterea de hoc beneficio prouiſum fuit præfato Do. Ioanni Antonio cum derogatione iuris patronatus, niſi fuerit ex fundatione vel dotatione,& ſic ſub quadam conditione vr̃ facta iſta prouiſio l. quibus diebus.§.quidam Titio.ff.de cond.& dem. non poteſt ergo ſortiri effectum iſta promiſſio ante implementum conditionis,& ſic prius, quàm probatũ fuerit p dictum D. Io. Antonium hoc ius patronatus non ſpectare ad laicos ex fundatione, nec ex dotatione.l.q heredi.§.fi.ff.de cõd.& dem.

His tñ non obſtantibus concludo contrarium.

3 Moueor in primis: † quia præfatus D. Io. Antonius auctoritate iudicis poſſidet beneficium iſtud de quo agitur,& ſic iuſtè.l.iuſtè.ff.de acq.poſſ. Aduerſarius ergo qui illum excludere conatur ex eo, ꝙ dictum beneficium ſit iuris patronatus laicorum ex

4 fundatione ſeu dotatione, id probare tenetur: † q a præſumptio eſt pro ipſo poſſeſſore: arg.tex. in c. ſi a ſede.de pręb.lib.vj.pro quo facit Gl.nor.in c.nulli.

5 xii.q.v.quę vult, † ꝙ ſi contentio ſit an bona acquiſita per prælatum fuerint acquiſita ex bonis eccleſię, vel ex eius proprijs bonis ſi hęredes eius illa bona poſſideant, onus probandi bona prędicta fuiſſe acquiſita ex reditibus eccleſiæ incũbit Epiſcopo.

6 Similiter dicit Bart.in l.ſi inter.ff.de reb.dub. † ꝙ ſi uir & vxor deceſſerunt ſeparatim, ita ꝙ non apparet vter prius deceſſerit, melior erit conditio poſſidentis, ideo ſi hęredes viri uendicant bona donata uxori, ipſi probare debent uxorem prędeceſſiſſe, ſi verò hęredes uxoris uendicent bona, illi probare debent virum prædeceſſiſſe, ita ꝙ eius morte donatio fuerit cõfirmata.l.cum hic ſtatus. §. ait oratio. de dona.inter vir.& vxo.l.donationes quas parentes.C.de donationib.inter uir.& uxor.

Facit & tertiò quod voluit idem Bar.in l.j. §.nõ

7 autem.ff.de bono. poſſ. ſecundũ tab.ubi dicit, † ꝙ ſi producantur duo teſtamenta eadē die confecta, nec cõſtat quod prius,& quod poſterius, nullus erit hęres: quod procedit ſi nullus poſſidet, ſed ſi unus ex hæredibus poſſideret illa obtinerent, & actor ſuccumberet: quia ratione poſſeſſionis prçſumeretur teſtamentum in quo ille poſſeſſor fuit heres inſtitutus fuiſſe poſterius. Facit etiam quod voluit Pau.de Caſt.in conſ.clvj.incip.quod iſtud feudum.

8 ubi dicit, † ꝙ ſi dubitetur an feudum ſit nouum, vel antiquum præſumptio eſt pro poſſeſſore.

9 Secundò principaliter patet iſta concluſio, † nam vt quis præſumatur patronus ex fundatione, uel dotatione eſt neceſſe, ꝙ alleget titulum, & ad illũ oſtēdendum probet ſe fuiſſe in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi tanto tempore cuius initij memoria non exiſtit in contrarium. Ita vult D. Alex.in conſ. lxxv.incip.uiſis & ponderatis narratis in themate. lib.iiij. Idem concludit Fel.in tractatu iuris patronatus.in ultimis uerbis. Cum ergo prędicti homines nõ probent quaſi poſſeſſionē iuris præſentandi niſi per tempus lvj.annorum: ex hoc argui non poteſt illos eſſe patronos ex fundatione uel dotatiōe.

10 Prçtereà & tertiò † per ipſos homines probandũ erat, ꝙ pſentationes quas faciebant, illas fecerunt ex illa cauſa & titulo quem nunc ipſi allegant, alias præſentationes per illos ſimpliciter factę non inferũt ſibi cauſam nec titulũ quē nũc ipſi allegãt. l.ad ꝓbationē.& l.neq; natales.C.de prob. Ita decidit Sal.in l.ſi certis annis.in uerſi. quęro. dicit, ꝙ decennalis:& in ult.q.C.de pac.& ita in iſtis terminis D.Alex.in d.conſ.lxxv.in ultimis uerbis.

11 Præterea † & quartò ut quis acquirat ius patronatus mediante dotatione uel conſtructione eſt neceſſe, ꝙ id faciat de conſenſu Epiſcopi. c. nemo.de conſecrat.diſt.j.Abb.in rub.de iure patron. in eius diffinitione, ſed nuſquàm conſtat de iſto conſenſu, igitur &c.ſolennitas enim extrinſeca non præſumitur niſi probetur.l.quæcunque. §. fi. ff.de publicia.

12 Et † ſi diceretur ex lapſu longi tēporis prçſumitur hunc cõſenſum epiſcopi interueniſſe, prout dicit Archidiaconus in c. nemo.de conſecrat. diſt.j. cuius dictum extollit pro ſingulari Rom.in ſuis notabilib.nota.cccxxv.inci.tu Senenſis habes. Fel. in c.de quarta.col.iiij.de pręſcrip. ad hoc reſpondeo dupliciter,& primò ꝙ iſta pręſumptio iuris debuit deduci & allegari. l. ſi quis adulterium cũ inceſtu. in princ.ff.de adult.in verſ. utique ſi error alleget. Bar.in l.cum quis.ff.ſi cer.pet.ideò dicunt Bald.& Ang.in l.ſuper longi.C.de præſcrip. longi tempo-

13 ris, † ꝙ in caſibus in quibus bona fides prçſumitur illa debet deduci & allegari, ſimiliter dicit Bal. i l.

14 etiam.C.de execu. rei iud. † ꝙ ubi ex poſſeſſione præſumitur dominium illa deduci debet.

15 Secundò † reſpondeo, ꝙ ſi uerè conſtaret prædictos homines eſſe patronos ex fundatione, uel dotatione, tunc fateor, ꝙ ex lapſu temporis præſumeretur conſenſum Epiſcopi interueniſſe, ſed quia ſi de eo cõſtat hoc ſolũ cauſatur ex prçſumptione, ideo

16 nõ pſumitur talis cõſenſus † quia circa idē ſubiectum duæ præſumptiones cõcurrere nõ poſſunt. Ita dicit Bar.in l.iuriſgētium.§.quinimo.col. ult.ff.de pac.ubi adducit notata in l.j. C.de dot.promi. ſatis enim operatur lapſus temporis ut inducat pręſumptionē tituli, uidelicet ex fundatione, uel dotatione abſq; eo ꝙ inducat præſumptionem, ꝙ Epiſcopi cõſenſus acceſſerit, per ea quæ uoluit Bar.in l. quoties

17 ties in diem. ff. de uerb. obl. dum dicit, † ꝙ euentus conditionis debitorem in mora non conſtituit: q̃a ſatis operatur, ꝙ tunc oriatur obligatio quæ prius orta non erat. l. cedere diem. ff. de uerbo. ſignific.

18 Comprobatur & quintò iſta concluſio, † pręſumptio non debet maiorem effectum operari in caſu præſumpto, quàm veritas in caſu uero. l. qui ad certũ. §. fi. ff. locati. tunc ſic ſi uerè probaretur prædictos homines fundaſſe, vel dotaſſe eccleſiã per hoc non diceretur eſſe probatum, ꝙ ipſi acquiſiuerint ius patronatus ex cauſis premiſsis: ergo nec hoc eſt dicendũ in caſu in quo pręſumeretur fuiſſe fundatores ipſius eccleſię, vel illam dotaſſe: iſta minor pro-

19 batur: quia † q̃n quis fundat eccleſiam, uel aliquid elargitur multipliciter, per hoc non acquirit in ea ius patronatus: quia oportet, ꝙ det ratione dotis ipſius eccleſiæ, aliàs vr̃ potius benefactor & uti liberalitate quadã erga ipſam eccleſiam. Ita concludit Abb. in c. iij. col. pen. extra de iure patronat. idem vult ipſe in conſ. lix. inci. quidam D. Iacobus in ij. uol. & in conſ. cvj. incip. caſus. eod. lib. quod confirmant Moderni ex aliquibus deciſionibus in tractatu iure patron. in vj. q. ſuper verbo & dotauit. Et eſt cõis concluſio, niſi dicatur hoc argumentum procedere in eo qui aliquid donauit eccleſię, ſed ſecus ſit in fundatore, vel dotante, vtendo hoc termino dote: quia tunc iſti abſque alia expreſsione acquirunt ius patronatus, cum iura indulgeant ſimpliciter ius patronatus fundatori, conſtructori, & dotãti ipſam eccleſiã, c. pię mentis. xvj. q. vij. & notatur in rub. de iure patrona. magis ergo inhęreo prioribus fundamẽtis. Adducta in cõtrariũ nõ obſtant, & prima obiectio ſublata ẽ ex fundamẽtis ſupius relatis.

Specifice tñ illi rñdendo dico illã non obſtare: quia ex poſſeſsione iuris pręſentandi, & ex lapſu tẽporis pręſumuntur poſſeſſores eſſe patroni ex fundatione, q̃n pręterijt tp̃s, cuius initij memoria non exiſtit in contrarium, & ſic tp̃s centum annorum, q̃ curſus tẽporis minimę reperit in caſu iſto, igit &c.

20 Secundò reſpondeo, † ꝙ parochiani qui ſunt in quaſi poſſeſsione præſentandi pręſumunt patroni quando non conſtat alios eſſe patronos. Ita vult Io. And. in c. quod alicui gratioſè. de reg. iur. lib. vj. in mercurialibus, in vltimis verbis. & Abb. in c. cum eccleſia Vulterana. de electi. col. pen.

21 Tertiò rñdeo, † ꝙ parochiani qui ſunt in quaſi poſſeſsione pręſentandi pręſumunt patroni ex fundatione, vel dotatione, quando ſumus in caſu dubio, ſed ubi alia præſumptio eſt in contrariũ, ſecus dicendum eſt: nam vna pręſumptio derogat alteri, l. diuus. ff. de in integ. reſt. c. afferte mihi gladiũ. de preſump. ſed iſta præſumptio tollitur ex eo, q̃a conſtat de duabus pręſentationibus prioribus in tempore vna de anno Mccccxxiiii. de mẽſe Decẽbris, facta nomine Sonini quondam de la guna de quodam Dño Hieronymo ciue Bononiẽ. quę pręſentatio fuit confirmata etiam precedentibus edictis in forma, & de alia p̃ſentatione facta de anno Mccccxliii. de menſe Maii nomine Aegidię pupillę filiæ dicti quondã Sonini, quę ſimiliter cõfirmatio fuit ſubſequuta. Ex iſtis ergo pręſentationibus pręcedentibus pręſentationes factas ab iſtis parochianis, deprehendit eccleſiã prius fuiſſe fundatam, &

22 fuiſſe in rerũ natura: † quia cũ ius patronatus ſit q̃dã ſeruitus. Gl. in c. pię mentis. xvj. q. vii. Abb. in c. iii. de iure patro. & ſic ſit quędã qualitas: per ea quę dicit Bar. in l. j. & in l. ſeruitutes, ff. de ſeruitutib. ti-

23 tu. g̃nali. † non põt eſſe ſine ſubiecto. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. peta. l. ij. ff. de uſufr. earum rerũ, quæ uſu cõſumũtur: potius ergo pręſumendum eſt illos de la guna fuiſſe fundatores, quàm prędictos homines. Et ad excludendum iſtos homines, vel p̃-

24 ſentatum ab eis, † ſatis eſt oſtendere de non iure ipſorum, licet non conſtet de iure pręfati dñi Antonij, cum ſit in poſſeſsione ipſius beneficij. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruitus uendicetur. l. fi. C. de rei uendica. quæ iura locum haberent etiam in beneficialibus, pro ut dicit Ludouic. Roma. in conſ. cccxlvij. incip. quo ad articulum primum. col. j.

Vltimæ obiectioni rñdeo, ꝙ illa expreſsio nõ reddit dictam prouiſionem conditionalem, cũ Reuerendiſſ. D. Legatus derogando iuri patronatus, excipiendo ius patronatus cõpetens laicis ex fundatione, uel dotatione, expreſſerit id quod tacitè inerat, tã de iure cõi, quàm virtute ſuę facultatis: huiuſmodi ergo expreſsio nullum operatur effectum. l. iij. ff. de leg. j. c. ſignificaſti. de elec. pro quo facit,

25 † nã ſi Pontifex mandet ut de beneficio prouideat Titio ſi eſt idoneus, hęc verba nõ faciũt cõditionẽ: quia iſtud tacitè inerat, ideò ſi cõferatur beneficiũ minus idoneo puta imperito, ualet collatio, dũmodo aliàs ſit capax. Ita volunt Inno. & alii Canoniſtæ in c. fi. de pręſum. Pau. de Caſt. & Aret. in l. iii. ff. de leg. j. Et ex iſtis cõcludo rite & rectè fuiſſe ꝓuiſum de dicto beneficio prędicto Domi. Ioan. Antonio.

Vltra pręmiſſa patet, ꝙ eadẽ cõcluſio inficiari nõ põt quin probatio iſtorũ parochianorum ſit cõfuſa & obſcura propter pręſentationes uetuſtiores factas per illos de la guna. ex q̃bus conſtat illos prius fuiſſe in quaſi poſſeſsione iuris patronatus, ideò

26 † iſta probatio nõ euacuat intentionẽ D. Antonij rei cõueñti & poſſeſſoris, licet illã offuſcet & reddat obſcuram, doctrina eſt D. Abba. in c. per tuas. de cõdit. appoſit. & in c. in pręſentia. de probat. in vi. col.

27 Non obſtat etiam ſi dicat † ius pręſentãdi cõpetit exiſtenti in quaſi poſſeſsione. c. conſultationib.

28 de iure patronatus. † item ius patronatus totale acquiri poteſt mediãte pręſcriptione: vt dicit Abb. in c. j. de relig. domib. Nam ad primum rñdeo, & fateor illud eſſe verũ, ſed non ſequitur, ergo illa quaſi poſſeſsio facit ipſum poſſeſſorem patronum, ſcilicet poſſidentem ex fundatione: quia etiam ſi non eſſet patronus ex priuilegio, vel ex pręſcriptione poſſet pręſentare. Secundę obiectioni, rñdeo & fateor etiam ius patronatus poſſe acquiri mediante pręſcriptione, dico tamen quòd illud erit ius patronatus ex pręſcriptione acquiſitum, cui legatus poteſt derogare, non autem ex fundatione, niſi lapſi fuerint centum anni, ut dixi ſuperius. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Bona fides p̃ſumitur in poſſidente cũ iuſto tit. et ꝓbabili. Quomodo verò procedat. vide nu. 15. & 16.*

2 *Spoliatus à ſpoliato agere poteſt remedio recuperandæ poſſeſsionis*

poſſeſſionis,nec poteſt obijci exceptio primi ſpolij.

3 *Remedium c.reintegranda.3.q.1.an competat contra titulo poſſidentem.*

4 *Poſſeſſionem rei ſuæ uacantem an quis propria auctoritate apprehendere poſſit.*

5 *Poſſeſſionem amittere non dicitur qui propter timorem, & vitæ periculum eſt abſens.*

6 *Malæ fidei poſſeſſori an competat remedium. d. c.reintegranda.*

7 *Remedium l.ſi coloni.C.de agrico.& cenſit. libr.11.non competit malæ fidei poſſeſſori.*

8 *Duo quando adæquata ſunt, quod diſponitur in vno ex eis,& in altero procedit.*

9 *Poſſeſſoris conditio in pari cauſa potior eſſe debet.*

10 *Malæ fidei poſſeſſor dicitur, qui ſcit uenditorem non poſſe uendere.& nu.11.*

11 *Res aliena uendi poteſt, & valet contractus ad hoc vt agi poſſit contra uenditorem ad intereſſe.*

12 *Bona pupilli alienari non poſſunt ſine auctoritate prætoris decreto iudicis,& abſque cauſę cognitione.*

13 *Emens rem alienam non ſeruatis ſolennitatibus requiſitis,contra iura emiſſe dicitur,& eſſe in mala fide. & numero 19.*

14 *Sciens reſtitutionem in integrum peti poſſe aduerſus contractum per eum initum, in mala fide eſt, & preſcribere non poteſt.*

17 *Interdictum vnde vi, locum habet quando fit violentia perſonæ deiectæ de poſſeſſione per vim.*

18 *Intellectus ad doctrinam Bald.in l.poſt ſententiam.C.de ſent.& interlocutio.omni.iud.*

20 *Remedium d.c.reintegranda.non datur contra poſſidentem rem cum titulo, dummodo non ſit vitioſa,nec cauſam habeat ab auctore uitioſo.*

21 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem, quando cãm habuit ab illo qui poſſidebat cum titulo.*

22 *Probatio æquiuoca contra probantem interpretatur.*

23 *Morte defuncti poſſeſſio extinguitur,nec continuatur in hæredes,niſi actualiter apprehendatur hęreditariarũ rerum poſſeſſio.*

24 *Exceptio proprietatis opponi poteſt contra agentem remedio dicti c.reintegranda, quando poſſeſſio reperitur vacans,& alius eam accipit.*

25 *Poſſeſſio uacãs quę poſſit ꝓpria auctoritate apprehẽdi.*

26 *Actus qui licitè & illicitè interponi poteſt, interpretatur in dubio quòd factus ſit modo licito.*

27 *Pupillus non poteſt amittere ciuilem poſſeſſionem rei, quam bona fide poſſidet,ſine decreto prætoris.*

28 *Facultas capiẽdi poſſeſſionem propria auctoritate alicui competens,etiam cauſam habẽtibus ab eo cõpetit.*

29 *Remedio d.c.reintegranda, quanto tpe præſcribatur.*

30 *Exceptio notoria dominij an poſſit opponi agenti poſſeſſorio.*

31 *Inſtrumentum facit rem notoriam, & manifeſtam & eſt probatio probata.*

CONSILIVM XLVII.

VISA & maturè conſiderata facti narratione in cã uertente inter illos de Maluitiis agentes parte una, necnõ Ser Bonapartẽ de Ghiſileriis ſeu illos de Maraninis à qbus pdictus Ser Bonapartes cauſam hẽt parte altera. Primo aſpectu viſum fuit poſſe dici dictos de Maluitiis eſſe in caſu uictoriæ,& ꝙ ipſi competat remedium.c.reintegranda.3.q.1.per ipſos intentatum.

1 Et primò,† quia dici non poteſt ipſos eſſe malæ fidei poſſeſſores,cum domum de qua egerũt, poſſederint longo tpe cum titulo iuſto & probabili, ex quo quidem præſumitur in eis bona fides,l.pen.C.de euic.l.apud antiquos.C.de fur.& plenè notatur in l.ſuper longi.C.de pręſc.longi tpis Bar. in l.Celſus.ff.de vſuc.Alex.in conſ.92.inci. viſo & opportu
2 ne diſcuſſo proceſſu. lib. 5. col. 1. † Quinimò dici põt, ꝙ ſi ipſi de Maluitiis ſpoliaſſent aduerſarios ſeu eius auctores,& ipſi ex interuallo poſtea ſpoliaſſent illos de Maluitijs,tũc poſſent ipſi de Maluitiis agere remedio recuperandæ poſſeſſionis, nec ipſis obiici poſſet exceptio primi ſpolij. Ita dcidit Abb. in c.fi.col.4.de ordi.cogn.& Saly.in l.ſi quis in tantam.C.vnde ui.

3 Nec dicat,† ꝙ illud remediũ dicti c.reintegrãda, cõpetere nõ poſſit aduerſus iſtos reos ↄuẽtos poſſidẽtes cũ titulo,& ſine uitio:qa Doctores cõiter tenẽt,ꝙ illud remediũ cõpetat ẽt ↄ tit.poſſidentem, prout cõcludũt Io.And.Cald.D.Ant. Abb.& Io.de Imo.in c.cũ ad ſedẽ.de reſt.ſpol.& ſecũdũ iſtã opi. cõſuluit D.Alex.in pluribus conſ. q̃ refert Soc.in l. rem quæ nobis,in 4.q.princ.ff.de acquir. poſſ.

Non poteſt etiam dici ad elidẽdum intentionẽ ipſorum de Maluitiis, ꝙ ipſi in abſentia amiſerint
4 poſſeſſionem,& ꝑ cõſequens, † ꝙ licuerit Gabrieli de Refrigeriis auctori illorũ de Maraninis apprehendere propria auctoritate poſſeſſionẽ rei ſuæ uacantẽ,per ea quę notantur in l.fi.C.vnde ui.Alex.in conſi.94.lib.5.vbi adducit Do. Anto. de Butr.in c. cum dilectus. in 4.nota.de ord.cognitio. quia cum ipſi eſſent exititii à ciuitate Bononiæ, nec in illa au
5 derent morari, † ob timorẽ & periculum uitę, non dñr ex hoc amiſiſſe poſſeſſionem,quinimò ſemper retinuerant ciuilem poſſeſſionem.l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas.ff.de acqu. poſſ. & ita decidit D.Anto.de Butri.poſt Innoc.in c. 2. de nou. oper. nunciat.ubi infert ex hoc,ꝙ habens ius patronatus non amittit propter talem abſentiam & timorem quaſi poſſeſſionem ipſius iuris patronatus.

Iſtis tñ non obſtantibus contrariam ſententiam puto ueriorem, & ſic concludendum eſt, ꝙ prædicti rei conuẽti ueniant abſoluendi in pñti iudicio.

Hæc concluſio cõprobatur infraſcriptis mediis.

Primò,quia remedium c.reintegranda. non cõ-
6 petit † malę fidei poſſeſſori:ratio eſt,nam communiter Doct.in c.ſæpe.de reſt.ſpol.ęquiparant.l.ſi coloni.C.de agric.& cenſit.lib.11.& remedium d.c.
7 reintegranda. † ſicut ergo remedium. l. ſi coloni. de agri.& cenſi.lib.11.nõ competit malæ fidei poſſeſſori,ut probat ille tex.in verbo bona fide, & ibi Bar.notat.Sic etiam illi non competit diſpoſitio d.
8 c.reintegranda. † quia qñ duo ſunt adęquata, quod diſponitur in vno ex eis,procedet & in altero.l. qui neque.§.1.ff.de reb.eor.Gl.in l.2.C.de cura.furio. & in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.Bar.in auct.ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc. cum alijs concordantibus. & ita tenet Io.And.de Imol.in c.ſępe de reſt. ſpoliat. Alex.in conſi.94.inci.viſis,& ſępius recenſitis. lib. 5.in uerſic.item non poteſt competere. Hanc opinio.etiam approbat Socin. in d. l. rem quæ nobis, in 2.quæſtione principali. ubi inquit, quòd hanc

9 partem ſequeretur indicãdo, & cõſulendo: † quia
ĩ pari cã potior dẽt eſſe ꝯditio poſſeſſoris. l.ſiue ãt.
§.ſi duobus.ff.de public.c.in pari.de reg.iur. lib.6.
Quod autem Ioannes de Maluitijs pater agẽtiũ
fuerit in mala fide, ſic oſtẽditur; nam prędictus Io.
emit domum prędictã à Io.Baptiſta de Refrigeriis
vendente ſuo proprio nomine, & nomine Gabrie-
lis de Refrigeriis tunc pupilli. Sciebat ergo præfa-
tus Io.de Maluitiis domum prędictam ſpectare ſal
10 tẽ pro dimidia parte ad prefatũ Gabrielem:† ergo
fuit in mala fide cum emerit ab illo, quem ſciebat
vendere non poſſe.l.qui à quolibet. ff. de contrah.
emp.Dyn.in regula poſſeſſor.de reg.iur.lib.6. Bar.
in l.ſi exiſtimãs.ff.pro ſoluto.hoc idem probat tex.
à contrario ſenſu.in l.bonæ fidei.ff.de verb. ſignifi.
Non obſtat ſi diceretur licet quis uendat rẽ alie
nam, per hoc non dicetur illum non poſſe uendere:
11 † quia res aliena uendi poteſt.l.rem alienam.ff.de
contrah. emp. Huic obiectioni reſpõdeo & fateor
ꝙ res aliena uendi poteſt, & valet contractus quo
ad hoc ut agi poſſit contra uenditorem ad intereſ-
ſe,l.j.in fi.ff.de actio.empt.ſed ꝙ non dicatur malę
fidei poſſeſſor, qui emit rem ab illo quem ſciebat
non eſſe dominum rei quę vendebatur, iſtud inficia
ri non poteſt: quia de hoc ſunt iura aperta. Ita pro-
priè loquitur Bar.in d.l.ſi exiſtimans.ff. pro ſoluto.
Nec hoc inficiatur Dyn.in d.c.poſſeſſor.
Præterea ſciebat prefatus Ioannes de Maluitiis
domum iſtam pro dimidia parte ſpectare ad prefa
12 tum Gabrielem, qui tunc erat pupillus, & † ſic ſcie-
bat, vel ſcire debuit illã nõ poſſe alienari ſine aucto
ritate ꝓtoris, decreto iudicis, & abſq; cauſę cogni-
tionẽ.l.magis puto.§.non paſſim.& §. ſi æs alienũ.
ff.de rebus eorum.& l.lex quæ tutoris. C. de admi-
13 niſtra.tutor. † Cum ergo emerit domum prædi-
ctam non ſeruatis illis ſolennitatibus, dicitur emiſ
ſe contra iura. Et ſic præſumitur eſſe in mala fide.
c.qui contra.de reg.iuris.lib.6. l.quemadmodum,
C.de agrico.& cenſit.lib.11. & de hoc eſt Glo.quæ
ſemper ſolet allegari.in l.1. C. de fide inſtrument.
& iure haſt.fiſcal.lib.x.in Gl.ſuper verbo mala fide.
14 Quinimò † dicit Io.de Imol.in c.apoſtolicæ. de
dona.col.3.verſ.iuxta prædicta poteſt dubitari, ꝙ ſi
aliquis ſciat reſtitutionem in integrum peti poſſe
aduerſus contractum per eum initum, vt quia cele-
bratus fuit cũ eccleſia, uel minore, ex hoc ſatis pro-
batur illum non eſſe in bona fide, & ſic præſcribere
non poterit, per id quod habetur in l.in cauſæ.l.j.§.
interdum.cum §.ſequenti.ff.de minor. Et id quod
15 † dicitur, ꝙ ex titulo prẹſumitur bona fides, proce-
dit quando contractus fuit celebratus adhibitis ſo
lennitatibus debitis: quia alias præſumitur mala fi-
des, vt probatum eſt.& una præſumptio derogat al
teri.l.diuus.ff.de reſtitutio.in integrum.
16 Prętereà † ex titulo præſumitur bona fides ſi illa
fuerit deducta & allegata in iudicio, aliàs ſecus. Ita
voluit Ang.in l.cum qui.§.fi.ff.de public.& in l. ſu-
per longi.C.de præſcript.longi tempo. Alex. in d.
conſi.92.lib.5.col.1. Ex iſto ergo primo fundamẽ-
to clarè oſtenditur ipſis de Maluitiis non compete
re remedium.c.reintegranda. propter malam fidẽ
patris ueram & præſumptam.
Cui fundamento non obſtat deciſio Abba. in c.
fi.de ord.cogn.quia loquitur quando quis fuit ſpo-
liatus poſſeſſione, & violentia fuit ſubſecuta, nam
tunc ne vltima violentia remaneat impunita, vlti-
mum ſpolium purgandum eſt, iſta eſt ratio quã tra-
dit ibi prefatus D. Abb. & ſic loquitur in remedio
interdicti vnde ui, vt patet ex iuribus per eum alle-
17 gatis, † ꝙ interdictũ locum habeat quando fit uio-
lentia perſonæ deiectæ de poſſeſſione per uim.l.1.
§.1.& 2.ff.de ui & ui arma.Gl.& Bar.in l. fi. in uer-
bo vacua.C.unde ui.Alex.in d.conſi.94.uerſi.tum
in propoſito.lib.5.ſed cum in caſu iſto ablatio poſ
ſeſſionis fuerit facta nulla uiolentia illata perſonæ
directè, competere nõ poteſt interdictum unde ui,
& per conſequens ceſſat ratio tradita per D. Abba.
ꝙ uiolentia remanere non debet impunita, cũ nul-
la fuerit illata uiolentia perſonæ directè.
18 Non obſtat etiam † dũ allegatur contra hoc fun
damentum dictum Bal.in l.poſt ſniam. C.de ſen.&
interloc.omn.iud.in uerſi.opera noto.ubi dicit, ꝙ
poſſidens ſcienter rem alienam ſi poſſideat cum ti
tulo non præſumitur malæ fidei poſſeſſor. Nam pro
rñſione aduertendũ eſt, ꝙ Bal.ibi duo dicit, primò,
ꝙ is qui prætendit poſſeſſionẽ in re aliena, quã ſcit
eſſe alienam, vel tenetur ſcire per ſtatutũ legis, vel
canonũ, ꝓſumitur malæ fidei poſſeſſor. Subdit Bald.
niſi poſſideat titulo cõpetenti, uel longa patientia
dñi, iſta.n.uerba ſunt referenda ad ſecundũ dictũ,
dum dixit uel tenetur ſcire per ſtatutũ legis vel ca-
nonum. Nam tunc præſumitur ſcire. Iſta tñ pręſum
pta ſcientia tollitur ſi poſſideat cum titulo, non au
tem ſunt referenda ad primum dictum: quia ſi refe
rerentur hoc modo, Bal. peſſimè loqueretur, & con
19 tra infinita iura † quę dicũt emptorẽ qui emit ſciẽ
ter rem alienam eſſe poſſeſſorem malę fidei.l.ſi fun
dum.C.de rei uẽd.l.ſi partem.C.de uſuc. pro emp.
l.ſi fundũ.& l.pen.C.de euic.& in infinitis aliis iu-
ribus, quę commemorare potius eſſet laborioſum,
quàm ſubtile & ingenioſum: ergo manet hoc pri-
mum fundamentum ꝙ remedium.c.reintegranda.
non competat malæ fidei poſſeſſori, & ꝙ prędictus
Io.de Maluitijs fuit malæ fidei poſſeſſor.
Secundo principaliter probatur iſta concluſio:
nam prędictus Gabriel de Refrigeriis domũ ipſam
titulo poſſidebat virtute emptionis factæ ab eius
auo, & ſucceſſiue illi de Maraninis uigore donatio-
nis & ceſſionis ſibi factæ tenuerunt & poſſiderunt
eandẽ domum, quam poſtea uendiderunt Ser Bona
20 parti, † ſed ubicunq; aliquis poſſidet rem cũ titu-
lo, dũmodo nõ ſit uitioſa, nec hẽat cãm ab auctore
vitioſo, contra ipſum non datur remediũ.c. reinte-
granda. Ita uoluit D.Ale.in conſ.117.in 2.lib.& in
conſ.51.lib.1. Et iſtã opi.amplectitur Soc.in d.l.rẽ
q̃ nobis in 4.q.prin.cir.fi.qñ non eſſet articulatum
reũ clam poſſidere à ſe reſpectu poſſeſſionis, ꝑ ea
q̃ dicit Bar.in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acq.poſſ. Et iſtam
opi.ẽt latè proſequit idẽ Soc.in cõſ.266. inci.in cã
quę uertitur, in 7. col.& ſeq.ubi pro hac opinione
adducit aliqua bona fundamenta de quibus ibi per
eum. Et hanc opi. ſępius conſulendo ſecutus ſum in
caſu in quo is contra quem agitur prędicto reme-
dio poſſidet cũ titulo. Itẽ habet cauſam ab illo, qui
poſſidebat cũ titulo, & bona fide. prout eſt caſus nr̃,
multũ enim prodeſt titulus, & bona fides auctoris
ſucceſſo-

ſucceſſori auct.malæ fidei.C.de preſcrip.long. tẽp.
21 † Hinc uidemus,ꝙ petitio hereditatis non datur
contra titulo poſsidentem,qñ cauſam habuit ab il
lo qui poſsidebat cũ titulo;ſecus ſi eius auctor poſ-
ſediſſet ſine titulo;quia tunc poſſet conueniri peti
tione hereditatis,ne ſit melioris cõditionis quàm
eius auctor.l.ſi. §.j.ad Velley.& ita uoluit Bal. in l.
ſi.in 8.& 11.oppo. C.de edic.diu Hadriani toll. &
Paul.de Caſt.in conſ.6. inci.in cauſa, quę uertitur,
ubi dicit,ꝙ hoc etiam colligitur ex notat. per Bar.
in l.cogi.circa ſi.ff.de petitio.hereditatis.
Tertiò principaliter probatur iſta concluſio, nã
prædicti de Maluitijs aſſerunt, ꝙ poſt quàm Ioan-
nes eorũ pater deceſſit;factus eſt exititius à ciuita
te Bononiæ,ꝙ iſte Gabriel dictam poſſeſsionem di
ctæ domus intrauit, nec conſtat an añ,vel poſt mor
tem prædicti Ioannis id factum ſit:probatio ergo q̃
ſuper hoc emanauit ęquiuoca eſt,& intelligi põt,ꝙ
hic factũ ſit poſt mortẽ prefati Io.& ante eius mor-
22 tem, † hęc ergo probatio ęquiuocata interpretabi
tur contra probantem.c.in præſentia: cũ ibi plenè
notatis extra de prob.Modo ſic, ſi fiat interpreta-
tio, ꝙ poſt mortẽ dicti Io. pfatus Gabriel vel alius
domũ prędictã ingreſſus fuerit,certè id legitimè fa
ctũ eſt:quia tunc poſſeſsio domus erat uacans:quia
23 † morte defuncti oĩs poſſeſsio extinguitur,nec con
tinuatur in heredes,niſi actualiter fuerit apprehẽſa
poſſeſsio rerũ hereditariarũ.l.cũ heredes. in princ.
ff.de acq.poſſ.qđ ꝓcedit ne dũ in heredibus extra-
neis,quinimò & in ſuis hæredibus, quales ſunt filii
exiſtẽtes in poteſtate pr̃is,licet in eis ꝯtinuet dñiũ.
l.in ſuis.ff.de lib.& poſth.Ita dicit Ro.in d.l. cũ hæ
redes,ꝑ iura & rõnes de quibus ibi ꝑ eũ, quem alii
24 Doc.ſequuntur.† Sed qñ poſſeſsio reperitur uacãs,
& alius eã accipit,tunc cõtra agentẽ remedio c.re-
integrãda.opponi põt exceptio ꝓprietatis.Ita Soc.
25 in d.l.rẽ quæ nobis.in 8. q. princ. circa fin. † Item
talis poſſeſsio vacans põt ꝓpria auctoritate apprẽ-
hendi in c.cũ dilectus.§.verũ.& ibi D.Ant. de But.
in 4.notabili. de ord.cog.D.Alex.in d.conſi.94.in
2.col. lib. 5. Et ꝙ dr̃ de illo qui dimiſit poſſeſsionẽ
vacantẽ,intelligendũ eſt ẽt de heredibus eius, qui
agunt ex perſona defuncti.l.heredẽ.ff.de reg.iur.&
l.cũ à m̃re.C.de rei uend.Suadetur hoc fundamen-
26 tũ.Nã ubi † actus duplici modo interpretari põt,
uno modo licitè,& alio modo illicitè, fit interpre-
tatio in dubio,ꝙ ille actus factus fuerit modo lici-
to,vt euitetur ſiniſtra ſuſpicio delicti,ſeu maleficii.
l.merito.ff.pro ſocio,& ita vult Bar.in l.non ſolum.
§.ſed ut probari.ff.de nou.ope.nuncia.ubi alii.Idẽ
tenet Alex.in conſi.52.inci.uiſo themate. lib. 3.&
idem vult Bar.in l.gerit.col.v.verſ. ſummo primũ.
ff.de acq.her.ubi dicit,ꝙ ex actu qui non poteſt fie
ri citra ius,& nomen heredis,licitè preſumitur ad-
ditio hereditatis,ſic intelligens text. in l.pro here-
de.§.Papinianus,ff.de acq.her.Et hoc vt euitetur ſi
niſtra ſuſpicio delicti.Et idem vult D.Abb.in c.au-
ditis.col.pen.de præſcr.ubi pro hoc adducit tex.iũ
cta Gl.in l.2.C.de peti.heredit. ubi ſi dubitatur an
emptio præceſſerit litẽm, uel fuerit ſequuta in du-
bio preſumitur emptionem præceſsiſſe litem: quia
aliud preſumendo diceremus cõtractum fuiſſe liti
gioſum,& ſic illicitũ:fieri ergo debet interpretatio

in caſu iſto,ꝙ apprehenſio poſſeſsionis domus prę
dictæ facta fuerit poſt mortem dicti Ioannis, quo
tempore vacabat,& ſic tempore licito.
Quartò,& vltimò hęc concluſio probatur alio vr
genti fundamento, & inconuincibili iudicio meo,
pręmittendo in facto,ꝙ præfatus Gabriel tempore
quo domus prędicta fuit alienata p̃dicto Ioanni de
Maluitijs,illã poſsidebat,nec potuit amittere poſ-
ſeſsionem ſaltem ciuilem.l.pupillus.ff.de acq. rer.
domin.& l.poſſeſsionem pupillus. ff.de acqu. poſſ.
27 † quinimò pupillus poteſt amittere ciuilem poſ-
ſeſsionem rei,quã bona fide poſsidet, ſine decreto
pretoris.l.magis puto.§.1. ff. de reb. eorũ. per quẽ
tex.hoc firmat Bar.in l.iij.in 1.q.princ.C.de pign.
in verſi.nunc uenio ad materiam legis noſtrę: cum
ergo pupillus poſſeſsionem ciuilem nunquam ami
ſerit,ſed illam ſemper retinuerit penes ſe, licuit ei
propria auctoritate ratione huius poſſeſsionis ci-
uilis apprehendere naturalem poſſeſsionem, & ex-
pellere poſſeſſorem naturalem.Ita dicit Bart. in d.
l.j.§.interdictum. ff. uti poſside. ubi adducit hanc
rationem:quia per retentionem naturalis turbatur
ciuilis poſſeſsio,& ſic fit iniuria ciuiliter poſsiden-
ti, meritò poteſt poſſeſſor ipſe hanc iniuriam in-
continenti propulſare,& dicitur fieri incontinenti
ſemper cum me turbas,& es in actu turbandi,ut ibi
28 per eũ,qui adducit aliam rõnem. † Et iſta facultas
capiendi poſſeſsionẽ propria auctoritate cõpetens
prædicto Gabrieli, competit ẽt habẽtibus cauſam
ab eo.Ita Bar.per illum tex.in l.j.§.ſi. ff.de no.ope.
nunc.quem ſequuntur ibi Ang.Imo.& Lud. Roma.
& Moder.D.Ale.in l.ſi cum dotem.§. tranſgredia-
mur.poſt Paul.de Caſtr.ibi,ff. ſolut.matri. Et ſic in
quantum dicitur ex aduerſo,ꝙ pupillus poſſeſsionẽ
facti poteſt amittere,fateor hoc eſſe uerum,ſed ci-
uilem nullo modo amittere poteſt, vt probant iura
predicta.Et iſtud ſufficit pro uictoria prędictis de
Maraninis,ſeu Ser Bonaparti de Ghiſileriis.
Vltimò nõ obſtat una obiectio in qua dicitur, ꝙ
plura allegãtur ex parte iſtorum de Maraninis,quæ
uidẽtur nõ poſſe adduci in hoc iudicio poſſeſſorio
cum inſpiciant petitorium:quia omnia quę allegã-
tur & adducuntur,ſolum & duntaxat fiunt nõ ad pe
titionem petitorii,ſed ad repellẽdum iudiciũ poſ-
ſeſſorium,ideò ad iſtum effectum non uidẽtur hæc
prohibita poſſe deducere.Ita tenet Soc. in l. rem,q̃
nobis.in 9.q.princ.col.ij.ff.de acq.poſſ. quod ultra
29 cum ſic probatur. † Nam remedio c.reintegranda
præſcribitur ſpacio triginta annorum,ut concludit
idem Soc.ibidem,in 8.q.princ.nemo ergo dubita-
bit quin contra agentem illo iudicio poſſeſſorio
obijci poſsit exceptio præſcriptionis : quæ licet
concernat petitorium, opponitur eum ſolum quo
ad effectum repellẽdi iudicium poſſeſſorium, ideò
opponi poterit.
Coadiuuati etiam poteſt præmiſſa concluſio: nã
30 ubi † agenti remedio recuperandæ obijcitur exce
ptio ꝓprietatis,q̃ eſt notoria & manifeſta, nec indi
get alia probatione,iſto caſu iſte actor repelli dẽt,
nec in tali iudicio obtinere põt.Ita decidit Old. in
conſ.324.inci.iſtę ſunt allegationes factæ in cauſa
Comitatus Sãcti Seuerini. in 4.char. col.x. in prin.
ubi allegat Inno. in c.ueniẽs. de fili. presb.Idẽ uult

Bal. in l. pen. C. ſi à non competenti iudice. D. Alc. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 11. limitatio. ff. de acq. poſſ. Sed ex inſtrumento emptionis factæ per Ioannem de Maluitiis notoriè conſtat, quòd dimidia pars huius domus ſpectabat & pertinebat ad dictam Gabrielem, ergo repelli debent prædicti
31 de Maluitiis in hoc iudicio poſſeſſorio. † inſtrumentum enim facit rem notoriam & manifeſtam, vt uoluit Bar. in l. j. in prin. ff. de nou. oper. nunciat. q. 1. & eſt probatio probata, non probanda, vt dicit Bal. in l. Imperator. ff. de ſtat. hominum. Ex quibus concludo prædictos reos conuentos fore abſoluendos in præſenti iudicio. Laus Deo.

Joannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatoris uerba prohibitiua alienationis, an inducant fideicommiſſum.*
2 *Teſtatoris ſola uoluntas conſideratur ad inducendum fideicommiſſum, non quibus uerbis utatur.*
3 *Bona quæ ex diſpoſitione teſtatoris debeat perpetuò remanere in eius familia, an tranſire poſſint ad filias ex nepote, ex filio teſtatoris.*
4 *Teſtator inſtituendo legitimos hæredes, exprimit id quod tacitè ineſt.*
5 *Fideicommiſſum cauſatum à prohibitione alienationis, an duret ultra quartum gradum, & nu. 30.*
6 *Alienationis prohibitio aliqua cauſa non munita, uel nudum præceptum continens, non tenet.*
7 *Actus agentis non operatur ultra eius intentionem.*
8 *Errari pernitioſe ſolet ex nimia ſubtilitate.*
9 *Ex prohibitione de non alienando an ſit cauſatum fideicommiſſum, ſimpliciter vel abſolutè.*
10 *Heres extraneus dicitur qui de teſtatoris familia nō eſt.*
11 *Hæres ex qua ratione ab inteſtato ſuccedere poteſt hæredi alienari prohibito extra familiam, eadem ratione inſtitui poteſt hæres in talibus bonis.*
12 *Verba à teſtatore imperſonaliter prolata, ad hæredem referuntur.*
13 *Hæres à teſtatore prohibitus alienare, ſi vnum ex familia eligit, cui relinquit, is habet bona virtute fideicommiſſi ab ipſo teſtatore prohibente, ſi autem neminem eligit, omnes de familia in eodem gradu exiſtentes admittuntur.*
14 *Prohibitio alienationis abſque cauſæ expreſſione ualet, quando plures ſunt prohibiti ſimpliciter alienare, & viciſſim vocati uidentur ad fideicommiſſum in caſu alienationis.*
15 *Voluntas teſtatoris interpretanda eſt non ſecundum id quod in ueritate contingit, ſed iuxta id quod ipſe opinatus eſt.*
16 *Cōditio impoſſibilis quam teſtator poſſibilem exiſtimat, non uitiat legatum.*
17 *Prohibitio de non alienando in rem concepta, omnes teſtatoris deſcendentes afficit.*
18 *Diſpoſitio l. pater filium. §. quindecim. ff. de leg. iij. nō habet locum quando prohibitio de nō alienando eſt per teſtatorem in rem concepta.*
19 *Prohibitio de non alienando facta in rē per teſtatorem de filijs, extenditur ad nepotes.*
20 *Verba teſtatoris quòd bona ſua perpetuò remaneant in familia, inducunt fideicommiſſum.*
21 *Fideicommiſſum uerbis enuntiatiuis inducitur.*
22 *Prohibitio emanans ad augendum vim fideicommiſſi, cōtrarium effectum operari non debet, vt fideicommiſſum remoueat.*
23 *Actus geminatus plus operatur quàm ſimplex ad inducendum fideicommiſſum.*
24 *Verba volo, &c. adiecta per modum cauſæ inducunt fideicommiſſum.*
25 *Diſponentis intentio qualis fuerit in actu præcedenti, ex eo quod ſequitur, declaratur.*
26 *Prohibitio de non alienando cenſetur facta ad augēdum uim & effectum fideicommiſſi ſubſequentis, & eius diminutionem operari non debet.*
27 *Teſtatoris à voluntate de qua apertiſſimè conſtat, non eſt diſcedendum.*
28 *Fideicommiſſum inducitur per iſta uerba uel ſimilia, vt in familia relinqueretur.*
29 *Intellectus ad l. pater filium. §. filiam. ff. de leg. iij.*
31 *Verbum perpetuò, temporis infinitatem importat.*
32 *Infinitas tunc declaratur, quando apta ſunt importare infinitatem.*
33 *Prohibitio alienationis facta à teſtatore, quia vult bona ſua perpetuò peruenire ad ſuos deſcendentes, extenditur ultra quartum gradum, & effectum habet in omnibus deſcendentibus in infinitum.*
34 *Præcedentia aliquando reſtringuntur per ſequentia.*
35 *Copula, &, diſponit principaliter in vtroque extremo.*
36 *Filiæ ſunt ſuæ hæredes patris, & tanquam agnatæ ei ſuccedunt, licet earum filij ſint cognati.*
37 *Patria poteſtas nō diſſoluitur per matrimonium filiæ, & ſic pater eam in poteſtate tenet.*
38 *Filiorum appellatione ueniunt etiam fœminæ proprio ſumpto vocabulo.*
39 *Familiæ dignitas per maſculos conſeruatur, non autem per fœminas.*
40 *Filias non fuiſſe à teſtatore dilectas, ex teſtamenti tenore apparet.*
41 *Diſpoſitio teſtatoris loquens de filijs, non includit eos, quos non eſt ueriſimile teſtatorem uoluiſſe includere.*
42 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non uerificatur in fœminis ad excludendum ſubſtitutum, quando teſtator habebat filiam quam excluſit ab eius bonis, vel aliam perſonam magis dilectam.*
43 *Liberorum appellatione an propriè ueniant fœminæ.*
44 *Dans cauſam quod alienatio ſequatur contra mentem teſtatoris, excludi debet à ſucceſſione, ſicut ille qui formaliter alienat.*
45 *Legatum librorum factum familiæ non ſe extendit ad fœminas.*
46 *Teſtamenti una pars per aliam declaratur.*
47 *Teſtator loquens de filio ſimpliciter, præſumitur intellexiſſe de maſculo.*
fundo.ubi Bar.& Doc.C.de tranſact.Gl.& Bar.in l.
1.& in l.pen.ff.de uſucap.pro empto.
28 Secundò rñdeo † ꝙ ſumpto argumento à cõtra-
rio ſenſu ex uerbis de quibus ſupra, quod ſumi põt
ẽt in cõtractibus ſtricti iuris,l.pecuniã,ff.ſi cer.pe.
Bal.in l.apud antiquos,de furtis cenſetur inter par
tes ipſas actũ ꝙ ipſis de Graphaninis non obſeruan
tibus promiſſa,domus ipſa remaneat penes ipſam
D.Nicoloſiã:q̃ conditio cum euenerit: quia ipſi ꝓ
miſſa non obſeruauerũt, dominium retro fingitur
fuiſſe penes ipſam D.Nicoloſiã,& per conſequens
alienatio fieri nõ potuit ꝑ ipſos de Graphaninis,l.
fi.§.ſin ãt auaritiæ cupidus.C. cõia de lega.qui tex.
cũ loquatur in ultima uoluntate, multo magis pro
29 cedit † in contractu,in quo facilius conditio retro
trahitur.l.ſi filius,in prin.ff.de uerb.obl. iuncta,l.ſi
uxorẽ.C.de condi.inſer.& l.1.§.ſerui,ff.ad Syllan.
30 Tertiò reſpõdeo,ꝙ † cũ reſolutũ fuerit ius ipſo-
rũ de Graphaninis ex inobſeruantia contentorũ ĩ
inſtrumẽto,cẽſetur ẽt reſolutũ & extinctum ius iſto
rum de Bentiuolis; qui ab illis domum prædictam
emerunt.l.lex uectigalis.ff.de pigno.l.3.§.ſed Mar
cellus.ff.de in diem addictio.& eſt doctrina Bar.in
l.in diem: ff. de aqua pluuia arcen.ubi dicit,ꝙ qñ
ex facto debitoris uel emptoris ad hoc directo nõ
ordinato extinguitur ius ipſorum, tunc etiam ſol-
uitur omne ius per debitorem ſeu emptorem inſti
tutum,& ſubdit Bar.quòd licet debitor non ſoluat

id,qđ poterat ſoluere,non tñ uidetur fuiſſe uoluntatis directæ ꝙ res ad auctorem rediret, ideò adhuc ſoluitur ius ſucceſſoris,& ex iſtis puto clarè & apertè fore reſolutas oẽs præmiſſas dubitationes, quæ fuerunt ſubtiles & elegantes,& conueniunt Iurisconſulto acutiſsimi ingenij. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Vendens copertas de tela lini ſeu canapæ an comprehendatur ſub ſtatuto loquente de Strazarolis,& ſit de eorum ſocietate.*

2 *Verbum res, eſt generale comprehendens omnia quæ ſunt ad vſum lecti deputata.*

3 *Dictio ſeu, eſt ampliatiua præcedentis diſpoſitionis.*

4 *Statuentium vltima diſpoſitio eſt conſideranda,& primam cenſetur reuocare.*

5 *Prohibitum in vno in alio cẽſetur permiſſum,& cõtra.*

6 *Argumentum à contrario ſenſu locum non habet in ſtatutis.*

7 *Interpretatio per quam ad ius commune redditur fauorabilis eſt,& illa fieri debet quando id poteſt.*

8 *Qualitas adueniens enti, qualificat ipſum ens, & illud ponit in diuerſa ſpecie.*

9 *Clericorum appellatione in materia odioſa non ueniunt epiſcopi,nec alij clerici exiſtentes in dignitate.*

10 *Dictio alius, includit ſimilia.*

11 *Poſt poſitionem generis quando ſequitur enumeratio indiuiduorum contentorum ſub aliqua ſpecie non expreſſa, quæ tamen continetur ſub illo genere,tunc ſignificatum illius generis reſtringitur ut iſtam ſpeciem non comprehendat.*

12 *Statutum ſocietatis non comprehendit non ſubditum,neque non ſocium.*

13 *Permiſsum cenſetur à ſtatuto quod non prohibetur.*

14 *Declarãs nihil noui diſponit,ſed quod prius erat detegit.*

15 *Actus agentium non operatur ultra eorum intentionẽ.*

16 *Proœmium oſtendit finalem intentionem diſponentis.*

17 *Generalitas uerborum omnia comprehendit, & idem operatur in ſuo genere, quod ſpecies in ſua ſpecie.*

18 *Diſpoſitio quælibet taliter interpretanda eſt, ut nullum uerbum in ea poſitum ſit ſuperfluum.*

19 *Statuta duo quando ſunt generalia, id quod eſt minus generale hẽtur loco ſpeciei,& ut ſpẽs derogat generi.*

20 *Statutum ſecundũ limitatur, declaratur, & reſtringitur,iuxta terminos prioris ſtatuti.*

21 *Statutum illud ex duobus attenditur quod minus habet abſurditatis,& iuri communi minus contrariatur.*

22 *Nemo inuitus cogitur compromittere.*

33 *Statuto vno diſponente quòd in cauſis pupillorum procedatur ſummariè,& altero ſtatuto quòd in cuaſis forenſium procedatur ordinariè, quomodo in cauſa pupilli forenſis ſit procedendum.*

CONSILIVM L.

VISIS & diligenter conſideratis duobus ſtatutis ſocietatis ſtrazarolorũ, vno poſito ſub rubrica de quibuſdã prohibitis haberi,teneri,emi,& uẽdi: altero poſito ſub rubrica q̃ iſtis verbis concepta eſt, declaratio mẽbrorũ ſocietatis & artis prædictæ. Circa duo uerſari oportet ut pfectè diſcutiat̃ præſens cõtrouerſia.

Primum eſt,an Melchior in puncto nominatus, ſit ſubditus ſocietati prædictæ,ita quòd ligetur ſtatutis prædictæ ſocietatis.

Secundũ eſt,an poſito ꝙ nõ ſit de dicta ſocietate,poſsit facere & uendere copertas ſeu cultras de tela lini ſeu canapę,& plenas de garziola ſeu ſtupa.

1 Circa primum † primo aſpectu dicendũ uidet̃, ꝙ dictus Melchior ſit de ſocietate prędicta,cum faciat copertas qualificatas, ut ſ. & hoc ex uerbis ſecundi ſtatuti rubricati, ut ſupra, in quo ſtatuentes declarantes quæ ſint mẽbra ipſius ſocietatis inter cætera diſponunt ꝙ qui emunt & uendunt pannos nouos,& ueteres,ſeu alias res ad vſum lecti deputatas,ſunt de ſocietate prædicta: cum ergo præfatus Melchior uendat copertas ſeu cultras de tela lini ſeu canapæ,dicitur uendere res ad uſum lecti deputatas,ergo comprehenditur in hoc ſtatuto,& dicet̃

2 de ſocietate prædicta. † verbum enim res,eſt generale,l.prima.ff.ſi certum petatur. Bar. Bal.& alij in l.j.ff.de ſtatu hominum. ergo comprehendit omnia quæ ſunt ad vſum lecti deputata,& ſic corpertas ſeu cultras qualificatas ut ſupra.

3 Comprobatur iſta † ratio ex illa dictione, ſeu,q̃ eſt ampliatiua diſpoſitionis pręcedentis.l.ſi ita qs.ff.de auro,& argen.legat.ex quo infero ꝙ comprehendit nedum uendentes ſeu ementes pannos nouos aut ueteres deputatos ad vſum lecti, ſed etiam cultras,& alias res q̃ gratia huius commodi uſus cõſtituũtur. Et hoc ſecundum ſtatutum, cum ſit poſterius conſiderandum eſt, non autem pręcedẽs: quia ſicut ultima diſpoſitio teſtatoris primę cenſetur de

4 rogare.† Sic ultima diſpoſitio ſtatuentium conſideranda eſt,& primum cenſetur reuocare.l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.ff. de legat.1.iuncto capitulo primo.de conſtitu.libro ſexto.facit Gloſſ.in l.nemo.§.primo.ff.de regul.iuris.& quæ traduntur per Modernos in l.pacta nouiſsima.C.de pact.

His tñ non obſtantibus,cõtrarium puto uerius, & ſic concludo Melchiorem prædictum non eſſe de ſocietate prędicta,& pro hac concluſione in primis moueor: quia ĩ primo ſtatuto,de quo ſuperius facta fuit mentio,diſponitur ꝙ in cultris non poſſit poni aliqua frezatura bombicinis: ergò uidetur permittere fieri poſſe cultras plenas de ſtupa,de canepa,& lino, quę eſt ars ſtrazarolorum,& ſic prædi

5 cti Melchioris, † qđ.n.in vno prohibetur in alio uidetur permitti,& è contra,l.maritus.C.de procurato.l.cum pretor.§.primo.ff.de iudic. Et ſi dicatur.

6 Hæc interpretatio fit † ſumpto argumento à cõtrario ſenſu,qđ locum non habet in ſtatutis, prout copioſè tradũt Doctores in l.prima.§.huius rei.ff.de officio eius cui manda.eſt iuriſditio. ad hoc reſpõdeo ꝙ in caſu iſto ſumi poteſt tale argumentum: qa ex præſumptione huius argumenti non corrigitur ius cõmune,imò ad illud reddimus.l.nec emere.C.de iure deliberan.l.dudum.C.de contrahẽda

7 emptio.† omnis autem interpretatio per quam ad ius cõmune redditur fauorabilis eſt,& illa fieri debet,qñ id poteſt, iuxta Gloſ. de qua in pleriſque locis Doctores magni faciunt in capitulo ſtatutum. in verbo numerandum.de præbend.lib. ſexto.pro qua eſt text.in capitulo ſecundo. in principio.de

decimis.eo.lib.cũ ergo dictus Melchior faciat cul
tras in quibus non ponit frazaturam, bombicinis,
ſed plenas de garziolo ſeu ſtupa,& ſic habẽtes aliã
qualitatẽ, non uidet comprehendi in hoc ſtatuto.
8 †Qualitas.n.adueniens enti,qualificat ipſum ens,
& illud ponit in diuerſa ſpecie.l.1.§.ſi quis ſimpli
citer.ff.de verb. obli.c. ſtatutum. iunct.c.licet ca-
non.de elec.lib.6.maximè cum tale ſtatutũ contra
facienti imponat pœnã, & ſic ſit odioſum,per ea
quę ponit Abb. in rubrica de uita & honeſtate cle-
9 ricorũ.ubi dicit † ꝙ in materia odioſa appellatio-
ne clericorũ nõ ueniũt Epi,nec alij clerici exiſten
tes in dignitate,ut puta canonici eccleſiarũ cathe
draliũ:qa in eis eſt qualitas ſupra alios, quæ nõ re
perit in ſimplicibus clericis.& idẽ Marſi.ſingu.520.

Non obſtat aliud ſtatutũ conſideratũ ut ſupra: quia illud intelligi debet in emẽtibus & uendenti bus alias res ad vſum lecti deputatas,ſimiles tñ ex-preſsis:& ſic verificabitur in pannis de lecto, qua-les ſunt ſatoni ſeu tapeti,nõ aũt uerificari debet in ijs quæ ſunt diſsimilia:prout ſunt telæ confectæ ex ſtupa,garzolo,ſeu canapa;& ſic in copertis ſeu col
10 tris factis de prædictis rebus.† dictio .n.alias, in-
cludit ſimilia,non diſsimilia.l. quidam relegatus. in princi.ff.de rebus dubiis.Glo.in l.ſi fugitiui.C. de ſeruis fugiti.& notatur in capitulo ſedes apoſto lica.de reſcript.facit tex.in l.1.ff.de rebus dubiis, & qđ ibi notat Modernus Senenſis. Iſtud etiam ꝓ-batur alia vrgenti ratione: nam in eodem ſtatuto in ſequenti verſiculo diſponitur,ꝙ ementes & uẽ-dentes lintcamina noua,& laborata, ſint de ſocie-tate prædicta:ergo uidentur excludi illi qui faciũt copertas de tela lini, ſeu canapæ, & ſic illi non in-cluduntur in verſ.pręcedenti.Pro hoc adduco nota bilẽ doctri.Bar.in l. quęſitũ.§.ſi quis fundum.col. pen.ff.de fund.inſtru.inſtrum.q; leg. in ver.pdicta
11 uera.ubi dicit † ꝙ qñ poſt poſitionem generis ſe-
quitur enumeratio indiuiduorum contentorũ ſub aliqua ſpecie non expreſſa,quæ tamen continetur ſub illo genere, tunc ſignificatũ illius generis re-ſtringitur,ut iſtam ſpeciem non comprehẽdat,ſed ſolum indiuidua numerata,adducit tex.in l.cũ de-lanionis.§.cui fundũ.eo.titu.& l.1.§.itẽ ſi duę ſta-tuæ.ff.de auro & argen. legat.cum ergo poſt illum uerſiculũ, itẽ emere & vendere pannos nouos, aut veteres,ſeu alias res ad vſum lecti deputatas, & ſic poſt generis poſitiones enumerẽtur iſta indiuidua uidelicet uẽdere linteamina noua,itẽ uẽdere toua lias nouas,aut ueteres,pannicellos à capite uellos, & bendas nouas, ſeu ueteres,quę omnia ueniũt ap pellatione huius ſpeciei telæ,quæ ſpecies non fuit expreſſa, ex hoc ſequitur, ꝙ illa uerba generalia, ſeu alię res non cõprehẽdũt iſtã ſpẽm:ſed ſolũ in-diuidua enumerata,& ſic non cõprehẽdũt coper-tas factas de tela:quia non exprimũtur in numero illorum indiuiduorum:& iſta eſt uera & realis con
12 ſideratio.& ex iſta concluſione infero † ꝙ cum di-
ctus Melchior non ſit de ſocietate prædicta, nec ei ſubditus,non cõprehenditur in ſtatuto dictę ſocie tatis: prout vult Bald. in l.2.ff.de conſtituta pecu-nia. Alex.in conſ.123.incip.ſcripſit eccleſiaſticus. lib.quarto.col.ſecunda.

Capio ſecundũ dubiũ,cuius difficultas tota uer ſatur in ſecundo ſtatuto,dũ in eo dicitur,item eme re,& uẽdere pãnos nouos,aut ueteres, ſeu alias res ad uſum lecti deputatas, attento.n. primo ſtatuto dubiũ non eſt,quin præfatus Melchior poſsit face-
13 re copertas qualificatas ut ſupra: † quia cũ id non
ꝓhibeat cenſetur permittere,l. nec non.§.qđ eis. ff.ex quib.cauſ.maior.25.annis.l. ſtatuas.C.de re-lig.& ſumpt.funerum.c.nuper.de ſent.excommu. dico ergo ꝙ non obſtãte dicto ſecundo ſtatuto po-teſt dictus Melchior facere,& uendere copertas ut ſuperius qualificatas.Pro hac cõcluſione moueor: qm̃ tale ſtatutum emanauit non ut aliquid adde-ret,uel detraheret priori ſtatuto, ſed emanauit ad declarationem mẽbrorum dictæ ſocietatis,ut pro-
14 babitur: † ſed is qui declarat nihil noui diſponit,
ſed qđ prius diſpoſitum erat detegit.l.adeò.§.cum quis.ff.de acquir. rer.dominio.l. hęredes palam.§. ſed ſi notam.ff.de teſtam.ſed ſi diceremus,ꝙ ſub il lis uerbis,& alias res ad uſum lecti deputatas,cõm prehenderẽtur cultrę,& copertę qualificatæ ut ſu-pra,certè hoc ſtatutum ueniret ampliando prohibi tionem factã in priori ſtatuto,ꝙ non eſt dicẽdum: quia ut dixi, diſpoſitio huius ſtatuti eſt declarati-
15 ua, & actus agentium non operatur ultra eorum
intentionem.l.fi.C.ne uxor pro marito,l.non om-nis.in princip.ff. ſi certum petat. ꝙ aũt diſpoſitio huius ſtatuti ſit declaratiua, oſtenditur ex rubrica ipſius ſtatuti,quæ ita concipitur, declaratio mem-brorum ſocietatis & artis prædictæ, rubrica enim ſe habet ad nigrum ueluti quoddam proœmium.l.
16 ff. ſi certum peta.† proœmiũ aũt oſtendit finalem
intentionem diſponentis.l. fi.ff. de hęre. inſtitu.l. epiſtola.in prin.ff.ad Trebell.Bar.in l.1. ad Mace-do.cum ſuis concordantibus:cõſiderandũ ergo eſt primũ ſtatutum,non autem ſecundum ſtatutum qđ ſuadetur ex uerſiculo ſequẽti,dum exprimit lintea mina noua, & laborata, toualias.ex quo datur intel ligi,ꝙ ſub illis uerbis & alias res, ſtatuentes uolue-runt comprehendi cultras, ſeu copertas factas de canapa:qm̃ iſta ſpecificata expſsio facta de lintea-minibus, & toualiis fuiſſet ſuperflua, cum ſuffice-
17 ret † illa uerborum generalitas, quæ omnia com-
prehendit,& idem operatur in ſuo genere qđ ſpe-cies in ſua ſpecie.l.ſi chorus.ff.de leg.3.l. ſi duo.ff.
18 de admin.tuto.† quęlibet autem diſpoſitio taliter
interpretanda eſt,ut nullum uerbum in ea poſitum ſit ſuperfluum.Bal.in rubrica. C. de contrah.em-ptio. in 9. quæſtione. cum his quæ latè habentur per Felyn.in c.primo.extra de reſcript.

Pręterea primũ ſtatutũ eſt magis ſpeciale,quàm ſit ſecũdum ſtatutum,& ut dicit Bar. ĩ l.j.§.hoc edi
19 ctum.ff.de noui oper.nunciati.† ꝙ qñ ſunt duo ſta
tuta generalia, id qđ eſt minus generale,habetur loco ſpeciei,& ut ſpecies derogat generi;illud er-
20 go † ſecundum ſtatutum in illis uerbis & alias res,
limitari,& declarari,& reſtringi debit, iuxta termi nos prioris ſtatuti:ut uoluit Bar.in l. ſed poſterio-res.ff.de legi.& in l.quæſitũ.§.ſi quis fundum.col. 2.ff.de fund.inſtruc.inſtru.q; leg. dum decidit ca-ſus,de quibus ibi per eum:pro quo uideãtur multę deciſiones quę ponuntur in cõſ.121.in 4.lib.conſ. Do.Alexand.& eſt conſilium Do.Andræ.Barbatij. Et ultra ea quæ ipſe ponit in dicto conſil. pro hoc

facit

facit notabi.deciſ. Bal.in conſi.inci. ſtatuto Aſten. ubi in iis terminis conſuluit, unum ſtatutum prius in ordine temporis diſponit, ꝙ in cauſa mutui, uel depoſiti, de quibus extant publica inſtruméta procedatur quadam uia executiua, aliud ſtatutum poſterius dicit, ꝙ lites uertentes inter coniunctos debeant compromitti: modo contingit, ꝙ cauſa mutui de qua extat inſtrm agitatur inter coniunctos, an cópromiſſum fieri debit uirtute ſecundi ſtatuti, vel procedendú erat ad executioné uirtute primi ſtatuti, arguit Bal. ibi ad partes, tandem cóncludit, ꝙ non habebit locum ſtatutum de cópromiſſo, & ſic ſecundum ſtatutú á primo reſtringitur, & ratio
21 eſt ſecundum eum: † quia in duobus ſtatutis illud attenditur quod minus habet abſurditatis, & iuri communi minus contrariatur: ergo non erit attendendum ſtatutum quòd compellit ad compromiſ
22 ſum: quia eſt magis contra ius commune, † cum nemo inuitus cogatur compromittere, l. ſi dictum. §. ſi compromiſſero. ff. de euic. ut ibi latius per eum, quem refert, & ſequitur D. Io. Baptiſta de S. Seuerino in l. omnes populi. in 17. charta. col. 2. ff. de iuſt.
23 & iure. † Et ſimilem doctrinam ponit Bal. in l. qui poſthumus. ff. ad Syllania. ubi quærit unum ſtatutú diſponit, ꝙ in cauſis pupillorum procedatur ſummariè, aliud diſponit quòd in cauſis forenſium procedatur ordinariè, modo unus eſt forenſis & pupillus, quomodo in eius cauſa procedetur, decidit, ꝙ procederetur ſummariè, & ſic conſiderabitur ſecú
24 dum ſtatutum, non primum: † quia per primum receditur á iure communi, & hoc dictum refert, & ſequitur Aret. in conſi. 83. inci. quia multa heri. col. 4. uerſi. tertiò non obſtat. Iſta dicta Bal. optimè applicantur ad caſum noſtrum: quia ſecundum ſtatutú in illa generalitate magis exorbitat á iure cói, ꝗ primum, l. nec emere. C. de iure delib. l. dudú. C. de contrah. emp. illud ergo erit conſiderandum.

Poteſt & tertio confirmari iſta concluſio ex doctrina Bar. in l. quæſitum. §. ſed ſi quis fundum. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoque legato, quam deduxi in præcedenti dubitatione. Ex iſtis ergo apparet de ueritate huius concluſionis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio nullitatis contra literam cambij opponi pôt.*
2 *Exceptio ſimulationis an poſſit opponi contra literam cambij.*
3 *Bal. quomodo loquatur in l. prima. in fin. C. plus valere quod agitur.*
4 *Dies vel aliud tempus an ſit de ſubſtantia literæ cãbij.*
5 *Per exceptionem ſimulationis contractus redditur nullus, cum deficiat conſenſus.*
6 *Statuti ex præfatione deprehenditur finalis ratio, quæ mo. i ſunt ſtatuentes ad ſic ſtatuendum.*
7 *Statutum emanans ad obuiandum falſis teſtibus, introductum eſt ob publicam vtilitatem.*
8 *Extenſio permiſſa eſt in correctorijs, quando expreſſa eſt eadem ratio in ſtatuto.*
9 *Permiſſum quod nõ eſt directè, nec indirectè pmittitur, ne alia via contingat quod lex vel ſtatutum prohibet.*
10 *Statuto prohibente debitum probari per teſtes, non poteſt etiam probari per teſtes confeſſio ipſius debiti.*
11 *Probandum non eſt quod probatum non releuat.*
12 *Exceptio odioſa ad alias perſonas non extenditur.*
13 *Exceptio pariformiter reſpiciens duos, debet pariter in vnoquoque determinare.*
14 *In foro mercantili de bono & æquo agitur.*

CONSILIVM LI.

IN cauſa Ser Antonij de la Fundaza, in cuius fauorem ſuperioribus diebus conſului, proponuntur tria dubia, quæ reſoluam eo ordine, quo propoſita ſunt.

1 Primum dubium eſt, † ꝙ contra ipſam literam cambij opponi poteſt exceptio nullitatis: quia illa non cenſetur reiecta á ſtatuto, ut per Bar. in l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clam.
2 Cui obiectioni reſpondeo, † ꝙ cum exceptio quæ opponitur ſit exceptio ſimulationis, cẽſetur etiam á ſtatuto reiecta, ut dicit Bar. in d. §. & parui.

Non obſtat dum dr̃, ꝙ iſta ſimulatio eſt circa tẽpus á quo dependet ualiditas & inualiditas huius literæ, ideo non cenſetur reiecta cum in effectu dicatur opponi exceptio nullitatis, put declarat Bal.
3 in l. 1. circa fi. C. plus ualere quod agitur. † Ad hoc eñ rñdeo, & pro reſponſione aduertendum eſt, ꝙ dicta Bal. ibi nõ aduerſantur concluſioni alias per me firmatæ, loquitur enim Bal. qñ exceptio ſimulationis concernit ſolennitatem quæ pro forma requiritur in inſtrumento, ita quòd ea non adhibita, inſtrumentum ſit nullum, & ponit Bal. exemplum de rogitu tabellionis, & de teſtibus, ſine quibus, ut ipſe dicit, inſtrumentum non eſt inſtrumẽtum: ſed in litera cambij de qua agitur, aliter dicendum eſt:
4 quia † illa cum ſit ſcriptura priuata, non publica, valida eſt, & effectum ſortiri, etiam ſi in ea non ſit appoſita dies, ſeu aliud tempus quo confecta ſit. Ita dicit Bar. in l. qui tabernam. §. idẽ quæſijt. ff. de pignori. Alber. de Roſate, in procemio ff. ueteris. col. 2. Mateſil. in notabili. 45. inci. nota, ꝙ tempus & locus. D. Alex. in l. prætor. in priu. ff. de edẽdo. & iſtud eſt expreſsè cautú ex forma ſtatuti poſiti ſub rubr. ꝙ ſcriptis, & libris mercatorum. in prin. cum ergo litera cambij ualida ſit etiã ſi non apponatur dies, dici non poteſt, ꝙ iſta exceptio ſimulationis cõcernat ſubſtantiã ipſius lr̃æ: prout loquitur Bal. in d. l. 1. C. plus valere quod agitur. Et hęc benè cõſideret D. Iudex, quia termini non ſunt pares, ſed diſſimiles, ex quibus non recta ſit illatio, l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de uerb. obl. nec eſt bona conſequentia, probato, ꝙ iſta litera ſit facta tpe interdicti, illa remanebit inualida, & nulla: ergo opponi pôt exceptio ſimulationis: qa ſi hoc eſſet uerum quocũq; caſu admitteretur exceptio ſimulationis,
5 cum per eam contractus reddatur nullus, † cũ deficiat cõſenſus, ut per Gl. Bal. & alios i l. ab emptione. C. plus ualere quod agitur. cuius contrariũ uolũt Bar. & alij in d. l. 1. §. & parui. ff. quod ui aut clã.

Secundum dubium proponitur, ꝙ p teſtes admittitur ad probandum iſtam exceptionẽ, non obſtãte ſtatuto prohibente ſummam excedentẽ quãtitatẽ centum librarum per teſtes poſſe probari: quia nõ

 agitur

agitur directo de ꝓbãdo quãtitatẽ,ſed p indirectũ intendit ꝓbare quod nõ tenetur ad dictã ſummã.

Huic obiectioni rñdeo,ꝙ ſtatutum poſitum ſub rubrica de proba.in prin.expreſſè diſponit, ꝙ qñ de obligatione quantitatis facti,vel rei, conſtat publico inſtrõ,vel ſcriptura priuata,quę excedit ſummam quingentarum librarum,debitor ipſe probare non põt per teſtes quietationẽ,remiſſionem,pactũ de nõ petẽdo,& ſic multa alia enumerat, ex quibus apparet quod noluerunt ſtatuentes aliquod factum poſſe probari per quod debitor dicere poſſet ſe nõ teneri:ergo reus conuentus non dẽt admitti ad probandũ literam factã tpe interdicti:quia hoc ꝓbato,cõſequetur liberationẽ ab illo debito cõtẽto in litera cãbij,quod ſtatutũ ipſum nõ admittit.

6 Suadetur iſta rñſio:nam ut patet ex † præfatione ſtatuti,ex quo deprehenditur finalis ratio,qua moti ſunt ſtatuẽtes ad ſic diſponẽdũ.l.fi.ff.de hęre. in-
7 ſti.l.cũ hi. in prin. ff.de tranſac. † hoc ſtatutũ emanauit ad obuiandum falſis teſtibus,& ſic emanauit ob publicam vtilitatem: vt notat Bart. in l. ſi quis pro eo.in ſeptimo membro.ff.de fideiuſſor.notant Canoniſtæ in c.cum cõtingat.de iureiur.ideò comprehendere debet caſum iſtũ habentẽ eãdẽ rationẽ,per ea quæ notat Bar.in l.conſtante. in princ. in 9.q.primę principalis,ff.ſol.mat.& in l.miles.ff.de
8 re iud.maximè,† quia expreſſa eſt rõ ĩ ſtatuto, quo caſu ẽt in correctorijs permiſſa eſt extenſio: vt not. Bal.in auc.quas actiones.C.de ſacroſan.eccl.Gl.in Clem.1.in verbo eligatur.de electione.& Bal. in l. de qbus.col.6.ff.de legib.Pau.de Caſt. in cõſ.339. incip. pſens caſus.col.2.& ita in ꝓprio caſu vult D. Ale.ĩ cõſ.36.ici.viſo,pceſſu.ner.itẽ & ſtatutũ.lib.5.

9 Pręterea † ꝙ non eſt permiſſum directè nec indirectè permittitur,ne alia uia contingat, quod lex vel ſtatutum prohibet.l.ſcire oportet.§.1.ff.de tuto.& curato.dat.ab his.quæ dẽ directo non tangunt caſum iſtum.Adduco in proprio caſu deciſionẽ Petr. de Anch.in conſ.350. incip. in quęſtione prędicta.
10 vbi dicit,† ꝙ ſi ſtatutum prohibeat debitum probari p teſtes,nõ poterit ẽt ꝓbari p teſtes cõfeſſio ipſius debiti,ne pmittatur p indirectũ,id qđ prohibetur directè,aduerte iura & rõnes, de quibus p eũ.

Tertium dubium proponitur,ꝙ licet per clauſulã,de qua in breue apoſtolico,non intelligatur derogatum ſtatutis mercatorum,illis tamen cenſetur derogatum per lrãs pręcedentes cõtinẽtes interdictum:cui dubitationi rñdeo,ꝙ ſi conſtaret iſtam literam cambij emanaſſe tẽpore interdicti, tunc iſta obiectio procederet,ſed ex inſpectione literæ conſtat illam emanaſſe tpe legitimo,& non prohibito, & qõ eſt,an debitor admittatur ad probandum illam emanaſſe tempore interdicti,& cõcluditur, ꝙ non:cũ ſtatutum hanc exceptionẽ nõ admittat, cui nõ cenſetur ſummus Pontifex derogaſſe per clauſulas de quibus in dicto breui apoſtolico,p ea, q̃ dixi in conſilio,quę firma manent,& inconcuſſa.

Vltimò ad demonſtrandum apertam iuſtitiã Ser Antonij dico,prout ſępius dixi, ꝙ etiam ſi probaretur dictam ſummã pecunię, occaſione cuius deuentũ fuit ad pręfatã literam cambij ceſſiſſe commodo Bẽtiuolorum,adhuc prędicta litera hẽret ef-
11 fectum,†non admittitur ergo ad probãdũ quis id, quod probatum nõ releuat.c.cum contingat.extra. de off.deleg.& ꝙ hoc ſit uerum,oſtẽdo,Breue apoſtolicum approbando geſta tẽpore interdicti, excipit acta & geſta ad cõmodum Bentiuolorum, & ſequatium,qui ad pñs cum eis de Bononia exiuerũt, quę exceptio emanauit in odium ipſorum Bẽtiuo-
12 lorum,& ſequatium,qui cũ eis exiuerunt,†& ſic eſt odioſa.l.qui exceptionem.in prin.ff.de cond.inde. ideò nõ extenditur ad alias perſonas.l.cum quidã. ff.de lib.& poſth.& c.odia.de reg.iur.lib.6.cũ ergo litera cambij cantet in perſonã Ser Antonij, & pecunia ſoluenda ſit ceſſura eius cõmodo,non aũt cõmodo Bẽtiuolorum,nec ipſe ſit de ſequacibus Bentiuolorum,quia ſemper mãſit Bononiæ, iſta exceptio eum nõ afficit.Comprobatur iſta cõſideratio,
13 † illa exceptio pariformiter reſpicit Bẽtiuolos, & ſequaces eorũ,qui cũ eis de Bononia exiuerunt, ipſorũ ergo ęqualis dẽt eſſe determinatio. l. quãuis. C.de impu.& ali.ſubſt.Bar.decidẽdo pulchrum caſum in l.ſi legatarius.§.fi.ff.de lega.3.tũc ſic ſi vnus ex ſequacibus feciſſet lrãm cãbij occaſione pecuniæ ſibi mutuatę,nõ ne ꝯ ipſum hęc litera haberet effectũ,licet iſta pecunia mutuo data ceſſerit eius cõmodo?certè ſic,ne ſequatur abſurdũ,ꝙ ſequaces Bẽtiuolorũ & ſi qui delinquerũt nõ obligẽtur ex litera cãbij,alij verò qui nõ delinquerũt obligẽtur,l. nõ ſolum.ff.de noxal.l.quod ſeruus. ff. quod ui aut clã.Idem ergo dicendum eſt in ipſis Bẽtiuolis cum ęqualiter determinẽtur, vt dixi,nihil ergo refert ꝙ pecunia ipſa peruenerit ad manus Bentiuolorũ, & illorũ commodo ceſſerit,ex quo ſolutio quæ faciẽda eſt cedere debet cõmodo prędicti Ser Antonij, qui non comprehenditur ſub dicta exceptione,maximè cum tale cõmodum iã ſortitum eſſet effectũ prius quàm emanaret ipſum breue.Et ex iſtis conſtare puto de aperta iuſtitia prędicti Ser Antonij,& in ueritate quę adducuntur per conſulentes cõtrarium,ſunt calumnioſa,& aliena ab omni iuſtitia,&
14 ęquitate,& refutanda in quocunq; foro,† maximè in foro mercantili,in quo agitur de bono & ęquo, vt per Bar.in l.Quintus.& in l.ſi fideiuſſit. §. quædam.ff.mandati. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Filius prohibitus per patrem in teſtamento alienare eius bona,ſine conſenſu vxoris ipſius teſtatoris,an poſſit in bonis,quæ ad eum peruenerunt ex hæreditate patris inſtituere monaſterium.*

2 *Prohibitio de non alienando facta in ultima uoluntate. impedit dominij tranſlationem.*

3 *Hęres extraneus in bonis alienari prohibitis alienari nõ põt,niſi ſit de ſuccedẽtibus ab inteſtato ipſi prohibito.*

4 *Bona fideicõmiſſo ſubiecta non poſſunt alienari ex contractu inter uiuos,ex teſtõ,neque ab inteſtato, niſi in caſibus de quibus in auc.res quæ.C.commu.de lega.*

5 *Teſtator in dubio pręſumitur relinquere ius quod hẽt in bonis,& nil amplius,ẽt ſi tale ius in morte ſit periturũ,ac ẽt ſi eius diſpoſitio ſit collata ĩ cõiũctã perſonã.*

6 *Contrafaciens uoluntati teſtatoris alienando partẽ bonorum ſibi relictorum cum prohibitione de non alienãdo,an omnibus bonis priuari debeat,& nu.21*

7 *Conditio-*

7 *Conditiones ſunt indiuiduæ, & in totũ adimpleri dẽnt.*
8 *Prohibitio alienationis non appoſita aliqua cauſa per teſtatorem nihil ualet.*
9 *Diſpoſitio prohibitiua præcedens diſpoſitionem ſimplicem, facit ut ſequens diſpoſitio ſub conditione intelligatur, ſi contra prohibitionem factum fuerit.*
10 *Verba teſtatoris quòd bona remaneant in familia, an inducant fideicommiſſum.*
11 *Hæres etiam extraneus inſtitui poteſt, non obſtante prohibitione alienationis.*
12 *Teſtator etiam uolens non poteſt hęredi prohibito auferre liberam teſtandi facultatem.*
13 *Vltima uoluntas non debet ex alieno arbitrio pendere, ſed libera eſſe debet.*
14 *Statutum diſponens mulierem non poſſe teſtari ſine mariti conſenſu, eſt inualidum.*
15 *Prohibitio alienationis facta à ſtatuto non includit donationem cauſa mortis gratia pietatis factam.*
16 *Alienatione non prohibita in certum genus perſonarum, non prohibetur hæredis inſtitutio.*
17 *Bona ſubiecta fideicommiſſo non poſſunt alienari, & eorum alienatio reſcinditur, quando conditio adiecta fideicommiſſo fuit purificata, & non aliter.*
18 *Pœna delicto commenſurari debet.*
19 *In pœnalibus liquidiſſimè conſtare oportet, nec per coniecturas eſt procedenduu.*
20 *Legatum eſt indiuiduum, & non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*
22 *Legitimæ detractio non poteſt à teſtatore prohiberi, & filio competit, & quid de quarta Trebellianica.*
23 *Res alienatæ imputantur in quartam.*

CONSILIVM LII.

EX teſtamento Petri & Henrici de Sauigno dubium exoritur, vtrum Dominicus eius filius teſtari potuerit de bonis quę ad eum peruenerunt ex hęreditate patris, inſtituẽdo monaſterium Canonicorũ regulariũ Plebis S. Mariæ de Mõtebelio, ſtãte prohibitione alienationis, & ſubſtõne, de q̃bus in p̃dicto teſtõ.

In quo dubio elegantiſsimè cõſuluit Excellẽtiſſimus iuris conſultus D. Bonifacius Elephantucius compater meus honoran. in fauorẽ præfati monaſterij, à quo licet nil intactũ omiſſum fuerit qđ ad ipſius dubij enucleationẽ pertinere uideatur, nihilominus more eũtium poſt optimi meſſoris terga, & ſpicas: ſi quas inueniunt, colligentium, aliqua ꝓ cõfirmatione ſuę cõcluſionis in mediũ adducã, remouẽdo quaſdã obiectiones, quę ut pcepi mouent Iudicẽ ad pronuntiandũ cõtra p̃dictũ monaſteriũ.
1 † Videt ergo in pręmiſſo q̃ſito Dominicũ nõ potuiſſe diſponere de bonis de q̃bus ſupra, inſtituẽdo monaſteriũ, ſtãte dicta ꝓhibitione de nõ alienãdo
2 bona ſine cõſenſu vxoris teſtatoris. Certũ. n. eſt † ꝙ ꝓhibitio de nõ alienãdo facta in ult. volũtate impedit dñij trãſlationem. l. filiusfamiliàs. §. diui cũ
3 ibi not. ff. de leg. 1. adeò ꝙ nõ poteſt † hęres extraneus in dictis bonis inſtitui niſi ſit de ſuccedẽtibus ab inteſtato ipſi ꝓhibito, iuxta tex. in l. cũ pr̃. §. cũ mater. ubi Bar. & alij. ff. de lega. 2. Bar. & alij in l. ſi quis ita ſtipulatus. §. ea lege. ff. de verb. obli. & ita vult Bar. in ſua diſtinctione in l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. & in d. §. ea lege. Paul. de Caſt. in conſ. 175.

Concurrit etiã prohibitio tacita quę cauſat ex ſubſtitutione fideicõmiſſaria, de qua i eodẽ teſtõ,
4 ex qua fit † ut hęc bona ut fideicommiſſo ſubiecta non poſsint alienari ex contractu inter uiuos, ex teſtõ, nec ab inteſtato, niſi in caſibus de quibus in auct. res quæ. C. cõia de lega. quinimò Dominicus ipſe inſtituẽdo præfatum monaſterium, cenſendus eſt ꝙ uoluerit illud ſolũ inſtituere in bonis quæ ad ipſum ſpectabãt iure legitimę & Trebellianicę, & in aliis bonis per eũ acquiſitis, nõ aũt in cæteris q̃
5 fideicommiſſo ſubiacent: † quia teſtator in dubio cẽſetur relinquere ius qđ habet in bonis & nil amplius, etiam ſi tale ius in morte ſit periturum, l. qđ in reram. §. 1. ff. de legat. 1. l. vxor. patrui. C. de leg. etiã ſi diſpoſitio teſtatoris ſit collata in coniũctam perſonã. l. Sticho. ff. de uſufruct. legat. per quẽ tex. ita not. Bal. in l. habitatio. C. de vſu & habitatione.
6 Præterea contra prædictum † monaſteriũ adducitur; quia præfatus Dominicus contrafecit uolũtati teſtatoris alienando aliqua ex bonis prędictis, ergo oĩbus bonis fuit priuatus, & per cõſequẽs de illis non potuit teſtari in præiudiciũ alterius fratris ſuperſtitis, ad quẽ teſtator uoluit bona ipſa peruenire in caſu in quo ſequeretur alienatio in caſu prohibito, prout conſuluit Ang. in conſ. 168. incip. teſtator ĩ omnibus bonis ſuis. ubi decidit iſtũ caſum. quidam teſtator inſtituit hoſpitale quoddã hæredẽ prohibẽs bona ſua poſſe alienari, & caſu quo hoſpitale alienaret, diſpoſuit ꝙ priuaretur bonis, quæ in alium deberent transferri, contingit ꝙ hoſpitale alienauit partẽ dictorum bonorum, an priuabitur omnibus bonis, decidit Ang. ꝙ ſic, motus colorata ratione, eo, quia teſtator ademit dicta bona ſub cõditione ſi illorũ fiat alienatio: ergo in euẽtũ contrarię cõditionis cẽſetur illa reliquiſſe. l. aliquãdo ff. de cõdit. & demon. l. ſi legatũ purum. in prin. ff.
7 de adimen. leg. † conditiones aũt ſunt indiuiduæ; q̃ nõ ſufficit eas ꝓ parte adipleri, ſed ĩ totũ ueniũt adimplẽdæ. l. cui fundus. ff. de condit. & demonſt.

Hæc ſunt quæ prima facie obſtare uidenẽ intentioni p̃dicti monaſterij. Quibus tñ non obſtãtibus contrariũ puto uerius: & ſic inhæreo concluſioni firmatæ per præfatum dñm Conſulentem, pro qua
8 ultra per eum adducta conſidero † ꝙ illa prohibitio alienationis nullius momenti eſt, cũ non fuerit appoſita aliqua cã p teſtõrẽ, & ſic cõtinet quoddã conſiliũ, cui põt ꝓhibitus renũtiare. l. cũ pr̃. §. mãdo. ff. de leg. 2. & ita ꝓbat tex. in l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. & tex. ĩ l. Lutius. in prin. ff. de leg. 3. & ita not. Ang. & Mod. & ibi dixi in l. filiusfamiliàs. § diui. col. j. ff. de leg. 1. dũ ergo teſtator ſubdit, uolẽs & mandans ipſe teſtator ꝙ ſi aliquo tpe contigerit aliquẽ dictorũ ſuorũ filiorũ mori ſine filiis legitimis & natnralibus, tũc ſuperſtitẽ hæredem inſtituit & ſubſtituit. hæc uerba cenſenẽ appoſita ꝓ cauſa ipſius ꝓhibitionis, ut ex ea robur ſumeret ipſa ꝓhibitio, quæ aliàs ut dixi nullius erat mouẽti, uelu-
9 ti non munita aliqua cã, † ita ergo demũ illa diſpoſitio effectũ ſortiẽ ſi ſequaẽ alienatio in caſu ꝓhibito, & non alio modo, cũ habeat hæc diſpoſitio dependẽtiam ab ipſa prohibitione: de hoc eſt tex. & ibi notat Bart. in l. pater filiũ. §. filiũ. ff. de legat. 3.

ubi dicit formaliter ꝙ quando præcedit diſpoſitio
prohibitiua,& alia ſimpliciter ſequitur, intelligitur
ſequens diſpoſitio ſi ſub conditione,ſi cõtra prohi
bitionem factum fuerit:qđ reputat menti tenen-
10 dum: † & pro iſta conſideratione faciunt nota.per
Areti.& ibi Moder.Senen.in l.qui Romę.§.cohęre
des.ff.de verbo.oblig.& idem Senen.in conſ. cclj.
inci.qm̃ in pręſenti conſultatione.col.vj.qui dicũt
ꝙ qñ prohibitio alienationis eſt inualida, tũc iſta
uerba uel ęquipollentia:quia vult teſtator ꝙ bona
ſua remaneant in familia, non inducũt ſideicom-
miſſum ſimpliciter & abſolutè:quia cenſent. r ap-
poſita ad ualidandam ipſam prohibitionẽ, q̃ erat
inualida,ſecus ſecundum eos eſt ſi illa prohibitio
fuiſſet ualida:quia tunc illa uerba ut aliquid operẽ
tur,inducũt fideicõmiſſum ſimpliciter & abſolutè:
cum ergo ſequens diſpoſitio intelligatur ſub cõdi
tione ſi factum fuerit contra prohibitionẽ,& pręfa
tus Dominicus non contrafecerit inſtituẽdo pręfa
tum monaſteriũ ut probabitur: quia inſtitutio ip-
ſa uiribus ſubſiſtit. Quod autem non contrafecerit
11 dictus Dominicus,ſic oſtenditur,† quia hęres etiã
extraneus inſtitui põt, non obſtante prohibitione
alienationis:prout conſuluit Ang.in conſ.lvij.inc.
dicta Andręa.adducẽs tex. ĩ l. ex hoc edicto.§.alie
12 nare.ff.de alienat.iudi.mutã. cau. fac.Item † qa ſi
teſtator etiam uoluiſſet nõ potuiſſet hęredi ꝓhibi
to auferre liberã teſtãdi facultatẽ,l.ſtipulatio hoc
modo concepta.ff. de uerbo.oblig.l.illæ autẽ inſti
tutiones.ff.de hęredibus inſtitu.& iſtam deciſi.re-
fert,& ſequitur Alex.in conſ.clv.inci.uiſis,& accu-
ratè cõſideratis.in ij.lib.& iſtud habeo pro expedi
to in caſu iſto,in quo teſtator diſpoſuit ꝙ alienatio
fieri nõ poſsit ſine expreſſa licẽtia D.Sabadinę vxo
ris prædicti teſtatoris:quæ diſpoſitio non cõuenit
13 inſtitutioni quæ fit de hærede † cũ illa debeat eſſe
libera,nec dependere poſsit ab alieno arbitrio.l.
illa inſtitutio.ff.de hęred.inſti.l. captatorias.C.de
teſta.milit. Et pro hoc facit notabile dictũ Pau.de
Caſt.ĩ l.ex facto.in prin.ff. de vulg. & pupill.ubi di
14 cit † ſtatutũ eſſe inualidũ diſponens mulierẽ teſta
ri nõ poſſe abſque mariti cõſenſu: qa ſapit iniqui-
tatem,cũ auferat liberã teſtandi facultatẽ exigen-
do cõſenſum mariti & hoc ſequit Alex.in d.conſ.
clv.lib.ij.& idẽ tenui in l.oẽs populi.ff.de iuſtit.&
iur.& in l.ſtipulatio hoc modo cõcepta.ff.de verb.
obli.col.j.ubi hoc cõprobaui iuribus & rationibus
de quibus ibi. Et maximè hoc ꝓcedit in caſu iſto,
in quo pia cauſa fuit hęres inſtituta, qa caſus iſte
non uidetur cõprehendi in dicta ꝓhibitione alie-
nationis,per ea quę uoluit Ludoui.Roma.in conſ.
15 cxcix.inci.pręſens ſtatuti particula. ubi inquit † ꝙ
prohibitio de non alienãdo facta à ſtatuto non in-
cludit caſum in quo fit donatio cauſa mortis intui
tu pietatis. per text. in l.ſi ſponſus.§. conceſſa.ff.
de donat.inter vir.& vxor.& ita modificat tex.in l.
j.§.j.ff.de tutel.& ratio. diſtrah.& ex iſtis remanet
clara & dilucidata iſta concluſio.

Pręterea, qñ prohibitio alienationis facta fuit
16 ſimpliciter,ut † qa alienatio nõ fuit ꝓhibita ĩ cer
tas pſonas ſingulares, uel in certũ genus pſonarũ,
tunc non vr̃ prohibita hęredis inſtitutio,doctrina
eſt Bar. in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.oblig.
ſed præfatus Dominicus ſimpliciter fuit ꝓhibitus
alienare, ergo potuit monaſteriũ hr̃edẽ inſtituere.

Cui non obſtant adducta in contrariũ: & primæ
17 obiectioni reſpondeo † ꝙ bona ſubiecta fideicom
miſſo nõ poſſunt alienari,& ſi alienata fuerint eo-
rũ alienatio reſcinditur,qñ conditio adiecta fidei
commiſſo fuit purificata,& non aliter.l.fi.§.ſin aũt
auaritiæ cupiditas.C.cõmunia de legat.ſed in caſu
iſto cõditio non fuit purificata,quia non fuit facta
alienatio in caſu ꝓhibito, ut oſtenſũ fuit, igit &c.

Non obſtat deciſio Ang.in pręalle.cõſilio: nam
licet ſit in magna auctoritate, attamen dici poteſt
ipſum malè fuiſſe loquutũ; & in quęſtione facti ui-
di aliàs fuiſſe conſultũ contra dictam deciſionem
18 Ang.† eo,quia pœna delicto cõmenſurari debet.l.
reſcriptũ.in prin.ff.de his qui.ut indig.& ita dictũ
Ang. impugnat celebratiſsimus Iurecõſultus D.Ia
ſon May.in l.ait pretor.la 2. in princ.ff.de iureiur.
motus,qa in materia pęnali & odioſa appellatione
rei nõ uenit pars,ꝓut uolũt Iaco. de But.& Alberi.
19 ibi.Itẽ † qa in pœnalib.oportet liquidiſsimè cõſta
re,nec per coniecturas procedẽdum eſt.l. in teſtõ.
l.j.ff.de cõd.& demon.& ita dicit ſe conſuluiſſe cõ
tra Ang.non tñ rñdet rationi, qua mouetur Ang.&
quam ſuperius retuli,ideò ergo reſpondeo ꝙ ideò
conditio eſt indiuidua ratione legati qđ eſt indi-
20 uiduum,† & ſic ꝙ pro parte non poteſt acceptari &
pro parte repudiari.l.neminem. ff. de legat.2. &
ita dicunt Bar. Paul.de Caſt.poſt Pet. de Bellaper-
tica in l.ẽt ſi partis.ff. de leg.j.& ibi Rapha.Cuma.
dicens quòd iſtud communiter tenetur.ideò dicit
Paul.de Caſt.in l.cui fundus.ff. de cond.& demon.
ꝙ ſi legatarius ibì uelit dare totam ſummam pe-
cuniæ ut conſequeretur partem fundi, non admit-
teretur: quia legatum eſt indiuiduum.
21 Sed in caſu propoſito nõ agitur de legato ſeu hę
reditate pro parte acceptanda uel repudiãda,quia
prædictus Dominicus acceptauit in totum qđ ſibi
à teſtõre fuit relictũ, ſed ſolum quæritur an facta
alienatione partis bonorũ ueniat priuandus omni
bus bonis: & dicendũ eſt ꝙ non: quia pœna com-
menſuranda eſt delicto,d.l.reſcriptũ,nec aliter pręſumẽdum eſt teſtatorem uoluiſſe propter affectio
nem naturalem, quã pater hẽt ad filiũ.l.fi.in prin.
C.de curato.furio.l.nec in ea. ff.de adult. & credo
ꝙ ſi dñs Iudex hęc cõſideraſſet,non ita ex abrupto
ſententiam tuliſſet contra pręfatum monaſterium.
22 Prætereà huic Dominico † competit detractio
quartę & legitimę,quarũ neutra non potuit à teſta
tore prohiberi, & de legitima eſt indubitatum.l.
omnimodo.& l.qm̃ in prioribus.C.de inoff.teſtõ.
De quarta Trebellianicæ ꝙ non poſsit prohiberi
in perſonam filij per patrem,eſt deciſio Bal.per il-
lum tex.in l.iubemus.C.ad Trebell.quem ſequitur
Lud.Rom.in conſ.206.inci.licet ex cõi concluſio-
ne.col.vlt.hoc ergo præſuppoſito ꝙ filio in quocũ
que euentu competat detractio legitimę & quartæ
Trebellianicæ, reſpectu illarũ quartarũ potuit de
23 iure & impunè alienare bona prędicta:† quia uide
tur ſic alienãdo uoluiſſe illa imputare in prędictas
quartas. Ita Bar.in l.Marcellus.§. res q̃, ubi ſcribẽ-
tes ita concludunt.ff.ad Trebelli.Aret.in conſ.18.
& ſequ.ubi clarè & eleganter loquitur in caſu iſto:

ſi ergo

ſi ergo bona alienata per iſtum Dominicũ non excedunt legitimã & Trebellianicam ei debitas, in nihilo dicitur cõtrafeciſſe uoluntati teſtatoris, & ſi excedunt dicitur contrafeciſſe reſpectu illius exceſſus,& non ultra,& ſic eatenus priuari debet, & iſta eſt mera,& pura ueritas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia appellata non tranſit in rem iudicatam, ſed per appellationem extinguitur, uel ſuſpenditur.*
2 *Verba in ſupplicatione deducta fidem faciunt contra ſupplicantem.*
3 *Remittentibus iura ſua non datur regreſſus.*
4 *Sententia tranſit in rem iudicatam, niſi condemnatus appellet.*
5 *Probatio quòd quis non appellauerit, fit ex actorum inſpectione.*
6 *Lis amplius non eſt,ubi adeſt res indicata.*
7 *Carens nomine,caret effectu nominis.*
8 *Diſpoſitio non comprehendit illum cui uerba diſponentis non conueniunt.*
9 *Conſortes licet plures ſint eiuſdem litis, quilibet poteſt pro parte agere,& defendere.*
10 *Conſenſus omnium non requiritur in iuribus ſingulorũ.*
11 *Appellationis renuntiatio facta per partes magis operatur, quàm remotio appellationis quæ fit in reſcripto Principis.*
12 *Tranſactio facta de iudicis mandato pœnali, dicitur facta metu, & huiuſmodi metus dicitur iuſtus.*
13 *Pecunia ſoluta dicitur quomodocunq; ſit ſatisfactum uoluntati creditoris.*
14 *Contractus denominatur ab eo quod principaliter in eo continetur.*
15 *Iuramẽtũ metu ĩ cõtractu ĩterpoſitũ eſt ipſo iure nullũ.*
16 *Voluntas libera & abſoluta interuenire debet in iuramento, quæ libera non eſt ubi metus intercedit.*
17 *Iuramentum ubi nullũ eſt, non eſt neceſſaria abſolutio.*
18 *Conſenſus requiritur ad ſubſtantiam contractus.*
19 *Iuramentum nihil operatur ubi deficit conſenſus, uel alio modo deficit ſubſtantia contractus.*
20 *Iuramentum non ſupplet defectum ſubſtãtiæ, licet ſuppleat defectum ſolennitatis.*
21 *Proteſtatio parti aduerſæ non notificata nihil operatur.*
22 *Metus excuſat,licet non fuerit de eo proteſtatum,ob aliquam cauſam.*
23 *Lis non poteſt induci à partibus ubi non eſt.*
24 *Tranſactio ſup certa re,nõ extẽditur ad alias actiones.*

CONSILIVM LIII.

IN CAVSA Cæſaris de Budriolis iterum proponuntur quædam dubitationes aduerſus eum.

Prima eſt,ꝙ non poteſt allegari ſentẽtiam latã aduerſus Ser Ludouicum de Caſtellanis ſeu eius filiũ tranſiuiſſe in rẽ iudicatam,qm̃ ut ipſemet Cæſar in ſupplicatione narrat,à ſententia lata in eius fauorem fuit appellatũ ex parte Alexandri de la Volta,
1 & litis conſortum: † ergo dici non poteſt ꝙ ſentẽtia tranſiuerit in rem judicatã,cum appellatio extinguat uel ſaltẽ ſuſpẽdat ipſam ſententiam.l.j.§.
fi.ff.ad Turpilia.l.qui à latronibus.§.j.ff.de teſta.c.
2 uenientes.de iureiu.† & uerba deducta in ſupplicatione fidem faciunt ꝯ ſupplicantem. l.cum pcum. C.de lib.cau.l.ij.C.de inſti.& ſubſti.ſub cond.fac.

Secunda dubitatio eſt,ꝙ dici non poteſt tranſactionem iſtam factam fuiſſe metu propter præceptum iudicis pęnale: quia tale præceptum non cõtinebat ut fieret tranſactio, ſed ut fieret ſolutio pecuniæ quæ petebatur uirtute literę cambij.

Tertia dubitatio eſt, ꝙ fuit renuntiatum liti, &
3 ſic rei iudicatæ, ſi qua eſt, & † remittentibus iura ſua non datur regreſſus.l.ſequitur.§. ſi uenditor.ff. de edil.edic.c.quoniam periculoſum.7.q.1.

Sed iſtis non obſtantibus credo pręfatum Cęſarẽ eſſe in caſu uictorię:& pro fundamento remitto me ad ea quę aliàs deduxi in cõſiliis edictis in eius fauorem: ex quibus apertiſsimè fuit demonſtratũ ꝙ pecunia non fuit bene ſoluta, nec ei cui de iure debetur,ſtante re indicata & pręſcriptione ipſius literæ cambij: & ſic pactum de quo in inſtro trãſactionis effectũ ſortiri dẽt:ad illa ergo me remitto.

Non obſtat prima obiectio: quia quantũ eſt re
4 ſpectu prædicti Ser Ludouici de Caſtellanis † q nõ appellauit ſententia tranſiuit in rem iudicatã,& ſic illi acquieuiſſe cenſetur.l. ab eo.C. quo.& qñ iudex.c.qđ ad conſultationem, de ſenten. & re iudicata,& iſta negatiua ꝙ non appellauerit probatur
5 ex † inſpectione actorũ, in quibus non conſtat de eius appellatione,prout dicunt Bart. & alij in l.hi qui ciuilia.C.de appella.ideo illa uerba litis cõſortũ uerificari debent in illis de Arighetis,q appellauerãt à prędicta ſententia: non in pręfato Ser Ludouico de Caſtellanis, qđ oſtenditur aperta ratione:nam cum ſententia tranſiuerit in rem iudicatam quo ad Ser Ludouicum,ex eo quia nõ appella
6 uit,nõ poteſt amplius dici litis conſors: † quia ubi adeſt res iudicata non eſt amplius lis.l.j.ff.de re iu
7 dicata.† Et ꝙ caret nomine caret etiã effectu nominis.l.ii.C.de Summa Trinit. & fide cath.l.à nul
8 lo C.de ferijs. Et † cui non cõgruũt uerba diſponẽtis diſpõ illum non comprehendit. l.iiii.§. toties. ff.de dam.infecto.l.qđ conſtituit.ff. de milit.teſta
9 men. † Et ſciendum eſt ꝙ qñ ſunt plures litis conſortes quilibet poteſt agere & defendere cauſam
10 pro parte ſua,l.i.C.de conſor. eiuſdẽ litis,† qa ut inquit Bal.ibi,in iuribus ſingulorum non requirit omniũ conſenſus:prout etiam dęclarat Soci.in cõſil.231.incip. cum in præſenti cauſa.colũ.3.& ſic potuit prædictus Ser Ludouicus non appellando acquieſcere dictæ ſententiæ, ita ꝙ non ei proderit appellatio aliorum litis conſortũ, nec tali appellationi poterit adhęrere,prout cõſuluit Maria.Senẽ. in cõſ.45.inci.uiſa appellatione col.pen. adducẽs nota.per Hoſtien.& Abb.modernũ in c.paſtoralis
11 §.fi.extra de offi.deleg.† qui dicunt ꝙ magis operatur renuntiatio appellationis facta p partes,quã remotio appellationis quę fit in reſcripto Principis:quia primo caſu nulla appellatio admittitur. l. fi.C.de tempo.appella.in fi.ſecundo uero caſu ſic, ut plenè habetur in c.paſtoralis.de appellat.ex quibus ergo concluditur præfatum Ser Ludouicum ſeu eius filium dici non poſſe litis conſortes,& ſic illa uerba in eis non uerificantur.

Secundæ

12 Secundæ dubitationi reſpondeo † ꝙ imo ſtante mandato iudicis pęnali, illa tranſactio dr̄ facta metu,& huiuſmodi metus dicit̄ iuſtus,ut per Bar.ī l.creditor.in fi.ff.de ſolut.Bal. in l.falſus. col.ulti. C.de fur.& in l.omnē.C.ad Sena.conſul.Tertyllia.

Non obſtat ꝙ illud pręceptum non continebat, ut fieret tranſactio,ſed cōtinebat ꝙ fieret ſolutio: quia iudicio meo iſta obiectio eſt multum debilis, & calumioſa,eo,quia ꝓpter tale pręceptum deuētum fuit ad ipſam tranſactionem, ut oſtenditur ex proteſtatione facta per ipſum Cęſarē q̄ declarauit eius animū, & nihil refert quomodo ſit ſatisfactū uolūtati ipſius aduerſarij prædicti Cęſaris,cuius cōtēplatione emanabant illa pręcepta pęnalia à ſupe

13 riore.l.ſi rem.§.oīs.ff.de pign.actio.† ubi pecunia dicitur ſoluta quomodocunq; ſit ſatisfactū uoluntati ipſius creditoris,& q̄d aliud uoluit curare prætor niſi ut ſatisfieret deſiderio dicti Ser Antonij de Caſtellanis,ideo hęc trāſactio dicetur facta metu.

Præterea ī effectu iſta trāſactio principaliter cōtinet ſolutionem dictę pecuniæ,patet,quia in ea dicitur qualiter dedit ſoluit &c. ergo dicendū eſt ꝙ

14 iſte cōtractus nō ualet ueluti metu celebratus:† cōtractus.n. denominatur ab eo q̄d principaliter in ipſo continetur l.j.§.idem Pomponius.& §.ſi te rogauero.ff.depoſiti.Sed adhuc obiici poteſt,ꝙ cum in tali tranſactione iuramentum fuerit interpoſitū

15 neceſſaria fuit abſolutio,ad hoc reſpondeo † ꝙ tale iuramentum eſt nullum ipſo iure q̄n metus interceſſit auctē.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus uendit.& rationē in hoc ponit Bal.in c.1.§.itē ſacramenta. de pace iuram. firman.in uſib.feud. ubi

16 dicit iſtud eſſe ꝓpter reuerentiā iuramēti † in quo debet interuenire libera & abſoluta uolūtas: quæ libera nō eſt ubi intercedit metus,prout uult Glo. reputata ſingularis in c.notificaſti.32.q.5.q̄ com-

17 mendat Abb.in c.cum locum.de ſponſa.† ubi aūt iuramentum nullum eſt,tunc non eſt neceſſaria abſolutio.Ita conſuluit Pau.de Caſt.in conſ.216.inc. circa primum quęſitum.col.3.q̄d maximè procedit in caſu iſto,in quo uirtute pręcedentis proteſtationis conſtat defuiſſe cōſenſum ex parte dicti Cę

18 ſaris,† qui requiritur ad ſubſtantiā cōtractus.l.1. ff.de pac.Bar.& Pau.de Caſt.in l.q. in aliena.§.Cel

19 ſus.ff.de acquit.hęre.† iurm̄ antem nihil operatur ubi deficit conſenſus,uel alio modo deficit ſubſtātia contractus.l.fi.C.de non numer. pecu.Bar.in l. ſi quis pro eo,col.ulti.ff.de fideiuſſ.Ludo.Roma.in conſ.517.inci.in caſu propoſitę cōſultationis.col.

20 pen.qui dicit † ꝙ iuramentum licet ſuppleat defectum ſolennitatis, non tñ ſupplet defectū ſubſtantię, & ſic non dat robur contractui, in quo deficit

21 conſenſus ut ibi per eum.Nec dicatur † ꝙ iſta proteſtatio nihil operatur,cū parti aduerſæ non fuerit notificata,quę notificatio fuit neceſſaria ī iſto actu dependente à uoluntate duorū. l.fi.§.item ſi prædixerit.ff.de naut.caup.ſtabu.notāt Bar.& D.Alex. in l. qui in aliena.§.fi.ff.de acquir. hæred. eo,quia in caſu iſto hoc non fuit neceſſariū,cum ſit ꝙ idem iuſtus metus adſit circa actum proteſtationis,& ſic

22 præfatus Cæſar non auderet † proteſtari palam: ita ꝙ hoc adueniret ad notitiam ipſius aduerſarij: potuit ergo proteſtari legitime corā aliis probis uiris:arg.c.paſtoralis.§.1.de offi.delega.& ita dicūt Hoſtiē.& Abb.in c.1.de his quę metus cauſa geſta ſunt. & ita notant Moder. Papien.in l.non ſolum. §. morte. ff.de noui oper. nunc.ſic limitant dicta Bar. ibi in ſecunda ſpecie proteſtationis.

Vltimę obiectioni reſpōdeo nō eſſe renuntiatū rei iudicatę:q.a in inſtr̄o trāſactionis hoc nō exprimitur,& illa uerba renūtiarūt litibus & cauſis ante dictis,nō poſſunt uerificari in rē iudicāta:quia tūc

23 non adeſt aliqua lis.l.1.ff.de re iudicata.† nec partes poſſunt inducere litē, ubi non eſt,l.cū hi.§.ſi cū lis.ff.de tranſac.Ideò dico ꝙ ſtante re iudicata cui expreſsè non fuit renuntiatū, iſta trāſactio nullius ſit mēti,ꝓut cōcludit Iaſ.in l.1.ff.de tranſac.col.3.

Pręterea conſiderandum eſt ꝙ præfatus Cæſar fuit liberatus à litera cābii uariis ex cauſis, primò ratione rei iudicatę, ſecundò ratione præſcriptionis,tertiò ratione donationis ſibi factę per Reuerēdiſsimū D. Legatum de bonis pręfati Ser Antonii ueluti cōfiſcatis,licet ergo dici poſsit remiſsā eſſe liberationē ſibi cōtingentē uirtute rei iudicatę, ꝙ tñ negatur,cū nō fuerit remiſſa liberatio q̄ contingit ex aliis cauſis,ideo illa adhuc remanet,& ꝑ cōſequens illa pecunia nō fuit bene ſoluta.l.ſi ita q̄s. §.fi.ff.dę uerbo.oblig.Bar.in l.actione.C.de tran-

24 ſac.Abb.in c.1.in ultimis uerbis eo.tit.ubi † dicit ꝙ ſi aliq̄s petebat domū ex cauſa emptionis,denuū trāſigit,poterit petere domū ex aliā actione, non obſtante tranſactione,ut quia dicat domū fuiſſe legatā.& ex iſtis cōcludo partes Dñi Iudicis fore in ꝓnuntiādo in fauorē præfati Cæſaris. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Dominus poteſt auctoritate propria tollere quod eo inſcio in ſolo ſuo fuit conſtructum.*

2 *Interdictum quod clam, an competat poſt annum, & an ex edicto prætoris,& tempus illud ſit utile.*

3 *Tempus quadriennij intra quod petēda eſt reſtitutio in integrum non currit impedito, nec ignoranti, etiam ſi per centum annos ſtaret.*

4 *Tempus agnoſcendi bonorum poſſeſſionem eſt utile, & non currit impedito, nec ignoranti.*

5 *Nemo ignorans ius ſuum remittere uidetur.*

6 *Seruitus qualiter acquiri poſſit.*

7 *Quaſi poſſeſſio ſeruitutis haberi non poteſt niſi domino ſoli ſciente.*

8 *Text. in l.1.§.fi.ff.de aqua pluuia. arcenda, quomodo procedat.*

9 *Indemnitati unius non eſt conſulendum, ut alteri parat præiudicium.*

10 *Dominus ſoli in dubio præſumitur uelle opus remouere, ut ſibi proſit,non ut uicino noceat.*

CONSILIVM. LIIII.

IVRA & rationes quæ adducunt̄ cōtra uolentem pilaſtrum conſtructū in ſolo ſuo remoueri, parum attingunt caſum iſtum, prout inferius apertè demōſtrabitur, ideò eis nō obſtantibus contrariū de iure arbi

1 tror uerius:& ſic concludo † ꝙ licitum ſit domino ſoli

ſoli,in quo pilaſtrum illud factum fuit eo inſcio ,p-
10 lega.Gl.in §.item lapilli,inſti. de rerũ diuiſi. † Itaque cũ Veſpaſianus filius Iacobi deceſſerit ſuperſtitibus filiis maſculis, fideicommiſſum ad ipſum expiraſſe cenſetur.l.ex facto,§.ſi quis aũt.ff.ad Trebel.quod non reuiuiſcit,licet prædicti filii poſt modũ deceſſerint nullis relictis liberis.Oldr.in conſi. 21. incip. teſtator.Io.And.in addi.ad Spec.in titu. de teſta.§.in primis,in fi.additionis magnæ. Paul. de Caſt.in d.l.ex facto,§.ſi quis autem,& in cõſil. 38.inci.dubium facit,& in cõſ.187. inci.ne impropriis utamur uocabulis.

Iſtis tñ non obſtantibus ↄtraria ſentẽtia uerior eſt,ꝙ imò locus ſit fideicommiſſo ad quod proximior de familia uocatus eſt.Moueor primò, q̃a teſtator ipſe poſt plures ſubſtitutiones reciprocè factas,quibus inuicem ſubſtituit Bartholomæum Girardum,Petrum & Iacobũ,& eorũ filios,ſubiũxit ꝙ ſi oẽs qñcunq; decederent ſine filiis,tũc hęreditas deueniat ad proximiorem,ſubdens,& hoc ne hæreditas mea exeat nullo modo de pr̃imonio uel cippo meo,ſed ſolũ hæredes mei ſupraſcripti inſtituti & eorũ filii maſculi, & ipſis, & quolibet eorũ deficientibus,proximior uel proximiores mei conſanguinei maſculi de pr̃imonio habeant dictã hæreditatem.cum ergo deceſſerint omnes hæredes quos teſtator inſtituit, & ſubſtituit, necnon eorum filii
11 † conditio adiecta fideicommiſſo ad quod uocantur proximiores eſt purificata, ergo fideicommiſſum ipſum effectum ſortiri dẽt.l. cedere diem. ff. de uerb.ſig.l.qui hæredi,§.fi.ff.de cond. & demon. Et cũ teſtõr dixerit & ipſis,& quolibet eorũ deficiẽ
12 tibus, † non ſufficit ꝙ illi ſemel hæredes fuerint teſtatoris, ſed requiritur perſeuerantia,ideò ſi deſinant eſſe hæredes morte uel alio caſu,proximiores admitti debent,p ea quę dicunt Bal.Io.de Imol.& Paul.de Caſt.in l.in ſubſtitutione ff.de uulg.& pup. & Alex.in conſ.43.inci.cõſideratis his,col.ult.lib. 3.ubi dicunt ꝙ qñ agitur de excludendo ſubſtõnẽ non ſufficit quẽ eſſe hæredẽ,ſed requiritur pſeuerãtia,ita ꝙ ſi quis deſinat eſſe hęres ſubſtitutus admittitur,& huic interpretationi multũ conſonat uolũtas teſtõris,quæ uoluit ↄſulere omni tẽpore familiæ ſuæ, dũ uocat ꝓximiores, cui non conſuluiſſet oĩ tempore ſi diceremus fideicommiſſum expiraſ-
13 ſe in caſu pmiſſo,in fideicommiſſis † .n.ſola uoluntas teſtatoris ſeruatur,& nil aliud quæritur , dicit tex.in l.pen.ff.de lega.1.& in l.4.§. conditio. ff.de adimen.legatis,& alibi dicit tex. de quo aduocati ſæpius faciunt mentionem in l.3.C.de libe. præterit.ubi enim manifeſtiſſimus eſt ſenſus teſtatoris, nuſquam fieri debet talis interpretatio ut melior ſenſus exiſtat.

Comprobatur hæc prima conſideratio.Nã teſtator conſiderans ꝙ fideicommiſſum potuiſſet deficere ſi contigerit ſubſtitutos & eorũ filios decedere cum filiis,poſt, q̃ diſpoſuit ꝙ ſi ipſi oẽs qñcunq; decederent ſine filiis , ꝙ tunc ſua hæreditas deueniat ad proximiorẽ ſubiunxit,ꝙ ſolũ hæredes ſui ſupraſcripti inſtituti,& eorũ filii maſculi habeant hæreditatem, q̃bus deficientibus uocat ꝓximiores, uolẽs ꝙ fideicõmiſſum extinguatur pdictis decedẽtibus cũ filiis,& aliter dicẽdo hęc ultima diſpoſitio q̃ ur̃ emanaſſe gr̃a ampliandi uires fideicommiſſi ſupflua eſſet,quod dici non dẽt.l.ſi qñ.ff.de lega.1.
14 maximè † quia pp rationem adiectam à teſtatore dum dixit.Et hoc ne hæreditas mea exeat ullo modo de patrimonio meo,ampliatur diſpõ.l. nomen. §.fi.ff.de lega.3.notat Bar.in l.patet filium, §.fundum.eo.tit.facit tex.in l.regula.§.ſed ſi quis, ff.de iuris,& facti ignoran.in uerbo initium conſtitutio
15 nis generale eſt,& demonſtrat.Sunt † ẽt ponderanda illa uerba,ne ullo modo exeat,quæ ſunt multum præciſa & uniuerſalia,& quæ ſignificant ut omni caſu teſtator uoluerit bona puenire ad proximiores, & illa conſeruari in agnatione,c.1.&ibi notant Hoſtien.Io.And.& Doctores, de impuberum deſponſatione,facit Glo.in Clem.1.de foro compet.& eſt bonus tex.in c.ad noſtram, de probationibus , loquẽs de iſtis uerbis quoquo modo, & quod ibi uult Glo.1.in prin.cap.Deus omnipotens. 2.quæſtione prima,& ibi Glo.

Secundò principaliter pro hac cõcluſione conſidero:q̃a inſtitutio facta de pſonis pdictis & eorum filiis, ↄprehendit ẽt nepotes ipſorũ.iſtud patet ex iis q̃ tradunt Angel.& Io.de Imol.in l.Lucius.ff.de
16 hæredib.inſtituen. ubi uolunt † ꝙ ſi teſtator inſtituit aliquẽ ſubiungens ꝙ ſi deceſſerit ſine filiis ex ſe natis,ſua bona pueniãt ad alium,ſi iſte hęres decedat ſuperſtite nepote,expirabit ſubſtitutio.& idẽ uoluit Bal.in conſilio quodã incipien.Titius inſtituit ſororem.& Dom.Anton.in cap.in quibuſdam. de pęnis.& cum iſtud depoſitum ſit in conditione,
17 † quæ propriè & in forma ſpecifica adimpleri debet.l.Mæuius,& l.qui hæredi,ff.de conditio.& demonſtration. multo magis id procedet in caſu in quo de filiis diſpoſitiuè facta fuit mentio ,

& ita conſuluit Petrus Philippus Corneus in cōſil. 97. inci. primò conſultus. in 1. uol. cum ergo nepotes prædicti Iacobi cenſeantur uocati à teſtatore, certè ipſis defunctis ſine liberis maſculis, ꝓximiores admitti debent, per illa uerba, & ipſis deficien-
18 tibus, † cū ſint poſita indefinitè, nec habeant ſpecificā relationē ad certum tempus generaliter ſunt ĩ telligenda, cum indefinita æquipolleat uniuerſali. l. ſi pluribus, ff. de lega. 2. & notatur in c. ut circa, de electi. in ſexto, ideò uidetur eſſe perinde ac ſi dixiſſet teſtator quandocunque, uel quocunque tempore illi deceſſerint.

Sed contra hoc fundamentum quiſpiam inſtan-
19 do dicere poſſet, ꝙ † cum inſtitutio facta de filiis effectum habuerit: quia ſucceſſerunt Veſpaſianus & Ioannes filii dicti Iacobi, dici nō põt ꝙ illa inſtitio ſeu ſubſtitutio comprehendat nepotes, ut uult Bar. in l. liberorum, col. ult. ff. de uerb. ſign. uerſicu. quæro quid ſi in aliqua diſpoſitione. Io. de Imol, & alii Doctores in l. Gallus. §. inſtituens, ff. de liber. & poſth.

Sed ad hoc rñdeo ꝙ in caſu iſto illa diſpō facta de filiis comprehendere dēt nepotes pp rōnem illā, ne hæreditas mea ullo modo exeat ď pr̃imonio, q̃ rō ſuadet ut dictio, filius, latè debeat interpretari, & ut uérificetur in nepotibus licet diſpoſitio effectum ſit ſortita in filiis. Pro qua reſponſione faciūt ea quæ uult Bar. in d. l. liberorum, in 6. col. ubi
20 dicit, † ꝙ in ſtatuto excludente filias fęminas extātibus maſculis comprehenduntur nepotes, quando fuit expreſſa ratio agnationis conſeruandæ.

21 Præterea dato, non tñ conceſſo, ꝙ † illa diſpoſitio & ipſis & quolibet eorū deficientibus, intelligēda ſit in caſu in quo illi decedēt ſine liberi, adhuc tamē dicendū erit locum eſſe fideicommiſſo, eo, quia præfati liberi licet ſint uocati ſub cōditione, dicuntur tamē uocati per fideicommiſſum, & ſuccedant indicio teſtatoris, cū teſtator digreſſus fuerit ad tot gradus ſubſtitutionis: per ea quæ decidit Pe.
22 de Ancha. in conſi. 72. incip. contra Philippum. † & ſic limitatur Glo. in l. Lutius. ff. de hære. inſti. & maximè hoc procedit in caſu iſto, in quo ex præcedētibus & ſequentibus conſtat teſtatorem uoluiſſe fideicōmiſſum habere effectū in pſona cuiuſcunque ꝓximioris de cippo ſuo: ordine tamē ſucceſſiuo. Ideò licet ipſi liberi ſint uocati ſub conditione, cēſentur tñ inuitati per fideicōmiſſum: qm̃ ex præcedentibus ſequentia declarantur, & ècontra, & ita conſiderat Petr. Philipp. Corneus in conſi. 126. incipi. quanquàm prima facie, lib. 4. ubi ſic modificat Gl. in d. l. Lucius. Pro quo faciunt etiam ea, quæ ipſe deducit in conſi. 97. incip. primò cōſultus, lib. 1. ubi dicit ꝙ ſemper fuit huius ſententiæ ꝙ leui alia coniectura adiuncta uocati ſub conditione cenſentur ſubſtituti, ſi ergo pdicti liberi à teſtatore cēſentur inuitati, cēſentur ēt fuiſſe grauati onere fideicommiſſi, prout fuerunt hæredes inſtituti & eo
23 rū filii ne ſequatur hæc abſurditas, † ꝙ teſtōr uoluerit illos quos prius uocauit ad eius hæreditatem, & ſic ad quos maiorem oſtendit affectionem, uoluiſſe grauare onere fideicōmiſſi, & iſtos liberos quos minus dilexit: quia poſterius uocauit immunes eſſe ab hoc onere fideicommiſſi, l. Publius. §. fi. ff. de condi. & demonſt. l. libertis. §. ab hæredibus. ff. de alimen. & cibar. legat. Oldr. in conſi. 141. inci. thema tale eſt. ubi dicit per hanc rationē ꝙ conditio poſita in prima ſubſtitutione cenſetur repetita in ſecunda, cum non ſit ueriſimile teſtatorē plus iuris uoluiſſe transferre in ſubſtitutū in ſecundo loco, q̃ in ſubſtitutum in primo, quem magis dilexit.

Quartò iſte teſtator uocauit pauperes oībus de
24 pr̃imonio ſuo deficientibus. & ſic ſumendo † argumentum à contrario ſenſu, quod ſumi poteſt in ultimis uoluntatibus, l. aliquãdo, ff. de cōdi. & demonſt. l. ſi legatū purè, in prin. ff. de adimen. leg. noluit teſtator pauperes admitti uno de familia exiſtente quocunq; gradu ſit. l. ſi quis ducenta. §. utrū, ff. de reb. dub. ſi ergo in caſu iſto non eſſet locus fi-
25 deicōmiſſo, pauperes non admitterentur, † nec ēt proximi qđ eſt alienū à uoluntate teſtoris, qui excludit pauperes intuitu proximorum: ergo ipſi omni caſu cēſentur uocati, l. poſt legatum, §. amittere, ff. de iis, quib. ut indig. l. ſi defunctus, C. de ſuis & legitimis, in uerb. quorum commodo legē ſancimus, Bar. in l. 2. §. uidendum. ff. ad Tertyllia.

26 Comprobatur † quia diſpoſitio legis, & ꝑ conſequēs teſtatoris, quæ pro lege ſeruari dēt, interpretāda eſt taliter ꝙ à ſapiente reprehendi non poſſit. l. Saluius Ariſto. ff. de legat. præſtan. de quo tex. Bal. ſępius conſulendo facit mentionem.

Vltimò ſi conſiderentur omnia quæ diſpoſuit teſtator, uoluntas ſua fuit ut ſua hæreditas oĩ tempore tranſiret de proximiore in proximiorem, ideò licet expreſsè non depoſuerit ꝙ deficientibus nepotibus ſine filiis maſculis ex præfato Iacobo, ꝙ ſua
27 hæreditas tranſiret in proximiorem, & ſic † iſtum caſum omiſerit, ꝓ expreſſo tamen haberi debet: qm̃ ſi iſtū caſum cogitaſſet, uerîſimiliter & abſque dubio ita diſpoſuiſſet: per ea quę uult Gl. notab. uulgata tamē in l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. pro qua eſt tex. ĩ l. Titius, §. Lucius, ff. de libe. & poſth. & in l. mulier. in princ. ff. ad Trebel. Et ex iſtis comprobando cōcluſionem Excellentisſimi Do. Conſulentis, quę iuridica eſt, & uoluntati teſtatoris multum conſona, concludo in caſu pdicto locum eſſe fideicommiſſo ad quod proximiores teſtatoris uocati ſunt.

Nō obſtãt adducta in cõtrariū, nã prima oppoſitio optimè tollitur per D. Conſulentē, qui dicit illã nō ꝓcedere qñ fideicommiſſum eſt conditionale, l. interuenit, ff. de leg. pſtan. uel qa aliter conſtat de uoluntate teſtatoris. Cui ēt reſponderi põt alio modo: qa cū teſtōr ipſe uocãdo ꝓximos reſpexerit ꝓgeniē, uı̃ uoluiſſe hoc fideicommiſſum eſſe ppetuū & ꝙ deriuetur de proximo in proximum ſemper & oĩ caſu, ideò admitti dēnt nati & cõcepti poſt mortē teſtatoris, quia aliàs fideicommiſſum de facilĩ expirare poſſet. ꝓ quo deſeruit deciſio Pet. de Ancha. in conſi. 27. inci. non ſeruato ordine dubiorū.
28 ubi dicit † ꝙ ſi teſtator filiis decedētibus ſine liberis ſubſtituat duos antiquiores de domo ſua, certè adueniente caſu ſubſtitutionis, duo antiquiores de domo admittentur, quibus extinctis, alii duo conſequentur bona teſtatoris, & deinceps: qm̃ teſtator ſic diſponendo reſpexit progeniem ſuam, & ſic uoluit fideicommiſſum eſſe perpetuum.

Secundę obiectioni reſpondeo ꝙ imo prædicti liberi

liberi fuerunt honorati à teſtatore,licet conditio-
naliter vocati per ea q̃ dixi ſuperius.Pręterea ꝓxi-
miores admitti debẽt ex illo capite,& ipſis & eorũ
filijs deficiẽtibus,ĩ quo nõ fuit repetita illa ꝯditio.
Vltimæ obiectioni reſpõdeo, & nego illam con
ditionẽ ſi ſine liberis,fuiſſe repetitam,quod oſten-
do:quia ex hoc ſequeretur, ꝙ vno ex hęredibus in-
ſtitutis moriente ſine filijs maſculis, ſtatim proxi-
miores admitterentur,quod dici nõ põt:quia teſta
tor expreſſè prouidit faciendo plures reciprocas
ſubſtitutiones nominatim de perſonis quę illo ca-
ſu admitti dẽnt.Sublatis itaq; pręmiſſis obiectioni
bus apertiſſimè ꝯſtat de veritate huius ꝯcluſionis,
quã intrepidè vt uerisſimã amplector. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata actore exiſtente excommunicato, & abſoluto poſteà de uoluntate creditoris, cui ſatisfactũ fuit,an teneat.*
2 *Cauſa ſublata tollitur effectus.*
3 *Excommunicatio & interdictum à iure æquiparantur.*
4 *Interdictum ceſſat ipſo iure,ſublata cauſa propter quam emanauit.*
5 *Geſta per occultè excommunicatum tenent.*
6 *Excommunicatus ſemel ſemper ita pręſumitur, niſi probet ſe abſolutum legitimè.*
7 *Excommunicatum quem fuiſſe ante electionem probare ſufficit, licet non probetur præciſè quod ipſe eſſet excommunicatus tempore electionis de eo factę.*
8 *Supplicationi contra ſupplicantem creditur.*
9 *Excommunicatus à iudicio repellitur ipſo iure & etiam ab ijs quæ ſunt pręambula iudicij.*
10 *Excommunicationis cauſa licet ſublata ſit, vt illa tollatur neceſſaria eſt abſolutio, & in hoc excommunicatio differt ab interdicto.*
11 *Geſta ratione priuati officij non valent propter inhabilitatem,etiam occultam,quę poſtmodum probetur.*
12 *Excommunicationis abſolutio facta ab illo qui facultatem abſoluendi non habet,pro infecta habetur.*
13 *Iuriſdictio Dominorum de Rota in pronuntiando delegata eſt,non autem ordinaria.*
14 *Excommunicatus ab excommunicante tantum abſolui poteſt uel ab eius ſucceſſore aut ſuperiore.*
15 *Legatus poſt Romanum Pontificem pleniorem cæteris iuriſdictionem habet.*
16 *Delegatus in cauſa ſibi commiſſa maior eſt ipſo Legato.*
17 *Sententia ipſo iure nulla non eſt exequenda.*
18 *Statutum quòd à ſententia non poſſit appellari, uel nulla dici, non intelligitur remouere nullitatem, quæ per uiam exceptionis deducitur,maximè ſi in actis apparet.nume.19*
20 *Ius cõmune attẽditur in caſu non conſiderato à ſtatuto.*

CONSILIVM LIX.

LATA fuit ſentẽtia in fauorem Cęſa-
ris ab Axolino contra Carolum An-
tonium de Brancialupis, cuius exe-
cutio petitur ex eo,quia aſſeritur il-
1 lã tranſiuiſſe in rẽ iudicatã, † oppo
nitur pro parte dicti Caroli Antonij
ſententiam hanc fore nullam:quia actor tẽpore iu-
dicii fuit excommunicatus, qui replicãdo dicit ſe
fuiſſe abſolutum à Dño Baptiſta de Auro de com-
miſſione Reuerendiſſimi Domini Legati, & de uo
lũtate creditoris cui ſatisfactũ fuit,quęrit qd iuris?
In hac dubitatione primo aſpectu dicendum uĩ
ſñiam nullam dici non poſſe ex cauſa pręmiſſa, eo
quia, cum ante iudicium inchoatum ſatisfecerit
creditori,cuius intuitu emanauit illa excommuni-
catio ipſo iure ſublata cẽſet abſq; alia abſolutiõe,
2 † qm̃ ſublata cã tollit & effectus.l.adigere.§.quis,
ff.de iure patronatus c.cum ceſſante.de appella.itẽ
quia ſublata cauſa odij,odium ipſum ſublatum cen
ſetur,Bar.in l.Titia.§.vſuras.ff.de lega.2.Suadetur,
3 nã † excõmunicatio & interdictum à iure æquipa-
rantur.c.quęrenti.de uerb.ſig.& plures ſimilitudi-
nes ponit Peruſinus in c.ad hęc qm̃.de appellatio-
4 nib. † Sed interdictũ ceſſat ipſo iure ſublata cauſa
propter quam emanauit.c.nõ. de ſponſ.ergo & ex-
communicatio ſublata dicitur remota eius cauſa.
Pręterea ut excommunicatio reddat actum nul-
lũ ipſo iure,nõ ſufficit probare quempiã eſſe excõ-
municatum:ſed opus eſt ut probetur,ꝙ ita cõmuni
5 ter reputabatur. † Tenent.n.geſta per occultè ex-
communicatum,c.ad probãdum.de ſent. & re iud.
facit tex.in l.Barbarius Philippus. ff. de off. præto.
ꝙ in proceſſu deductum, nec probatum reperitur,
igitur ex hoc ſententia nulla dici non poteſt.
Prætereà iſte actor fuit abſolutus de mãdato Re
uerendiſſimi D.Legati,& ſatisfacto aduerſario,er-
go ꝓcedẽs excõmunicatio nõ repulit eũ ab agẽdo.
Sed iſtis nõ obſtantibus cõcludo contrarium, ꝙ
imò hęc ſñia ſit nulla ex cauſa præmiſſa, & pro fun-
6 damento cõcluſionis ꝓmitto † iſtũ actorẽ incurriſſe
excommunicationẽ:quia non paruit literis execu-
torialibus unius ex Dñis de Rota,ideò præſumitur
excõmunicatus ſemper & omni tpe ſubſequenti,
niſi probet ſe legitimè abſolutũ. c. ſicut nobis. ubi
Abb.in 1.notabili.de ſent.excom.c. propoſuit.vbi
Gl.& Abb.de clerico excommunicato miniſtrãte.
Dñi de Rota deci.11.inci.nota ĩ antiquis vbi dicũt
7 † ꝙ ſufficit probare quẽ fuiſſe excõmunicatũ ante
electionẽ,licet non probetur præciſè, ꝙ ipſe eſſet
excommunicatus tempore electionis de eo factæ,
quia pręſumitur illo tẽpore fuiſſe excõmunicatus.
Item pręmitto, ꝙ de excommunicatione iſtius
actoris cõſtat ex narratis,& deductis per eũ in ſup-
8 plicatione † cuius aſſertioni ſtandum eſt contra eũ
l.2.C.de inſt.& ſubſt.ſub conditione factis. in ver.
ex iis quę precibus complexa es.l.cum precũ.C. de
liberali cauſa. His ſic præmiſſis dico hanc ſentẽtiã
9 eſſe notoriè nullam,eo, † quia excõmunicatus re-
pellitur à iudicio ipſo iure, imò & ab iis quę ſunt
pręambula iudicii.c.1.de reſcr.lib.6. c. cum inter.
de excep.& notant Doc.in c.poſt ceſſionem. de ꝓ-
bat.ubi cõiter concludunt idem eſſe in procurato-
re excõmunicato,vt ipſo iure ſit inhabilis & à iudi
cio repellatur,ẽt non oppoſita exceptione:& qm̃ to
ta uis huius difficultatis cõſiſtit in remouẽdo obie
ctiones ſuperius adductas,ideò illis reſpondeo.
10 Primæ igitur obiectioni reſpondetur, † ꝙ licèt
ſublata ſit cauſa excõmunicationis,nihilominus ut
illa tollat, neceſſaria eſt abſolutio,& in hoc differt
excõmunicatio ab interdicto,quod ut dixi ſuperius

ceſſat

ceſſat remota cauſa illius ꝓductiua, de hoc eſt Gl. in Clem.1.in verbo donec.de decimis. quã approbant ibi Scribentes.idẽ vult Inno.in c.cũ bonæ. de ęta.& qual.Abb.& alii in c.nõ eſt.de ſponſal. Rõnẽ diuerſitatis inter excõmunicationẽ & interdictum ponit Hoſt.in d.c.cũ bonę.Pau.de Eleazariis & Io. de Imol.in Clem.1.de decimis, quę poteſt uideri.

Secundę obiectioni rñdeo, ꝙ illa procedit in iis quæ geſta ſunt rõne publici officii vt à iudice; nam illa viribus ſubſiſtũt ratione cõis erroris: ſed ſecus
11 † eſt in iis quę aguntur ratione priuati officii, illa eñ non ualent propter inhabilitatem etiam occultam, quæ poſtmodum probetur Inno.in c.cum dilectus.de conſuetudine.Dominic.poſt Io.Andr.in c. 1.de reſcr.lib.6.D.Ant.de But. in c. poſt ceſſionẽ. de probationib.in quibus locis concluditur, ꝙ geſta per procuratorem excommunicatum etiam occultè nulla ſunt, quia officium eſt priuatum. Idem dicit Bal.in tutore.in l.nõ omnis.§.ſi pupillus. ff. ſi cer.pet.Cum ergo nulla ſunt geſta per procuratorẽ excommunicatum,& occultè, multo magis erunt nulla geſta per principalẽ excõmunicatum, quia ꝓcurator agit ad cõmodum alterius nõ ſuũ, ideo minor eſt ratio eum repellendi: arg.l.cogi.§.hi qui ſolidum.ff.ad Treb.& l.quæſitum.ff. de in ius uocan.

Vltimæ obiectioni reſpondeo, ꝙ prędicta abſo-
12 lutio non ſuſtulit excõmunicationem: quia † facta ab illo qui facultatem abſoluendi non habuit, pro non facta ergo habetur.c.quod autem. de iure patronatus.& c. Daibertum.1.q.7.facit tex. in l.traditio,ff.de acq.rer.dominio.Quòd autem abſoluens non habuerit facultatem abſoluendi ſic oſtẽditur: prętmittendo, ꝙ iſte actor fuit excommunicatus à
13 delegato Pontificio, † iuriſdictio eñ Dominorum de Rota in pronunciando eſt delegata. Gl.& Doct. in Clem.auditor.de reſcrip.& Dominicus in ca. 1.
14 de reſcr.lib.6. † ideò nullus potuit abſoluere iſtũ excommunicatum niſi is qui excommunicauit, ſuc ceſſor, vel eius ſuperior, licet abſolutio ſpecifice nõ ſit reſeruata ipſi excommunicanti. de hoc eſt text. in c.paſtoralis.§.pręterea.de officio ordinarii, quẽ ad hoc not.ibi D.Abb.dicens, ꝙ ad hoc quotidie ille tex.ſolet allegari.Cum ergo iſte excommunicatus non fuerit abſolutus ab excommunicante, nec ab eius ſucceſſore, nec à ſuperiore, adhuc cenſetur excommunicatus.

Et ſi obiiciatur iſte fuit abſolutus de mãdato Re
15 uerendiſſ.D.Legati, † qui poſt Romanum Pontificem pleniorem cęteris habet iuriſdictionem. c.ſi Abbatem.de elec.lib.6.ergo tenet abſolutio uelu-
16 ti facta à ſuperiore, ad hoc rñdeo, † ꝙ delegatus in cã ei commiſſa maior eſt ipſo legato.c. ſtuduiſti.& c. ſanè de off.deleg. & hoc quia repręſentat pſonã Summi Pontificis delegantis.l.1.§.qui mandatã.ff. de offi.eius cui mandata eſt iuriſdictio. ideò idem honor ei debet.c.ꝑcipimus.93. diſt. ex quibus con
17 cluditur, ꝙ reſpectu dictę excõmunicationis † hęc ſnĩa cum toto proceſſu nulla eſt ipſo iure, & ſic non exequenda.l.4.§.condemnatum. ff. de re iudic.

Sed obiici poteſt, licet hæc ſententia ſit nulla, at tamen hæc nullitas non debet eius executionem impedire, per id quod diſponit ſtatutum poſitũ ſub rubrica de appella. in verſ.nec ab ea poſſit vlterius appellari vel nulla dici.
18 Sed rñdeo pluribus modis,& primo, ꝙ † iſtud ſtatutum diſponens ut ſupra non intelligitur remouere nullitatem quę deducitur per viam exceptionis. Ita dicit Peruſinus in ſua notabili repetitione. c.dilecto.de appe.q.53.ubi per hoc adducit Bal.in l.peremptorias.C.ſent.reſcind.nõ poſſe, non perſiſto tñ in hac reſponſione propter uerba quæ ſubdit ſtatutum dicens, uel contra eam de nullitate opponi ſeu iudicis officium implorare, ita quòd de nullitate prędicta quoquomodo non audiatur.
19 Secundò rñdeo † ꝙ cum de hac nullitate conſtet ex inſpectione actorum: quia ex eis probatur excõmunicatio, illam ſtatutum non cenſetur reiicere. Ita Imol.& Lud.Rom.in l.de pupillo.§.qui opus.ff. de no.ope.nun.Peruſinus latè in d.c.dilecto. q. 52.

Tertiò rñdeo, ꝙ ſtatutum loquitur in caſu in quo appellans dixerit ſententiam nullam, & ſi qua appellauerit deducendo principaliter appellationẽ & nullitatem, iux.not.in l.1.C.quando prouoc.non
20 eſt neceſſe.non fuit dictum in caſu noſtro † ideò ius cõe erit attendendum in caſu non conſiderato à ſtatuto.l.ſi extraneus.ff.de cond.ob cauſ.l. ſi cum dotem.in ptin.ff.ſol.mat. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum quo ad bona ſubiecta fideicommiſſo per totum conſilium.*
2 *Legitimatus excludit ſubſtitutum in caſu in quo is uocatus fuit ſub conditione, ſi hæres grauatus deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus.*
3 *Legitimatus uerè dicitur legitimus, non fictè.*
4 *Legitimatus comprehenditur ſub ſtatuto loquente de legitimis & naturalibus.*
5 *Interpretatio latior fit in ultima uoluntate, quàm in ſtatutis.*
6 *Statuto diſponente quòd nullus poſſit eſſe de prioribus, uel de Collegio Doctorum niſi ſit ciuis originarius, an receptus in ciuem cum clauſula quod habeatur pro originario quo ad omnia, poſſit eſſe de prioribus.*
7 *Legitimatus ex priuilegio admittitur ad feuda.*
8 *Poteſtas & voluntas requiritur in cuiuſcunque actus perfectione.*
9 *Diſpoſitum in vltima uoluntate circa filios legitimè natos, cenſetur etiam diſpoſitum in filijs legitimatis, iuxta poteſtatem legitimanti conceſſam.*
10 *Citatio & conſenſus ſubſtituti requiritur, ut legitimatus ſuccedat in bonis fideicommiſſo ſubiectis, & ſubſtitutum excludat, aliàs nullum infertur praiudicium. nume.18.*
11 *Hæredibus eſt ius acquiſitum re, quando fit legitimatio poſt mortem parentis, ita quòd ſolo animo adita hæreditate dominium eis acquiritur, non ſic in caſu in quo legitimatio fit uiuente hærede grauato.*
12 *Legitimandi facultas conceſſa Comiti a Principe, latiſſimè interpretari debet.*
13 *Argumentum ex paritate uel maioritate rationis an locum habeat in priuilegijs, & diſpenſationibus.*
14 *Teſtator ſubſtituendo ſub conditione, ſi ſine filijs legitimis & naturalibus deceſſerit, non opponens aliqua uerba denotantia legitimitatem ab origine, præſumitur*

mitur uoluiſſe quòd legitimati ſubſtitutum excludant, & ſi uoluiſſet aliter facile expreſſiſſet.

15 *Teſtator qui in duabus ſubſtitutionibus mentionem fecit de filijs maſculis, & in alia ſubſtitutione expreſſit ſolum de filijs, intelligitur fœminas non excludere.*

16 *Infantis, vel pupillaris ætas quod uidet ignorat, & neq; ſcire, neque diſcernere aliquid poteſt.*

17 *Expreſſio falſæ cauſæ in legitimatione ipſam uitiat.*

19 *Legitimatio ualida quæ requirat. & nu. 20.*

21 *Legitimatio facta de nato ex illis, inter quos non poteſt eſſe matrimonium, lege diuina prohibente, non eſt propriè legitimatio, ſed diſpenſatio.*

22 *Clauſula non obſtante, non operatur ubi ſunt plura impedimenta, de quibus ſpecialiter non eſt facta mentio.*

23 *Diſcedendum non eſt à tenore priuilegij, ſed illi eſt inhærendum.*

24 *Vocatis per fideicommiſſum ius eſt acquiſitum in bonis fideicommiſſo ſubiectis ſpe, etiam uiuente grauato, & ſupra nu. 10.*

25 *Iuris acquiſiti re, & iuris acquiſiti ſpe probabili, idem eſt iudicium.*

26 *Teſtamentum eſt de iure gentium.*

27 *Actus factus à principe contra ius alicui quæſitum ex diſpoſitione iuris naturalis uel gentium, non valet, niſi fiat ex cauſa, quę apparet & iuſtificetur.*

28 *Principi aſſerenti legitimare ex cauſa, an ſit credendum*

29 *Limitatio ad Glo. in l. relegati. ff. de pœnis.*

30 *Cauſa iuſta non præſumitur in inferiore à principe.*

31 *Cauſæ cognitio præcedere debet actum alteri præiudicialem, per inferiorem à principe factum.*

32 *Conditio ſi ſine liberis deceſſerit, non uerificatur in fœminis ad excludendum ſubſtitutum, quando teſtator filiam habebat, quam excluſit ab eius bonis, uel aliam perſonam magis dilectam.*

33 *Subſequentia declarantur à præcedentibus, & è contra.*

34 *Teſtator qui in aliqua parte teſtamenti mentionem fecit de naturalibus, ſi poſtea loquitur de filijs ſimpliciter, præſumitur uoluiſſe naturales admitti ad diſpoſitionem.*

35 *Teſtator qui in præcedenti diſpoſitione uerbum commune accepit pro directo, id etiam cenſetur accepiſſe in ſequenti diſpoſitione, & è contra.*

36 *Teſtator faciens mentionem de filio ſimpliciter, præſumitur intellexiſſe de maſculo.*

37 *Legitimatus non eſt de ſtirpe, nec toti ſtirpi coniungitur.*

38 *Appellatione prolis vel ſobolis non ueniunt niſi nati ex iuſtis nuptijs.*

39 *Conſortum appellatione non ueniunt legitimati, quando teſtator erat nobilis, vel in dignitate conſtitutus.*

40 *Doctor dicitur nobilis, & in dignitate poſitus.*

41 *In dignitate poſitus quis intelligatur.*

42 *Teſtator faciens mentionem de agnatis, intelligitur de agnatis naturaliter, non ciuiliter.*

43 *Maior quis dicatur, quando teſtator reliquit maiori de domo ſua.*

44 *Verba quæ habent intellectum naturalem & ciuilem, ſunt intelligenda naturaliter non ciuiliter.*

45 *Legitimatio qualiter dici poſſit nulla vitio ſubreptionis quando aliquid non eſt expreſſum legitimanti, quod ſi ſciuiſſet forte non legitimaſſet.*

46 *Legitimatio facta authoritate Imperiali tantum, in terris Romanæ eccleſię ſubiectis nõ ualet in pręiudicium ſubſtitutorum quibus ius iam quæſitum eſſet.*

47 *Comes habẽs poteſtatem legitimandi ab Imperatore, nõ põt eius filiũ illegitimũ legitimare in terris Eccleſiæ.*

CONSILIVM LX.

DVDVM Fridericus Romanorũ Imperator honorabili uiro D. Antonio de Graſſis priuilegium legitimandi quoſcunq; illegitimè natos cõceſſit, cuius quidẽ priuilegii tenor talis eſt. Tibi ac fratribus tuis, ſaltẽ & donec uixerint ex certa ſcĩa, & de plenitudine poteſtatis, ac motu ꝓprio ſimiliter ꝯcedimus, largimur, & volumus vt tu & p̃fati fratres tui ſolũ donec vixeritis poſſitis ac poſſint legitimare, ac in patriã p̃tãtẽ reducere quoſcunq; ẽt nobiles, baſtardos, naturales, ſpurios, inceſtuoſos, nepharios, manzeres, notos, & quoſcunq; nataliũ defectus quoquo modo patientes, ſiue maſculos, ſiue fęminas quocunq; modo cẽſeant, & quouis mõ illegitimè natos, & quẽcunque aliũ defectũ natalium patientes, & ſi plures uel oẽs defectus natiuitatis in p̃ſona legitima ꝯcurrerẽt, & illos reducere ad priſtinũ ſtatũ naturę, quo oẽs legitimi naſcebantur, ſiue legitimãdi p̃ſentes ſunt, ſiue abſẽtes, ſiue ratã habuerint legitimationẽ, ſiue nõ, & eorũ parẽtib. abſentibus, p̃ſentibus, vel mortuis, vel furioſis, vel mẽtecaptis, ita ꝙ ẽt ſufficiat procurator, nũtius, uel miſſus habens ad hoc ſpãle mãdatũ uel, ab ipſis legitimãdis, vel ab eorũ parentibus, ẽt ſi ltĩandi ſint infantes, furioſi, uel mẽte capti, citatis, vel non citatis illis ad quos hereditas ſpectare poſſet ex teſtõ, uel ab ĩteſtato, vel quocũq; alio mõ extãtib. f̃ribus, vel eorũ deſcẽdẽtibus, aut agnatis, vel cognatis, ſeu affinibus q̃buſcũq; ltĩis & naturalibus, vel non extãtibus, abñtibus, uel ignorãtibus, & ẽt inuitis ipſoſq; ltĩandos ad ltĩa iura reducere, & reſtituere ualeatis, ac ſi ex vero & ltĩo m̃rimonio nati & g̃nati eſſent; nulla iuris uel facti obſtãte exceptione; q̃ pp uos ltĩati ſeu ltĩandi, ſeu p alterum oĩm ſup̃ius expreſſorũ, ad honores oẽs, dignitates, munera uaſſalligia, feuda, ſubſtõnes, bñficia ſtatutorũ municipaliũ, g̃ras, electiones, & ad oẽs quoſcũque alios ſimiles, vel diſſimiles, uel maiores actus, ẽt ſi tales eſſent q̃ expreſſam & ſpãlẽ mẽtionẽ requirerẽt admitti poſſent: & ad ſucceſſionẽ bonorũ p̃ſonorũ, & m̃norũ, agnatorum, & cognatorũ, & ẽt extraneorũ, ex teſtõ, uel ab inteſtato ſuccedere & admitti valeãt: in tm̃, ꝙ tales legitimi agnaſcant aliis cognatis, & cõprehẽdantur à ſtatuto conſtõne, decreto, ordinamẽto, & qualibet uoluntate, tã Imperiali, quàm alia quacunque, ſiue inter uiuos, ſiue in ultima uolũtate loquẽte, uel diſponente de legitimo, uel naturali, uel de legitimo m̃rmonio nato & ꝓcreato, poſſint ẽt & dẽant ex p̃tãte Imperiali ſuccedere ac ſi de uero & legitimo m̃rimonio, vt ſ̃ dictũ ẽ nati eẽnt, & ꝓcreati, ẽt cũ filiis legitimis & naturalib. uel aliis ſuccedẽtib. ab ĩteſtato, ſi extarẽt.

Stãte hoc priuilegio ampliſſimo magiſter Nicolaus de Graſſis artiũ & medicinæ doctor ad preces D. Alexandri de Mãzolinis Philippũ eius filiũ illegitimè natũ legitimauit, & priſtinę naturę reſtituit.

1 Modo quæritur, † an iſte ſic legitimatus excludere poſſit filios Antonii & Gaſparis de Manzolino uocatos per fideicommiſſum ex teſtamẽto eximij legũ Doctoris Domini Andreę de Manzolino fratris præfati Domini Alexandri.

In

In quo dubio primo aſpectu dicendum uĩ prædi-
2 ctos ſubſtitutos excludi debere. Eo, quia † cõis eſt opinio Doctorum, ꝙ legitimatus excludit ſubſtitutum in caſu in quo is uocatus fuit ſub conditione, ſi hæres grauatus deceſſerit ſine filiis legitimis & naturalibus: prout vult Io. And. poſt Iacob. de Aret. in additionibus ad Specul. in titu. de ſucceſsionibus ab inteſtato. §. ſi. Ang. in diſputatione inci. nobilis quidam. D. Alex. in l. generaliter. §. cũ autem. C. de inſt. ſub cond. factis, vbi dicit iſtam eſſe cõem opinionem, quam etiam latè proſequitur in conſ. 2. inci. uiſis codicillis. lib. 1. Et hæc opinio ne dum cõis
3 eſt, ſed etiam indubitata uĩ: quia † legitimatus verè dĩ legitimus non fictè, ſecundum Bar. in l. ſi quis ꝑ
4 emptore. col. 14. ff. de uſuc. † adeò quod cõprehendaĩ in ſtatuto loquẽte de filiis legitimis & naturalibus. Bal. in l. cum acutisſimi. C. de fideic. & in l. eã quam. col. 7. verſ. item fuit à me quęſitum. C. eo. tit. Pau. de Caſt. in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius uocando. & in conſ. 233. inci. ſuper eo quod primo loco quęritur. in vlt. col. Moderni in d. l. cum acutiſſimi. quanto ergo magis comprehẽdetur in vltima
5 uoluntate ad excludendũ ſubſtitutũ: † cum in ea latior fiat interpretatio, quam in ſtatutis. l. in teſtã. ff. de reg. iur. c. cum dilecti. extra de donation.

Comprobatur ex uerbis præmiſſi priuilegii dũ ĩ eo dĩ ac ſi ex uero & legitimo mĩmonio nati & generati eſſent nulla iuris uel facti exceptione obſtãte, nã illa uerba tribuũt idem ius filio legitimato, quod habet filius legitime natus ex pręfato D. Alexandro hos ſubſtitutos excluderet, ſic etiam ipſos excludat prefatus Philippus legitimatus ut ſupra. Pro quo facit ſingulare dictũ Bald. in l. oẽs populi.
6 col. antepen. ff. de iuſt. & iu. ubi quærit, † ſtatuto cauetur, ꝙ nullus poſsit eſſe de prioribus, vel de collegio Doctorum niſi ſit ciuis originarius, modo quidam receptus eſt in ciuem cum clauſula, ꝙ habeatur pro originario quo ad omnia, certè iſte poterit eſſe de prioribus, quia hoc priuilegium tribuit eandem qualitatẽ caſui ficto, quàm habet caſus uerus: ideò ſtatutum loquens in caſu uero comprehendit iſtum caſum fictum. adducit tex. in l. cũ ex oratione. in princ. ff. de excuſationib. tutorum. idem vult Pet. de Anch. ĩ c. Canonum ſtatuta. in 15. char. uer. pone ſtatuto cauetur de conſtitutionibus.

Prætereà in prædicto priuilegio diſponitur, ꝙ
7 † legitimandi admittãtur ad feuda, ſubſtitutiones, beneficia ſtatutorum &c. ergo iſte legitimatus admitteĩ excluſis ſubſtitutis, licet de eorum præiudicio tractetur: quia ſicut admitti põt ad ſucceſsionẽ feudi in præiudicium domini directi, ſi feudum nouum ſit, uel in pręiudiciũ agnatorũ ſi feudũ ſit antiquum vel paternũ, ex quo ita diſponitur in priuilegio, & legitimans ipſum Philippũ ſic habilitat, Gl. in c. naturales in tit. ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominum & agnatum in vſibus feudorũ. quã approbant ibi ſcribentes, ſic admitti dẽt ad bona ꝑ
8 dicti teſtatoris excluſis ſubſtitutis. † Nã cũ in perfectione cuiuſcũq; actus requiratur poteſtas & uoluntas. c. cum ſuper abbatia. de off. dele. l. multũ intereſt, C. ſi quis alteri, vel ſibi. vtrunque cõcurrit in caſu iſto, uidelicet poteſtas in legitimante q̃ eſt amplisſima; & eius uoluntas: quia conceſsit huic legitimato quod quid cõcedere potuit: prout inſpici põteſt ex tenore legitimationis. Ponderanda ẽt ſunt illa uerba, in tantum ꝙ tales legitimati comprehẽdantur in quacunque diſpoſitione ſiue inter uiuos, ſiue vltima uoluntate loquẽte uel diſponẽte de legitimo, uel naturali, uel de legitimo mĩmonio nato, vel procreato, ex quibus fit adęquatio filii legiti-
9 mè nati & filii legitimati in vltima volũtate: † qd quid ergo diſpoſitum eſt in ultima uoluntate circa filios legitimè natos, idẽ cẽſetur diſpoſitũ in filiis legitimatis ab iſto comite legitimante iuxta poteſtatem ſibi conceſſam. l. illud. ff. de dona. cauſ. mortis. l. 1. §. ſi. ff. ſi quid in fraudem patroni. facit text. in l. qui neque. ff. de reb. eorũ, notãt Mod. in l. 1. ff. de leg. 1. in qua ergo rõne filius legitimus D. Alexãdri ſi quẽ ſuſcepiſſet excluſiſſet prędictos ſubſtitutos, eadẽ ratione excludi debẽt ab iſto legitimato.
10 Et † ſi diceret vt legitimatus ſubſtitutũ excludat: neceſſe eſt ut in ipſa ſubſtitutus ſit citatus, & legitimationi conſentiat, aliàs non excludiĩ ſubſtitutus: quia uiuẽte hærede grauato ius hẽt in bonis fideicõmiſſo ſubiectis. & ꝑ Bart. in l. is põt, col. 3. ff. de acq. hær. ideò in eius præiudicium hæc legitimatio fieri non potuit: & ita tenet Petr. de Anch. in conſ. 437. inci. circa primum quęſitum. Ad hoc rñdeo ꝙ Comes qui legitimauit prędictũ Philippũ ipſum expreſsè habilitauit ad ſucceſsionẽ bonorũ, quę fideicõmiſſo ſubiecta ſunt, & conſtat de eius mente, ꝙ uoluit pręiudicare ſubſtitutis & iuri ipſorũ derogare, dũ diſponit, ꝙ ipſe ſuccedat in præiudiciũ agnatorũ, cognatorũ, & etiam ſubſtitutorũ, illis non citatis, & non conſentientibus, & potuit præfatus comes ita legitimare uirtute præmiſſi priuilegii, in quo ei datur facultas legitimandi, ẽt mortuis parentibus, non citatis ijs quorũ intereſt: multo ergo magis cenſetur ei data facultas legitimandi in pręiu-
11 dicium ſubſtituti eo nõ citato: † quia qñ fit legitimatio poſt mortem parentis ius hęredibus eſt acquiſitum re, ita ꝙ ſolo animo adita hæreditate dominium eis acquiritur, nõ ſic in caſu in quo legitimatio fit uiuẽte hęrede grauato; quia ius quod tũc habuit ſubſtitutus eſt acquiſitum eis quod de facili perimi poſſet ipſis præmoriẽtibus hęredi grauato, quo caſu fideicõmiſſum expirat. l. vnica. §. ſin autẽ aliquid ſub conditione. C. de cad. tol. Gl. & Bart. in l. vnica. C. de iis, qui ante apertas tabulas, ſi ergo potuit Comes iſte legitimare in pręiudicium hæredũ poſt mortem patris eis non citatis & non conſentientibus, multo magis id potuit in pręiudiciũ ſub-
12 ſtituti. † facultas. n. lĩandi conceſſa Comiti à principe, q̃ cõtinet quodã beneficiũ ipſius principis, latiſsimè debet interpretari. Bar. & Docto. in l. 2. in princ. ff. de uerb. oblig. Abb. Modernus in c. ſi cleri-
13 ci. §. de adulteriis. extra de iudic. † Et in talibus priuilegiis argui poteſt ex paritate uel maioritate rationis. c. per uenerabilẽ extra qui filij ſint legitimi, quẽ ad hoc not. Abb. ĩ c. ad aures. col. ul. de reſc.

Vltimò adduci poteſt in fauorẽ prędicti Philippi aliud fundamentũ prima facie perſuaſiuum: nam teſtator dũ inſtituit filios, conſiderat legitimitatẽ quę eſt in origine: inſtituit. n. filios naſcituros ex ſe & uxore ſua, ſeu ex quacunque alia uxore, demum
14 poſtmodũ ſubſtituendo † ſub conditione ſi ſine filijs

lijs legitimis & naturalibus deceſſerit, nõ apponit aliqua uerba denotãtia legitimitatem ab origine: ergo præſumitur uoluiſſe ꝙ legitimati ſubſtitutum excludant: ſi.n.uoluiſſet illam conditionẽ uerificari ſolum in legitimè natis, uſus fuiſſet eiſdem uerbis, uel æquipollentibus, quibus fuit uſus in inſtitutione facta de filiis: quæ quidem uerba de facili ab eo apponi potuiſſent.arg.l.unicæ.§.ſin autẽ ad deficientis.C.de cad.tol. Pro quo facit quod conſuluit Io.de Ana.in conſi.22.incip.ad probandum, ubi formaliter dicit conſiderandum eſſe ꝙ ex quo teſtator in duabus ſubſtitutionibus mentionem fecit de filiis maſculis, demum in alia ſubſtitutione quæ fit Antonio ſolũ expresſit de filiis, certè expreſsè percipitur ꝙ intellexit ẽt de fœminis, ex quo nõ dixit de maſculis, ſicut in præcedentibus ſubſtitutionibus.arg.c.nonne, de præſump. Item, quia ſi ſolum uoluiſſet intelligere de maſculis, illud ſciuiſſet exprimere, ſicut expresſit in præcedentibus: argu. d.§.ſin autem ad deficientis, & c.ad audiẽtiam, de decimis, hæc ſunt quæ adduci poſſunt contra ſubſtitutos, & credo nil aliud poſſe adduci quod ſit alicũ ius momenti.

Quibus non obſtantibus, contrariã ſententiam puto ueriorem, concludendo ꝙ hæc legitimatio nõ obeſt ſubſtitutis quo ad bona ſubiecta fideicõmiſſo, quę cõcluſio patet infraſcriptis rationibus.

Prima eſt, in prædicta legitimatione dicitur nos igitur Nicolaus de Graſsis attendentes ꝙ ipſe Philippus, ſicut intelleximus teſtimonio fide digno, defectũ huiuſmodi natalium pro ſua ætate indole & honeſtate morũ & uitæ aliiſque probitatis & uirtutum meritis recompenſat &c. deducitur etiã in eadem legitimatione ꝙ dictus Philippus tunc erat ætatis circiter annorum ſeptem &c. tunc ſic iſta morũ honeſtas & probitas uitæ, merita, cadere no poſ-

16 ſunt in infante nec in pupillo, quia † talis ętas qd uidet ignorat, neq; ſcire neq; diſcernere aliquid põt l.1.C.de falſa moneta.l.pupillus, ff.de acqui.hęre.

17 Ex hac † ergo falſa cauſa quã mouet Comes ad faciendã hanc legitimationẽ, illa uitiari debet, c.qa circa, de conſan.& affinit.& ita decidit Pet. de Ancha.in conſi.241.incip.ex tenore priuilegii, col.2. Et ſi diceretur loquitur D.Pet.in caſu in quo legitimatio hẽt uim diſpenſationis, rñdeo ꝙ & iſta legitimatio facta de Philippo eſt diſpenſatio, non uera & ꝓpria legitimatio, ut inferius oſtendã: ſumus ergo in caſu de quo ipſe loquitur, & iſtud ſolũ fundamentum ſufficeret pro uictoria reportanda.

18 Secunda ratio eſt.† Nam cõis opio Doctorũ q̃ uult ꝙ legitimatus ſubſtitutũ excludat procedit qñ ſubſtitutus fuit citatus & legitimationi conſenſit; alias nullũ infertur ei ꝑiudiciũ. Ita Pet.de Anch.in conſi.427.inci.circa primũ quæſitũ. Alex, in conſil. 67.inci.conſideratis, & in conſi.94.incip. conſideratis, lib.1. Idẽ cõcludunt cõiter Moderni in l.Gallus.§.& quid ſi tñ.ff.de libe.& poſth. Soci.in conſ. 251.col.10.cũ tribus ſequentibus, ubi pro hoc adducit plures rationes quæ non ſunt tranſplantandæ

Et ſi diceretur hęc ꝓcedũt in legitimatione ſimpliciter facta, ſed ſecus erit in caſu in quo Princeps uel hẽns facultatẽ ab eo legitimãdi, legitimat præiudicãdo ſubſtitutis, nõ obſtantibus eorum conſenſu & citatione: ꝓut fuit factũ in caſu iſto: ad hãc obiectionẽ in qua fundamẽtũ partis aduerſæ uidetur conſiſtere clare rñdeo: & pluribus modis.

19 Et primò nã ex duplici cauſa † requirebatur citatio & cõſenſus ſubſtitutorũ in hac legitimatione cã prima eſt: qa agebatur de ꝑiudicio ipſorũ ſubſtitutorũ, ideò fuerant citandi.l.nã ita diuus, ff.de adop.l.de uno quoque, ff.de re iudicata.

20 Secũda cã eſt, † qa iſta legitimatio non eſt uera legitimatio, ſed diſpenſatio ut probabitur: ergo ex hoc capite ẽt fuit neceſſaria citatio ſubſtitutorum, ꝑ ea q̃ uoluit Pet.de Ancha.in conſi.241.inci.ex tenore priuilegii apoſtolici.quẽ referunt, & ſequuntur Moderni Senenſ.in l.Gallus.§.& quid ſi tñ, in ultimis uerbis, ff.de liber.& poſthu. Petr. Philippus Comens in conſi.9.inci.memini, lib.4. Quod autẽ hæc legitimatio ſit quædã diſpenſatio probo ex dictis per Paul.de Caſt.in conſi.221.inci.ſuper pũ-

21 cto iſto col.3.ubi dicit † ꝙ legitimatio facta de illo qui fuit natus ex illis, inter quos non poterat eſſe matrimonium lege diuina prohibẽte, non eſt propriè legitimatio, ſed quædã diſpenſatio, & ita dicit fuiſſe conſultum per Collegium Bononiæ in qõne ualde ardua, in qua Bal.& D.Pet.eius frater conſuluerunt in ciuitate Peruſii: ſed iſte Philippus natus fuit ex muliere cũ qua eius pater non poterat contrahere matrimonium lege diuina prohibente, qa tunc habebat uxorẽ: ergo iſta eſt q̃dã diſpenſatio: oſtenſo igitur ꝙ ex duplici cã neceſſaria erat cita-

22 tio † clauſula non obſtãte non operatur aliquẽ effectũ ex quo aderant duo impedimẽta: arg.l.ſi nõ lex Elia Sentia.in prin.ff.de hære.inſti.per quẽ tex.dicit Bal.in l.1.col.antepe.C.de furtis, ꝙ vbi ſunt plura obſtacula: non ſufficit clauſula generalis non obſtante, ſed opus eſt quòd de ſingulis defectibus fiat mẽtio, & qua remanet inducit defectum. Idem uult Do.Alexan.in conſi.62.incip.nobilis uir Phitonius.lib.1.

Secundò huic obiectioni rñdeo, ꝙ in dicto priuilegio non datur facultas legitimandi in pręiudiciũ ſubſtitutorũ, qui ueniunt non ad bona patris legitimantis, ſed ad bona teſtatoris ſubſtituentis. l.cohæredi, §.cũ filiæ, ff.de uulg.& pup. ſubſti.cũ ergo hoc priuilegiũ non diſponat legitimationẽ fieri poſſe ſubſtitutis non citatis, neque conſentientibus, illa

23 fieri non poterit: † à tenore.n.priuilegii non eſt diſcedendũ: ſed illi inhærere dẽmus, c.porro.& c.recepimus.extra de priuile. Et licet data fuerit facultas legitimãdi poſt mortẽ parentis nemine citato, per hoc non infertur idem eſſe dicendum in caſu iſto, in quo non agitur de hæreditate patris legitimantis, ſed de hæreditate D.Andreæ à quo fideicõmiſſum iniunctũ eſt hæredib.l.cohæredi.§. cum filiæ.ff.de uulg.& pup.

24 Tertiò rñdeo præmittendo † ꝙ uocatis ꝑ fideicõmiſſum ius eſt acquiſitũ in bonis fideicõmiſſo ſubiectis ſpe, ẽt uiuẽte grauato, ut dixi ſuperius adducẽdo Bar.in l.is põt.ff.de acqui.hære.

25 Itẽ pręmitto † ꝙ iuris acquiſiti re, & iuris acquiſiti ſpe probabili, idẽ eſt iudicium c.quanuis, de re. ſcri.lib.6.Bal.in l.ſi conſtante.C.de dona.ante nuptias. Are.in conſi.7.incip.procedẽdũ eſt.col.ulti. ubi plura adducit: cum ergo ſubſtitutis ſit ius acquiſitum

quiſitum ſpe,non potuit ēt à principe fieri legitimatio in eorum præiudiciū eis non citatis, nec cōſentientibus.Quod oſtendo q̃a tale ius eſt acquiſi-
26 tū eis ex teſtō præfati Do.Andreæ, † quod quidem teſtm̄ eſt de iure gentiū,ut not.Bar. in l.interdum, ff.de cond.ind.Fulg.& Lud.Roma.in l.ſi teſtm̄:per
27 illū tex.C.de teſta. † Sed ubicunq; alicui ius eſt acquiſitum ex diſpōne iuris naturalis uel gētiū,actus qui fit à principe in contrarium non ualet, niſi fiat ex cauſa quæ appareat & iuſtificetur, per ea quę notant Gl.& Doctores in l.ſi donatione.C.de collat. Barto.in l.ſi forte,ff.de caſtren.peculio.adeò q̃ iſto
28 caſu † non crederetur principi aſſerenti cām ſubeſſe,ut in ſimili caſu uoluit Bart.in l.diuus,ff. de adimendis legatis.tradit Aret.in c,2.de probat.col.5. in fi.& idem uolūt Moderni Papien.in l.ſi teſtamēta,C.de teſta.ubi dicunt hoc caſu cauſa exprimēda eſt,quæ debet eſſe iuſta, alias in dubio non præſu-
29 mit: † & ſic limitatur hoc caſu Gl.in l.relegati,ff. de pęnis,quæ uult q̃ in dubio in principe aliquid faciente iuſta cauſa præſumatur.

30 Præterea † licet in principe pręſumatur iuſta cā, in inferiori tamen à principe ſecus: quia in eo re-
31 quiritur † q̃ cauſæ cognitio præcedat quando facit actum alteri pręiudicialē.Ita uult Bal.ī l.ſi teſtamētum C.de teſta.D.Alex.loquens in terminis noſtris in conſi.94.incip.conſideratis,col.ult.lib.1. Et ex ijs patet reſponſio ad unum argumentum factum pro parte contraria.

Tertiò principaliter patet eadē cōcluſio, p̄fatus D.Andræas teſtōr hr̄des uniuerſales inſtituit filios legitimos & naturales naſcituros ex ſe, & D.Lucia eius uxōre,& ſic inſtituendo modo p̄dicto cōſiderauit originalē legitimitatem in filiis,quo caſu legitimati non admittuntur, per ea quæ dicit Do.Alex. in l.generaliter.§.cum autem.C.de inſtit.& ſubſti. ſub cond.fac.ſi ergo filios proprios non legitimatos,ſed qui poſtea fuiſſent legitimati noluit teſtator ad bona ſua admitti,multo minus uoluit uocare filios legitimatos D.Alexandri eius fratris,quos ueriſimiliter minus dilexit,l.ſi uiua matre C.de bonis mater.& l.Publius in argumentum.§.fina.ff.de condi.& demonſt.Et pro hac conſideratione adduco id quod decidit Pau.de Caſt.in conſi.79.inci.caſus iſte frequēter cōtingit.& in conſi.357. inci.ui-
32 ſo dicto teſtō,ubi † dicit q̃ iſta conditio,ſi ſine liberis deceſſerit,non uerificatur in fęminis ad excludendum ſubſtitutū,q̄n teſtōr filiam habebat,quam excluſit ab eiusbonis,uel aliā pſonā magis dilectā, arg.tex.in d.l.ſi uiua mr̄e.idē uult Raphael Fulg.in l.1.C.de condi.inſer.eſt in conſil.38.Alex.in cōſil. 52.inci.circa hanc dubitationē.lib.4. ſed eſt conſilium Do.And.Barbatij,idē uult Soc.in l.cū auus,ff. de cond.& demon.in 16.char.uerſi. quartus caſus, ſecundum quorum opinionem ſæpius conſului.

Quartò eadē concluſio comprobatur:nam cum teſtator inſtituēdo filios legitimos & naturales naſcituros ex ſe,& uxore,intellexit de legitimè natis, & ſic qui ab origine ſunt legitimi,eodē modo dum in ſubſtitutione facta fratribus loquiē de filijs maſculis legitimis & naturalibus,præſumitur intellexiſſe de filijs legitimè natis, non āt de legitimatis:
33 † quia ſubſequentia declarabuntur à præcedentibus & è contra,l.qui filiabus,in princi.& l.ſi ſeruus pluriū.§.fi.ff.de legat.1.Et pro hoc facit qđ uoluit Bar.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,ff.ad Treb.ubi di
34 cit † q̃ ſi teſtōr in aliqua parte teſtamēti mentionē fecerit de naturalibus, ſi poſtea loquatur de filijs ſimpliciter,p̄ſumitur uoluiſſe naturales admitti ad diſpoſitionē,per dictā l.qui filiabus,& in ſimili dicit idē Bar.in l.Centurio,ff.de uulg.& pupil.col.9. uerſi.quid.n.ſi teſtator in pręcedenti diſpoſitione,
35 † uerbū cōe,accepit pro directo,id ēt cenſetur accepiſſe in ſequenti diſpoſitione,& ècōtra, d.l.ſi ſeruus plurium,§.fi.Dicit ēt Abb.in conſi.37. inci.uī
36 primò,q̃ † ſi teſtōr faciat mentionē de filio ſimpliciter,p̄ſumitur intellexiſſe de maſculo,ex quo in alia parte teſtamenti faciēdo mētionē de filio conſtat eum intellexiſſe de maſculo: quia uerba dubia ſubſequentia declarantur à præcedentibus: ſi ergo teſtator loquendo de filijs in ſubſtitutione facta fratribus pręſumitur intellexiſſe de legitime natis,ſequitur ex hoc q̃ Philippus legitimatus ut ſupra,ſubſtitutos non excludet,ut dicit D. Alex. in d.§.cum autem. Et ex iſto fundamento reſpondetur ultimæ obiectioni q̃ facta fuit in contrarium.

Quintò conſidero q̃ iſte teſtator aſſeruit intentionis eius eſſe quod bona ſuæ hæreditatis conſeruentur adeò q̃ ad eius deſcendentes poſteros & cōſortes deueniant,ideò prohibuit alienationem bonorum immobilium: ex huiuſmodi ergo diſpōne deprehenditur teſtatorem uoluiſſe q̃ bona ſua conſeruentur in familia & agnatione:ergo uoluit legi-
37 timatum non admitti: † q̃a legitimatus non dr̄ de ſtirpe nec toti ſtirpi coniungitur,§.filium, in auct. quib. mod.naturales efficiantur ſui.Ita uoluit Bal. in c.per tuas,de maio.& obed.Et dicit idē Bald.in
38 rub.C.de priuileg.dotis. † quod appellatione prolis uel ſobolis non ueniūt niſi nati ex iuſtis nuptijs. Pro quo ēt adduco quod uoluit Pau.de Caſt.in conſi.69.inci.ſuper eo.ubi allegat text.in l.ex facto,§.
39 ſi quis rogatus.ff.ad Trebe.ſentit † q̃ appellatione conſortum non ueniūt legitimati, q̄n teſtator erat nobilis,uel in dignitate conſtitutus,qualis fuit præ
40 fatus Do.Andræas, † qui erat doctor,ergo nobilis & in dignitate poſitus,l.prouidendum.C.de poſtulando.Bar.in l.fin.C.de iudi.& notatur in Clem.1. de magiſtris.quinimò Barto.in d.§.ſi quis rogatus.
41 dicit,q̃ † hominem in dignitate poſitum intelligit hominē honeſtę uitę,uel honorabilis cognationis, qualis ſine dubio dici pōt familia de Manzolinis.

Et ſi dicaē iſte lr̄atus per priuilegiū fuit aggregatus familiæ & agnationi ipſorum de Māzolinis,
42 ad hoc rn̄deo † q̃ teſtator intellexit de ijs qui ſunt agnati naturaliter non ciuiliter mediante priuilegio,l.fi.C.de ijs qui ueniam ętatis impetrauerunt, l.ſtatuis.§.Cornelio felici.ff.de iure fiſci. Pro quo adduco elegans dictum Pet.de Ancha.in c.1.de cōſtitutionibus circa finē, ubi referēs q̃ſtionē quam
43 habuit de facto dicit, † q̃ quidā teſtator diſpoſuit ut poſt mortem hæredum quos inſtituerat diſpoſui ut bona ſua peruenirent ad maiorem de domo, in illa domo erant aliqui maiores ſcientia, alij ętate,alij dignitate,potētia,uel diuitijs, fuit dubitatū qui admitti debeant,refert Bal.conſuluiſſe illū de-
44 bere admitti qui erat maior ætate: quia † uerba q̃

habent

habent intellectum naturalem & ciuilẽ, ſunt intelligenda naturaliter, non ciuiliter. Hanc deciſionem refert, & ſequitur d. And. Sicul. in l. cum acutiſſimi. char. 13. col. 3. C. de fideic. & Fel. in rubrica de maio. & obe. col. pen. ĩ fi. ver. de excellẽtia obediẽtiæ.

45 Penultimò, † hæc legitimatio dici põt nulla uitio ſubreptionis, non cũ fuit expreſſum legitimanti qualiter teſtator uocauit ad bona ſua ſolum legitimè natos, & ꝙ uoluit bona conſeruari in illos de familia, quę ſi fuiſſent expreſſa potuiſſent mouere animum legitimantis ad non legitimandum in prę iudicium ſubſtituti, uel ad difficilius id concedendum, ideò uitiatur iſta legitimatio, c. poſtulaſti. de reſcr. c. quod ſuper ijs. de fide inſtrum. & in ſpecie Bal. in l. eam quem col. 10. C. de fideic. Alex. latè in conſi. 62. inci. nobilis uir. lib. 1.

Vltimò eadem concluſio patet, dr̃ in facto, ꝙ ex quadam regula Cancellariæ tempore Alexandri Sexti Pontificis, omnia priuilegia conceſſa legitimandi fuerunt reuocata, & ꝙ tempore quo pręfatus Philippus fuit legitimatus nobiles de Graſſis nondum obtinuerant confirmationem ſui priuilegij: ex quo ſequuntur, ꝙ hęc legitimatio ſolum re-

46 peritur facta auctoritate † Imperiali, virtute cuius fieri non potuit in terris ſubiectis Romanæ Eccleſiæ, maximè in prę iudicium ſubſtitutorum, quibus iã ius erat acquiſitũ. prout cõcludit Bal. in procem. C. circa fi. Paul. de Caſt. in conſ. 230. incip. dubitat primò. Ang. in conſ. 301. inci. pro deciſione primi dubij dicit, ꝙ ſi pater haberet filium aut filios legitimos nõ poſſet tunc comes habens ab Imperatore facultatem legitimandi eius filium legitimum legitimare in terris Eccleſię: quia requirit cauſæ cognitionem, iſta legitimatio: ideò in terris Eccleſiæ fieri non poteſt. Et idem concluſi in l. Gallus. §. & quid ſi tñ. col. ult. ff. de lib. & poſth. & ne mo cõtradicit huic opinioni in caſu iſto. Ex iſtis ergo intrepidè ↄcludo ſubſtitutas admitti debere ad bona p̃dicti D. Andreę penitus excluſo dicto Philippo.

Ad adducta in cõtrarium ex præmiſſis patet rñſio, & pro maiori parte ſpecifica ſuperius in fundamentis concluſionis fuerunt ſublata, ideò aliter non inſiſto. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Bona per teſtatorem prohibita uendi, diuidi & pignorarĩ; an donari poſſint, & iure inſtituti nis relinqui ſæminis.*
2 *Datis duobus remedijs, vno ſublato, non infertur remotio alterius.*
3 *Duorum impedimentorum vno ſublato, alterum ſublatum non cenſetur.*
4 *Teſtatoris uoluntas præcipuè in fidei commiſſis conſideranda eſt.*
5 *Verbum quandocunque, importat temporis infinitatem; & quo caſu infinitas tolleretur.*
6 *Subſtitutio compendioſa ex quibus ſic dicatur.*
7 *Diſpoſitio legis probibentis alienationem fideicommiſſi, in caſibus non exceptis firma remanet.*
8 *Dictio, & copulat principaliter non acceſſoriè.*
9 *Alienatio prohibita ad tempus, poſt tempus cenſetur permiſſa, & permiſſa ad tempus, poſt tempus cenſetur prohibita.*
10 *Prohibitio alienationis facta in uita, non extenditur ad vltimam uoluntatem*
11 *Limitata diſpoſitio limitatum parit effectum.*
12 *Repugnantia euitanda eſt in qualibet diſpoſitione.*
13 *Clauſula inſtrumẽti interpretari debet, ut non inducatur repugnantia, nec contrarietas.*
14 *Confeſſio ſic debet interpretari, ut nihil contrarietatis contineat.*
15 *Tempus vbicunq; in ſtatuto limitatur, poſt tempus limitatum ſumitur argumentum à contrario ſenſu etiam ad tollendum ius commune.*
16 *Argumentum à contrario ſenſu, an procedat in ultimis uoluntatibus.*
17 *Alienãdi facultas cenſetur permiſſa libera non regulata à regulis iuris, cum alicui permittitur.*
18 *Grauatus fideicommiſſo abſolute alienare non poteſt, cũ p̃rificata cõditione alienatio reſcindi debeat, licet interim firma maneat.*
19 *Alienatio facta contra prohibitionem teſtatoris ſtatim reſcindi poteſt.*
20 *Diſpoſitio probibitiua præcedens diſpoſitionem ſimplicem, facit ſequentem ſub conditione, ſi contra prohibitionem factum fuerit.*
21 *Conditione plures coniunctim poſitę expleri debent ut actus effectum ſortiatur.*
22 *Tacitæ obiectioni ſolutio.*
23 *Conditiones de quibus cogitatum non eſt, alienationem non infringere.*
24 *Prohibitionem alienationis tantum eius vtilitatem qui alienat reſpicientem nullius eſſe momenti.*
25 *Conditiones quaſdam conſilij inſtar habentes nõ ligare.*
26 *Dilatio de tempore ætatis imperfectæ appoſita, reſpicit eius fauorem cui apponitur, & renuntiabilis eſt.*
27 *Nulla conditio durat poſt tp̃s quo expiraſſe intelligitur.*
28 *Acceſſiões ſequi prĩcipalia, et ex eorũ natura regulari.*
29 *Intellectus tacitæ & expreſſæ ꝓhibitionis qui eſſe dẽat.*
30 *Teſtatoris mens non modo uerba conſiderari debent, & quando vtrunque neceſſe eſt.*
31 *Aduerbium quandocunque, ad tempus refertur, & quidem finitum lege uel uoluntate.*
32 *Pacto de retrouendendo quotieſcunque certum pretium ſolutum fuerit, ſpacio triginta annorum præſcribitur.*

CONSILIVM LXI.

TESTATOR filios natos & naſcituros ęquis portionibus inſtituit, quos prohibuit uẽdere, diuidere, & pignorare bona immobilia hęreditatis ipſius teſtatoris prius, quàm maior natu ex ipſis exceſſerit vigeſimũquintũ annũ, & caſu quo ↄtieret per aliquem ſeu alterũ eorũ, tunc & eo caſu petenti ſeu petẽtibus diuiſionem, aut alienationem, aut alienãti aliter, quàm ſuprà, reliquit iure inſtitutiónis id & tñ quantum iure legitimæ, & naturæ debetur, reliquum obtemperãti accreſcere uoluit: & caſu quo omnes prædicti eius filij maſculi decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, aut ſuperſtitibus ex eis filijs maſculis, & qñ omnes poſtea qñcunque decederent nullis ſuperſtitibus deſcendẽtibus, maſculis, & per maſculũ deſcẽdẽtib. ita ꝙ nullus maſculus ex ipſo teſtatore ex dictis eius filijs ſupeſſet, tũc & eo caſu ultimo

ſi quandocunque morienti nullis ſuperſtitibus maſculis vt ſupra, tunc ſubſtituit filios & deſcendentes maſculos, & per maſculum Antonij prędicti teſtatoris patrui. His ſic diſpoſitis per teſtatorem, poſt eius obitum omnes filij deceſſerunt ſine filiis, quorum vltimus moriens maior 25. annis donauit partem ſuam hęreditatis ſororibus pp merita ab eis ſuſcepta, ſecūdus ēt maior viginti quinq; annis inſtituit eaſdem ſorores in reliquo. His peractis q̃ritur: an prędicta donatio & inſtitutio de ſororib. facta infringi poſſit, & retractari per ſubſtitutos de quibus ſupra, conſiderata dicta ſubſtitutione, quia omnes quandocunque deceſſerint ſine liberis.

In iſta quæſtione primo aſpectu dicendum uide-
1 tur prędictam † donationem & inſtitutionem fieri non potuiſſe, ſtante prędicta ſubſtitutione fideicōmiſſaria, cuius conditio euenit, uirtute cuius bona tacitè prohibita alienari cēſentur, auct. res quę, C. cōia de leg. l. fi. §. ſin autem auaritiæ cupidine, C. eo. Bar. in l. qui Romę. §. cohęredes. ff. de uerb. obl. Conſiderandum enim eſt, ꝙ teſtator bona ſua prohibuit alienari expreſsè & tacitè: expreſsè dum diſpoſuit filios non poſſe alienare ante, quàm minor ipſorum exceſſerit 25. annum. tacitè dū ſubſtituit filios patrui prædictis filijs decedentibus ſine filijs legitimis & naturalibus, licet ergo hęc donatio & ſubſtitutio infringi non poſſint uirtute prohibitionis expreſſæ: quia illa expirauit tempore, infringi tñ poterunt uirtute tacitę prohibitionis inſurgētis ex ſubſtitutione fideicommiſſaria, quæ non fuit limitata tempore: arg. tex. & quod ibi uoluit Gl. in §. affinitatis. inſt. de nup. & tex. in l. ſi non lex Elia
2 Sentia. in prin. ff. de hęredita. inſt. † ybi enim dantur duo remedia, vno ſublato, non infertur ex hoc remotio alterius. l. ſi domus. ff. de ſeru. vrbano. prædio. c. poſtremò. de appel. notat Abb. in c. ſciſcitata
3 de in integrum reſtit. Sicut dicimus † ꝙ qñ adſunt duo impedimenta, uno ſublato, alterum tamē ſublatum non cenſebitur, l. uim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adult. Bal. in l. 1. col. antepen. C. de furt. D. Alex. latè in conſ. 62. incip. nobilis uir Phitonius. lib. 2. & ita vult Pau. de Caſt. in conſ. 234. inci. uiſis, & conſideratis. col. 3.

Secundò cōprobatur hæc opinio: nam prędictus teſtator ſubſtituendo modo prędicto, & uocando deſcendētes maſculos uoluit conſeruare bona ſua in familia; ideò dici non debet, ꝙ iſta ſubſtitutio fuerit limitata tempore, videlicet in caſu in quo fi-
4 lij alienarent ante vigeſimumquintum annū, † cū repugnet uoluntas teſtatoris, quæ pręcipuè in fideicōmiſſis conſideranda eſt. l. pen. ff. de leg. 1. l. fideicommiſſa. §. hęc uerba. ff. de leg. 3. ubi enim manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris nuſquā fieri debet talis interpretatio, ut melior ſenſus exiſtat, dicit tex. in l. 3. C. de libe. pręt. Repugnant etiam verba quibus fuit uſus teſtator, adeò ꝙ dici non poteſt hanc ſubſtitutionem tempore fuiſſe coarctatam. dixit enim teſtator, & quando omnes poſtea quandocunque decederent nullis ſuperſtitibus deſcendentibus, tunc ſubſtituit filios Antonij, &c. dictio enim quandocunque, idem importat, ꝙ quocunq; tempore, & ſic ſiue illi filij deceſſerint ante 25. an-
5 num, ſiue poſt, † illud. n. uerbum quandocūque, eſt aptum importare infinitatem temporis ex ſui proprietate: infinitas ergo hoc caſu toleratur. l. ſi ita ſtipulatus fuero à Seio. ff. de uerb. obl. l. in annalibus C. de lega. per quæ iura ita dicit Bar. in l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infecto.

Præterea hæc ſubſtitutio eſt cōpendioſa, q̃a ſub illa forma concipitur huiuſmodi ſubſtitutio, ideò cōplectitur multa tempora, licet teſtemus in caſu in quo vnam tm̄ ſubſtitutionem fideicommiſſariam
6 contineret. † & ſic compendioſa non dr̄, ex eo, ꝙ contineat plures ſubſtitutiones, ſed quia plura tempora complectitur. Ita dicunt Bal. & Paul. de Caſtr. in l. precibus. C. de impub. & alijs ſubſt. ubi reprobant Gl. in verb. fideicōmiſſi, quæ dicebat, ꝙ ſubſtitutio dici non poteſt compendioſa qñ non continet plures ſubſtitutiones, ſed vnam tantum. Cum ergo mens teſtatoris, & uerba q̃ ipſe protulit ſubſtituendo modo prędicto ſuadeant vt hęc ſubſtitutio tempore non ſit coarctata, ſed omni tpe habeat effectum, infertur ꝙ prędicta donatio & inſtitutio fieri non potuerit de huiuſmodi bonis quæ fideicommiſſo ſubiecta ſunt. Nec merita alicuius operantur ut alienatio fieri poſſit de bonis fideicommiſſo ſubiectis in præiudiciū ſubſtituti, quia in certis caſib. talia bona alienari poſſunt, de q̃bus in auc. res quę.
7 C. cōia de leg. † in aliis ergo caſibus nō exceptis firma manebit diſpoſitio legis prohibētis alienationē. l. nā qđ liquidè. §. fi. ff. de penu leg. l. denique. §. ſi quis fundū. ff. de fund. inſtruc. inſtrŏqs leg. cū vulg.

Pręterea & vltimò pdicta ſubſtitutio principaliter facta fuit ut probabitur, ergo nō hēt depēdētiā à ꝓhibitione alienationis expreſsè facta à teſtatore, ita ꝙ ea extincta expirauerit hęc ſubſtitutio. l. 3. C. ſi pēdē. appellatione mors interue. ꝙ principali-
8 ter ſit facta hęc ſubſtitutio, ꝓbat ex illa dictiōe, † & caſu quo, q̃ copulat principaliter nō acceſſoriè. d. l. 3. Gl. i c. q̃relā. de ſimo. Bar. & Doc. i l. 3. ff. de leg.

Iſtis tū non obſtantibus cōtrarium puto uerius, concludendo, ꝙ prędicta donatio & inſtitutio fieri potuit ſubſtitutione pręmiſſa non conſiderata. Moueor in primis pro hac concluſione: quia dictus teſtator prohibuit alienationem bonorum hęreditatis ipſius teſtatoris ante, quàm minor exceſſerit 25 annum: ergo poſt illud tps cēſetur teſtator permi-
9 ſiſſe alienationem. † prohibitum. n. ad tēpus, poſt tempus cēſetur permiſſum. l. Imperatores. ff. de poſtulan. l. pater filium. §. fundū. ff. de leg. 3. ſicut ècontra permiſſum ad tempus poſt tempus cenſetur ꝓhibitū. l. epiſtola. §. fi. ff. de pac. l. ſtatu liberū. §. fin. ff. de leg. 2. Ideò dicit Sal. in l. ea lege. C. de cōd. ob
10 cauſ. in 2. q. † ꝙ ſi prohibitio alienationis facta ſit in uita non extenditur ad vltimam uoluntatē: quia ad tps prohibita poſt tps cenſetur permiſſa. Et idē vult Maria. Soc. in conſ. 19. inci. pro deciſione. col.
11 vlt. ubi addit rationem: † quia limitata diſpoſitio limitatum parit effectum. l. fideiuſſores. §. pro Aurelio. ff. de fideiuſſori. l. quod dictum. ff. de pac. Cū ergo poſt tempus filij habuerint facultatē alienandi, ut demonſtratum eſt, neceſſariò infertur, ꝙ poſt dictum tempus prędicta ſubſtitutio non durauerit:
12 alias eſſet † quędam repugnantia in diſpoſitis per teſtatorē, quę euitari debet in qualibet diſpoſitione, iuxta ea quę tradit Bar. quem ſequuntur Docto. in l. fin.

in l.fi.§.item quęſitum.ff.de cond.indeb. ubi dicit,
13 ꝙ † clauſula appoſita in inſtrumento interpretari debet taliter, vt in eo non inducatur repugnantia, ſeu contrarietas.§.quibus. in prima conſtitutione C.Faciunt notata per Pet.Cyn.& Bal. in l. cum fal-
14 ſa.in fi.C.de iur.& fac.igno.ubi dicunt, † ꝙ confeſſio ſic debet interpretari,ut nihil contineat cõtrarietatis,quod eſt nota.dignum ſecundum Bal.ibi, quia quotidie uidemus,ꝙ rñſiones quæ fiunt ab aliquo reſpondente articulis,uidentur ſibi contrariæ, ideò debent ſic interpretari,ꝙ prima dicta trahantur ad ultima,& vltima ad prima,vt euitetur contrarietas. Idem tenet Sal.in l.cum pretium.C. de libe. cau.Pau.de Caſt.& D.Alex.in l.1.in prin.ff. ne quis eum qui in ius uocatus eſt ui eximat.dicamus ergo ne ſit repugnantia in hac uolũtate teſtatoris, ꝙ hęc ſubſtitutio ſit coarctata tempore,& ſic, ꝙ expirauerit poſt vigeſimumquintum annum: qm̄ ſi poſt dictum tp̄s duraret,cenſeretur ꝙ prædicti filij facultatem alienandi non haberẽt, quam tñ eis teſtator dedit vt demonſtratum eſt,auct.res quæ.C.cõia de leg. Comprobatur hoc fundamentum ex ijs quæ notat Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de off. pro-
15 conſ.& lega.q.3.ubi inquit,ꝙ † ubicunque in ſtatuto limitatur tempus, poſt tempus limitatum ſumitur argumentum à contrario ſenſu ẽt ad tollendum ius cõe uirtute limitationis tẽporis,quæ alias nihil operaretur,& hoc dictum Bal.refert,& ſequitur illuſtris Doctor D.Iaſ. præceptor meus in l. ſed ſi quis ita.ff.de uulg.& pup.vbi inquit ꝙ ex hoc infertur pulchra limitatio ad ea q̃ dicit Bart. in l.oẽs
16 populi.in 6.q.princ.ff.de iuſt.& iur. In caſu † ergo iſto ſumi poteſt argumentum à contrario ſenſu, cum prohibitio alienationis fuerit tempore coarctata, quia aliàs illa limitatio nihil operaretur, ꝙ ſicut in ſtatutis non toleratur,multo minus in vltimis uoluntatibus.l.ſi quando.in princ. ff. de leg.1.

Secundò principaliter probatur hęc cõcluſio vt dictum eſt,iſti filij poſt 30.annum cenſentur habuiſ-
17 ſe facultatẽ alienandi à teſtatore, tunc ſic, † cui ꝑmittitur facultas alienandi dr̄ habere illam facultatem liberam non regulatam à regulis iuris. tex.eſt, quem ibi ponderat Ang. in §. nobis igitur.in auct. de reſt.fideic.collat. 8.idem uolunt Moder.Senen. in l.Marcellus.§.res quæ.col.vlt.ff.ad Senat. conſu. Treb.ſed ſi hęc ſubſtitutio duraret poſt 25.annum filij non dicerentur habere liberam facultatem alienandi,ſed regulatam à regulis iuris: quia graua-
18 tus fideicommiſſo † alienare non poteſt abſolutè, cum purificata conditione fideicõmiſſi alienatio reſcindi debeat,licet interim firma maneat. l.fi.§. ſui autem.C.cõia de leg.Bar.in l.ſeruo legato.ff.de leg.1.Pau.de Caſt.in l.peto,§.fratre.ff.de leg. 2. & in conſi.103.ubi dicũt ſecus eſſe in expreſſa prohi-
19 bitione de nõ alienãdo:qa † tunc alienatio ſtatim reſcindi poteſt.Gl.in l.cũ pr̄.§.libertis.ff. de leg.2.

Tertio pro hac concluſione adduco nota. ꝑ Bar.
20 in l.pater filium.§.filiã.ff.de leg.3.ubi dicit ꝙ † qñ præcedit diſpoſitio prohibitiua, & alia ſimpliciter ſequitur,intelligitur ſequens diſpoſitio ſub conditione ſi contra prohibitionẽ ipſam factum fuerit: quod dicit eſſe notandum. Cum ergo in caſu iſto præceſſerit diſpoſitio de non alienando,ſubſtitutio quæ ſubſequetur intelligenda eſt ſub conditione ſi contra prohibitionẽ factum fuerit, & ſic in caſu in quo ſequatur alienatio in caſu prohibito, quę cum non fuerit facta in caſu prohibito , ſed permiſſo, uidelicet poſt 25.annum, ſequitur ex hoc ꝙ ſubſtitutio iſta effectũ nõ hẽt,maximè quia cẽſetur facta
21 ſub conditione † videlicet ſi filij contra fecerint alienando ante 25.annũ,& ſub alia ɔditione, ſi deceſſerint ſine filijs maſculis,quo caſu utraque cõditio adimpleri debuit,ut ſubſtitutio ipſa effectũ habeat.l.ſi hęredi plures.ff.de cõd.inſt.l.ſi ita quis ꝓmiſerit decẽ.ff.de verb.obl.Bar.in l.ſi is qui ducen
22 ta.§.utrum.col.4.ff.de reb.dubiis.† Et ſi diceretur qñ fieret alienatio ĩ caſu prohibito teſtator expreſſè prouidit de perſonis ad quas uoluit peruenire bona alienata,dum diſpoſuit,ꝙ caſu quo contrafaceret per aliquem ex filijs reliquum obtemperãti accreſceret:ergo hæc ſubſtitutio interpretari nõ debet modo prędicto:argu.l.coheredi. §.qui patrem. ff.de vulg.& pup.& l.doli clauſula.ff.de uerb.ob. ad
23 hoc rñdetur,ꝙ † de caſu in quo omnes filij alienarent teſtator nihil diſpoſuit,ideò tunc alienatio impunè fieri potuiſſet, ex quo nõ ſupereſt alius qui ſit uocatus in caſu alienationis cõtra prohibitionẽ teſtatoris factę.l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.2.quẽ tex.ſic declarat ibi Pau.de Caſtr.& Gl.in l. peto. §. fratre.ff.de leg.2.& ibi Io.de Imol. Idem vult Glo. in l.quoties.C.de fideicommiſſ.ideò in caſu in quo omnes alienarent ante vigeſimumquintum annum teſtator uoluit hanc ſubſtitutionem effectum habere,& non alio modo.

24 Vltimò conſiderandum eſt, ꝙ † cum iſta prohibitio alienationis nullius utilitatẽ contineat quàm ipſorum filiorũ, quos teſtator alienare prohibuit, nullius eſt momenti, cum non fuerit appoſita ali-
25 qua cauſa per teſtatorem, † & ſic contineat quoddam conſiliũ cui poſſunt prohibiti renuntiare. l.cũ pater.§.mando.ff.de leg.2.iſtud probat tex.in l.pater filium.§.Iulius Agrippa.ff.de lega.3. & tex.in l. Lucius.in prin.ff.de leg.3.& ita notãt Ang.& Mod. & ibi dixi in l.filijfamilias.§.diui.col.1.ff.de leg.1. maximè cum hæc prohibitio facta ſit vſque ad uigeſimumquintum annum,per ea quæ uoluit Bar.in
26 l.cum pater.§.curatoris.ff.de leg.2.vbi inquit, † ꝙ quando dilatio apponitur à teſtatore de toto tẽpore ætatis imperfectæ,vt appoſita fauore eius qui apponitur,ideò poteſt ei renuntiare, & ante tempus petere.l.ſi ita.§.Pegaſus.ff.de leg.2.l. in fideicommiſſ.§.cum Pollidius. ff. de uſur. dum ergo teſtator poſtea ſubſtituit in caſu in quo omnes filij decederent ſine filijs legitimis & naturalibus, hęc ſubſtitutio cenſetur facta pro cauſa ipſius prohibitionis, & vt ex ea robur ſumeret ipſa prohibitio: quę aliàs ut dixi nullius erat momenti, ueluti non munita aliqua cauſa,ita ergo demum ſubſtitutio effectum ſortiri debet,ſi ſequatur alienatio in caſu ꝓhibito, & nõ alio modo,cum habeat dependentiã ab ipſa prohibitione,per ea quæ dicit Bar. in l.pater filium.§.filiam.ff.de leg.3.quem ſuperius retuli.Cum igitur alienatio facta non ſit in caſu prohibito, ſed permiſſo,non eſt tractandum de hac ſub-
27 ſtitutione: quia aliàs ſequeretur,ꝙ † hæc ſubſtitutio tanquam acceſſoria ipſius prohibitionis duraret

raret poſt tempus quo expirauit ipſa prohibitio,ꝙ
nec eſt dicendum.l.cum principalis.ff.de reg. iu.&
c.acceſſorium.de reg.iur.lib.6.
28 Suadetur,quia † qñ vna diſpſiotio uenit ut acceſ
ſoria alterius mutat naturam ſuam, & regulatur iux
ta metam principalis diſpoſitionis.l.1.§.ſi ſub cõ-
ditione.ff.ut lega.nomi.caueat.l.ſub cõditione. §.
fi.ff.de bono.poſſ.contra tab. Bar. in l. poſt legatũ.
§.qui mortis.ff.de ijs,quibus ut indig.

Non obſtant adducta in contrarium, & primò,
dum dicebatur,ꝙ ſublata prohibitione expreſſa,ta
cita tñ prohibitio remanet:quia hoc argumentum
29 procederet niſi illa † prohibitio tacita inſurgens
ex ſubſtitutione fideicommiſſaria tẽpore eſſet limi
tata: quia tunc illud tempus non egreditur,vt ſupe-
rius dictum eſt nec conſilium Paul.de Caſtr.præal-
legatum facit in oppoſitum:quia & illa prohibitio
tacita legatis inſurgebat ex prohibitione expreſſa
facta intra trigeſimum annum.

Secundo argumento in quo dicebatur, ꝙ cõſide
rata mẽte teſtatoris,& conſideratis eius uerbis hęc
30 ſubſtitutio tpe non ſit coarctata,rñdetur, † ꝙ imò
& uerbis & mente teſtatoris conſideratis prædicta
ſubſtitutio limitata fuit tempore,prout probatum
31 fuit ſuperius pluribus modis, † & illa uerba,qñcun
que, ſunt intelligenda quocunq; tempore, ipſis tñ
filijs decedentibus intra vigeſimumquintum an-
num,quæ interpretatio iuri cõſona eſt.pro quo ad-
duco quod decidit Ang.in con.55.inci.Gulielmus
32 & Frãciſcus,vbi dicit, † ꝙ ſi emptor promiſit retro
uendere fundũ uẽditori quotieſcunq; ſoluerit cer-
tũ p̃ciũ,&c.tali pacto preſcriberur ſpatio 30. anno-
rũ,ita ꝙ poſt illud tempus non cogetur emptor re-
tro uendere,quinimò uolunt Pet.de Anch. in conſ.
322.ꝙ tali pacto preſcribatur ſpatio 10. annorum,
& ſic illa uerba,quotieſcunque,uel quandocunque,
interpretatur ut non importent temporis infinita-
tem,ſed tempus 10.aut 20. aut 30. annorum.

Vltimo argumento rñdetur,ꝙ licet hęc ſubſtitu
tio principaliter facta ſit,attamẽ cum ſit tempore
limitata illud tempus non egreditur.Pręterea nega
tur,ꝙ ſit principaliter facta, cum habeat dependen
tiam à prohibitione expreſſa, & facta cenſeatur, ut
det robur ipſi prohibitioni, quæ alias nullius eſſet
momenti, ueluti non munita cauſa per ea quæ di-
cta ſunt ſuperius. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionem tempore coarctari poſſe.*
2 *Subſtitutionem pupillis factam ad inuicẽ, non modo vulgarem, ſed etiam fideicommiſſariam comprehendere.*
3 *Teſtatorem regulariter teſtari ſucceſſiuè intelligi.*
4 *Quæſita ex fideicõmiſſi cauſa, reſtitutioni fideicommiſſi obnoxia ſunt, ſecus ſi ex cauſa hæreditati.*
5 *Subſtitutionem fideicommiſſariam filiorum ad inuicem intelligi his verbis, & ſi omnes deceſſerint.*
6 *Subſtitutio ad inuicem facta quando comprehendat fideicommiſſariam.*
7 *Subſtitutio facta ad inuicem comprehendit vulgarem & pupillarem.*
8 *Fideicommiſſum deluſorium nullum haberi.*
9 *Fideicommiſſum deluſorium eſſe quando unuſquiſque hæredem tribuit quantum datum eſt.*
10 *Aequaliter inſtituti & æqualiter grauati quid reſtituere debeant.*
11 *Clauſulæ conditionis ſi deceſſerit ſine liberis, & fideicommiſſi reuocatoriæ quæ ſint.*
12 *Correctio abuſus notariorum teſtamentorum.*
13 *Verba ſubſtituo uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quam uim habeant.*
14 *Fideicommiſſo an comprehendantur quæ iudicio teſtatoris ad hæredem peruenerunt.*
15 *Conſeruationis legitimarum ſucceſſionum rationem haberi.*
16 *Clauſula, ſi omnes deceſſerint ſine liberis, quem intellectum habeat.*
17 *Verba, ſi omnes etc. tacitam ſubſtitutionem non comprehendunt.*
18 *Deductio legitimæ & Trebellianicæ quomodo in uſum deducatur.*

CONSILIVM LXII.

POST ſupraſcriptam dubitationem
propoſita fuit alia, uidelicet an ſola
portio ultimi q decesſit ſine liberis
ſubiaceat fideicommiſſo, an uerò et
portiones aliorũ fratrũ quę ad eam
peruenerũt ex ſucceſſione ab inte-
1 ſtato vel ex teſtõ: & hoc dato non tñ conceſſo † ꝙ
prędicta ſubſtitutio tempore non fuerit coarctata.

In qua dubitatione primo aſpectu dicendum vr̃,
ꝙ omnium portiones ſubiaceant fideicommiſſo,
eo,quia teſtator filios quos inſtituit,ęquis portioni
bus ſubſtituit ad inuicem vulgariter,pupillariter,&
2 per fideicõmiſſum, † quę quidem ſubſtitutio abſq;
dubio uidetur comprehendere nedum vulgarẽ, &
pupillarem,quinimò & fideicommiſſariam, frater
ergo ultimo moriẽs ſucceſſit fratribus in bonis pa-
3 ternis uirtute fideicommiſſi, † & ſic teſtatori cenſe
tur ſucceſſiſſe.l.cohęredi.§. cum filiæ. ff. de vulg.&
pup.id ergo quod lucratus eſt filius ultimo moriẽs,
4 † ex cauſa fideicommiſſi ſubiacet fideicommiſſo,
prout ſua portio,cum ſubſtitutio facta ſit ſimplici-
ter non in hęreditate,iuxta ea quæ tradunt Bart. &
Doct.in l.Marcellus.§.quidam.ff.ad Trebel. & in l.
heredes mei,§.cum ita.eo.tit.
5 Pręterea per illa uerba,& ſi omnes deceſſerint, ui
dentur filij ad inuicẽ ſubſtituti per fideicõmiſſum.
Ita vult Pau.de Caſt.in l.põt.ff.de uulg. & in l. pen.
C.de impu.& ali.ſubſt.& in conſ.254.inci. duo vi-
dẽda ſunt per tex.in l.Titia Seio.§. Seia libertis. ff.
de leg.2.cum ergo inuicem ſubſtituti intelligãtur.
Per fideicõmiſſum quidquid puenit ad vltimũ mo-
rientẽ ex ſubſtitutione fideicõmiſſaria cõprehẽdet
in fideicommiſſo,per ea quæ paulo ante dicta ſunt.

Sed ijs non obſtantibus concludo cõtrarium, vi
delicet,ꝙ ſola portio ultimi decedẽtis ſine liberis
ſit in fideicommiſſo, reliquarum uerò portiones
quæ ad eum peruenerunt ab hoc onere ſint immu-
6 nes. Pro hac concluſione moueor: † qa prima ſub-
ſtitutio ad inuicem facta non comprehendit ſubſti
tutionẽ fideicõmiſſariam,cum in ea non ſit appoſi-
tum aliquod uerbum denotans tractum temporis:
cõprehẽdit ergo ſolum vulgarem,& pupillarem cũ
præfati filij ęqualiter fuerint hæredes inſtituti.

7 † Pro

7 † Pro hoc adduco ea quæ in ſimili tradit D.Ale.in
l.ſi pluribus.§.ſi duobus.ff.de leg.1. vbi dixit,ꝙ qñ
hæredes æqualiter ſunt inſtituti & grauati inuicem
onere legati,tale legatum non ualebit, cum non af
ferat cõmodum:quia tñ debet unus recipere quan
tum dare,& è contra,& ſic redditur deluſorium. p
8 tex.in l.ab omnibus.§.ſi Titio.ff.de leg.1. † ſi ergo
in caſu iſto tale fideicommiſſum cenſetur deluſo-
9 ſorium,& ſic nullũ: † quia quiſque hęredum tm̃ tri
buent quãtum daret. Comprobatur ex pulchra do-
ctrina Bart.in l.1.in pen.col.ff.de iure codicill. qui
10 dicit † ꝙ qñ fratres ſunt ęqualiter inſtituti, & ęqua
liter grauati,vnus nõ tenẽtur reſtituere alteri, quia
tantum debet vnus alteri, & ſic deluſorium eſt hoc
fideicommiſſum. Iſtud etiam eſt de mente Bart.in
l.1.C.de pac.qui expreſsè idem vult in l.ſi quis ſer-
uum.in fi.ff.de cond.& demon.dicens,ꝙ ſi teſtator
inſtituat duos filios ęqualiter,eosq́ue inuicem gra-
uet de reſtituendo alteri ſuperſtiti ſub conditione
ſi ſine liberis deceſſerit, demum idem teſtator fa-
ciens codicillos dicat conditionem quam appoſui
11 in teſtõ filiis meis adimo,per talia verba † nedum
illa conditio ſi deceſſerit ſine liberis,dicetur reuo-
cata,ſed etiam fideicõmiſſum ipſum cenſetur reuo
catum,& adducit Bar.hanc rõnem: qm̃ ſi intellige-
retur ſolum adempta cõditio, illud fideicõmiſſum
remaneret purum,& ſic vnus tm̃ deberet dare quã-
tum recipere, & ſic nullum & deluſorium eſſet ip-
ſum fideicõmiſſum,& hoc idem firmat D. Alex. in
l.j.C.de pac.& cum iſta qõ alias uerteretur in facto
in ciuitate Bononiæ,uidi in quadã lectura D.Alex.
non impreſſa.in l.ſi pluribus,§.ſi duobus.ff.de lega.
12 1.quod ipſe idem tenet, † & ibi reprobat conſuetu
dinem notariorum ſcribentium teſtamenta, qui ſo
liti ſunt ita dicere,teſtator filijs ſuis æquis portio-
13 nibus hęredes inſtituit,eosq́ue † vulgariter, pupil-
lariter ſubſtituit & per fideicommiſſum,certè adie
ctio illorum uerborum & per fideicommiſſum, ni-
hil operatur, cum vnus alteri tm̃ dare quantum ab
eo accipere debeat, ex quo omnes ſunt æqualiter
inſtituti;& ſubdit ꝙ ſi deficeret vulgaris & pupilla-
ris,fideicommiſſum nõ haberet locum,cum ſit nul-
lum: & ſubdit etiam ſe ita reſpondiſſe cum eſſet
interrogatus de facto. Hæc ſunt formalia uerba D.
Alex. Ex quibus infero, ꝙ cum portiones fratrum
prędmorientium peruenerint ad vltimũ,non ex ſub-
ſtitutione fideicõmiſſaria,ſed ex ſucceſſione ab in-
14 teſtato,uel ex teſtõ ipſorum fratrũ,non † cõprehen
duntur in hoc fideicõmiſſo:quia fortuito non iudi-
cio teſtatoris hęc bona ad ipſum peruenerũt. l. ſed
ſi ſic.§. fina.ff.de lega.3.Et ex hoc patet rñſio ad pri
mam obiectionem: quia argm̃ illud procederet ſi
filij inęqualiter fuiſſent hæredes inſtituti, vel ſi ali-
qua conditio fuiſſet oppoſita per ſuperius dicta.

Non obſtat dum dicebatur,ꝙ per illa verba, & ſi
omnes,vñr inuicem ſubſtituti ſub conditione ſi ſi-
15 ne liberis deceſſerint,nam iſtud negatur: qa † per
iſta uerba ſolum videtur inter fratres ipſos conſer-
uatum ius legitimarum ſucceſſionum:per ea q̃ tra-
dunt Bar.& communiter Doct.in l. hęredes mei.§.
cum ita. ff.ad Treb.& in l.pen. C. de impub. & ali.
ſubſtit. Et deciſio Paul.de Caſt.ſuperius relata cõi-
ter à Doctoribus reprobatur,& contrarium tenent
Ang.& Io.de Imo.ĩ l.ſi pater impuberes.ff.de vulg.
16 & pup.qui dicunt † ꝙ per illa uerba,ſi omnes deceſ
ſerint ſine liberis, ſolum intelligitur conſeruatum
ius legitimarum ſucceſſionum,ſi erant tales, quia
17 ab inteſtato ſuccedere poterant, † non autẽ intelli
guntur tacitè ſubſtituti. Idem tenet Pau. de Caſt.in
l.ſi pater impuberes.ſibi cõtrarius.ff.de vulg.& pu-
pilla. Idem conſuluit D.Alex.in conſi.91.inci. pon
deratis,his de quibus in themate.lib.1.& D. Iaſ.in
l.pen.C.de impu.& ali.ſubſt.qui dicit ſe tribus uici
bus conſuluiſſe ſecundum hanc opinionem,& ꝙ ſi-
ne dubio illa tenenda eſt,& ex iſtis concludo, ꝙ ẽt
prępſuppoſito,ꝙ illa ſubſtitutio & ſi omnes, non ſit
limitata tempore de quo ſupra. attamẽ ſola portio
vltimi decedentis ſine liberis ſubiacebit fideicom
18 miſſo,de qua † ſi detrahatur legitima & quarta Tre
bellianica,remanebit dimidia illius tertiæ portio-
nis,& ſic in effectu ſexta portio bonorum quæ teſta
tor reliquit remanebit in fideicommiſſo,aliæ verò
erunt immunes ab hoc onere. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Auus et neptis an pariter ſuccedere debeant.*
2 *Fratrum filij quando cum aſcendentibus proximis ad-
mittantur.*
3 *Bona materna alterius eſſe naturæ quã aliunde, quæſita.*
4 *Sororẽ à fratris ĩteſtati ſucceſſiõe auũ paternũ repellere*
5 *Aſcendentium quãdo potior eſt cauſa in ſucceſſione de-
ſcendentis.*
6 *Bona materna alterius naturę ſunt à paternis.*
7 *Verbum, hæreditas, ſucceſſionem in vniuerſum ius de-
functi ſignificat, nulloque diſcrimine omnia bona vn-
decunque quæſita habet.*
8 *Auum à nepte excludi in bonis maternis, in cæteris pa-
riter admitti.*
9 *Intellectus communis alicuius legis quomodo probetur.*
10 *Auus maternus quando patrem defuncti excludat.*
11 *Singularis caſus l. quod ſatis.§. fi. C. de bo. quæ liber.*
12 *Par ius ſtatui oportere in pari cauſa.*
13 *Ratio diuerſitatis vbi reddi non põt, ſimili iure utendũ.*
14 *Patris potiorem cauſam ſucceſſionis in bonis à ſe profe
ctis eſſe debere.*
15 *Correllatiuorum idem ius eſſe etiam in pœnis.*
16 *In iure ſuccedendi ad bona præcipuè perpendi unde pro-
fecta ſint uel aduenerint.*
17 *Fratres vterini tantum, et fratres conſanguinei tantum
pariter fratri ab inteſtato ſuccedunt in bonis aliunde
quæſitis quàm à patre uel à matre.*
18 *Frater vterinus præfertur fratri conſanguineo in bonis à
matre profectis, et è contra frater conſanguineus prę
fertur fratri uterino in bonis à patre profectis.*
19 *Iura diſponentia quòd filius aut nepos ſuccedant ſimul
cum aſcendentibus fratri defuncto ab inteſtato, in-
telliguntur in bonis aliunde quæſitis, non in bonis pro-
fectis à matre in quibus frater fratri ſuccedit auo pa-
terno excluſo.*
20 *Statuto diſponente quòd frater ex latere patris tantum
præferatur fratri uterino, an defuncto fratre uteri-
no, frater ex latere patris præferatur alteri fratri
vterino ſuperſtitis in bonis profectis à matre, & quod
ſtatutum illud operetur. num. 21.*

22 *Statutum Peruſinum quòd ſi quis ab inteſtato deceſſerit ſine deſcendentibus, ſuperſtitibus tamen matre & auo paterno, quòd mater ſuccedat & auus maternus, quomodo intelligendum.*
23 *Frater fratri excluſo patre in bonis maternis ſuccedit.*
24 *Intellectus ad Glo. in auct. defuncto. C. ad Senat. conſul. Tertull in ver. proximis.*
25 *Opinio communiter approbata, in iudicando & conſulendo eſt amplectenda.*

CONSILIVM LXIII.

TITIVS ex uxore legitima plures ſuſcepit filios, quorum unus cõtracto matrimonio cũ quadam muliere, à qua nomine dotis cõſequutus fuit libras octingẽtas, ex ea ſuſcepit duos filios vnum maſculum & alterã fœminam, qui demũ deceſſit ſuperſtitibus dicto eius patre, vxore, & præfatis duobus filijs; exinde deceſſit eius uxor ab inteſtato ſuperſtitibus dictis duobus filijs, ultimo loco deceſſit filius maſculus dictæ mulieris ſuperſtite auo paterno, ſuperſtite quoque eius ſorore vtrinq; coniuncta, & iã nupta, & dotata de bonis prędicti aui paterni, modo oritur contentio inter prædictam ſororem ex vna parte, & prędictum auum paternum ex altera, quis eorum ſuccedere debeat in bonis prouentis ad hunc defunctũ ex parte matris: quæritur itaque quid iuris.

In quæſtione propoſita prima facie dicendũ vr̃,
1 † ꝙ tam auus paternus, quàm pręfata ſoror pariter ſuccedere dẽant in prędictis bonis, per ea quæ notat Gl. in auct. defuncto, C. ad Senat. conſ. Tertu. in uer. proximis, quæ inhęrens opinioni Ioannis. Gl. vult, ꝙ ſi aliquis ab inteſtato deceſſerit ſuperſtite auo, itẽ fratre uel ſorore, iſti non repellunt auũ à p̃dicta ſucceſſione, quinimò oẽs pariter ſuccedunt defuncto ab inteſtato, & illã Gl. ſequuntur ibi Bar. Bal. Sal. & Paul. de Caſtr. qui dicit, ꝙ oẽs Doctores ſequũtur opinionẽ prædictã Gl. pro qua Sal. ibi adducit tex. in §. cõſequens. in auct. de hęr. quę ab inteſt. deferuntur. colla. 9. ponderando illum text. in illis uerbis, & ſi mater, vel pater ſit, quæ verba implicant caſum minoris dubitationis, ꝙ & ſic præſupponitur ibi ꝙ admittantur fratres vltra patrem & m̃rem cum alijs aſcendentibus ad ſucceſſionem fratris defuncti ab inteſtato. Adducit ẽt tex. in auc.
2 ut fra. fil. qui † vult ꝙ fratrum filii admittantur cũ aſcendentibus proximis, & ſic cũ auo, proauo, & ſic deinceps. Et ſi diceretur aduerte, quia p̃dicta pro-
3 cedant in † bonis aliunde acquiſitis per hũc defunctum quàm à m̃re: ſed in bonis m̃nis probabilius
4 dicendum vr̃, ꝙ ſola hæc mulier fratri † ab inteſtato ſuccedat auo paterno penitus excluſo: arg. tex. in l. cum alijs. C. dę ſecun. nu. & per ea quæ habẽtur in l. quod ſatis. circa fi. C. de bon. quæ liber. per quem tex. dicit ibi Bar. & in auc. itaque. C. cõia de ſucce.
5 † ꝙ qñ aſcendentes ueniunt ad ſucceſſionem deſcendentis, tunc aſcendentes ex parte matris
6 p̃feruntur in bonis àcquiſitis ex materna linea: † aſcendentes verò ex parte patris pręferuntur alijs in bonis acquiſitis ex litera patris. Ad hoc. n. r̃ndeò, ꝙ iſtam opinionem Bart. & hunc intellectum ad d. l. quod ſatis. multi Doctores reprobant, ipſum. n. reprobat Bal. in d. l. quod ſatis. & Sal. in d. auc. itaque. C. cõia de ſucceſſio. ꝑ tex. in §. conſequens. in auc. de hęred. dum vult tex. ille, ꝙ hęreditas diuidi dẽt, & ita dimidietatẽ aſcendentes paterni, & alteram
7 dimidiam m̃ni accipient. Nam † verbum hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius defuncti. l. hæreditas. ff. de reg. iur. ergo patet, ꝙ omnia bona defuncti vndecunq; acquiſita diuidi dẽnt. Nã ẽt opinionem Bar. damnat Bal. in d. auct. itaque. & D. Pet. de Vbal. in ſuo tract. ſucceſſionis ab inteſta. in 2. part. col. 2. uerſ. ſed circa prędicta quæro. Eã ẽt reprobãt Mod. Peruſini in d. l. quod ſatis, & ſic ſuper illa opinione Bar. non poteſt fieri fundamentum, ſi aliquis vellet dicere, ꝙ occaſione bonorum maternorum hæc mulier ſola fratri ab inteſtato defuncto ſuccedere debeat, auo paterno penitus excluſo.

Sed ijs nõ obſtantibus ueritas eſt in cõtrarium, concludo itaque in hoc articulo, ꝙ in bonis quæ à m̃re prouenerunt ad hunc defunctum, ſola hæc mu-
8 lier ſuccedere dẽat auo excluſo. † licẽt in alijs bonis par ſit eorũ ſucceſſio, & vnus per alterũ non excludatur. iux. Gl. in d. auct. defuncto, quàm ſuperius retuli. C. ad Tertul. Et pro hac concluſione moneor in primis. per tex. in l. ꝙ cum ſatis. §. 1. C. de bonis quæ liber. ubi ſecundum intellectum communiter traditum à Doctoribus probatur, ꝙ ſi aliquis moriatur ſine deſcendentibus ſuperſtitibus auo p̃no & materno, in ijs quæ profecta ſunt ex latere materno, pręfertur auus maternus, in ijs uerò quę prouenerũt ex latere paterno pręfertur auus paternus, ut dicitur in fratribus, & ſororibus ad inuicem ſuccedentibus, l. de emancipatis. C. de legit. hær. Et ꝙ dictus intellectus ad illum textum ſit cõis, patet,
9 † nã ipſum tenuit Cyn. in d. l. quod ſatis. hunc ẽt intellectum tenuit Bald. in auct. itaque. C. communia de ſucceſſio. & in d. l. quod ſatis. Hunc etiam intellectum ſecutus fuit Bart. in l. poſt dotem. in ultimis uerbis. ff. ſolu. matr. & in conſi. 70. incip. hanc. & in alio conſilio, quod incipit an teſtm̃ ſit nullum. & ut dicit Ludou. Roma. in conſi. 369. incip. quo ad primum conſultationis articulum. durum eſt recedere ab opinione Bart. in quo ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis. Hunc etiam intellectum tenuit Io. de Imol. in d. l. poſt dotem. colu. ultima. & ibidem Ludouic. Rom. in 10. char. qui dicit hanc opinionem eſſe tenendam tanquam magis æquam, quam etiam ſequit ur Ang. de Peruſio in d. auct. itaque. qui ſubdic
10 poſſe teneri ſub dubio tamen forte, † ꝙ auus maternus excluderet etiam ipſum patrem defuncti in bonis prouentis à matre. Quidam etiam referunt Franc. tenuiſſe hanc opinionem in dicta auct. itaque. cui etiam inhæret Paul. de Caſtr. in l. quod ſa-
11 tis. §. fi. ubi dicit, † quòd caſus illius legis mirabilis eſt, & non eſt alibi. & ſecundum eum inſpicitur perſona immediata à qua defunctus habuit, non autem mediata, vt ſciamus, de cuius perſona bona ipſa ad defunctum de cuius ſucceſſione agitur, perueniſſe dicantur, & dicit inſignis doctor Baldus iunior in ſuo tractatu de dote in vltima parte, quaſi in fine, quòd licẽt intellectus Doctorum, quem ſupra retuli in via diſputationis teneri poſſit, conſulendo tamen & in iudicando non auderet recedere

cedere ab iſto intellectu, Bart. circa dictam l. quod ſatis. Ex ſupradictis ergo patet cōem eſſe concluſionem Doctorum quòd auus maternus præferatur auo paterno in ſucceſſione nepotis, in ijs q̃ acqſita ſunt ex latere mr̃no, & ècontra auus paternus p̃feratur auo materno in his q̃ ex latere pr̃no ꝓfecta
12 ſunt. Qua ergo rõne auus maternus p̃fertur † auo paterno in ijs quæ prouenerunt ex latere materno & è contrà, eadē ratione in caſu noſtro hæc mulier ſola ſuccedere dẽt in bonis filij defuncti ab inteſtato, acquiſitis ex latere matris auo eius paterno, nec inter hos duos caſus reddi poteſt ratio diuerſitatis,
13 † igitur idem ius ſtatui debet utroque caſu. l. 3. in prin. ff. quod cuiuſque uniuer. nomi. l. illud. ff. ad legem Aquil. cum uulg.

Secundo pro hac concluſione adduco notata p Bar. in l. poſt doté, in ultimis uerbis, ff. ſolu. matri. quē ſequuntur ibi Ang. lo. de Imol. & Ludo. Roma. ubi quęrit Bar. pater dedit dotem filiæ, & ſtipulatus eſt pro alia, demū mortua eſt filia ſine liberis, ſuperſtitibus enim mr̃e fratribus & ſororibus, an pater ſolus qui dedit dotem ſuccedat in ea aliis excluſis,
14 & decidit ꝙ ſic; † quia ex quo illa dos tradita filiæ ab ipſo patre profecta fuit, ſolū in ea ſuccedere debet filijs excluſis, & adducit Bar. tex. in d. l. qđ ſatis. in ſecundo reſponſo, C. de bon. quę liber. cum ergo pater ſolus ſuccedat filio alijs excluſis, in bonis q̃ ex latere paterno profecta ſunt, ſic ècontra filius, uel nepos q̃ aliàs ſuccedet pariter fratri defuncto ab inteſtato cū auo, uel patre ſolus ſuccedere dẽt ĩ bonis prouentis ad fratrem ex latere matris. Nam
15 † pr̃ & filius, auus & nepos ſunt correlatiua, diſpoſitũ ergo in uno ꝓcedet & in altero, ẽt ſi diſpõ ſit pęnalis, uel correctoria. l. fi. C. de indic. uidui. tol. l. nõ tantum. ff. de re iudic. Bart. in l. liberorum. ff. de his qui not. infami. cum ſuis concordantibus.
16 Tertiò † pro hac ꝯcluſione adduco in ſimili tex. in l. cū alijs. C. de ſecun. nup. ubi dr̃ ꝙ ſi mulier deceſſit ab inteſtato ſuperſtitibus filijs ex primo matrimonio, necnon ſuperſtitibus filijs ex ſecundo mr̃imonio, id qđ acquiſiuit hæc mulier ex largitate primi mariti, id totum percipient filij ex eo matrimonio procreati, alijs liberis penitus excluſis, & ſic filij ex primo matrimonio p̃ferũtur in ſucceſſione matris liberis ex ſecundo matrimonio, quo ad bona quę ad matrem peruenerunt ex largitate eorũ parentis: ſic ergo dicamus in caſu propoſito.
17 Quartò pro eadē concluſionē † adduco not. per Gl. in auct. itaque. C. cõia de ſucceſſio. in uerbo ex utroque. quam Doctores oẽs approbant, quæ uult ꝙ licet iura diſponant ꝙ fratres uterini tantũ. Itē fratres conſanguinei tantum pariter fratri ſucce-
18 dant ab inteſtato, auc. ceſſante. C. de legi. hær. † at tamen frater uterinus præfertur fratri conſanguineo in bonis ꝓfectis à matre, & ę contra, frater cõſanguineus p̃fertur fratri uterino in bonis à patre profectis: pariter ergo ſuccedant in bonis aliunde q̃ſitis, quam à patre, uel à matre, ſic ergo in caſu noſtro, licet iura dicant ꝙ filius aut nepos ſuccedant
19 ſimul cū † aſcendẽtibus fratri defuncto ab inteſtato, nihilominus erũt intelligẽda in bonis aliũde acquiſitis: q̃a in bonis ꝓfectis à mr̃e frater fratri ſuccedere dẽt, auo paterno ab his penitus excluſo.

Quĩntò faciunt notata p Pau. de Caſt. in d. auct itaque C. cõia de ſucceſ. ubi ponit hanc quæſtionē.
20 quā dicit ſe habuiſſe de facto: † Statutũ diſponebat ꝙ frater ex latere fratris tm̃ præferretur fratri uterino, & ipſum excluderet, q̃ritur an defuncto fratre uterino, frater ex latere patris p̃feratur alteri fratri uterino ſuperſtiti, in bonis ꝓfectis à matre,
21 decidit ibi Pau. de Caſt. ꝙ non, eo quia † hoc ſtatutum ſatis operatur ut frater conſanguineus ſolus ſuccedat in bonis aliunde acquiſitis, ideò non dẽt extẽdere uires ad bona materna: q̃a reſpectu ipſorũ ſeruabitur diſpoſitio iuris cõis, & ſic in eis ſuccedet ſolus frater uterinus, & ſ bdit Paul. de Caſt. ꝙ pro iſta parte conſuluit tanquam æquiore. Et ex p̃dicta deciſione Pau. de Caſt. infero ꝙ iura quæ dicunt ꝙ pater aut auus ſuccedũt ſimul cum filio aut nepote in bonis fratris defuncti ab inteſtato, ſunt intelligenda in bonis aliunde acquiſitis, non in bonis profectis à patre uel à matre: quia in ijs nepos præferetur auo paterno, ſi à matre profecta ſint & è contra: confirmatur hoc fundamentum ex ijs quæ ponit Bal. iunior in d. tract. de do. in ultima parte, in uerſic. & hæc faciunt ad quæſtionem. ubi quærit,
22 † ſtatutum Peruſinum diſponit ꝙ ſi quis ab inteſtato deceſſerit ſine deſcendentibus, ſuperſtitibus tñ matre & auo paterno, ut mater ſuccedat ĩ dimidia, & in alia ſuccedat auus paternus, ſi uerò non ſuperſit mater, ſed auus maternus, tunc ipſe ſuccedet in dimidia, & in alia dimidia auus paternus, ſin autē non ſuperſit auus paternus ſed patruus, aut patrui filiũs ſuccedat in dimidia, & mater uel auus mr̃nus in alia dimidia. ſtãte hoc ſtatuto deceſſit q̃s ſine filijs ſuperſtite auo materno & patruo, fuit dubitatũ an in bonis quæ defunctus ille habuit ex ſucceſſione mr̃is, pariter illi ſuccedere dbeāt. Dicit p̃dictus doctor ſe inclinaſſe in partē aui mr̃ni, tãquā ęquiorē: uidelicet ꝙ in bonis q̃ defunctus habuit ex ſucceſſione matris, is ſolus ſuccedere deberet, patruo defuncti penitus excluſo: & mouetur per Gloſſ. in d. auchen. itaque, & per notata per Paul. de Caſtro, ibi, quem modo retuli.

Vltimo pro hac cõcluſione adduco notabile cõſiliũ Pet. de Anch. qui in terminis decidit hãc quæſtionē in conſi. 347. incip. quia ex facto ius oritur.
23 † ubi dicit quòd mortuo filio ab inteſtato ſuperſtite patre & fratre, frater ſolus ſuccedet fratri in bonis ꝓfectis à matre, patre penitus excluſo, & mouetur rationibus de quibus ibi per eum, quas breuitatis cã omitto. Ex q̃bus concludo ꝙ in bonis ꝓfectis à matre ad hũc defunctũ de cuius ſucceſſione agitur eius ſoror ſuccedere dẽat, auo pr̃no penitus excluſo.
24 Non obſtāt adducta in cõtrariũ, & primò, † Gl. ĩ d. auc. defuncto. q̃a illa ꝓcedit & eſt uera in bonis aliũde acquiſitis, nõ ãt in bonis profectis à matre.

Non obſtat id qđ dictũ fuit, ꝙ ẽt in bonis mr̃nis idē dicendũ ſit, ſecũdũ Bal. in d. l. quod ſatis, & ĩ d. auc. itaq; quia ut ſupra retuli, opinio ipſorũ non eſt
25 uera, & cõtraria eſt uerior, & † cõiter approbata, put ſuperius fuit oſtenſum, ideò in iudicando & conſulendo eſt amplectẽda, c. ne innitaris. de conſt. l. 1. ff. de off. quęſto. in uerbo crebrior apud ueteres opinio. cum ſuis concordantibus. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Doctores an teneantur ad onera impoſita alijs ciuibus & incolis ciuitatis neceſſitate aliqua urgente & nume.11.*
2 *Doctores de iure communi ſunt immunes ab oneribus perſonalibus & patrimonialibus.*
3 *Immunitas ex ſuperioris priuilegio acquiritur. item ex conſuetudine.*
4 *Conſuetudo & priuilegium ſunt paris potentiæ.*
5 *Immunitas per ſtatutum ciuitatis concedi non poteſt, & eſt ſpeciale in principe.*
6 *Immunitas concedi poteſt Doctoribus & medicis per inferiorem à Principe.*
7 *Taciti & expreſſi par eſt potentia.*
8 *Voluntas non minus facto quàm uerbis declaratur.*
9 *Voluntas ex facto magis declaratur quàm uerbis.*
10 *Verba ſæpe proferuntur contra intentionem proferẽtis.*
12 *Doctoribus actu legentibus conceſſa eſt immunitas ab oneribus quæ ratione patrimonij imponuntur.*
13 *Decuriones & conſules ciuitatis poſſunt per ſtatutum concedere immunitatem medicis & Doctoribus.*
14 *Fruſtra fit conceſſio eius quod à iure communi conceſſum eſt.*
15 *Doctores actu legentes quare ſint magis priuilegiati quàm alij.*
16 *Doctores aduocati quàm immunitatem habeant.*
17 *Conſuetudo per allegantem probari debet.*
18 *Conſuetudo ad aliorum graue detrimentum tendens, effectum ſortiri non debet, ſed potius eſt extirpanda.*
19 *Priuilegium reuocatur, & uires amittit, ſi ex cauſa ſuperuenienti cepit eſſe iniquum, uel tendere in grauem noxam aliorum.*
20 *Doctores onera ſubire non debentes ſponte collectas ſoluentes, & ſubeuntes immunitatem amittunt.*
21 *Immunitatem habens a datijs & à collectis, qui patitur deſcribi in libro talium grauaminum, & ſciens hoc nõ appellat, immunitatem perdit.*
22 *Actus conſiſtentes in faciendo latius interpretantur, quam conſiſtentes in non faciendo.*
23 *Vnica tantum ſolutio ſponte facta, non præmiſſa aliqua proteſtatione, facit ꝙ quis cenſeatur renuntiaſſe immunitati ſibi competenti.*
24 *Pluralitas actuum magis declarat uoluntatem alicuius quàm actus unitas.*
25 *Immunitas conceſſa ab oneribus an & quando poſſit per ſtatutum reuocari.*
26 *Populus quilibet, & unaquæque ciuitas poteſt ſtatuta condere.*
27 *Inferioribus in quibus caſibus nõ eſt permiſſum ſtatuere contrarium. remiſſiuè.*
28 *Permiſſum cenſetur quod prohibitum non reperitur.*
29 *Legem nemo ſibi imponere poteſt, à qua diſcedere non liceat.*
30 *Ciuitas quæ immunitatem conceſſit, poteſt illam per ſuã legem reuocare.*
31 *Conſuetudo & ſtatutum ſunt paris potentiæ.*
32 *Immunitas Doctoribus acquiſita uirtute conſuetudinis, auferri non poteſt per ſtatutum edendum.*
33 *Statutum tribuens immunitatem uenientibus ad habitandum in ciuitate, an poſſit in eorum præiudicium reuocari. & nu.34.*
34 *Statutum quod tranſiuit in contractũ reuocari non põt,*
35 *Princeps ſupremus, & quilibet alius tenetur obſeruare ea quæ tranſeunt in uim contractus.*
36 *Summus Põtifex fœdera inita cum ciuitatibus ſibi ſubiectis obſeruare tenetur: quæ nec ipſe poteſt infringere nec ſui ſucceſſores.*
37 *Statutum quando dicatur tranſire in contractum.*
38 *Statutum quod emanauit in fauorem ſubditorum, reuocari poteſt, etiam ſi tranſiuit in contractum.*

CONSILIVM LXIIII.

MAGNIFICI Cõſules & procura-
tores ciuitatis Tridentinæ compel 1
lere uolũt Doctores dictę ciuitatis
ad ſolutionẽ onerũ quę aliis ciuib.
& incolis neceſſitate aliqua urgẽte
ĩponũtur, uerũ p̃ſati Doctores vo-
lẽtes dicta onera euitare allegãt ſe fore immunes,
tũ ex diſpõne iuris cõis, tum ex conſuetudine lõgo
tempore obſeruata. quæritur quid iuris.
1 In q̃ſtione propoſita † dicendũ uř præfatos Do-
ctores de iure compelli non poſſe ad ſolutionẽ one
rũ quæ aliis imponuntur tã ex diſpõne iuris cõis, q̃ 1
2 uirtute dictæ conſuetudinis. Quòd † ãt de iure cõi
Doctores ſint ĩmunes ne dũ ab onerib. perſonalib.
quinimò & patrimonialibus patet in l. medicos. C.
de profeſſo. & medic. lib. 10. & ibi Gl. in uerbo mu
neribus. quam Doctores omnes approbant, & licet
Bar. ibi reſtringendo illum tex. dicat illũ procede-
re ſolum in Doctoribus legentibus publicè in ali-
quo ſtudio generali, attamen ſecundũ Do. Franciſ.
Aret. in conſil. 105. inci. rñdendo breuiter dubijs.
in primis uerbis, idẽ dici dẽt in Doctore nõ legẽte
publicè dummodo ſit aduocatus, per tex. in l. ſanci
mus. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Virtute ẽt allegatæ
conſuetudinis tueri ſe poſſunt ne ſubeãt dicta one-
3 ra, † quia ſicut ſub priuilegio conceſſo à ſuperiore
acquiri põt immunitas, l. 1. ff. de iure immuni. Bar.
in l. uacuatis. C. de decur. lib. 10. ſic & ex conſuetu
4 dine immunitas acquiri põt, † cum ſint paris potẽ
tiæ cõſuetudo & priuilegiũ. l. iã hoc iure. §. ductus
aquæ, ff. de aqua quotidia. & æſti. c. ſuper quibuſdã,
§. præterea, de uerbo. ſig. tex. melior de iure c. cum
contingat. extra de foro comp. Et ſi diceretur ad-
uerte quia conſuetudine nõ põt acquiri immuni-
5 tas, † quia nec ꝑ ſtatutũ ciuitatis alicui cõcedi põt,
& eſt ſpeciale in Principe. d. l. uacuatis. C. de decu-
rio. & not. Bar. in l. 2. ff. de iure immuni. & in d. l. ua
cuatis. Alex. in conſi. 30. incip. ponderatis narratis
in themate, in uerſic. quo ad tertium, lib. 5. conſil.
6 Ad hoc rñdeo ꝙ † prædicta non procedunt in im-
munitate quæ conceditur Doctoribus & medicis.
illa. n. fieri põt huiuſmodi perſonis ꝑ inferiorem à
principe, l. 1. & ibi Gl. C. de decre. decurio. lib. 10.
& Bar. in l. 2. ff. de iure immunit. idem Barto. in d. l.
uacuatis. Alex. in præallegato conſi. 30. ſi ergo ex-
preſsè illis concedi põt ĩmunitas ꝑ decuriones ſeu
cõſules ciuitatis: ergo & facile illis potuit concedi
nõ exigẽdo ab eis collectas ſeu alia onera, q̃ aliis ci
7 uibus & incolis fuerunt impoſita: † taciti. n. & ex-
preſſi par eſt potentia. l. cum quid, ff. ſi cer. petat.
8 † Et nõ minus declarať uoluntas alicuius facto quã
uerbis. l. reprehẽdẽda. C. de inſti. & ſubſti. ſub cõd.
fac.

9 fac.l.de quibus,ff.de legib. † quinimò ex facto ma
gis declaratur uoluntas,quàm uerbis,l.ſi tñ.§.ei q.
ff.de ædili.ędic.in illis uerbis,multo.n.amplius eſt
id facere q̄ pronunciare eũ in uinculis fuiſſe , & rõ
eſt ſecundum Abb.in conſi.223.incip.de iure quæ
10 ritur. † quia uerba ſæpe proferuntur contra inten-
tionem proferentis, c. exiſtimant.11.q.3.ſed non
ſic inferius dicendum eſt.
Iſtis tamen non obſtantibus, contrariã ſentẽtiã
in caſu præmiſſo arbitror probabiliorem ,conclu-
11 do itaque, † ꝙ Doctores & medici compelli poſ-
ſunt ad ſolutionem onerum, quæ alijs imponuntur
maximè ſi ciuitas ſuper hoc uelit expreſsè ſtatue-
re,& pro iſta concluſione moueor hac ratione.
Nam prædicti doctores an uolũt tueri immuni-
tatem,per ipſos allegatam ex diſpoſitione iuris cõ
12 munis,& iſta allegatio uana eſt,& friuola : † qa ſo-
lis doctoribus actu legentibus conceſſa eſt immuni
tas ab oneribus quæ imponuntur ratione patrimo-
nij,ſecundum Bar.in d.l.medicos. C.de profeſſ. &
medic.lib.10.& ibi Doctores communiter idẽ te-
nẽt,nec ab iſta opinione diſſentit Areti.in prælle-
gato conſ.95.ut ſtatim dicetur.& iſtud ẽt eſt de mẽ
te Gl.in l.1.C.de decre.decur.lib.10.& Bar.in l.2.
ff.de iure immunit.& Alex.in d.conſil.30.dum uo-
13 lunt, ꝙ † decuriones ſeu conſules ciuitatis poſſint
per ſtatutũ concedere immunitatẽ Medicis & Do
ctoribus. ſi enim immunes conſerentur, nẽ dum à
muneribus perſonalibus , ſed etiam patrimonijali-
bus ex diſpõne iuris cõis , quid eis prodeſſe poſſet
conceſsio immunitatis quæ eis fieri permittitur p
14 decuriones ſeu conſules,certè nihil. † Cum, fruſtra
fiat cõceſsio eius quod à iure cõi indultũ eſt, l.1.ff.
15 ad municip.c.in ijs,de priuile.cum uulg. † Et ratio
quare magis ſint priuilegiati Doctores actu legen-
tes q̄ alij,eſt maior labor quẽ ipſi patiuntur, exper-
tus loquor, rõne cuius maiori prẽogatiua frui dẽnt
arg.l.2.C.de offi.magiſ.offic.ibi, quẽ maiora ſtipẽ
dia & labor prolixior fecerit anteire. ideo dicit
tex.moralis in l.bene à Zenone.circa fi.C.de qua-
drien.præſcrip.qui.n.ſuis conſilijs, ſuisque labori-
bus pro toto orbe terrarum die noctuque laborãt ,
quare non habeãt dignã ſua fortuna prærogatiuã.
16 Bene uerũ eſt † ꝙ Doctores actu non legentes dũ-
modo ſint aduocati,habent ex diſpõne iuris com-
munis immunitatem ab oneribus perſonalibus, ut
quia non tenentur ad uigilias ſeu ad cuſtodias mu-
ri ciuitatis:itẽ,quia non poſſunt incarcerari pro de
bitis,l.ſancimus,&ibi not.Bal.C.de aduo.diuer.iu
dic.& iſtud eſt quod uoluit Aret.in d.conſi. 95.pa-
tet itaque ꝙ de iure cõi non poſſunt euitari p̃dicti
Doctores onera patrimonialia quæ alijs ciuibus &
incolis imponuntur,licet fuerint aduocati ad one-
ra perſonalia minimè cõpelli poſſint . Nõ poſſunt
17 etiã ſe tueri uirtute allegatæ conſuetudinis. † quia
cũ illa ſit facti p illos eſſet probanda,c.1.de conſti.
lib.6.l.in bello,§.factæ,ff.de capt.& poſtlim.reuer.
Pretereà eſto quod probaretur p̃dicta conſuetu-
do,adhuc eis nihil prodeſſet circa hãc immunitatẽ
eo,quia prout præſupponitur in facto ferè oẽs nobi
liores & Doctores dictæ ciuitatis ſunt Doctores,
aut ſperantur fieri,ideò alij multũ grauarentur ſi ip
18 ſi ſoli ad onera compellerentur. † cũ ergo hęc con
ſuetudo dicatur tendere in graue detrimentũ alio
rũ ciuiũ & incolarũ ueluti iniqua effectũ ſortiri nõ
19 dẽt:ſed penitus uenit extirpãda, † prout dr̃ in priui
legio quod reuocatur,& uires amittit , ſi ex cã ſup-
ueniẽte ceperit eſſe iniquũ,uel cęperit tendere in
graueẽ noxã aliorũ,l.ex facto,in princ.ff.de uulga.&
pup.c.ſuggeſtũ,ubi caſus notabilis extra de deci.
Tertiò confunditur intentio Doctorũ alia rõne,
20 p̃ſupponitur in facto illos † q̃doque ſoluiſſe colle-
ctas,& ſponte ſubijſſe onera quę alijs fuerunt impo
ſita,quo ſubſiſtẽte pro uero,p hmõi actus dicuntur
renuntiaſſe immunitati ſi qua eis cõpetebat,aut ex
diſpoſitione iuris communis,aut ex priuilegio,aut
ex conſuetudine,l.2. C. de iure domi. impetran.l.
poſt uen.ff.de lege cõmiſ.c.pro illorũ , de præben.
& ita not.Abb.in c.cum acceſſiſſent. col. ult. & ibi
Moder.ſcribentes de conſti. Ideò dicit Ang.in l.1.
21 §.ſi quis tutor.ff.qñ appella.ſit † ꝙ ſi habens immu
nitatẽ à datijs & à collectis deſcribatur in lib.taliũ
grauaminũ,& ſciens hoc non appellet infra decem
dies,perdit immunitatẽ,& dicit illum tex. ad hoc
eſſe peregrinum,& cõiter ignoratum , & hoc dictũ
ſequitur ibi Aret.illud multum commẽdans,dicẽs
nunquam exeat mentem tuam. Si ergo ex illa ſola
patientia quis perdit immunitatem ſibi competẽ-
tem,multo magis illam amittit ex ſolutione ſępius
22 facta de oneribus, † cũ latius interpretentur actus
qui conſiſtunt in faciendo , quàm actus qui conſi-
ſtunt in non faciendo,iuxta tradita per Bart. in l.a
nõ ſolent,in §.non uerò.ff.de off. procon.& leg.dũ
reſpondet ad l.cum de uniuerſo. ff.de uſur.& dicit
ꝙ ibi interuenit factum ſoluentis per quod intelli-
gitur intentio exprimi,in omittente uerò ſeu patiẽ
23 te ſecus eſſe dicit. † Quinimò dico ꝙ ſi habens im
munitatem ab oneribus & ſponte ſua ſubierit ali-
quod onus,p unicũ actũ tñ cenſetur renuntiaſſe iu
ri immunitatis,niſi p̃teſtatus fuerit ꝙ non intẽdit
ei renuntiare,nã proteſtatio tuetur eũ in ſua immu
nitate,alias ſecus:ſic decidit Bar.in l.1.C. de his q
ſpon.munera ſuſcip.lib.10.Abb.in c.cum acceſsiſ-
ſent,de conſti.& ibi D.Fely.col.14.in uerſi.quintò
limita.& idem tenet Roma.in conſil.252. inci.pro
deciſione p̃poſitæ conſultationis circa fi. Bal.in c.
plerunque,de reſcrip.idem tenet D.Alex.in conſi.
209.inci.uiſis his quæ in themate narrantur. circa
fi.lib.3.cũ ergo per unicam ſolutionem ſponte fa-
ctã non p̃miſſa aliqua proteſtatione quis cenſeatur
renuntiaſſe immunitati ſibi competenti,multo ma
gis p duas,aut plures ſolutiones ſponte factas p̃fa-
ti Doctores dicentur amiſiſſe immunitatem ſi qua
24 eis competere põt. † Cũ ſit ꝙ pluralitas actuũ ma-
gis declaret uoluntatẽ alicuius quàm unitas actus.
l.ſi mulier.C.ad Sena.conſul.Velle.l.1.§.debitum.
de conſt.pecu.Bal.ponens pulchrum dictũ in l.nec
damnoſa.C.de precib.Impe.offe.
25 Quartò pro hac concluſione ſic arguitur: † ĩmu-
nitas quã allegant præfati Doctores aut eis compe
tit uirtute conſuetudinis ſeu ſtatuti,aut eis compe-
tit de iure cõi,& utroque caſu dico ꝙ Conſules ci-
uitatis Tridentinæ poſſunt ſine dubio per ſtatutum
reuocare dictam immunitatẽ,& ſic eos compellere
ad ſubeunda onera quæ alijs imponuntur: iſtud ſic
oſtenditur capiendo primò immunitatẽ cõpetẽtẽ
de

26 de iure cōi. Nā ī iure certiſſimū eſt q † unuſquiſq; populus, unaquęq; ciuitas, ēt carens iuriſdictione pōt condere ſtatuta contra ius cōe, l. oēs populi, ff. de iuſti. & iure, & ibi notant Bal. & Alberi. Idē Bal. in l. 2. in 3. notab. p illū tex. C. de conſtit. pecu. & in l. de quibus, ff. de legi. Alberi. in 1. păr. ſtatuto. 5. q. ubi pro hoc adducit multa iura, & p hoc facit tex. in l. ut gradatim, §. 1. ff. de mune. & hono. & l. 1. C. de eman. lib. ubi mandatur iura municipij eſſe obſeruāda. idē patet in l. ius pluribus, ff. de inſti. & iur. in uer. quacunq; ciuitate, & tñ quælibet ciuitas nō hēt iuriſditionē. l. ſi duas, §. 1. ff. de excuſ. tut. & hāc opin. approbat Alex. in l. 1. col. 3. ff. de iuriſ. om. iudi. & reprobatur in hoc opinio Bar. in l. oēs populi, ff. de iuſtitia. & iure, qui tenuit q populo carenti iuriſditione non ſit permiſſum condere ſtatuta. Stāte ergo hac cōcluſione pro uera, quę indubitata eſt, & cōiter a Doctoribus approbata infertur immunitatem, ſi qua cōpetit dictis Doctoribus ex diſpoſitione iuris communis reuocari poſſe per ſtatutum

27 quod fiet in contrariū. † & licet in iure reperiantur aliquii caſus in quibus non eſt pmiſſum inferioribus ſtatuere contrariū, ut in caſu auc. nauigia. C. de fur. & in auct. oēs peregrini. C. cōia de ſucceſſ. & in l. fi. C. de milit. teſt. & in multis alijs iuribus ſpatſis in corpore iuris, tñ caſus iſte nō reperitur prohibi-

28 tus a iure, nec eſt de caſibus † in quibus prohibitū ſit ſtatui contrarium. igitur cenſetur permiſſus l. ſtatuas. C. de relig. & ſump. fune. l. nec non, §. quod eis ff. ex quib. cauſ. c. cū ſuper, de ſenten. & re iudica.

Si ēt ex conſuetudine, uel ſtatuto competat eis hæc immunitas, illa per contrariū ſtatutū reuocare

29 poteſt, & eſt indubitatū, † quia nemo poteſt ſibi legē imponere a qua diſcedere non liceat, l. ſi quis in principio teſtamenti, ff. de leg. 3. & iſtud patet in l. quod ſemel, ff. de decre. ab or. facien. & hoc expſſè decidit Bar. in l. 2. in ultimis uerbis, ff. de iur. im

30 munit. ubi dicit q ſi ciuitas cōceſſerit alicui immunitatē, poterit illā reuocare p ſuā legem, nec facio dñiam inter immunitatem competentem ex priuilegio ſeu ſtatuto ex una parte, & inter immunitatē

31 cōpetentē ex cōſuetudine ex altera: qa † conſuetudo & ſtatutū ſunt paris potētiæ, l. de quibus, ff. de lega. & nulla eſt dñia, niſi qa ſtatutū introducit expreſſo ɔſenſu populi, ɔſuetudo uerò tacito cōſenſu in eſſe deducitur: taciti autem & expreſſi idem eſt iudicium, l. cum quid. ff. ſi cer. petat. l. triticum, ff. de uerb. oblig. Sed dicere poſſet aliquis aduerte; quia

32 ex quo † pdictis Doctoribus acquiſita eſt immunitas uirtute dictæ conſuetudinis, hoc ius eis acquiſitū auferri nō poteſt p ſtatutū edendū in contrariū. l. fi. ff. de pac. l. ſi partē, §. 1. ff. quēmad. ſer. amittat. Faciunt notata per Io. And. poſt Guido. de Suza. in tit. de cenſ. §. nūc dicendū, uerſi. quæro quid ſi uniuerſitas in addi. ad Specu. ubi ponit hanc qſtionē,

33 † Ciuitas qdā ſtatuit q uenientes ad habitandum in ipſa ciuitate eſſent immunes ab oībus oneribus, quidā facto hoc ſtatuto uenerunt ad habitandū, & dicta immunitate p aliqua tēpora gauiſi ſunt, modo ciuitas uult ſtatuere q quilibet teneatur contribuere certā ſummam pro fabrica cuiuſdā operis, quæritur nunquid poterit ita ſtatuere, & decidit q non: quia iſtis qui ſic uenerunt ad habitandum ius immunitatis fuit acquiſitū, quod eis meritis auferri non poteſt d. l. fin. ff. de pact. Sed huic obiectioni prima facie colorate rñderi poteſt dupliciter, &

34 primò, q illa deciſio Io. And. procedit † qñ ſtatutū tribuens immunitatē, trāſiuit in contractū, quo caſu ſtatutū non poteſt reuocari, prout notat Bar. in l. omnes populi. in 4. q. 1. de iuſti. & iure, & in l. qd ſemel, ff. de decre. ab ordine facien. D. Anto. Abb. &

35 cæteri Canoniſtæ in c. nouit, de iudi. † cū quilibet ēt ſi eſſet ſupremus princeps teneatur obſeruare ea q tranſeunt in uim contractus. c. 1. de prob. Paul. de Caſt. in l. fi. C. de tranſact. & in l. digna uox. C. de le

36 gib. ubi loquens de Summo Pontifice dicit, † q fœdera inita cū ciuitatibus ſibi ſubiectis tenetur obſeruare, nec illa pōt infringere ipſe, nec ſui ſucceſ-

37 ſores, ēt de plenitudine poteſtatis. † Et ſtatutū dr tranſire in contractum qñ emanauit ob aliquā cauſam q fuit adimpleta ex parte illius cuius fauore emanauit ſtatutū, exemplū poteſt poni in q. ſupradicta poſita p Io. And. ſed in caſu nro conſuetudo ſeu ſtatutū tribuens immunitatē prefatis Doctoribus non emanauit ob aliquā cām, quę ab ipſis fuerit ad impleta: quia ſimpliciter fuit introducta conſuetudo, igit poterit libere reuocari qa non tranſiuit in ſpeciē alicuius contractus, & hæc eſt uera ſolutio.

38 Secundò rñdeo † q qñ ſtatutū emanauit in fauorē ſubditorū, reuocari poteſt ēt ſi trāſiuiſſet in contractū: & ſic limitantur dicta Bar. in l. oēs populi. & in d. l. qd ſemel. cū alijs ſuperius adductis. Iſtā limitationē ponunt D. Ant. Card. Imo. & Do. Abb. in c. nouit, de iud. adducentes tex. ſecūdū intellectū Si mo. in c. in noſtra, de iniur. & ibi hoc expreſſè etiam tenet Domi. Anto. de But. & idem tenet Alexan. in conſilio 216. incipien. nec arguendi ſumus, col. 3. libro 2. ſed in caſu noſtro Doctores allegantes immunitatē ſibi acquiſitā ex conſuetudine ſubditi ſunt ciuitati Tridētinæ. ergo poterit per contrariū ſtatutū ipſum reuocari, licet tranſiuiſſet in contractū: qd tñ dici non dēt, ut ſ probaui. Ex quibus indubitāter concludo immunitatē ſi qua dictis Doctoribus ɔpetit, aut ex diſpoſitione iuris cōis, aut ex ɔſuetudine, uel ſtatuto, p ſtatutū ɔriū poſſe reuocari ſi ēt uerū eſt q aliqñ ſubiuerint onera quæ imponūtur aliis, dico q per hoc cēſent renūtiaſſe iuri immunitatis ſibi cōpetenti, prout ſ pbaui. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommiſſum ex ſolis coniecturis inducitur, ſi de eo ex aliquibus uerbis a teſtatore prolatis conſtare poteſt.*
2. *Subſtitutio uulgaris in hæreditate, legatis, fideicōmiſſis particularibus, & donatione cā mortis fieri pōt.*
3. *Agnito legato p primū legatariū expirat ſubſtō uulgaris in perſonā oīum eorū qui in legato ſubſtituti ſunt.*
4. *Teſtator inſtituendo fratres & eius filios, cenſentur uocaſſe ordine ſucceſſiuo, & ſi frater teſtatoris adit hæreditatem eius filij dicuntur excluſi, nec poſt patris mortem per fideicommiſſum uocati ſunt.*
5. *Subſtitutio facta uerbis directis non poteſt complecti ſubſtitutionem fideicommiſſariam, niſi apponatur uerbum habens tractum temporis.*

Ad

6 *Ad legatum factum cognatis ijs qui nominatim uocati ſunt prius admittuntur, ijs uero deficientibus, proximiores teſtatori admittuntur, ſed admiſſis nominatis ſeu proximioribus, alij ſequentes non admittuntur ullo tempore.*

7 *Fœmina ſemel excluſa à maſculo, ſemper erit excluſa.*

8 *Verba ſub modo poſita diſpoſitionem importare non poſſunt & ſic inducere fideicommiſſum.*

9 *Modus quid ſit, & quid inducat.*

10 *Res ſubiecta fideicommiſſo nec alienari, neque præſcribi poteſt.*

11 *Res probibita alienari per teſtatorem non eſt præſcriptibilis ſpatio decem annorum, ſed ſic ſpacio 30. uel 40. annorum.*

12 *Bona fides ſufficit in præſcriptione 30. uel 40. annorū, quæ ex dicti temporis poſſeſſione præſumitur.*

Intellectus ad doctrinam Bar. in l. filiusfamilias, §. diui, col. ult. ff. de leg. 1.

13 *Permittens aliquem longo tempore poſſidere rem fideicōmiſſo ſubiectā, præſumitur fideicōmiſſo renuntiaſſe.*

14 *Res fideicommiſſo ſubiecta an & quando poſſit permutari, & nu. 15. 18.*

17 *Res permutata ſuccedit loco alterius rei permutatæ, & non cenſetur facta alienatio.*

19 *Prohibitus diſponere ſuper alimentis inconſulto prætore, aut ſine illius auctoritate, poteſt illa permutare.*

20 *Alienatio rei prohibitæ alienari ualida eſt, data ignorantia prohibitionis in alienante, & in illo cui fit alienatio.*

21 *Ignorantia præſumitur in ſuccedente in loco alterius.*

22 *Alienationis expreſſa prohibitio cauſam non continẽs non ualet.*

23 *Vna & eadē diſpoſitio duos non poteſt effectus operari.*

24 *Legitimi hæredes qui non ſunt de familia teſtoris admitti poſſunt ad bona prohibita alienari extra familiam, nō obſtante expreſſa prohibitione de non alienando.*

CONSILIVM LXV.

TESTATOR inter cętera legata & diſpoſita in eius teſto legauit filijs quondam Antoniæ ipſius teſtatoris ſororis ſub iſta conditione, ſi tunc uixerint, ſin autē filijs ſeu filio dictorum filiorum ipſius præfatæ D. Antoniæ ducatos quingentos, ex quibus emi debeat una poſſesſio, cuius fructus percipere deberēt dicti filij, & nepotes, & filij ipſorum, per rectam lineam deſcendentium, quam poſſesſionem noluit teſtator ullo unquam tempore poſſe uendi, pignorari, ſeu modo aliquo alienari in totum, nec in parte. Demum in omnibus ſuis bonis uniuerſalem hæredem inſtituit Iacobum de Doctore. His ſic per eum diſpoſitis, contingit ꝙ tempore obitus dicti teſtatoris ſolum ſuperuiuebat Pantaſilea filia dictę Antoniæ, & ſororis prædicti teſtatoris, necnon Gabriel Maria, Antonius, Catherina, Lucretia, Mona, & Paula, omnes filij Luciæ ſororis dictæ Pantaſileę & filia dictæ Antonię. Succesſiuè dictus Iacobus de Doctore hæres uniuerſalis dicti teſtatoris dedit in ſolutum nonnullas petjas terrarum, de quibus eſt contentio, Bartholomæo de Sala uiro dictæ Luciæ nomine Pantaſileæ filiæ dictæ Antoniæ pro libris mille ducentis, nulla habita mentione de filijs præfatæ Luciæ: exinde moritur Pantaſilea ſupſtitibus Gabriele Maria maſculo, Catherina, Lucretia, Mona, & Paula omnibus filijs dictæ Luciæ ſororis Pantaſileæ, ita ꝙ eius hæreditas ab inteſtato puenit ad dictū Gabrielē, excluſis pfatis eius ſororibus, ex diſpōne ſtatuti ciuitatis Bononię. Poſtea dictus Gabriel Maria ipſas petias terræ p eū poſſeſſas ſpatio triginta annorum & ultra pmutauit cū certis alijs petijs terrarū cum Adiomero Maluitio, quæ erant maioris æſtimationis. modo Catherina una ex filiabus dictæ Luciæ habens iura ceſſa ab hæredibus dicti Gabrielis Mariæ, necnon à Mona, Paula, & Lucretia ipſius ſororibus uēdicat dictas petjas terræ, tanquā ſubiectas fideicōmiſſo, dicēs illas nō potuiſſe pmutari ſtante dicto fideicōmiſſo, ǭrit qd iuris.

Ex iſto themate tria dubia eliciuntur.

Primum dubiū eſt, an ſtantibus uerbis, de qbus in dicto teſtamēto, filij dictæ Luciæ cenſeantur uocati per fideicommiſſum ad prædicta bona.

Secundum eſt dubium, an ex quo Gabriel Maria bona fide poſſedit ſpatio 30. annorum prædictas petias terræ, tanquam hęres ab inteſtato Pantaſileę dicatur illas præſcripſiſſe, præſuppoſito ꝙ fideicommiſſum diceretur extare.

Tertium dubium, an præſuppoſito ꝙ fideicommiſſum fuerit inductum in prædictis petijs terrarū potuerit pręfatus Gabriel Maria eam permutare cum alijs prędijs maioris æſtimationis.

In primo dubio dicendum uī, ꝙ per illa uerba, ut filij &c. fructus percipere poſsint, fuerit inductū
1 fideicōmiſſum in præfatis petijs terrarum, † ꝙ ex ſolis cōiecturis inducitur ſi de eo ex aliquibus uerbis à teſtatore prolatis conſtare poſsit, l. unum ex familia. §. fi. & l. cum proponantur, ff. de leg. 2. l. fideicommiſſa, §. hæc uerba, ff. de leg. 3.

Sed iſtis non obſtantibus concludo contrariū, & pro intelligentia dicendorū aduertendū eſt, ꝙ non
2 ſolum in hæreditate fieri poteſt uulgaris † ſubſtitutio, quinimo & in legatis, fideicommisſis particularibus, & donatione cauſa mortis illa fieri pōt, de hoc eſt caſus expreſſus in l. ut hęredibus. ubi Bar. & Doct. notant. ff. de leg. 2. idem Bar. in l. 1. ff. de don.
3 cauſ. mor. ideo † ſicut adita hæreditate per hæredē primo loco inſtitutum expirat uulgaris ſubſtitutio illi facta in hæreditate. l. poſt aditam. C. de impub. & aliis ſubſtitut. ſic agnito legato per primum legatariū expirabit ſubſtitutio uulgaris in perſonā omnium eorū qui in hoc legato ſubſtituti fuerunt. Deueniendo modo ad caſum propoſitum teſtōr legauit filijs quondā Antoniæ eius ſororis, ſi tunc uixerint, ſin autē filijs dictorum filiorum, & ſic iſta eſt quādā uulgaris ſubſtitutio facta in legato, quæ fuit concepta in unum caſum tantum, uidelicet ſi filij dictæ Antoniæ non ſupuixerint, iuxta tradita p Bart. in l. 1. ff. de uulg. & pup. ſubſti. col. 3. in uerſ. hoc pręmiſſo quæro, cum ergo tempore mortis teſtatoris ſupeſſet Pātaſilea filia dictæ Antoniæ, & ipſa agnouerit legatum; ex hac agnitione expirauit ſtatim uulgaris ſubſtitutio in perſona aliorū. d. l. poſt aditā, iuncta l. ut hæredibus. ſuperius allegata, & p hac conſideratione faciunt notata per Bar. in l. Gallus. §. quidā rectè, ff. de liber. & poſthu. ubi ſentit Bart.
4 quòd ſi † teſtator inſtituat fratrē & eius filios, quo

caſu

caſu ſecundum eius opinionem ij cenſentur uocati
ordine ſucceſsiuo, uidelicet ut ſi frater nolit, uel
non poſsit eſſe hæres, tunc admittantur eius filij:
certè ſi frater teſtoris adiuerit hæreditatē, eius filij
cenſentur excluſi, nec dicentur uocati per fideicō-
miſſum poſt mortē eorū pr̃is, & ita declarant Bart.
D. Alex. Aret. & reliqui Moder. in d. §. quidā rectè.
reprobantes Pau. de Caſt. qui tenebat ꝙ fratre ad-
miſſo filij poſt eius mortem dicerentur uocati per
fideicommiſſum, & merito eū reprobant: quia pro
ut dicit ibi Aret. hoc uř impoſsibile quia ſubſtitu-
tio facta uerbis directis non poteſt complecti ſub-
ſtitutionem fideicōmiſſariam, niſi apponatur uer-
bū habens tractū tēporis, prout tradit Bar. in l. hu-
ius, col. pen. ff. de uulg. & pupil. ſubſtit. & idē in iſtis
terminis tenet D. Bartholomęus Soc. in conſi. 249.
mei. materia præſentis conſultationis. in col. 6. cir
ca princi. ubi dicit † ꝙ ſi fiat legatum cognatis ij q
6 nominatim uocati ſunt prius admittantur, ijs uerò
deficientibus admittuntur proximiores teſtatori,
& deficientibus intelligit, ut quia tēpore quo dies
legati ceſsit non extabant, nam admiſsis nomina-
tis ſeu proximioribus alij ſequentes non admittū-
tur ullo tempore per uiam fideicommiſsi, & iſtud
dicit eſſe de mente Bar. in l. ſi cognatis, ff. de rebus
dubi. & pro hoc adducit nonnulla de quibus ibi p
eum. Comprobantur præmiſſa ex not. per Bal. in l.
in quibus. C. de ſecun. nup. & in c. 1. §. 1. in tit. epiſ.
uel Abb. in uſib. feud. ubi dicit † ꝙ ſi ex forma ſta-
7 tuti extantibus filijs fęmina excludatur, ſi filius ex-
tet tempore mortis patris, licet in continenti dece
dat, filia tamē ſemel excluſa, ꝑpetuo remanebit ex
cluſa: pro quo dicto Aret. in conſi. 50. inci. copioſè
& eleganter, col. 2. adducit tex. in l. uxoris abortu.
C. de poſth. hæred. inſti. poſſet ēt adduci tex. in l. in
ſubſtitutione, ff. de uulg. & pup. ſubſti. & in l. ſi quis
hæredē. C. de inſti. ſub cond. fac. in quibus iuribus
patet, ꝙ ſufficit cōditionē ſemel extitiſſe nec requi
ritur eius perſeuerantia: & utrobiq; Doctores Mo-
derni pro hoc adducūt multas deciſiones, quas bre
uitatis cauſa omitto, ex quibus concludendū eſt, ꝙ
cū prædicta Pātaſilea extaret tēpore mortis teſtō-
ris, & ad p̄dictū legatū fuerit admiſſa, oēs alij eius
filij & nepotes ex ſorore perpetuo cēſentur excluſi.

Non obſtat rō in contrarium adducta: quia illa
uerba, ut filij & nepotes &c. referendo ſingula ſin-
gulis ſunt intelligēda, ut habeant locum in caſu in
quo nepotes fuiſſent admiſsi ad hoc legatū: ut q à
tempore mortis dicti teſtatoris non extarēt aliqui
filij præfatæ Antoniæ, qui caſus minimè contigit
cū extaret p̄dicta Pantaſilea filia p̄dictæ Antoniæ:
8 igitur &c. Secundò r̄ndeo † ꝙ illa uerba cū ſint po-
ſita ſub modo, non poſſunt importare diſpoſitionē
& ſic inducere fideicommiſſum, prout dicimus in
conditione, l. ſi quis ſub conditione, ff. ſi quis omiſ.
cauſa tex. Gl. uulg. in l. Lucius, ff. de hæred. inſt. quæ
communiter approbatur. Nā ut dicit Bar. in l. qui-
bus diebus, in §. Termilius, ff. de condit. & demon.
9 † modus eſt moderatio q̄dā diſpoſitioni adiecta,
aggrauās eū qui honoratur in tēpus diſpōnis perfe
ctæ: & ſic uult Bar. ꝙ modus non inducat diſpōnem
ſi diſpoſitioni iā inductæ adiiciatur, & iſta iudicio
meo eſt cōcludens rñſio ad prædictū fundamentū,

10 Capio ſecundum dubiū in quo dicendū uř ꝙ † ſi
fideicommiſſum extet in prædictis bonis, illa præ-
ſcribi minimè potuerint, cum ſit ꝙ res ſubiectæ fi-
deicōmiſſo non poſſunt alienari aut. res quæ, C. cō
mu. de leg. ergo nec p̄ſcribi, d. l. ubi lex, ff. de uſuca.
Fundamēto tñ hoc non obſtante concludo cōn-
trarium in caſu noſtro, in quo aduertendum eſt,
11 † ꝙ aliqñ quæritur an res prohibita alienari poſſit
præſcribi ſpatio 10. annorum, & iſto caſu dicendū
eſt ꝙ non eſt permiſſa talis præſcriptio. l. pater filiū
§. Iulius Agrippa. ff. de leg. 3. & ita ꝓcedit quod uo
luit Bar. in l. ubi lex. ff. de uſucap. Aliqñ quæritur an
res prohibita alienari pręſcribi poſſit ſpatio 30. an
norum aut 40. quo caſu nullus requiritur titulus, &
tunc permiſſa eſt talis præſcriptio, ſecundum Pau.
de Caſt. in l. ſi. §. ſed quia noſtra. C. communia de le
ga. Alex. in conſi. 60. inci. omiſsis uerbis teſtamen-
12 ti. in 3. uol. † in huiuſmodi. n. præſcriptione ſufficit
bona fides, quæ præſumitur ex poſſeſsione dicti tē-
poris, prout decidit Bar. in l. ſi. C. unde ui. Bal. in l.
1. col. 4. C. eo. Angel. in l. pen. C. quibus non obſtat
long. temp. præſcri. Et ita intelligatur quod uoluit
Bar. in l. filiusfamilias. §. diui, col. ult. ff. de leg. 1. dū
dicit res prohibitas alienari per teſtōrē præſcribi
poſſe, nam intelligendus eſt Bar, ut loquatur de præ
ſcriptione 30. annorum aliàs contradiceret dictis
ſuis in d. l. ubi lex. ff. de uſuc. cū ergo p̄fatus Gabriel
Maria poſſederit dictas petias terrę ueluti hęres ab
inteſtato præfatę Pantaſileę ſpatio 30. annorū, &
ultra itē & titulo pro hęrede. dicendum eſt illas ac-
quiſiuiſſe mediante præſcriptione, & ſic tanquam
ſuas potuit alienare, permutare, & de illis diſpone-
13 re arbitrio ſuo: & tanto magis hæc procedent, † qa
ex patiētia quā tanto tempore pręſtiterunt Cathe-
rina, & reliquę ſorores prædicti Gabrielis Marię ui
dentur remiſiſſe dictum fideicommiſſum fratri ſi
quod extabat, quem paſſæ ſunt dicto tempore poſ-
ſidere ipſas petias terræ, pro hoc eſt caſus expreſſus
in l. Procula, ff. de proba.

14 In Tertio dubio arguitur † ꝙ dictę petiæ terræ
non potuerunt permutari: quia ſi fideicommiſſum
extet, illæ petiæ terræ non potuerunt alienari, ergo
nec permutari: cum alienatio dicatur actus ꝑ quē
transfertur dominiū. l. 1. in ſi. C. de fundo. do. facit
tex. in l. ſi. C. de reb. alie. non alienan. Et iſtud in ter
minis decidit Ang. in l. cum ij. §. ſi cui. ff. de tranſa.
ubi dicit ꝙ ſi eſt prohibita alienatio ſeu uenditio
ratione rerum, ut quia teſtator prohibuit rem uen-
di extra familiam, iſto caſu nec eſt permiſſa permu
tatio. allegat tex. in l. 2. C. de uſucap. pro emp.

Hoc tamen non obſtante in terminis caſus pro-
poſiti concludo contrarium, & pro diſcuſſione hu-
ius articuli conſiderandi ſunt tres caſus.

15 Primus caſus eſt, † qñ teſtōr prohibet rem alie-
nari extra familiā, ad ipſam rem habens affectionē
ut quia fortè prohibuit domum alienari in qua ip-
ſe maioresq; ſui fuerunt educati, & iſto caſu nō eſt
permiſſa permutatio huius rei cū altera re, & ita ꝓ-
cedat dictum Ang. in l. cū ij. §. ſi cui, ff. de tranſac.

16 Secundus caſus eſt, † qñ teſtator prohibuit rem
alienari extra familiā, ad quam non conſtat ipſum
habuiſſe affectionē, & iſto caſu dico permutationē
17 non eſſe prohibitā: † quia ex quo res quam accepit
permu-

permutans ſubrogatur loco rei ſuæ, nõ cenſetur facta alienatio. l. Imperator. §. fin. cum l. ſequenti. & ſeq. ff. de legat. ſecundo. dum dicit tex. non. n. abſumitur quod in corpore patrimonij retinetur. facit tex. in l. filij. §. fi. ff. de conditi. & demonſtrati. & ſecundum prædicta decidi poteſt caſus noſter. Nam teſtator legauit ſummã pecuniarum ex quibus iuſſit emi petias terræ in genere, & ſic ad illas nullam habuit affectionem cum eſſet incertus, quæ petiæ terræ eſſent emendæ, ideò illæ permutari potuerunt cum aliis petijs terrarum.

18 Tertius caſus eſt, † qñ teſtator prohibet rẽ alienari tacitè, aut expreſsè, cauſam exprimendo propter quam prohibetur alienatio, & iſto caſu ſi ex re permutata ſatisfit cauſæ teſtatoris, prout ex re prohibita alienari, permutatio nõ dicitur prohibita. Iſtũ caſum decidit Pau. de Caſt. in conſ. 21. inci. dubitatur. in 2. col. ubi cõſuluit ſuper iſto caſu. teſtator prohibuit omnẽ alienationẽ, & omnem contractũ, ex quo alienatio ſequeretur, uel præſumi poteſt, adiecta iſta cauſa ut res immobiles ſuæ hæreditatis, & quæ ex ipſius hęreditate emerẽtur, neceſſitatibus pauperum deſeruirẽt, quærit ibi Paul. de Caſt. an prædictæ res potuerint permutari non obſtante iſta prohibitione ſic præciſè facta, & decidit ꝙ ſic: quia ſic deſeruiet res permutata neceſsitatibus pauperum, quemadmodum res prima teſtatoris. & pro hoc adducit plures rationes, quas non refero. & iſte eſt proprie caſus noſter. Nam teſtator ſubiecit dicta bona fideicõmiſſo, ſi fideicõmiſſum extare dici poteſt, ut ex ipſis petijs terrarum filij & nepotes perciperẽt fructus, ſed ex re permutata, ita percipere poterũt fructus & alimenta, ſicut ex primis petijs terrarũ traditis in ſolutum pro dicta ſumma quingentorũ aureorũ; igitur permutatio non dicitur vllo modo fuiſſe prohibita. & iſtã conſide-

19 rationẽ optimè probat † tex. in l. cũ hi. §. ſi vni. ff. de tranſactio. ubi prohibitus diſponere ſuper alimẽtis inconſulto prætore, aut ſine illius auctoritate, poteſt illa permutare, ſi hoc ei expedierit. Adduci etiam poſſunt notata per Bart. in l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. ff. quib. modis pign. uel hypo. ſolui.

Aduertendum etiam eſt, ꝙ in caſu noſtro nedum permutatio, quinimò & quælibet alienatio facta p

20 dictum Gabrielem Mariam ualida fuiſſet; † qa data ignorantia prohibitionis in alienante & in illo cui ſit alienatio, ualida eſt alienatio rei alienari ꝓhibitæ. l. ſi. §. fi. ff. de legat. tertio. quem tex. Doct. reputãt ſingularem. in auct. res quæ. C. communia de legat. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb.

21 † ſed ignorantia dicti fideicommiſsi, & ſic tacitæ prohibitionis præſumitur in ipſo Gabriele Maria, cum ſucceſſerit in locum alterius. ff. de regul. iur. Bartol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 3. col. ff. de uerbor. oblig. item præſumitur in ijs in quos facta fuit alienatio. l. fin. ff. pro ſuo. igitur &c.

Et ſi diceretur diſpoſitio. d. l. fin. §. fina. procedit in tacita prohibitione non autem in expreſſa, quæ eſt potẽtior, ut tenet Pau. de Caſt. in conſ. deciſiuo 17. inci. in cauſa quæ uertitur Parmæ. & Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. D. Marianus in conſilio. 49. incipien. capio primam huius conſultationis dubitationem. circa finem. ſed in caſu noſtro teſtator prohibuit expreſsè alienationem

22 dictarum petiarum terrę, igitur &c. † Ad hoc reſpondeo, ꝙ illa expreſſa alienatio nullius eſt momenti, cum nulla fuerit appoſita cauſa, per quam ualidet ipſa prohibitio. l. pater filiũ. §. Iulius Agrippa. ff. de lega. 3. l. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. nec illa ut filij & nepotes &c. poſſunt operari ualiditatem dictæ prohibitionis, qđ oſtendo. Nam aut uis ꝙ ex illis inducatur fideicommiſſum, & tũc nõ poſſunt ualiditatem dictæ prohibitionis inducere,

23 † cum vna & eadem diſpoſitio non poſsit duos effectus operari: argu. eorum quæ notat Bar. in l. quoties in diem. ff. de uerborum obliga. Remanebunt ergo in ſua prohibitione tacita inſurgẽte ex fideicommiſſo. & ſic erimus in caſu d. l. fina. §. fi. Aut uis ꝙ illa uerba ualident dictam prohibitionem expreſſam, & tunc non poſſunt inducere fideicõmiſſum ratione præmiſſa, remanebit ergo ſola prohibitio expreſſa abſque fideicommiſſo, qua non obſtante potuit præfatus Gabriel Maria ſuccedendo ab inteſtato Pantaſileæ quæ fuit prohibita alienare conſequi prædictas petias terræ, alijs ſororibus ex-

24 cluſis: quia iſta eſt firma concluſio, † ꝙ non obſtante expreſſa prohibitione de non alienãdo poſſunt legitimi hæredes qui non ſunt de familia teſtatoris admitti ad bona prohibita alienari extra familiam. l. cũ pater. §. cum inter. ff. de legat. 2. & ita tenet Bar. in l. peto. §. fratre. eod. titu. Bar. Imol. Pau. de Caſt. & D. Alex. in l. ſi quis ita ſtipulatus. §. ea lege. ff. de verborum obligatio. Dyn. Imol. Barto. & Rapha. Cuman. in dicto. §. cum inter. Alex. in conſ. 56. inci. conſideratis. in 1. libro, & in conſi. 22. in 2. libro. & in conſil. 52. incipi. attentis uerbis. lib. 3. Ex quibus concludo poſſeſſores dictarum petiarũ terræ nullo pacto poſſe inquietari, & in eorum fauorem fore pronunciandum. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula codicillaris, etiam concepta per uerba futuri temporis, non operatur effectum ſuum conuertendo directam inſtitutionem in fideicommiſſum, rupto teſtamento agnatione poſthumi, de quo teſtator in ſpecie non cogitauit.*

2 *Verba, ſi non ualebit iure teſtamenti, quid importent.*

3 *Clauſula codicillaris operatur etiam quando nullum eſt teſtamentum rõne præteritionis, aut exhæredationis.*

4 *Clauſula codicillaris concepta per uerba futuri temporis, rupto teſtamento poſthumorum agnatione: quid operetur.*

5 *Communem opinionem in iudicando ſequendam eſſe.*

6 *Teſtator per clauſulam codicillarem per uerba futuri temporis conceptam, videtur cogitaſſe de natiuitate poſthumi.*

7 *Teſtatoris generalis cogitatio, idem operatur ut ſpecialis.*

8 *Intellectus ad l. ſi vnquam. C. de reuocan. donatio. remiſſiuè.*

9 *Clauſula codicillaris an ſuum effectum operetur ad ualiditatem fideicommiſſi, ſi teſtator ſuperuiuens multo tempore poſt natiuitatem filiorum teſtamentum non mutauit. & numero 10. 11. & 12.*

10 *Legato ex inimicitia ſuperueniente tacitè reuocato, durat reuocatio, licet teſtator poſteà faciendo codicillos expreſſe legatum non adimat.*

11 *Teſtamentum conditum adhibitis ſolēnitatibus iuris antiqui ualet, licet poſteà promulgetur ius nouum aliam ſolennitatem introducens. & num. 18.*

13 *Intellectus l. à filio. §. Seiæ. ff. de alimen. legat. & ſupra. numero. 10.*

Legatum reintegratur propter amicitiā ſuperuenientē.

14 *Clauſula codicillaris quare non operetur effectum rupto teſtamento agnatione poſthumi.*

15 *Actus ſequens declarat uoluntatem ſubſequentē fuiſſe à principio.*

16 *Præſumptio vna alteram tollit.*

17 *Intellectus auct. vt factæ nouæ conſti. in verb. non enim infringi.*

18 *Vires legis nouę quādo ad ſupiores actus porrigi dēant.*

19 *Teſtamentum perfectum ratione formæ ualet, licet ſit in pendenti ratione effectus.*

20 *Lex noua futura negotia reſpicit, non præterita.*

21 *Teſtamentum factum ex forma antiquæ legis, an irritetur non ex promulgatione legis nouæ, ſed ex aliqua cauſa ſuperueniente de qua teſtator non cogitauit.*

22 *Donator, qui poſt mortem filij, cuius natiuitate extincta eſt donatio, ſuperuixit longo tempore, & uoluntatem ſuam non mutauit, & demum deceſſit, præſumitur uoluiſſe donationem eſſe ualidam.*

23 *Legata pro exoneratione conſcientiæ relicta non irritātur natiuitate filij, de quo teſtator non cogitauit.*

Anima cunctis rebus eſt præponenda.

24 *Legata ad piam cauſam quę exhauriunt maiorem partē patrimonij teſtatoris non cogitantis de poſthumo, annullato teſtamento præteritione filij nō conſeruantur.*

25 *Legata pia quando vnà cum alijs non exhauriunt dimidiam partem patrimonij teſtatoris, illa conſeruantur rupto teſtamento natiuitate filij.*

26 *Legata pia uirtute clauſulæ codicillaris conſeruantur rupto teſtamento natiuitate poſthumi, de quo teſtator in genere cogitauit.*

27 *Legitima ſola, an uero & Trebellianica detrahi poſſit per filium grauatum de reſtituenda hęreditate.*

28 *Ab opinione Doctoris conſuetudine approbata non eſt recedendum.*

29 *Tolerabilia ſunt quæ uetus conſuetudo comprobat.*

30 *Clauſulæ codicillaris uirtute poſthumi cenſentur purè grauati ad reſtituēdam hęreditatem hæredibus ſcriptis in teſtamento.*

31 *Legitima quota pars ſit.*

32 *Mater ſola an ſuis filiabus ab inteſtato defunctis ſuccedere debeat, an uerò pariter cum auia paterna. & numero ſequen.*

33 *Nepos admittitur cum patruo ad ſucceſſionem aui, ſumendo gradum patris prædefuncti.*

34 *Correlatiuorum eadem eſt iuris diſpoſitio.*

CONSILIVM LXVI.

TEſtator in teſtamento per eū condito iure legati amore Dei legauit eccleſiæ florenos centum cōuertendos in eius fabrica. Item iure legati reliquit cuidam ſocietati diſciplinatorum ducatos decem, demum legauit Arcāgelæ eius matri florenos centū tres, in quibus aſſeruit eam eſſe creditricem, & pro dicta quantitate iuſsit poſt eius mortem aſsignari quoddam prædium ipſius teſtatoris.

In omnibus autem alijs ſuis bonis vniuerſalē hęredem inſtituit prędictam D. Arcangelā eius matrem, & poſt eius mortē ſubſtituit Mariotam, Felicem & Catherinam filios ipſius D. Arcangelæ, Demum ſubditur in dicto teſtō, & ſi non ualeat, aut ualebit iure teſtamēti, ualeat iure codicillorū &c. dicto teſtō ſic condito prædictus teſtator proceſſu tēporis accepit vxorem, ex qua duas ſuſcepit filias, & cum ſuperuixiſſet annis nouem uel circa, à tempore prędicti teſtamenti per eum conditi & annis quatuor à tempore quo ſciuit ſibi natas eſſe filias, deceſsit ſupſtitibus dicta eius vxore, dictis filiabus & Arcangela matre hærede vniuerſali inſtituta, nullo alio teſtamento per eum condito. exinde deceſſerūt p̄dictæ puellę in ætate pupillari, vna poſt aliā, ſuperſtite earū matre & pręfata D. Arcangela earum auia paterna, Modo ex prædicta facti narratione de pluribus dubitari contingit.

Primò dubitatur an inſtitutio facta de p̄dicta D. Arcangela conuertatur in fideicōmiſſum, uirtute clauſulæ codicillaris de qua ſupra, licet teſtamentū ſit nullum præteritione filiarū poſtea ſuſceptarū.

Secundo dubitatur, eſto ꝙ dicta clauſula nō operetur effectum ſuum qn̄ filij ignoranter fuerunt p̄teriti, an ſaltem in caſu noſtro operabitur effectū, cum ſit ꝙ teſtator multo tempore ſuperuixit poſt natiuitatem dictarum filiarum.

Tertio dubitatᷣ an legata relicta ad piā causā cōſeruentᷣ annullato teſtō pręteritioni poſthumarū.

Quarto dubitatur an legatum quantitatis florenorum centum trium relictum præfatæ D. Arcangelæ etiam conſeruari debeat.

Quintò dubitatur præſuppoſito ꝙ inſtitutio prædicta conuertatur in fideicommiſſum, an ex pſona dictarum filiarū quæ patri ab inteſtato ſucceſſerūt, uitiato teſtamēto earū præteritione, detrahi poſſit legitima & Trebellianica, an uero ſolū legitima.

Vltimò dubitatur an prædictis puellis quę deceſſerūt ſupſtitibus matre & auia paterna, ſuccedere debeat mater ſola excluſa prædicta auia, an uero pariter ſuccedere debeant.

Capio primam dubitationem in qua dicendum
1 vr̄ ꝙ † clauſula codicillaris licet fuerit concepta
per uerba futuri temporis, non operetur effectum
ſuum conuertēdo directam inſtitutionē factam de
D. Arcangela ī fideicōmiſſum, cū ſit ꝙ dictū teſtm̄
fuerit ruptum agnatione poſthumarum, de quibus
teſtator in ſpecie non cogitauit, l. penul. & l. qui grani. ff. de iure codicill. l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. ubi donatio quæ nititur conſenſu duorū reuocatur natiuitate filij, de quo teſtator non cogitauit, ergo & multo magis fideicommiſſum reuocari debebit, & iſtud in terminis noſtris firmat Bar. in l. 1. in ſexta quæſti. ff. de iure codicill. & in conſ. inci. quidam nomine Lapus. Idem tenet Areti. in conſilio
2 ulti. incip. eleganter. ubi dicit † ꝙ cum iſta uerba, ſi non ualebit iure teſtamenti poſſunt referri ad alium caſum, uidelicet, ſi hæres moriatur ante teſtatorem, uel poſtea hæreditate nondum adita, quo caſu nō ſit trāſmiſsio hæreditatis. l. vnica. §. in

nouiſsimo.C.de cadu.tollen.nã debent cõprehendere rupturam teſtamẽti,quæ cauſatur natiuitate poſthumi. Adducit etiam tex.in l.cum mater.ff.de inoffic.teſta.& nonnulla alia de quibus ibi per eũ.

Præmiſsis tñ non obſtantibus concludo contra
3 riũ,& pro clara intelligentia ſciendum eſt,† ꝙ clauſula codicillaris operatur effectum ſuum, nedum qñ teſtamentum eſt nullum ex defectu ſolennitatis teſtium,ſed etiam quando nullũ eſt ratione præteritionis, aut exhæredationis,l. generaliter.§. ex teſtõ.ff.de fideicomm.liber.Bar.in l.1.in 5.q.ff.de iure codicillorum.& in l.2.ff.de lega.tertio.Bal.& Imol.in l.ex ea.ff.de teſtamen.Alexand.& communiter Moderni in auct. ex cauſa.C.de libe.præteri. Bar. in conſi.19.inci. factum ſic ſe hẽt.in pen.col.

Præmiſſa hac declaratione decidẽdo caſum hu-
4 ius dubitationis dico, ꝙ ex quo † clauſula codicillaris fuit cõcepta per uerba futuri tẽporis, illa operabitur effectum etiam rupto teſtõ agnatione poſthumarũ,& iſtam opinionem tenet Io.de Imo.cõtra Bar.in l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt. irritoque teſtam.Fulgo.& D.Alex.latè in auct.ex cauſa. C.de lib.præter.Idem tenet Ludo.Roma. in conſi. 122.inc.circa id qđ effectualiter quærit.& in conſ. 181.inci.pro deciſione propoſiti thematis.ubi dicit ꝙ iſta fuit ſententia Bald.& uera.in d. auct. ex cauſa.& in l.fi.C.de codicil.& ſecundũ iſtã opinionem ſæpius conſuluit D.Alex. ſic.n. conſuluit in conſ.123.incip.diſcuſsis hęſitationibus.in 1.lib.& in conſ.142.incip.circa primam dubitationem.in
5 ſecundo libro.col.3.† & ibi dicit communem opinionem eſſe contra Bar.à qua in iudicando non eſt diſcedendum.Et idem tenet in conſi.31. inci.ponderatis ijs.in 3.vol. hanc etiam opinionem tenet Ang.in l.1.ff.de iure codicil.& Pau.de Caſt.in l.1. C.de poſthu.hæred.inſti.& in l.ſicut certi.C.de milita.teſtõ.Et quia longum eſſet referre omnia fundamenta Doctorum quibus mouentur pro iſta opinione,ideò illa omitto. Vnum tamen non omitto qđ ſtringit, & cui cum difficultate reſponderi põt.
6 Nam † ex quo teſtator concepit clauſulam codicillarẽ per uerba futuri temporis in genere,cogitauit de natiuitate poſthumi,ideò prædicta clauſula operabitur ualiditatem fideicommiſsi, ac in ſpecie teſtator de natiuitate dictarum filiarum cogitaſſet:
7 † quia idẽ operatur generalis cogitatio teſtatoris, quod operatur ſpecifica eius conſideratio.l. qui iure militari.ff.de milita.teſtamento.

Nec obſtat reſponſio Aret. in dicto conſ.ultim. quia nulla ratio ſuadet ꝙ dicta clauſula codicillaris concepta uerba futuri temporis, cum ex ui ſermonis comprehendere poſsit rupturã teſtamenti, quæ cauſatur natiuitate poſthumi,illam non comprehendat:argumen.l.non aliter.& l.ille aut ille.§. cum in uerbis.ff.de legat.tertio.

8 Et tenendo iſtam partem † non obſtat tex.in l.ſi vnquã.cum alijs ſuperius adductis: quia ad illa patet reſpõſio ex traditis p Doctores,quos ſupra retuli.& maximè per Alex.in d.conſ.31.incip. ponderatis.lib.3.ex quibus concludo ꝙ uirtute clauſulæ codicillaris de qua in prædicto teſtamento,hæreditas debetur præfatæ.D. Arcangelæ iure fideicõmiſsi,licet teſtm̃ fuerit ruptum agnatione poſthumarum præteritarũ, qdquid dicat Bar. in d.l.1. cuius opinio(ut dixi)cõiter eſt reprobata: ꝯ quã dicit Ang.Aret.Inſtit. de codicil.ſe ſępius cõſuluiſſe.

Capio ſecundum dubium in quo uidetur dicẽdũ præſuppoſita opinione Bar.pro uera, de qua ſupra,
9 † ꝙ nihil profit ad ualiditatẽ fideicõmiſsi, de quo ſupra,ꝙ teſtator ſuperuixerit multo tempore poſt natiuitatem dictarum filiarum, & ſic potuerit mutare teſtamentum,& illud non mutauerit.

Primò per tex.in l.à filio.§.Seia. ff.de adim.leg.
10 ubi dicitur † ꝙ ſi ex inimicitia ſuperueniente reuocetur tacitè legatum, durabit hæc reuocatio, licet teſtator poſteà faciendo codicillos expreſsè hoc legatum non ademerit: ſi ergo id qđ tacitè uidetur ademptum,non cenſetur confirmatum,ex eo, ꝙ teſtõr poſteà diſponẽdo illud non reuocauerit: ergo multo minus uidebitur confirmatum ex eo ſolo,ꝙ vixerit tanto tempore,& ꝙ potuerit mutare diſpoſitionem,& illam non mutauit,& iſtud in ijs terminis tenet D.Franc.Areti.in l.Titius.in princi.ff.de libe. & poſthum. & in conſil.94.incip. uiſo legato. & in conſi.ultim.in quarta colum.ubi pro hoc dicit eſſe caſum nõ cauillando literam in auc. ut fac. no.conſtit.in uerſicu.non enim infringi.col.quin-
11 ta.ubi dicit tex. ꝙ † ſi aliquis fecit teſtamentum, adhibitis ſolennitatibus introductis de iure antiquo,ſi poſteà promulgetur ius nouum introducẽs aliam ſolẽnitatem, nihilominus firmum manebit hoc teſtm̃, nec per hoc debet teſtator accuſari ex eo ꝙ ſuperuixerit,& ſic illud potuerit immutare de nouo teſtando ſecundum formam iuris noui.

12 Sed ijs non † obſtantibus concludo contrariũ,& ita tenet Iacob.de Beluiſ.in quadam diſputatione poſita in l.tertia.C.de inofficio.teſtam.Ang.in l.1. ff.de iure codicillorum.& idem tenet Pau.de Caſt. in l.ſecunda.C.de poſthum. hæredi.inſti. ubi dicit ſe ita conſuluiſſe in quodam caſu ad eum tranſmiſſo de Ciuitate Bononiæ: & ita conſuluit in conſil. 58.incipi.præclarus & egregius.adducens pro hoc id qđ habetur in tex.& Glo.in l.athletæ.in §.dat remiſsionem.ff.de excuſat.tuto.& idem tenet Ludo. Roman.in dicto conſi.122.& D.Alexand.in dicto conſ.31.libro tertio.& in conſ.142.libro ſecundo. & iſta eſt uera & communis concluſio, pro qua uidetur caſus expreſſus in l.generaliter.in §.ex teſtamento.ff.de fideicomm. liber. Pro ea etiam facit tex. in l. tractabatur. ff.de milita. teſtamen.& in l. tres tutores.ff.de adminiſtratio.tutorum.in uerbo eius temporis intercapedine.ex quo teſtamentum factum eſt,nec ab ipſa opinione diſcedendum eſt propter opinionem contrariam Areti. qui in ſua opinione eſt ſingularis,prout in ſimili dicit Bal.in l.fin.C.de pę.iudic.qui ma.iudic.

13 Non † obſtat tex.in l.à filio.§.Seia. ff. de adimẽ. leg.nam ideò ibi non cenſetur confirmatũ legatũ qđ fuerat tacitè ademptũ propter inimicitiam: qa legatũ ademptum pp inimicitiã non reintegratur, niſi ſecuta recõciliatione ĩter teſtõrẽ & legatariũ, l.qđ ſi iterum.ff. de adimen.lega.cum ergo ibi nõ appareret de aliqua reconciliatione durabit ademptio legati,licet teſtator faciẽdo nouos codicillos illud expreſsè nõ ademerit.At in caſu noſtro ſi beſt
14 diuerſa ratio. † Nam ideò clauſula codicillaris nõ

operatur effectũ rupto teſtõ agnatione poſthumi: qa præſumit lex ꝙ ſi teſtator cogitaſſet de poſthumo, non feciſſet tale fideicommiſſum, & argu. l. ſi vnquã. C. de reuocan. donat. ſed iſta ratio ceſſat qñ poſt natiuitatem poſthumi teſtator longo tẽpore ſuperuixit, & non mutauit teſtm̃ qd potuit commode mutare: quia ex hoc conſtat ꝙ uoluerit diſpoſitionem ſortiri effectũ, eſto ꝙ natus ſit ſibi poſthu-

15 mus: quia † actus ſequens declarat uoluntatem ſub ſequentem fuiſſe à principio. l. ſed Iulianus. §. pro inde. ff. ad Macedo. & l. cum quis. C. de natural. lib.

16 † Et una præſumptio tollit alteram. c. afferte mihi gladium de præſumptio. & l. diuus. ff. de in integrũ

17 reſtitu. † Non obſtat tex. in d. auc. ut fac. no. cõſtit. quia ille tex. loquitur in caſu in quo teſtator paruo tempore ſuperuixit poſt promulgationem iuris noui. Iſtud oſtenditur ex uerbis quæ ſubſequuntur in tex. dum dicit repentè, plerumque. n. incidunt hominibus mortes, teſtãdi eis poteſtatem auferẽtes:

18 uel aliter reſpondeo, † ꝙ aliud eſt quærere nunqd teſtm̃ factum ſecundum formam legis antiquæ debeat irritari per legem nouam introducentem aliã formam, & dicendum eſt ꝙ non, ſiue teſtator in cõtinenti deceſſerit poſt legis nouæ promulgationẽ, ſiue longo tempore ſuperuixerit, ita ꝙ commodè potuerit mutare teſtm̃ prius factum: & ratio eſt: qa

19 † teſtm̃ ipſum fuerat perfectum ratione formæ, licet eſſet in pendenti ratione effectus, ideò ad illud

20 non porrigũtur uires legis nouæ † quæ reſpicit negotia futura nõ præterita. l. leges. C. de legibus. & l. iubemus. C. de teſtamentis. & ita declarat Bar. in l. oẽs populi. col. 12. in uerſ. iuxta prædicta quæro, quæ dicantur. ff. de iuſti. & iur. & iſtam rationẽ ponit tex. in d. auct. ut fac. no. conſtit. dum dicit, erit nanque abſurdum, ut qd factum eſt rectè, ex eo qd tunc non erat factũ, poſtea immutetur, aliud eſt,

21 quæritur † nunquid teſtm̃ factum ſecundum formam legis antiquæ debeat irritari nõ ex ꝓmulgatiõe legis nouæ, ſed ex aliqua cauſa ſuperueniẽte, de qua teſtator non cogitauit; & tunc eſt diſtinguẽdum an teſtator ſtatim deceſſerit, an ex interuallo, ita ꝙ potuerit diſpoſitionem mutare & illam non immutauit: quia illam non immutando, cenſetur uoluiſſe cum ea diſcedere, d. l. tractabatur. Ex quibus concludo ꝙ cum dictus teſtator ſuperuixerit pluribus annis poſt natiuitatem dictarũ filiarũ, & dictum teſtm̃ non immutauerit, cenſetur uoluiſſe fideicommiſſum in eo cõtentum effectum ſortiri debere: quod confirmatur ex nota. per Bald. in l. 1. in ultima col. C. de inoff. donat. ubi limitando dicta Bart. in l. Titia. §. Imperator. ff. de legat. 2. dicit

22 † ꝙ ſi donator poſt mortem filij, cuius natiuitate extincta erat donatio, per legem ſi unquam. C. de reuocand. donatio. ſuperuixerit longo tempore, & non mutauit uoluntatem ſuã, & demum deceſſerit, præſumitur uoluiſſe donationem eſſe ualidam, ex quo illam non reuocauit. & hoc dictum ſequitur Paul. de Caſt. in l. uxoris abortu. circa fin. C. de poſthu. hæred. inſtit.

Capio tertium dubium, in quo aliqui caſus ſunt conſiderandi.

23 Primus caſus eſt, † qñ teſtator fecit legata ꝓ exoneratione conſciæ ſuæ, & iſto caſu talia legata nõ irritantur natiuitate filij, de quo teſtator non cogitauit, cum anima cunctis rebus ſit præferẽda. l. ſancimus. C. de ſacroſanc. eccle. & ita decidit Bal. in l. filio præterio. ff. de iniuſto rupto irritoque teſtam. & ibi eum ſequuntur Angel. & Imol. Idem Ange. & Imola in l. Titius. in princ. ff. de lib. & poſthu. Aret. in conſ. 93. inci. uiſo legato. in primo dubio. & Moder. in d. auchen. ex cã. & iſte non eſt caſus noſter.

24 Secundus caſus eſt, † qñ teſtator reliquit legata ad piam cauſam, quæ exhauriunt maiorem partẽ patrimonij teſtatoris, & qui non cogitauit in genere nec in ſpecie de poſthumo, & hoc caſu dico ꝙ nec iſta legata cõſeruant̃ annullato teſtamẽto præteritione filij: quia licet ſint relicta ad piã cauſam, tamen ſine illis poteſt ſaluari anima teſtatoris. Ita uolunt Doctores ſuperius relati.

25 Tertius caſus eſt, † qñ huiuſmodi legata iuncta cum alijs nõ exhauriunt dimidiam partem patrimonij teſtatoris, & iſto caſu talia legata conſeruãtur rupto teſtõ natiuitate filij. Ita decidit Areti. in d. conſ. 93. in ſecundo dubio, ubi dicit iſtud eſſe de mente Bar. in l. filio præterito. ff. de iniuſt. rupto irritoque teſtamento. Si ergo hoc legatum relictum ad piam cauſam iunctum cum alijs legatis non exhaurit dimidiam patrimonij teſtatoris, illud conſeruari debebit non obſtante ruptura teſtamenti cauſata agnatione dictarum poſthumarum.

26 Prætereà † uirtute clauſulæ codicillaris de qua ſupra teſtator in genere cogitauit de poſthu. ut dixi ĩ primo dubio: ergo dictũ legatũ cõſeruari debebit, ſecundũ Ang. in l. militis codicillis. §. miles in ſupremis. ff. de milit. teſta. & eundẽ Ang. Pa. de Caſt. & reliquos Moder. in d. auc. ex cã. C. de lib. ꝓterit.

Deuenio ad quartum dubium, in quo per eaſdẽ rationes concludo legatum relictũ præfatæ D. Arcangelæ eſſe præſtandũ, tũ quia teſtator in genere cogitauit de poſthu. tum quia hoc legatum non exhaurit dimidiam patrimonij teſtatoris, per ea quæ dicta ſunt in ꝓximo dubio. Iſta tñ inueſtigatio nõ eſt multum neceſſaria, cũ ſit ꝙ hæreditas debeatur prædictæ Dominæ Arcangelæ iure fideicõmiſſi, de qua ſola legitima, ut ſtatim dicet̃, poteſt detrahi, licet ergo dictum legatum annullaretur remaneret, tamen in hæreditate præfati teſtatoris, & ſic in effectu ſpectaret ad prædictam mulierem.

27 Circa quintum dubium concludo † ſolum legitimam eſſe detrahendam de prædicta hereditate, & non Trebellianicam: eo, quia licet cõis ſit concluſio ꝙ filius grauatus de reſtituenda hæreditate poſſit detrahere duas quartas. c. Raynaldus. c. Raynutius. de teſtam. illa tamen procedit in caſu in quo filius ſub conditione fuit grauatus, quoniam ſi purè vnius tantũ quartæ detractio ei permiſſa eſt. Gl. eſt, quam Bar. ibi ſequitur in l. Papinianus. in §. meminiſſe. ff. de inof. teſtam. & Gl. in l. quanquam. C. ad leg. Falcidi. Alexand. in conſil. 242. incipi. circa primam dubitationem. & in conſi. 171. incip. examinatis uiribus teſtamenti. in 2. lib. D. Areti. in l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. D. Fabianus de Monte S. Sabini in auc. nouiſsima. in 34. q.

28 princi. C. de inoffi. teſta. ubi dicit † ꝙ iſta opinio de conſuetudine eſt approbata, ideo ab ea non eſt

29 recedẽdũ † qa tolerabilia ſunt q̃ uetus cõſuetudo compro-

comprobauit, ut inquit tex. in l. Imperator. in fi. ff.
de pollicita. Sed per dictam clauſulã codicillarem
uenientes ab inteſtato purè cẽſentur rogati hæredi
tatem reſtituere præfatæ Dominę Arcãgelæ hære-
di inſtitutæ: ergo eis tantũ eſt permiſſa vnius quar
tæ detractio: & iſtud decidit Bar. in proprijs termi
nis. in conſil. 12. incip. ſi quis inſtituitur hæres. ſic
etiam decidit Pau. de Caſt. in conſi. 58. de quo ſu-
pra facta ſit mentio. colum. prima. ubi dicit ꝙ per
30 dictam clauſulam † codicillarem poſthumi cenſe-
tur purè grauati ad reſtituendam hæreditatem hæ-
redibus ſcriptis in teſtamento, & ſic vnam tantum
quartam poterunt detrahere. Concludo ergo ꝙ
prædictæ filiæ ſolum legitimam conſequentur in
31 bonis dicti teſtatoris, † quæ habuit mortis tempo
re, auc. nouiſsima. C. de inoff. teſta. cũ ibi notatis.
32 In ultimo dubio † uidetur poſſe dici ꝙ mater &
auia paterna his puellis ab inteſtato defunctis pa-
riter ſuccedere debeant, eo, quia ſi pater earũ exta
ret, ipſe cum earum matre pariter ſuccederet, auc.
defuncto. C. ad Tertul. & primò dicta auia uelut
ſubrogata loco eius filij pariter cũ dicta matre ſuc
33 cedere debet: quia uidemus † ꝙ nepos admittitur
cum patruo ad ſucceſsionẽ aui ſuccedendo gradũ
patris prædefuncti. §. cũ filius. Inſtitu. de hæred. q̃
ab inteſta. deferũ. l. 2. C. de ſuis & legiti. ergo è con
tra auia debet ſubrogari in locum filię ut ſuccedat
in bonis nepotis uel neptis pariter cũ eorũ matre:
34 † quia diſpoſitũ in vno ex correlatiuis procedit &
in altero. l. nõ tantum. ff. de re iudic. l. fi. C. de inſti.
& ſubſtit. & per iſtam rationem ita tenuit Iaco. Bu
35 triga. in dicta auct. defuncto. C. ad Tertul. Sed † in
contrarium eſt ueritas, ꝙ imò ſola mater ſuccede
re debet p̃dictis puellis auia penitus excluſa. & ita
tenet Gl. in d. auc. defuncto. in uerb. gradus. cuius
opinio communiter tenetur, ut atteſtatur ibi Saly.
& alij Doctores impugnantes opinionem Iacob.
Butrig. & ad eius rationem reſpondetur, ut ibi per
eos. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1. *Vſufructuario omnium bonorum debentur alimenta, cum teſtator deceſſerit ſuperſtitibus filijs hæredibus ab eo inſtitutis. & vide nu. 5. cum ſeq.*
2. *Interpretatio non eſt recipienda contra apertiſſima uerba teſtamenti.*
3. *Coniecturæ & præſumptiones in perſpicuis locum hñt.*
4. *Pater integrum vſumfructum habet in bonis aduentitijs filiorum in poteſtate conſtitutorum.*
6. *Conſuetudo ſtricti iuris eſt, & non debet extendi ad caſum ſimilem, uel quaſi.*
7. *Marito relicto ab vxore domino & vſufructuario omnium bonorum, integer uſuſfructus competit, nec locum habet conſuetudo in contrarium.*
8. *Vſuſfructus integer competit mulieri relictæ vſufructuariæ omnium bonorum.*
9. *Peritorum iudicio ſtandum eſſe.*
10. *Conſuetudo quò uxori relictæ vſufructuariæ omnium bonorum ſolum debeantur alimenta, non habet locum extantibus filijs legitimatis. & num. 13.*
11. *Conſuetudo & ſtatutum à pari procedunt.*
12. *Statutum de filio non comprehendit legitimatum.*
14. *Statutum de ſucceſſione loquens tantum legitimum filium non autem legitimatum comprehendit. & nu. 15.*
16. *Vſuſfructuarius integrum uſumfructum habere debet, quando ex uerbis teſtatoris apparet ipſum uoluiſſe integrum uſumfructum relinquere.*
17. *Vſuſfructuarius ex diſpoſitione teſtatoris non tenetur conficere inuentarium de bonis & iuribus hęreditatis, nec ad cauendum.*
18. *Remiſſio cautionis alicuius effectus eſſe debet.*
19. *Legati ſigna & qualitates declarant quomodo debeat dici, an legatum vſuſfructus, uel alimentarium.*
20. *Filij legitimam purè conſequi debent, de qua omne grauamen, & omnis dilatio uel alia diſpoſitio moram uel quodcunque onus introducens reijcitur.*
21. *Filijs ſi ultra legitimam relinquitur poſt certum tempus tota hęreditas, reſpectu legitimæ tempus detrahitur, licet in reſiduo dies appoſita à teſtatore ſit expectanda.*
22. *Qui in vno releuatur, in alio grauari poteſt, & è contra.*
23. *Legitima an peti poſſit cum ſuis fructibus à filio hærede, contra vſumfructuarium.*
24. *Nuda proprietas quando eſt relicta filijs, & illa tanti ualet quanti vſuſfructus ſine legitima filijs competente, tunc filij legitimam conſequi non poſſunt uſufructuario uiuente.*
25. *Nihil refert quid ex æquipollentibus fiat.*
26. *Legitima quota pars bonorum defuncti ſit.*
27. *Vir quot annis uicturus præſumatur.*
28. *Vſuſfructuarius ultra ſexageſimum annum uicturus non præſumitur.*
29. *Computatio in lege Falcidia quid à computatione in hominis actu differat.*
30. *Intellectus ad regulam quòd quis prǽſumitur uiuere uſq; ad centum annos.*
31. *Experientiam rerum eſſe magiſtram.*
32. *Grauari non dicuntur qui commodum conſequuntur.*
33. *Intellectus ad l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoff. teſta.*
34. *Vſuſfructuarius omnium bonorum an teneatur præſtare alimenta filijs & familiæ teſtatoris. & nu. 41. cum ſeq.*
35. *Parentes filios ſuos legitimos & naturales alere tenentur cum eorum uxoribus & filijs.*
36. *Limitata cauſa limitatum parit effectum.*
37. *Teſtator non præſumitur uoluiſſe quod non expreſſit.*
38. *Teſtatores ſæpè mortis timore non exprimunt quæ animo conceperunt.*
39. *Lex qua ratione iubeat patrem liberos alere.*
40. *Intellectus ad leg. fina. §. ipſum autem filium. C. de bon. quæ liber.*
42. *Hæres in dubio non præſumitur duplici onere grauari.*
43. *Vxor cui alimenta à marito relicta ſunt, poteſt & dotem petere.*
44. *Vſuſfructuarius omnium bonorum nõ tenetur ſatisfacere creditoribus ſeu legatarijs, quando tot ſunt legata ſeu credita quòd ipſis ſolutis nulla utilitas penes ipſum remanet.*
45. *Verbum libere quid deſignet.*
46. *Quos honoramus onerare poſſumus.*
47. *Quę in alterius fauorem introducta ſunt, in eius odium interpretari non debent.*
48. *Incommodum magnum conſequitur, aliquid faciens contra ſuam uoluntatem.*
49. *Multum lucratur is qui ſuam uoluntatem adimplet.*
50. *Mandato pro ſe introducto quis poteſt renuntiare.*

CONSILIVM LXVII.

MAgnificus vir D. Minus de Rubeis
in eius teſtamento tribus ſuis filijs
legitimarls & Octauiano nepote
ex Domino Neſtore eius fratre
ęquis portionibus hæredibus inſti-
tutis,cũ oneribus & grauaminibus
de quibus in dicto teſtõ,diſpoſuit,ꝙ ad quoſcunq;
peruenirẽt eius hæreditas,& bona,& iura dictæ hæ
reditatis, ꝙ D.Neſtor ipſius teſtatoris frater pro
toto tempore uitæ prædicti D.Neſtoris deberet eſ
ſe uſufructuarius,adminiſtrator, & gubernator bo
norũ ſupradictorum liberè & expeditè ijs modis,&
forma, in omnibus,& per omnia, prout de iure, &
ex forma ſtatutorum Ciuitatis Bononiæ ſunt & eſ-
ſe debent patres legitimi & naturales adminiſtra-
tores,& vſufructuarij,regulariter in bonis,rebus,&
iuribus aduentitijs ſuorum filiorum legitimorũ &
naturalium exiſtentiũ in poteſtate patris legitimi
& naturalis, grauans præfatum D. Neſtorẽ, onere
tractandi & faciendi erga dictos hr̃des,& in bonis,
& rebus,& iuribus,quæ eos haberi cõtigerit ex hæ-
reditate ipſius teſtatoris,ſicut & prout patres natu
rales habentes filios in poteſtate,erga filios legiti
mos & naturales, & in bonis aduentitijs ratione
huiuſmodi adminiſtrationis, & vſusfructus facere
debeat ex forma iuris & ſtatutorũ Bononię. Man-
dauit etiam præfatus teſtator præfatis hæredibus
ꝙ donec ipſe Dominus Neſtor uixerit,ſtẽt,& ſtare
debeant ſub eius regimine,& gubernatione,& cõ-
morari & habitare cum eorũ familijs in ea domo
in qua commorabitur præfatus D. Neſtor, & pati
eundem habere regimen,gubernationem,& admi
niſtrationem, de quibus ſupra dictum eſt.

Similiter eodem die & eodem cõtextu præfatus
D.Neſtor in teſtõ per eum condito , Octauianum
eius filium & tres filios præfati D.Mini æqualiter
in eius bonis hæredes inſtituit, conſtituens ſimili-
ter in omnibus bonis ſuis præfatum Dominum
Minum vſufructuarium, & adminiſtratorem bono
rum,& iurium ſuæ hæreditatis,in omnibus,per om
nia, prout fuerat diſpoſitum in teſtamẽto D.Mini.

His ita diſpoſitis prius deceſsit D.Minus ſupſti-
tibus præfato D.Neſtore, nec non præfatis tribus
filijs dicti Do.Mini, nunc inter Do. Neſtorẽ parte
vna,& dictos filios D.Mini ſuper aliquibus orta eſt
contentio,ſuper quibus quæritur quid iuris?

Prima queſtio eſt,an præfatus D.Neſtor quẽ te-
ſtator reliquit vſumfructuariũ omniũ bonorũ eius
filijs heredibus iſtitutis, percipere debeat integrũ
vſumfructum,an uerò ſolum & duntaxat alimenta?

Secũda quæſtio eſt,præſuppoſito ꝙ integer vſuſ-
fructus ſpectare debeat ad p̃fatũ D.Neſtorẽ, an p̃fa
tis filijs D.Mini ſtatim cõpetat ius conſequẽdi legi
timã i bonis p̃ris remota omni mora, & dilatione.

Tertia queſtio eſt,an cenſeatur prędictus D.Ne-
ſtor à teſtatore grauatus onere pręſtandi alimenta
præfatis filijs ipſius teſtatoris pro eis ex tota fami-
lia,uidelicet uxore,& filijs futuris.

Quarta & ultima quæſtio eſt,an ſtantibus ijs de
quibus in dicto teſtõ Domini Mini, teneatur Do-
minus Neſtor pati dictos filios commorari, & ha-
bitarę in eadem domo, in qua habitat præfatus
Dominus Neſtor.

Capio primam queſtionem,in qua dicẽdũ uide-
1 tur,ꝙ † licet vſusfructus omnium bonorũ fuerit re
lictus D.Neſtori,ipſi tñ ſolum debeantur alimenta
ex bonis & hæreditate dicti teſtatoris, cum deceſ-
ſerit ſuperſtitibus filijs ab eo heredibus inſtitutis,
per ea quę habẽtur in auc. hoc locũ. C.ſi mul.ſecũ.
nup.& per Bar.in l.Titia.§.fi.ff.de legat.2. ubi con
cludunt Doctores ꝙ fauore filiorum uxor quam te-
ſtator reliquit dominam,& uſufructuariam omniũ
bonorũ,ſola alimenta in eius bonis percipere po-
teſt. Et iſtud firmant Doctores ĩ multis locis, quos
breuitatis cauſa omitto:ſic ergo in caſu propoſito
dicẽdũ uidetur ut fauore filiorum quos teſtator hę
redes inſtituit ſola alimenta cõſequi debeat pręfa
tus D.Neſtor,& non integrum vſumfructum.

Sed hoc non obſtante in caſu noſtro cõcludo cõ
2 trarium:† quia ex uerbis teſtamẽti quę ſuperius re
tuli,patet apertiſsimè teſtatorẽ uoluiſſe dari inte-
grum vſumfructũ ſuæ hereditatis & ſpectare ad D.
3 Neſtorem:igitur † non eſt locus coniecturis & præ
ſumptionibus.l. ille aut ille.§.cum in uerbis.ff. de
leg.3.l.ſi alij.ff.de vſufruc.leg.

Quod aũt iſtud clarè conſtet ex uerbis prolatis
à teſtatore,patet:quia dixit diſpoſuit teſtator ꝙ uo
lebat uſumfructum bonorum ſuorum ſpectare ad
D.Neſtorem,ijs modis & forma quibus competit
vſusfructus patri in bonis aduẽtitijs filiorũ in eius
poteſtate exiſtentiũ,ſed pater integrũ habet vſum
4 fructum † in bonis aduentitijs filij quem habet in
poteſtate.§.1.inſti.p quas perſo.nob.acquir.l.fi.§.
hoc ꝓculdubio.& ĩ §.filijs.C.de bo.q̃ lib.igit.&c.
& quia iſtud de ſe clarum eſt,ideò aliter nõ inſiſto.

Non obſtat primum fundamentũ adductũ in cõ
trariũ:qa iſtud de ſe clarũ eſt, ideò aliter nõ ĩſiſto.

Non obſtat ſecundũ fundamentum adductũ in
cõtrariũ;quia ad illud multipliciter reſpõderi põt.

5 Et primò † reſpõdeo ꝙ loquitur in caſu in quo
teſtator reliquit uxorẽ uſufructuariã & dominam
ſuorum bonorum:nam huic ſola alimenta debebũ
tur ex quadam conſuetudine ſic interpretãte uolũ
6 tatem teſtatoris,ideò † dicta conſuetudo cũ ſit ſtri
cti iuris,non debet extẽdi ad caſum noſtrum,ſecũ-
dũ Bar.in l.1.§. hoc ĩterdicto.ff.de iti.actuq; priu.
& Bar.in l.poſt dotẽ.col.ult.ff.ſolu. matri.Bal.in l.
7 fi.C.cõia vtri. iudic.ideò † in terminis iſtis dixit
Bal.in auc.hoc locũ.C.ſi mul. ſecũd.loc.nupſ.ꝙ di
cta cõſuetudo nõ habet locũ in caſu in quo mulier
relinqueret virum ſuum dominum & uſufructua-
riũ omnium bonorum: quia ipſe integer vſusfru-
ctus cõpeteret,nec locus eſſet dictæ conſuetudini.

Vel aliter reſpõdeo ꝙ dicta concluſio Doctorũ
8 non procedit † qñ teſtator reliquiſſet vxorẽ uſufru
ctuariam oĩum bonorum non apponendo illa uer-
ba,dñam & maſſariam: nam iſto caſu integer vſuſ-
fructus cõpeteret mulieri.ita decidit Specu.in ti.q
filij ſint legitim.in verſ. quid ſi qs ita in teſtõ. idẽ
tenet Bal.in l.ſi pater.C.de uſufruc.& ĩ l.fi.C.de in
dic.uidu.it.tollend.Bal. Saly.& ibidem Alberic.in
aucten.hoc locum.C.ſi mul.ſecund.loc.nupſ.& di-
cit ibi Odofredus ita fuiſſe pronunciatum Bono-
9 nię de conſilio peritorum. † eſt uerum ꝙ Bart.in l.
Titia.

Titia.§.fi.ff.de legat.2.tenet in hoc contrarium.&
Io.And.in tit.de pigno.§.ſequitur. in uerſi. porro
uſusfructus.in addi.Spec.Aret.in conſ.49.inci.prę
10 ſupponitur in facto.† Ideò & tertio reſponderi po
teſt ꝙ dicta conſuetudo procedit in filijs,ideò non
habet locũ in caſu in quo extarent filij legitimati:
11 † quia conſuetudo & ſtatutum à pari procedunt.l.
12 de quibus.ff.de legib.† Et ſtatutum loquẽs de filio
13 non comprehendit filium legitimatũ. † ergo nec
conſuetudo ſupraſcripta diſponens ꝙ extantibus
filijs uxor quam teſtator reliquit dominam & uſu-
fructuariam bonorum ſuorum cõſequatur ſolũ ali-
menta locum non habebit in caſu in quo extẽt filij
14 legitimati, qui prius erant naturales tantũ.† Et ꝙ
ſtatutũ aliquod diſponens circa filios non cõprehẽ
dat legitimatos,tenet D.Ant.in c.tãta.per illũ tex.
& in c.per uenerabilem.col.17.ver.nunc ultimò ui
deamus. qui filij ſint legi.Pau.de Caſt.in l.cũ acu-
tiſsimi.C.de fideicõmiſſ.idem tenuit Raph.Fulgo.
in conſ.62.inci.ſtante ſtatuto ciuitatis Veronę.Be
nedic.de Plõb. ĩ diſputatione inci.ſtatuto Piſano.
in deciſione quarti dubij. Ludo.Roma.in l.ſi is qui
ꝓ emptore.in 14.col.ff.de uſuca.in qbus locis con
15 cludunt prædicti Doctores † ꝙ ſtatutum diſponẽs
ut filia fęmina patri non ſuccedat extantibus filijs
maſculis, non comprehendit filium legitimatum,
& ſic per eum non excludetur filia fęmina.& idẽ te
nent Imo. & Rapha.Cuma.in l.ſi ita quis.§.fi.ff.de
leg.2.& ita conſuluit D.Franciſ. Cur.in conſil.73.
inci.ſup memorata facti narratione. ĩ 5.char.uerſ.
tranſeamus modo.& ibi dicit ꝙ ita iudicauit præ-
ſtantiſsimus doctor D.Ioannes de Beſutio Doctor
Mediolanen.idem conſuluit in cõſ. 13. cui cõſilio
ſe ſubſcripſerunt excellentiſsimi Doctores D.Vi-
centius Paleotus & Bartholomęus Sozinus.
16 Quartò & ultimo reſponderi poteſt † ꝙ cõſuetu
do de qua ſupra intelligẽda eſt niſi ex uerbis prola
tis à teſtõre appareat ipſum uoluiſſe relinquere in-
17 tegrũ uſumfructũ:prout cõſtat in caſu noſtro, † in
quo ṕdictus teſtator ſtatuit ꝙ D. Neſtor nõ tenea-
tur conficere aliqđ inuentariũ de bonis,& iuribus
hæreditatis ipſius teſtatoris, & ꝙ nõ teneatur præ-
ſtare aliquã cautionẽ: quia uoluit ipſum omnino
habere illã libertatẽ, pręrogatiuã, & priuilegiũ in
uſufructu,regimine,& gubernatione qbus guadẽt,
& gaudere debẽt ex forma iuris patres legitimi &
naturales in bonis aduẽticijs filiorũ in eorũ ptãte
exiſtentiũ: ex quibus uerbis apparet manifeſtè te-
ſtatorẽ uoluiſſe integrum uſumfuctũ bonorũ ſuorũ
ad prædictũ D.Neſtorẽ pertinere, tũ qa ei remiſit
18 onus pręſtandi cautionẽ,† quæ remiſsio nullius eſ-
ſet effectus ſi ei duntaxat alimenta cenſeretur reli-
cta,cum nuſquam reperiatur alimentarium teneri
19 ad præſtationem alicuius cautionis.†ſigna ergo &
qualitates legati declarant quomodo debeat dici
uel nominari an legatum uſusfructus, an legatũ ali
mentorum,lege prima.§.primo.& ibi Bar.ff.de ſu
perficie.leg.inſulã.ff.de præſcript.uer. Bal.in rubr.
C.de iure emphyt. cum multis quæ poſſent addu-
ci,tam etiam ex iſtis uerbis quibus diſpoſuit teſta
tor ꝙ D. Neſtor habeat prærogatiuam & priuile-
gium in uſufructu, quę pater habet in bonis aduen
ticijs filij exiſtentis in eius poteſtate,quem conſtat
integrum uſumfructũ habere ex diſpoſitione iu-
ris communis & ſtatutorum ciuitatis Bononiæ.§.
1.inſtit.per quas perſo.nob. acqui.
Capio ſecundam quæſtionem,in qua dicendum
uidetur ꝙ filijs præfati teſtatoris competat ius pe-
tendi legitimam cum eius fructibus non expectata
morte prædicti Domini Neſtoris, quia notiſsimũ
20 eſt, † ꝙ de legitima quæ præſtanda eſt filijs omne
grauamẽ,& omnis dilatio uel alia diſpoſitio morã
uel quodcunque onus introducẽs reijciatur, & ſi ij
purè legitimam conſequi debent. l.omnimodo. &
l. quoniam in prioribus. C. de inoffi.teſta.Et hæc
21 adeo procedũt † ꝙ ſi filijs ultra legitimã relinqua
tur poſt certum tẽpus eis tota hæreditas, adbuc re-
ſpectu legitimæ detrahitur tẽpus, licet in reſiduo
dies appoſita à teſtatore ſit expectanda. de hoc eſt
caſus ſingularis in l.ſcimus.§.cum autẽ.C.de inof-
22 fi.teſta.cuius contrariũ uidebatur dicendũ:† qa q
in uno releuatur in alio grauari poteſt,& è cõtra.l.
eũ qui.in prin.ff.de iureiur.Et ex hoc infert ꝙ licet
teſtator reliquerit ferè omnẽ proprietatẽ bonorũ
23 ſuorum prædictis filijs,& † ſic ultra legitimã fuerũt
honorati,per hoc cõmodũ non debet deferri peti
tio legitimæ cũ eius fructibus ipſis competẽtibus.
& iſtud eſt de mente Salyc. in terminis noſtris. in
auc.hoc locum.C. ſi mul.ſecun. loc.nupſ. Iſtud idẽ
tenet Pau.de Caſt. in d.l.ſcimus.§. cum autę.dum
adducit not.per Glo.in l.omnium.ff.de uſufruc.
Sed hoc nõ obſtãte in caſu noſtro cõcludo con-
trarium,& in facto præmitto ꝙ teſtator in propri̇e
tate bonorũ ſuorũ inſtituit hæredes prædictos tres
eius filios & Octauianum nepotem ex fratre, ideo
æqualiter inſtituit hæredẽ cum eius filijs, quia D.
Neſtor qui habebat ſolum dictum Octauianũ filiũ
legitimatum filios dicti teſtatoris æqualiter cũ di-
cto Octauiano,hæredes inſtituit.& ſic cõſiderãdũ
eſt ꝙ teſtator nulla alia ratione dictum Octauianũ
in quarta parte bonorum ſuorum hæredem inſti-
tuit,niſi ut aliceret D. Neſtorem ad inſtituendum
tres dicti teſtatoris filios hæredes unà cum dicto
Octauiano in eius bonis, cõſiderãs ꝙ in hoc uerſa
retur magnum commodum dictorum filiorũ:qa
loco quartæ partis quam amittebãt de bonis pater
nis per inſtitutionem cum eis factã de dicto Octa-
uiano,erant conſecuturi tres quartas in bonis præ
dicti D.Neſtoris eorũ patrui.His in facto præmiſ-
ſis dico ꝙ ipſi filij nõ poſſunt petere fructus legiti-
mæ ipſius competentis uiuente D.Neſtore eo quia
24 † qñ nuda proprietas eſt relicta filijs, prout in ca-
ſu noſtro,& illa tãti ualet quanti ualeat uſusfructus
ſine dicta legitima filijs competente, iſto caſu filij
nullam legitimam conſequi poſſunt uiuente uſu-
fructuario.Ita decidit Ang.multũ notabiliter in §.
ꝓhibemus.in auc.de trien.& ſemiſſ.collat.3.& idẽ
tenet Do.Bar.Veronen.in ſuis cautelis.in 4.charta
in cautela 21.incip.pater uolens excludere filium
à legitima ſua, & eſt iuri conſona hæc deciſio: qa
ex quo nuda proprietas abſq; legitima tanti ualet
quanti uſusfructus qui alteri per teſtatorẽ fuit re-
lictus non poteſt conqueri filius ꝙ legitimam non
25 hẽat in bonis patris, † cũ nihil referat qd ex æqui-
pollẽtibus fiat.l.3.C.de inſtitu. & ſubſtit.c.licet ex
quodam.de teſti.cũ uulg. Quòd autẽ in caſu noſtro
nuda

nuda proprietas abſque legitima relicta dictis fi-
lijs ęquiualeat fructibus quos teſtator reliquit præ
26 dicto D. Neſtori ſic probatur, & pręmitto † ꝙ legi
tima cõpetens dictis tribus filijs eſt tertia pars bo-
norum quæ habuit defunctus mortis tẽpore. auc.
nouiſsima. C. de inoffi. teſtam. finge ergo ꝙ teſta-
tor haberet ĩ bonis tres mille, legitima iſtorũ filio
rum ſunt mille, quæ ſtatim per ipſos peti poſſent, ſi
ſola legitima fuiſſet eis relicta, ſed cũ poſt mortẽ
D. Neſtoris uſusfructuarij ſint habituri illos tres
mille cũ fructibus, quorũ proprietas nuda fuit iſta
relicta titulo inſtitutionis, quis dubitat ꝙ illa duo
mille quos lucrantur prædicti filij æquiualeãt fru-
ctibus ipſis debitis pro illis mille ꝓ legitima ipſis
competentibus: nã ex prędicta ſumma mille ad ra-
tionem quinque pro centenario ſingulis annis ꝑci
perent occaſione fructuum qninquaginta, quę cu-
mulata in quadraginta annis ultra quos non præſu
mitur victurus Do. Neſtor conſtitueretur ſumma
duorum millium, quam ſummam ut pręmiſsi lucrã
tur dicti filij ultra legitimam ipſis competentẽ, &
ſic ex iſta cõputatione manifeſtè apparet maioris
æſtimationis eſſe nudam proprietatẽ bonorũ, quã
teſtator relinquit ꝑdictis filijs, quàm fructus legi-
timæ ſibi competentis, quibus priuatur ex diſpoſi-
27 tione dicti teſtatoris uiuente D. Neſtore. † Quod
autẽ præfatus D. Neſtor nõ præſumatur victurus ul
tra quadraginta annos, imò nec triginta ſeu ẽt ui-
ginti patet ſic: nam ut mihi relatum eſt, dictus Do.
Neſtor tẽpore mortis D. Mini eius fratris agebat
quadrageſimũ annũ & ultra, ideo cũ fuerit ab eo re
lictus uſusfructuarius omniũ eius bonorũ, ut præ-
28 miſſum eſt, non præſumĩt † lex ipſum uicturũ ultra
ſexageſimũ annũ, & ſic ſolum præſumit ipſum ui-
cturũ uiginti annis poſt mortem dicti teſtatoris. de
hoc eſt caſus in l. hæreditatem. in prin. ff. ad leg. Fal
29 cid. Et licet Io. de Imo. ibi dicat illã † cõputationẽ
de qua in d. l. habere locum ſolũ quo ad rationem
legis falcidiæ, & nõ in alijs caſibus, tũ dicẽdũ eſt &
uerius, ꝙ illi cõputationi locus ſit generaliter in
omnibus actibus hominũ: & ità dicit Bal. ponderã
do ibi Gloſ. in l. cum ij. §. ſi integra. ff. de tranſac. &
idem tenet Ang. in l. omnium. ff. de uſufruc. & Pau.
de Caſt. in d. l. hæreditatum. ff. ad leg. Falcidiam.
30 Prætereà & forte non malè poſſet † dici ꝙ illa re
gula quæ diſponit ut quis præſumatur uiuus uſque
ad centeſimum annũ. l. fi. C. de ſacroſanc. eccl. l. an
uſusfructus. ff. de uſufruc. Gl. & Doctores in l. 1. §. ſi
dubitetur. ff. quemad. teſtam. aperiãtur, non proce
dat hodie: quia ut dicit tex. in c. fraternitatis. 34.
diſt. ætas noſtri temporis in qua nõ ſolum corpora
ſed etiam merita defecerunt, non patitur cenſurã
ueterũ canonũ permanere: nã ut docet experiẽtia
31 † quæ eſt efficax rerũ magiſtra. c. quã ſit. de electi.
in 6. temporibus iſtis pauciſsimi reperiũtur qui ad
ſeptuageſimũ ſeu octuageſimum annũ peruenire
poſſent, licet ergo ꝓſumamus D. Neſtorem uictu-
rum uſq; ad octuageſimũ annũ & ultra, adhuc erit
maioris ęſtimationis nuda ꝓprietas relicta filijs, q̃
fructus legitimæ quib. priuant uiuẽte D. Neſtore.
Præterea ſi ſecus diceret nullo caſu poſſet uerifi
cari deciſio Ang. ĩ d. §. ꝓhibemus ſuperius relata.
Et ſi diceretur aduerte qa nõ omniũ bonorũ ꝓ-
prietas fuit relicta ꝓfatis filijs, cum in quarta parte
fuerit inſtitutus Octauianus nepos teſtoris; ad hoc
32 reſpondeo ꝙ † ex hoc prædicti filij teſtatoris non
dicuntur grauari, imo potius commodũ cõſequun
tur, cum ſint conſecuturi tres quartas in bonis præ
dicti D. Neſtoris, qui in eius teſtamẽto pariter eos
hæredes inſtituit cũ dicto Octauiano eius filio. Et
33 tenendo cõtra hanc concluſionẽ † non obſtat tex.
in d. l. ſcimus. §. cum autem. C. de inoffi. teſtam. qa
loquitur ille tex. in caſu in quo filio nõ fuit relicta
integra legitima: quia illam petere poteſt non ob-
ſtante maiori commodo qđ ſit conſecuturus poſt
certum tempus, at in caſu noſtro fuit relicta inte-
gra legitima filijs etiam cõſiderato tempore mor-
tis teſtatoris, ut ſupra fuit probatum, igitur &c.
Capio tertiam quęſtionem in qua uidetur dicẽ-
34 dum D. Neſtorem † teneri & obligatum fore ad ꝓ-
ſtãda alimẽta præfatis filijs teſtatoris & eius fami-
liæ, uidelicet uxori & filijs ſi quos habẽt, uel habitu
ri ſunt, & hoc cõſideratis uerbis dicti teſtamẽti, in
quo diſpoſuit dictus teſtator ꝙ Do. Neſtor teneat
tractare & facere erga filios ipſius teſtatoris in bo
nis rebus & iuribus ſuæ hæreditatis, prout patres le
gitimi & naturales erga ſuos filios legitimos & na
35 turales facere debent. Sed certum eſt † ꝙ parentes
filios ſuus legitimos & naturales alere tenẽtur cum
eorũ uxoribus, & filijs, & ſic familia, l. ſi quis a libe-
ris. §. non tantum. ubi Glo. ff. de lib. agnoſ. Bar. in
tracta. de alimẽ. in 2. col. in uerſ. quæro an ſocer. er
go ad hæc omnia tenetur præfatus D. Neſtor, quem
teſtõr uoluit eẽ oneratũ ad faciẽdũ erga eius filios
eo modo quo pater facere tenet erga filios legiti-
mos & naturales, ut cãtãt uerba ꝓmiſsi teſtamenti.
Sed iſta ratione nõ obſtãte in caſu noſtro cõclu-
do cõtrariũ: moueor, qa ſi conſiderent uerba dicti
teſtamẽti onus iniũctũ ꝑ teſtatorẽ D. Neſtori fuit
qualificatũ & limitatũ: effectus ergo eius erit limi
36 tatus, † quia limitata cauſa, limitatũ parit effectũ.
l. ꝙ dictum. ff. de pact. l. in agris. ff. de acqui. rerum
domin. Fely. multa pro hac regula adducẽs. in c. cũ
ordinẽ. in ver. limitata cauſa. de reſcri. Et ꝙ onus ꝓ
dictũ fuerit limitatũ probo ex uerbis teſtamẽti, dũ
in eo ſubdidit teſtator ꝙ prędictus D. Neſtor tenea
tur facere erga dictos eius filios, ad quæ tenent pa-
tres legitimi & naturales in bonis aduẽtitijs ſuorũ
filiorũ, ratione huiuſmodi adminiſtrationis & uſus
fructus &c. & ſic uoluit teſtõr D. Neſtorẽ teneri ad
id ad ꝙ tenent patres legitimi & naturales erga fi-
lios ſuos ratione uſusfructus & adminiſtrationis
ipſis cõpetẽtis ex diſpoſitione iuris in bonis aduẽ-
titijs filiorũ ſuorũ, & nõ ad aliud uoluit ipſum tene
37 ri, ꝓut patet ex tenore dicti teſtamẽti: † & ſi aliud
uoluiſſet teſtator facile fuiſſet ei hoc exprimere. l.
unica. §. ſin aũt ad deficiẽtis. C. de caduc. tollẽ. ma
ximè cũ dictũ teſtm̃ fuerit factũ tẽpore quo teſta-
tor erat ſanus mẽte & corpore, & ſic non ſuberat ti
38 mor cogitationis mortis, † pp quã ſępenumero te
ſtatores eius cogitatione attoniti nõ poſſunt oĩa q̃
in animo cõceperunt exprimere, ut dicit text. in l.
hac cõſultiſsima. C. qui teſta. fac. poſſ. hoc ergo prę
ſuppoſito ꝙ teſtator uoluerit D. Neſtorem ſolum
& duntaxat eſſe oneratum ad id faciendum qđ pa-
tres tenentur facere ratione uſusfructus quẽ habẽt

in

in bonis aduentitijs filiorum: ex hoc ſequit̃ ꝙ non tenetur pſtare aliqua alimẽta pdictis filijs teſtatoris: qa onus alimẽtandi filios incũbẽs pri legitimo & naturali, nõ cauſat̃ rõne uſuſfructus, nec adminiſtrationis, ipſi cõpetẽtis ĩ bonis aduẽticijs filiorũ,
40 quinimò cauſatur à iure naturali. † Ita dicit tex. expreſſus in l. fi. in §. ipſum aũt filiũ. C. de bo. q̃ lib. cuius uerba hæc ſunt formalia. Ipſum aũt filiũ uel filiã, filios uel filias, & deĩceps, altera pri neceſſe eſt, nõ propter hæreditates, ſed pp ipſam naturã, & leges, quæ a parẽtibus alẽdos eſſe liberos imperauerũt, & ab ipſis liberis parẽtes, ſi inopia ex utraque parte uertit. & illũ tex. ad hoc notãt ibi Bal. & Saly. onus ergo incũbẽs pri rõne uſuſfructus eſt illud qđ ponitur ĩ d. l. fi. §. ſin aũt æs alienũ. & in §. ſed pater qđ cũ ſequẽtibus. C. de bonis quę libe. Et teſtator ideò ſic diſpoſuit, qa uoluit ꝙ cõmoditas bonorũ eius integra ſpectaret ad unũ quemquam ipſorum fratrũ qui reperiret̃ ſuperſtes poſt mortẽ alterius, qđ liquet intueri ex eorũ teſtis eodẽ tẽpore factis.
41 † Præterea ſi diceremus D. Neſtorẽ teneri ad prę ſtandũ alimenta prędictis filijs cũ eorum familijs, cõtingere poſſet ꝙ nullũ cõmodum cõſequerẽtur ex legato uſuſfructus ſibi relicto: qa oẽs fructus eſſent conſumãdi in præſtatione dictorũ alimẽtorũ. Sed legatũ ita interpretandũ eſt, ut afferat cõmodũ
42 legatario, & nõ ſit inutile † etiã pſumẽdo teſtatorẽ uoluiſſe grauare hrẽdẽ duplici onere. licet alias hoc nõ pſumat̃. l. Titia. §. q in uita. ff. de leg. 2. iſtud patet in l. q cõcubinã. in §. q ortos. ff. đ leg. 3. & in l. patronus. §. codicillis. ff. de leg. 2. & in l. apud Iulianũ. §. ſi Titius. in verſic. ſi fundum. ff. de leg. 1. Ex quibus iuribus infert Pau. de Caſt. in cõſ. 248. inci.
43 legatũ pdictum. ꝙ † ſi teſtator reliquit uxori alimenta nihilominus poterit petere dotẽ: quia ex alimentis nullũ cõmodũ cõſequeretur ſi dos interim deberet remanere penes hæredes teſtatoris, ideo præſumendũ eſt eũ uoluiſſe ꝙ ultra dotẽ pſtarẽt alimẽta uxori. Et pro hoc etiã faciũt notata per Fulg. & Pau. de Caſt. in l. fi. §. ſin aũt. C. de bonis quę lib.
44 ubi dicunt † ꝙ ij quibus teſtator reliquit uſumfructum omnium bonorũ non tenẽtur ſatisfacere creditoribus aut legatarijs, qñ eſſent tot legata ſeu credita ꝙ ipſis ſolutis nulla utilitas remaneret penes ipſum uſumfructuarium: qnia hoc non uidetur eſſe de intentione teſtatoris. Et iſta duo dicta multum conferunt ad deciſionẽ præſentis quæſtionis. Ex quibus concludo nulla alimenta fore præſtanda p Neſtorẽ pdictis filijs, ex quo teſtator ita diſpoſuit, & qui ita potuit diſponere, cũ libera ſit facultas patri relicta legitima filijs, quę in caſu noſtro fuit relicta liberè de bonis ſuis diſponere. l. parentibus. C. de inoffi. teſta. Nec ſine cauſa ad ita diſponẽdũ fuit motus teſtator. Nã cõſiderauit licet caſus alter euenerit ꝙ D. Neſtor poſſet decedere ante eũ, quo caſu in eius bonis oĩbus habuiſſet integrum uſumfructũ, & liberã adminiſtrationẽ, iõ ut aliceret D. Neſtorẽ ad relinquẽdũ ipsũ D. Minũ uſũfructuariũ & adminiſtratorẽ in ei⁹ bonis, diſpoſuit eo mõ quo ſ.

Pro hac eadem cõcluſione pondero uerba dicti teſtamẽti, in quo dicit̃, ꝙ D. Neſtor ſit uſuſfructuarius, adminiſtrator, & gubernator bonorum, & hæreditatis præfati Domi. Mini libere, expeditè, &c.

45 ꝙ uerbum † liberè, importat ut abſque ulla diminutione integer uſuſfructus perineat ad pręfatum D. Neſtorem. c. 1. in prin. de regu. in 6. & ibi Dom. de S. Gemi. dicens ꝙ licet nouitius p plures annos ſteterit in religione, ſi in ea non fuerit alligatus ex profeſſione cum poſſit liberè reuerti ad ſeculũ, nõ poterit compelli ad reſtituendũ monaſterio expenſas quas habuit ibi tpe quo experiebatur mores ipſius religionis. & hoc idem not. Fely. in c. 1. de offi. or. multa ſcribẽs ſup ſignificatu iſtius uerbi liberè.

Aduertendũ etiã eſt ꝙ iſta uolũtas teſtatoris ex qua patet ipſum noluiſſe grauare D. Neſtorem ad præſtanda alimenta ſuis filijs non cẽſetur irrationabilis nec abſurda: nã uoluerunt pfatus D. Neſtor & Minus ut uter ipſorũ alteri ſupereſſet, ij haberẽt integrum commodum bonorum, & ꝙ illorum nulla fieret ſeparatio nec diuiſio: iſtud patet ex eorum diſpoſitionibus mutuo hinc inde factis.

Pręterea qua ratione non reputatur abſurdum ſi teſtõr noluit grauare D. Neſtorem ad præſtãda alimẽta de bonis ipſius Mini teſtatoris Octauiano q. nõ erat eius filius, ſed qui erat filius D. Neſtoris, eadẽ ratione non debet cẽſeri abſonum ſi voluit illũ teneri ad pręſtanda alimẽta dictis eius filijs: qa eadẽ ratione complectitur dictos eius filios & Octa-
46 uianũ † & eos pariter honorat, & pariter circa eorum perſonas diſponit: arg. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & l. quãnis. C. de impub. & al. ſubſtitutio.

Capio ultimã quæſtionẽ in qua concluſiuè pcedẽdo dico D. Neſtorẽ de iure cõpelli non poſſe ad patiendũ pfatos filios D. Mini ſecũ habitare in eadẽ domo: qa dictũ onus habitãdi ſi ppendãtur uerba teſtamenti, nõ fuit impoſitũ D. Neſtori, ſed hæredibus ipſius D. Mini, & ſic filijs & Octauino nepoti. Ideo ſi D. Neſtor nõ uult hoc onus agnoſcere nõ cogitur inuitus: qa ad hoc ipſe nõ fuit grauatus, quinimò hoc onus cẽſetur impoſitũ dictis hæredibus in fauorẽ D. Neſtoris: nã teſtator ita diſpoſuit: quia noluit quocunq; mõ poſſe impediri regimẽ, gubernatio, & adminiſtratio uſuſfructus iniuncta pdicto D. Neſtori. iſtud patet ex uerbis teſtamẽti dũ in eo dicitur, & pati ipſum D. Neſtorẽ haberi regimẽ, gu
47 bernationẽ, & admini ſtrationẽ, † ꝙ p fauore eius introductũ eſt nõ debet interpretari ĩ eius odiũ. l. ꝙ fauore. C. de legi. qđ fieret ſi cõtra eius uoluntatem prædicti hæredes ſimul cũ eo habitare poſſet:
48 † quia ſatis magnum incommodum cõſequitur q. aliquid facit contra uoluntatem ſuam, ſicut è cõtra
49 † multum lucratur is qui adimplet ſuã uolũtatẽ. §. præterea, inſti. de ac. l. pen. ff. de condi. ob cau. da.

Præterea teſtator iuſſit dictis hæredibus ut debeãt cõmorari & habitare in eadẽ domo ĩ qua morabitur D. Neſtor: qa noluit eos ſtare ſub regimine & gubernatione D. Neſtoris, ut ergo facilius prędictus D. Neſtor poſſet eos gubernare & regere mandauit eis ut ſimul cum eo habitare deberent: mãdatũ ergo hoc fuit iniũctũ fauore D. Neſtoris, illi ergo poteſt renũtiare. l. pen. C. de pact. c. ad apoſtolicã. de regula. & tãto magis hęc pcedẽt ſi iuſta cauſa immineat ex parte dictorũ heredum pp quã recuſat D. Neſtor cũ eis ſimul habitare iux. not. per Bar. in l. ſi cõuenerit. ff. p ſoc. cũ uulg. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Bona data inſolutum pro dotis reſtitutione & pœnis, ſecundum quod tempus æſtimari debeant. & num. 2. & 3. cum ſeq.*

2 *Sententiæ uerba ambigua interpretari debent contra illam allegantem.*

4 *Verba ſententiæ quando interpretanda ſunt, recurrendum eſt ad mentẽ iudicis qui eã protulit, & iuxta eius intentionem ipſa ſententia interpretanda eſt.*

5 *Voluntatem ſuam quilibet præſumitur conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

6 *Tempus contractus celebrati conſideratur, ad cognoſcẽdum ueram æſtimationem rei in contractu deductæ.*

7 *Lex nunquam præſumit iudicem aliquid uoluiſſe contra ius, quando verbis ſuis ſalua ratione recti ſermonis, poteſt dari intellectus qui ſit conformis iuri.*

8 *Diſpoſitio quælibet ſecundum ius commune interpretari debet.*

9 *Qualitas adiecta uerbo intelligitur ſecundum tps verbi.*

10 *Tempus teſtamenti non autem codicillorum inſpicitur, ad cognoſcendum quid contineatur in legatis.*

11 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi poteſt in ſententia iudicis.*

12 *Tempus codicillorum non inſpicitur, ſed tempus quo teſtamentum factum eſt in codicillis qui habent dependentiam à teſtamento præcedenti.*

13 *Iudex mandans æſtimationem bonorum inſolutum datorum fieri, exprimit id quod tacitè ineſt ex diſpoſitione iuris communis.*

14 *Expreſſio eorum quæ intelliguntur nullum effectum debet operari.*

15 *Diſpoſitio quælibet interpretanda eſt ſecundum rationabilem intellectum, & ne abſurditas inde ſequatur.*

16 *Commodum et incommodum contingens poſt contractũ legitimè celebratum pertinet ad emptorem, ſeu creditorem cui fuit res inſolutum adiudicata.*

17 *Verbum iuſta, quid importet.*

CONSILIVM LXVIII.

IVDEX in ſentẽtia ſic pronũciauit. Dicimus & declaramus Titiũ fuiſſe & eſſe reſtituẽdum, reponendũ, & reintegrandũ, ac reſtitui, reponi, & reintegrari deberi ad & in poſſeſſionẽ bonorũ immobiliũ &c. ꝑter quàm ad & in poſſeſſionẽ bonorũ, & petiarũ terrarum alias emptarum per Sempronium reum conuentũ à D. Ioanne de Putheo & D. Dorothea eius uxore: quæ bona dicta D. Dorothea alias fuit cõſecuta inſolutum pro libris duabus mille occaſione dotis ei debitæ per hæredes primi uiri ſui: & totidẽ pro pœnis, & hoc ſolum quantum ad ueram ſortẽ dotium librarum duarum mille ipſius D. Dorotheæ; ſuper quibus declarauit idẽ iudex ꝙ eligãtur duo boni, & experti uiri, qui cum iuramẽto debeãt æſtimare tot de dictis bonis inſolutum conſecutis per dictam D. Dorotheam pro dictis dotibus & pœnis, quę aſcendant ad ueram & iuſtam æſtimationem & pretium ueræ ſortis dictarum dotium librarũ duarum mille prædictæ D. Dorotheæ.

1 Ex prædictis dubitatur † an æſtimatio dictarum petiarum terrę, quã iudex pronunciauit eſſe faciẽdam per duos bonos & expertos uiros, fieri debeat habita cõſideratione ad tẽpus quo dicta bona fuerunt tradita inſolutũ prædictę D. Dorotheæ, an uerò fieri debeat habito reſpectu ad tempus quo iudex ſic pronuntiauit.

In iſto articulo uidetur eſſe dicendum ꝙ æſtimatio fieri debeat ſecundum tempus quo dicta ſentẽtia fuit lata, inhærẽdo uerbis ſentẽtiæ, in qua iudex pronunciauit ſimpliciter æſtimationẽ eſſe faciẽdã per duos bonos uiros & expertos, ergo ſecundũ tẽpus præſens fieri debet prędicta æſtimatio nõ ſecũdum tempus quo facta fuit datio inſolutum ꝑdictę D. Dorotheę: arg. l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg. & l. ſi

2 ita. ff. de leg. 2. Prætereà † uerba dictę ſniæ ſunt ambigua, cum in ea non exprimatur ſecũdum qđ tempus fieri debeat dicta æſtimatio: ergo ĩterpretatio fieri debet cõtra illũ qui fundat ſe ſuper dictis uerbis: argu. c. in præſentia. de proba. facit tex. in l. ueteribus. ff. de pact. & in l. Labeo. ff. de cõtrah. emp.

Sed his nõ obſtãtibus ueritas eſt in contrarium,

3 concludo itaque in ꝑmiſſo articulo † æſtimationẽ dictarum petiarum terræ eſſe faciẽdã ſecundũ tempus quo facta fuit de illis inſolutũ datio prædictæ D. Dorotheę. & pro iſta concluſione moueor pluri

4 bus rationibus: primò, nã † qñ agitur de interpretatione uerborum quæ iudex in ſententia protulit, recurrendum eſt ad mentẽ iudicis, & iuxta eius intentionem ipſa ſententia interpretanda eſt. de hoc eſt caſus in l. ſi ex teſtõ in fi. cum l. ſeq. ff. de excep. rei iudic. quos tex. dicit Pau. de Caſt. ĩ ultimo notabili ſe ſępius ad hoc allegaſſe in conſilijs, ſed mẽs & intẽtio iudicis qui ſic pronũciauit æſtimationẽ eſſe faciẽdã fuit ut æſtimatio fieri debeat ſecundum tempus dationis inſolutũ factæ D. Dorotheæ, vt ꝓbabitur: igitur prædictum tẽpus erit inſpiciendũ.

5 Quod autem ſecus fuerit mens iudicis patet. † Nã quilibet præſumitur conformare uoluntatẽ ſuam cum diſpoſitione iuris cõmunis. l. ſi duo. in fi. ff. de acq. hære. Bal. in l. precibus. col. 15. C. de impub. & ali. ſubſtit. Bar. & ibi latè D. Alex. ĩ l. hæredes mei.

6 §. cũ ita. ff. ad Treb. ſed de iure cõmuni † ad cognoſcendam ueram æſtimationẽ rei deductæ in cõtractu, conſideratur tẽpus contractus celebrati. c. cum dilecti. de empt. & uend. l. ſi uolũtate. C. de reſcind. uend. Doctores in l. 2. C. de reſcind. uend. igiť tempus dictæ adiudicationis inſolutum inſpiciendum erit circa prædictam æſtimationem faciendam.

Secũdò pro hac concluſione moueor. Nã nunꝗ

7 † lex prę́ſumit iudicem aliqd uoluiſſe cõtra ius, qñ uerbis ſuis ſalua ratione recti ſermonis poteſt dari intellectus ꝗ ſit cõformis iuri. l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. Inno. in c. innotuit. de eo ꝗ furtiuè ordines ſuſcepit. Pau. de Caſt. in conſ. 326. inci. uiſo pũcto. in 1. col. ſed uerba dictæ ſententiæ poſſũt ſalua rõne recti ſermonis interpretari, ut cẽſeať iudex ipſe uoluiſſe æſtimationem eſſe faciendã ſecundũ tempus prædictæ dationis inſolutũ. Igitur iſta interpretatio fieri debet cũ iſtud ſit ſecundum ius commune d. c. cũ dilecti. & l. ſi uolũtate. C. de reſcind. uẽdi.

8 Tertiò moueor alia ratione. † Nã ꝗlibet diſpoſitio ſumit interpretationem à iure cõi. l. 1. §. ſi ſub cõditione. ff. ut legat. de nomi. cauea. l. ꝗro. §.

inter lo-

inter locatorem.ff.loca.l.2.ff.de pac.dota.Et iſtud in ſententia firmat D.Alex.in conſ.46. incip.circa primum.in quinto libro.adducẽs tex.in l.miles.§. decem.ff.de re iudica. cum ergo de iure cõmuni æſtimatio fieri debeat ſecundum tempus quo res fuit deducta in contractu.d.l.ſi uoluntate, hãc interpretationem aſſumet prędicta ſententia.

Quartò cõſidero uerba dictę ſententię in qua iudex declarauit æſtimationẽ eſſe faciendam de prędictis petijs terrę traditis inſolutum pdictę D.Dorotheæ,cũ ergo æſtimatio fieri debeat de dictis pdijs traditis inſolutũ,tẽpus adiudicationis inſolutũ factæ erit inſpiciendũ:† qa qualitas adiecta uer-
9 bo intelligit̃ ſecundũ tẽpus uerbi.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.l.Titius.ubi Bar.ff.de milit. teſtam.idem Bar.in l. ex facto.col.3.ff.de uulg.& pupil.ſubſt.

Quintò conſidero ꝙ iudex in prædicta ſententia approbat adiudicationem inſolutum factæ prædictæ D.Dorotheę reſpectu librarum duarũ mille, quæ ei debebantur occaſione dotiũ ſuarũ. Tẽpus ergo adiudicationis inſolutũ factæ quã ipſe iudex approbat & confirmat,erit inſpiciendum non aũt, tempus quo fuit lata dicta ſententia,& ſic tẽpus approbationis.pro hoc eſt caſus in l.Aurelius §.teſtõ ff.de lib.lega.quem tex.Doctores reputant ſingu-
10 larem.Nam ibi dicitur,† ꝙ ſi teſtator in codicillis confirmauerit legata prius facta in teſtõ per eũ cõdito, ad cognoſcendum quid contineatur in ipſis legatis inſpicietur tempus facti teſtamenti nõ aũt tempus codicillorũ in quibus teſtator approbauit prædicta legata.idẽ patet in l.ſi qs in legatione.ff. de iudic.quẽ tex.ad hoc ponderat ibi Ludo.Rom.

Præterea & ſextò præfatus iudex ius pdictæ D. Dorotheæ & ſic habentium cauſam ab ea reſpectu dictæ ſummæ librarũ duarũ mille noluit in aliquo lædere,nec immutare poteſt dum dicit præter,quã in poſſeſsione bonorum & domorum &c. Et dũ dicit quantum uerò ad reſiduum dictorum bonorum & petiarum terrarum &c.ſumendo argumentum
11 † à contrario ſenſu quod ſumi poteſt in ſententia iudicis,l.Pomponius.§.ſed & is.ff.de procurato.l. ſi inter te & me.ff.de excepti.rei iudica.ſed ſi diceretur æſtimationẽ eſſe faciendam ſecundũ tempus latæ ſententiæ,& non ſecundũ tempus adiudicationis inſolutũ factæ ius patris lęderetur: quia ab illo tẽpore uenit valor & æſtimatio pdiorũ igitur &c.

Septimò conſiderandum eſt, ꝙ hæc æſtimatio quam declarat iudex eſſe faciendã de prædictis petijs terrarũ inſolutũ traditis præfatę D.Dorotheæ habet dependentiam ab ipſa datione inſolutũ: ut patet de ſe:tps ergo ipſius dationis inſolutũ inſpicitur in ipſa æſtimatione faciẽda.l.2.§.1.ff.de iure
12 codicil.ubi † in codicillis qui habent dependẽtiã à teſtõ præcedenti,conſideratur tempus quo teſtm̃ factum eſt non autem tempus ipſorum codicillorum.facit etiam tex.in l.a ſe toto.ff.de hære.inſtit. & in l.inſtitutio.ff.de condi.inſti.& quod not.Bar. in l.ſi ita ſcripſero.ff.de condit.& dem.

Octauò conſidero & aliam rationem.Nã iudex
13 dũ † mandat æſtimationẽ fieri de prædictis petijs terrarũ per uiros bonos & expertos cũ iuramento exprimit,id qđ tacitè inerat ex diſpoſitione iuris. cõmunis.l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecũ.nup.
14 Hæc ergo † expreſsio nullũ effectũ debet operari l.3.de leg.1.& l.non rectè.C.de fideiuſſ.cũ uulg.ſicut ergo ſi iudex nihil pronũciaſſet circa ęſtimationem faciendã de prædictis petijs terrarũ eſſet cõſiderandum tempus adiudicationis inſolutũ factæ, ſi tractaretur de illarum æſtimatione facienda.d. l.ſi uoluntate.C.de reſcind.uend.ſic & in caſu præmiſſo illud tempus erit attendendum.

Penultimò pro hac cõcluſione cõſidero aliã ur-
15 gẽtẽ rõnem.Nam † quælibet diſpoſitio eſt interptanda ſecundũ rationabilẽ intellectũ,& ne abſurditas inde ſequat̃,l.ſcire oportet.§.aliud.ff.de excaſa.tuto.l.non ſine.C.de bonis quæ lib.Petr.de Ancha.pro hoc adducẽs multa iura.in conſ.271.inci. in primo dubio quęrit̃ col.2.ſed magna abſurditas inſurgeret interpretãdo iudicem uoluiſſe æſtimationẽ in prædictis petijs terræ eſſe faciẽdã ſecundũ tẽpus latæ ſententiæ,& nõ ſecũdum tẽpus adiudicationis inſolutũ factæ,igit̃ iſta interpretatio reijciẽda eſt.abſurditatẽ probo: nã cum reſpectu librarũ duarũ mille adiudicatio inſolutũ facta Do.Dorotheæ fuit legitima & illã ipſemet iudex approbet tãqnam legitimã eſſet inconueniens ꝙ æſtimatio quæ creuit in dictis petijs terrarũ ipſi nõ prodeſſet ſeu habẽtibus cauſam ab ea ſed prodeſſet eius ad-
16 uerſarijs:cũ ſit ꝙ omne † cõmodũ & incõmodum cõtingens poſt contractũ legitimè celebratũ pertineat ad emptorẽ ſeu creditorẽ cui res fuit adiudicata inſolutũ q hr̃ loco emptoris.§.cũ aũt.inſt.de empti.& uẽdi.iũcta.l.fi.ff.de uſuca.pro empto. Eo maximè:qa ſi mortuo uiro D. Dorotheę eius hęredes ſoluiſſent ei prædicta duo milia librarũ quæ ei debebãtur ratione dotis,potuiſſet illas ſtatim cõuertere in emptione prędiorum,prout uериſimiliter illas conuertiſſet,quorũ augumentũ circa æſtimationẽ potuiſſet ei ſeu habẽtibus cãm ab eis & nõ alijs.

Vltimò cõſidero uerba eiuſdẽ ſententiæ in qua iudex pronunciat eſſe eligendos duos bonos uiros qui debeant æſtimare tot de dictis bonis inſolutũ traditis Dominæ Dorotheę.pro eius dotibus,quæ aſcendant ad ueram & iuſtam æſtimationem,& pręcium ueræ ſortis librarum duarum mille &c.
17 Põdero illud uerbũ,iuſtam,† qđ idem importat ꝙ uerbum, legitimam. l.iuſta interpretatione.ff. de uerb.ſign.Gl. reputat ſingularis.in §. exhæredatos.in uerb.inſti.in auc.de hære.& falcid.collat.1. cum ergo iudex uoluerit legitimam ęſtimationem eſſe faciendã de prædictis petijs terrarum, illa fieri debebit ſecundum tempus dationis inſolutũ factæ prædictæ D.Dorotheæ pdictis duobus milibus libris:qa illa eſt uera & legitima æſtimatio.d.l.ſi uoluntate.& c.cũ dilecti.de empti. & uendi. Ex qbus omnibus & ſingulis patet uerã & indubitatam eſſe præmiſſam concluſionem, fundamẽtis adductis in contrariũ ex præmiſsis patet reſponſio.Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus poſſeſſione beneficij legitimè adepti, à iudice citatione prætermiſſa, ante omnia reſtitui debet.*

2 *Spolatio fit per iudicem procedentẽ non ſeruato iuris ordine, & alicui auferẽtẽ poſſeſſionẽ ſuã illo nõ citato.*

3 *Executor*

3 *Executor an poſſit immittere in poſſeſſionem poſſeſ-*
ſore non citato beneficij.
4 *Geſtum de facto à iudice, de facto reuocari poteſt.*
5 *Aduerſarius quando non eſt certus, & de eo de facili*
certificari poteſt, ſpecifica citatio requiritur.
6 *Poſſeſſio in beneficialibus iuſtificari debet in remedio*
recuperandæ poſſeſſionis.
7 *Titulus quando coloratus dicatur.*
8 *Beneficio qui aliquem ſpoliat, ius ſi quod habet in dicto*
beneficio amittit.
9 *Spoliator dici non poteſt, qui beneficij poſſeſſionem, exe*
cutoris auctoritate adeptus fuit.
10 *Paria ſunt propria auctoritate aliquem ſpoliare re cu-*
ius poſſeſſione inſiſtebat, uel id facere inualida iudi-
cis auctoritate.
11 *Præceptores quibus comparentur. & nu. 13.*
12 *Beneficia manualia uacare dicuntur per mortem aut re*
motionem inſtitutorum in eis.
14 *Beneficium quod ſtetit in aliquo ſtatu per longum tem-*
pus in illo conſeruari debet, & manuteneri.
15 *Quaſi poſſeſſio non curata continuata annis quadragin*
ta probari ſufficit, ad excluſionem illius qui dicit ec-
cleſiam eſſe curatam.

CONSILIVM LXIX.

IN cauſa beneficiali uertente inter
Reuerēdum D. Archiepiſcopū Ni
coſię parte una, nec nō Venerabilē
D. Prouincialē ordinis Sāctę Marię
Alemanorū in Italia parte altera,
duo dubia ueniunt diſcutienda.

Primum dubium eſt, an præfatus Archiepiſco-
pus intentando remedium recuperandæ poſſeſſio
nis obtinere poſſit in cauſa prædicta.

Secundum dubium eſt, an ſi petitorum per ip-
ſum fuerit intentatum habeat ius conſequendi be
neficium de quo eſt contentio.

In primo dubio uidetur dicendum, ꝙ Archiepi-
ſcopus in poſſeſſorio ius habeat in prædicto benefi
1 cio, eo, qa † non citatus à iudice priuatus fuit poſ-
ſeſſione prædicti beneficij, quā prius auctoritate
ſuperioris legitimè adeptus fuerat, ideo ante oīa
eidē reſtitui debet ſua poſſeſſio. l. ſi quis ad ſe fun-
dum. C. ad leg. Iuli. unde vi. c. in literis. & c. conque
rentis. de reſtit. ſpoliat. Nam ſecundū Old. in conſ.
226. inci. de toto themate qōnis. in 1. dub. in uerſ.
2 ſecunda regula eſt, † ſicut ſit ſpoliatio per priuatū,
ſic & illa fieri dicitur per iudicem procedentem
non ſeruato iuris ordine, & alicui auferentem poſ-
ſeſſionem ſuam illo non citato. pro hoc dicit eſſe
caſum in d. c. cōquerēte. & in c. præſentium. 6. q. 1.

Sed hoc non obſtante cōcludo contrariū, & præ
ſuppono prius in facto ꝙ executor datus à Reuerē
diſſimo D. Legato Ciuitatis Bononię proceſſit ad
executionem gratię immittendo præfatum Domi.
Archiepm in poſſeſſionē dicti beneficij nō citato
dicto Prouinciali poſſeſſorę ipſius beneficij. hoc er
go præmiſſo in facto pro hac parte in fauorē præfa-
3 ti Domini Prouincialis adduco hāc rationē. † Nā
executor nō poteſt procedere ad miſſionē in poſ-
ſeſſionem alicuius beneficij niſi poſſeſſore illius le
gitimè citato. de hoc eſt tex. ī c. licet epiſcopus. de
præben. lib. 6. quem tex. Domi. & Doctores intelli-
gunt procedere in dicto executore qn̄ poſſeſſio il-
lius qui inſiſtit beneficio eſt colorata. & idem ante
eos tenet Old. in conſ. 226. de quo ſupra facta fuit
mentio, ubi fortius dicit ꝙ ſiue poſſeſſor habeat co
lorem poſſidendi, ſiue non, nunquam ammouebiť
à ſua poſſeſſione ſine cauſæ cognitione. 16. q. 4. c.
nolumus. Stante ergo ꝙ citatio fieri debuerit de ꝑ-
dicto D. Prouinciali, quæ minimè facta fuit. ex hoc
infertur ꝙ potuit ſuperior immittere dictū D. Pro
uincialem ſeu eius procuratorem in poſſeſſionem
dicti beneficij, nō citato præfato Domino Archie
piſcopo. Nec ex citatione quæ in ipſo omiſſa fuit
4 habet iuſtā cauſam conquerendi: † quia qn̄ iudex
de facto ꝓceſſit omiſſa partis citatione, id qđ per
eū de facto geſtū eſt, de facto reuocare poteſt, l. 1.
§. 1. ff. ſi mul. uen. nom. & pro hoc allegatur Glo. in
l. minor. in prin. ff. de euic. & Glo. in c. excōicatos.
11. q. 3. quam notat Bal. ī l. tale pactū. §. qui prouo-
cauit. q. 10. ff. de pac. Saly. & Pau. de Caſt. ī l. ſi pacto
quo pęnā. C. de pac. & iſtud in terminis iſtis tenet
Alex. in cōſ. 5. inci. in cauſa, & lite uertēte. in 2. lib.
col. ult. Pet. de Ancha. loquens propriè de executo
re q abſque ulla cauſæ cognitione miſit impetrātē
in poſſeſſione beneficij. in conſ. 18. inci. dominus
5 noſter. ī ultimis uerbis. † Quinimo qn̄ aduerſarius
non eſt certus, de facili tn̄ certificari de eo poteſt,
iſto caſu nō ſufficit citatio generalis, ſed ſpecifica
requiriť citatio. Ita decidūt Pet. de Anch. & Do. in
c. fi. de elect. lib. 6. idē Pet. de Ancha. in conſ. 271.
inci. in 1. dubio quæriť. col. 3. & Bar. in cōſ. 89. inci.
in quæſtione uertente. quia in culpa eſt is qui de-
buit inquirere poſſeſſorē. l. meminerint. C. un. ui.

Fortius dico, ꝙ ſi D. Prouincialis aut eius procu
rator propria auctoritate expulliſſent præfatū D.
Archiepiſcopū, adhuc ſibi non cōpeteret remediū
6 recuperandę poſſeſſionis: † quia in beneficialibus
eſt opus iuſtificare poſſeſſionem in remedio recu-
perandæ poſſeſſionis. ita concludunt communiter
Doctores in c. literis. de reſt. ſpoliato. ubi Abb. Mo
7 dernus dicit doctores ita cōiter tenere. † coloratus
aūt dicitur titulus quē quis conſecutus eſt ab illo q
habuit poteſtatē conferēdi, licet defectus fuerit in
ipſo recipiente. ſic declarat Cald. in c. cum noſtris.
in 3. q. de conceſſ. præben. quem Doctores commu
niter ſequuntur. Et hāc declarationē ſequitur Lap.
allegat. 103. ubi dicit ꝙ Doctores ita communiter
tenent. Sed titulus quo utitur præfatus D. Archie-
piſcopus non eſt coloratus, cū illud non fuerit con
ſecutus ab eo qui potuerit cōferre dictū beneficiū,
ut probabitur in ſequenti dubio. Igitur non poteſt
uti remedio recuperādæ poſſeſſionis in hac cauſa
beneficiali. ꝓ nota. in d. c. in literis. Quinimò dici
8 poteſt, ꝙ † D. Archiepiſcopus propter ſpoliationē
per eum factam de poſſeſſore dicti beneficij oē ius
ſi qđ habebat in dicto beneficio cenſeatur amiſiſ-
ſe. c. cum qui. de præben. in ſexto. per quem tex. ita
decidit Gaſpar. Cald. in conſ. 7. in tit. de præbē. Et
9 ſi dicatur, † ꝙ D. Archiepiſcopus adeptus fuit poſ-
ſeſſionem dicti beneficij auctoritate executoris,
ergo nō poteſt dici ſpoliator. l. iuſtè poſſidet. ff. de
acquir. poſſ. & ſic non poteſt dici ꝙ ius amiſerit.
Ad hoc reſpondetur quòd imò dicitur ſpoliator, &

incurret

10 incurret prædictam pęnam: † quia paria ſunt propria auctoritate aliquē ſpoliare re cuius poſſesſione inſiſtebat, uel id facere auctoritate iudicis inualida, ut quia poſſeſſor nō fuit citatus. l. meminerit. C. unde ui. iuncta l. ſi quis in tantam. C. eo. notant Bar. & Doctores in d. l. iuſtè poſſidet, ff. de acq. poſ. & idem tenet Bar. in conſi. 89. de quo ſuperius facta fuit mentio. Et ex ijs concludo ꝙ in iudicio poſſeſſorio nullum ius competit prædicto D. Archiepiſcopo in hoc beneficio.

Adducta in contrarium ex ſupradictis per intelligentem facile tolli poſſunt, ideò aliter nō inſiſto.

Capio ſecundum dubium in quo uidetur dicendum ꝙ in iudicio petitorio iuſtitiā foueat Archiepiſcopus: quia beneficium hoc fuit impetratum tā quam uacans, & ideò ſi probetur dictum beneficiū uacaſſe tempore prouiſionis de eo factæ, prouiſio debet effectum ſortiri; ꝙ autem dictum beneficiū

11 uacaret, patet ſic: nam † quando domus inferior habet iura ſeparata à domo ſuperiori, & reſpondet domui ſuperiori de certa penſione ſingulis annis, prout communiter contingit in Italia in præceptoribus ſancti Antonij, tunc iſti tales adminiſtratores domus inferioris æquiparantur prioribus manualibus ſi deputentur per ſuperiorem, uel alijs habentibus dignitatem perpetuam, ſi habeant collegiū à quo eligantur. Hæc eſt doctrina Abba. Panor. in c.

12 cum deputati, col. 3. de iud. tunc ſic † beneficia manualia dicuntur uacare per mortem aut remotionē inſtitutorum in eis, prout uult Gl. quam approbant ibi expreſſè Card. Pet. de Anch. & Io. de Imol. in Clem. 1. de ſupplen. negligen. prælato. ergo & pdictum beneficium per remotionem factam à ſuperiore de inſtituto in eo dicetur uacaſſe, & ſic iure potuit conferri prædicto D. Archiepiſcopo.

Sed hoc non obſtante concludo cōtrariū, & pręmitto in facto ꝙ iſti nobiles de ordine Sanctæ Mariæ Alemanorum habent unum ſuperiorem qui diſtribuit adminiſtrationes beneficiorū ipſius ordinis, in ſingulos de ipſo ordine, quos ad libitum ſuū poteſt reuocare, & ita eos reuocat, quando libet, & beneficia ordinis, quæ ſunt in Lombardia cōmittit regimini unius qui appellatur Prouincialis, & iſte Prouincialis adminiſtrationem beneficii exiſtētis in territorio Bononienſi committit uni quē ad libitum ſuum poteſt remouere. Iſtis in facto pmiſſis dico ꝙ beneficia iſtius ordinis licet nullus in eis fuerit inſtitutus, nullo modo dicuntur uacare, cum adminiſtratio omnium beneficiorū ſit quo ad uniuerſum penes ſuperiorem, quem appellant Generalem. Iſtud patet ex notatis per Innoc. & Abba. in c.

13 cum deputati. de iudic. † ubi loquentes de poteſtate & officio præceptorum, dicunt ꝙ iſti æquiparantur inſtitoribus qui præponuntur negotio domini-co, uel æquiparantur cuſtodibus, uel commendatarijs, uel uiſitatoribus, uel uicarijs quorum officium uerſatur in curando, & uiſitando loca ſibi per maiorē magiſtrum commendata, & iſti tales poſſunt remoueri quandocunque ad libitum ſuperioris, & ſuperiorum, ſi plures habeant ſuperiores, & ſic conſidera ꝙ huiuſmodi adminiſtratores non dicunt habere aliquem titulum in beneficijs quorū adminiſtratio & regimen eis committitur: quia æquiparātur commendatarijs, & uiſitatoribus non habentibus titulū in beneficijs. c. nemo deinceps, & ibi Gl. in uerbo cōmendare, de elec. in 6. ergo beneficia p remotionē ipſorū non cenſentur uacare, & ex hoc ceſſat obiectio in cōtrarium facta de beneficio manuali. Nam ideò illud cenſetur uacare per remotionem aut mortem inſtituti: quia iſti in eo titulū obtinebant, prout notat Cald. in conſi. 9. in tit. de reſcri. & ſi diceretur dicta beneficia ideò uacare, qa ſuperior illa nulli contulerit. ex hoc ſequeretur ꝙ omnia beneficia dicti ordinis dicerentur uacare: & ſic ordinarij illa poſſent conferre: quia ſuperior dicti ordinis nulli cōfert pdicta beneficia, ſed ſolū cōmittit adminiſtrationes eorū aliquibus ex dicto ordine, quos arbitrio ſuo remouet. & ſic nulli dat titulū in dictis beneficijs: ſed hoc affirmare eſſet quædam inſania.

Præterea & tertiò à multis annis citra, quinimò non extat hominum memoria in contrarium: beneficium prædictū non fuit collatū ei in titulū: ſed ſolū fuerunt conſtituti adminiſtratores qui curā hērent & regimē dicti beneficij, quos ſuperiores arbitrio ſuo remouerunt aliis ſubrogatis in locū remo-

14 torū, † in hoc ergo ſtatu in quo fuit longisſimo tēpore beneficium hoc dēt manuteneri, & conſeruari, c. cum de beneficio, ibi Doc. de præb. lib. 6. Pet. de Anch. in conſi. 161. inci. in quæſtione eccleſiæ.

15 ubi dicit, ꝙ † ad excluſionem illius qui dicit eccleſiam eſſe curatam, ſufficiat probare quaſi poſſesſionem non curatam, continuatā annis 40. ex quibus concludo nullū ius competere D. Archiepō in prædicto beneficio, quem ſpero intellectis iuribus D. Prouincialis ſponte ſua liti ceſſurum. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Bononiæ an prioratum non conuentionalem, nec curam animarum habentem dependentem à monaſterio extra legationem exiſtente, & per eiuſdem monachos rectum, poſſit unire perpetuo monaſterio exiſtenti in legatione ſua, in præiudicium monaſterij & abbatis exiſtentis intra ſuam legationem.*

2 *Vnire eſt actus iuriſdictionalis, & uide num. 10.*

3 *Legatus non poteſt alteri præiudicare in iure ſibi competenti ex priuilegio, uel alia cauſa.*

4 *Legatus de latere an poſſit de iure communi uniones de beneficijs facere.*

5 *Tenor priuilegij & facultas à ſuperiore cōceſſa īſpicitur*

6 *Superior quis dicatur in collatione beneficij, quando beneficij collator eſt negligens in conferendo.*

7 *Alienatio prædij eccleſiaſtici an requirat auctoritatē epi loci ubi eſt ſita eccleſia, an uerò ubi eſt ſitū prædiū.*

8 *Legatus à latere conferre poteſt beneficia uacantia in ſua prouincia, quorum collatio ſpectat collatoribus exiſtentibus in aliqua prouincia.*

9 *Ratione rei de qua agitur quis ſortitur ſubiectionē ibi ubi res eſt.*

11 *Statutum epiſcopi ꝙ non reſidens in beneficio ſuo per duos menſes continuos eo priuetur ipſo iure, an comprehendat illum qui ſe abſentauit a beneficio quod habet in diœceſi dicti epiſcopi, nec in termino duorum menſiū reuerſus eſt.*

CONSILIVM LXX.

1 EXTAT prioratus † quidam intra limites legationis Legati Bononi. nõ conuentualis, nec habens curã animarũ, dependens tamẽ à monaſterio quodam exiſtẽte extra legationẽ, & per monachos eiuſdẽ monaſterij regi & gubernari ſolitũ fuit, dubitatur an Reuerendiſsimus D. Legatus Bononię poſsit unire perpetuò hunc prioratum alicui monaſterio exiſtẽti in legatione ſua præiudicando monaſterio & abbati non exiſtenti intra ſuam legationem.

In iſta quæſtione uidetur dicendum ꝙ ex quo rector & gubernator dicti prioratus non eſt ſubiectus ꝑdicto Legato Bononiæ, nec in eo exercere poteſt iuriſdictionẽ, ꝙ prioratũ unire non poſsit, † quia
2 unire eſt actus iuriſdictionalis: ꝓut notat Gloſſ. in Clemẽ. in agro. §. ad hæc. de ſtat. monacho. Do. de Rot. deciſ. 459. in antiquis. ergo per Legatum fieri non poteſt: arg. l. fi. ff. de iuriſdi. omn. iud. & c. ut animarum, de conſti. lib. 6. maximè † cum Legatus nõ
3 poſſet alteri præiudicare in iure ſibi competenti ex priuilegio, uel ex alia cauſa: ut per gl. in c. pro illorum, in uerb. authoritate de præben.

Sed iis non obſtantibus breuiter concludo contrariũ, & præmitto ꝙ licet de iure cõi † ſit dubita-
4 tio ĩter Doctores an Legatus de latere poſſet de iure cõi facere uniones de beneficijs: quia aliqui uolunt ꝙ ſic, aliqui contradicunt, de quo per Abba. in c. fi. de confirma. util. uel inut. & per Frider. de Sen. in conſi. 195. & per Io. Andreæ in tit. de lega. §. nũc oſtendendum. uerſi. quinto. & per Dominos de Rota in deciſ. 459. ſuperius allegata. tamen in caſu noſtro iſta dubitatio ceſſat, cum ſit ꝙ Reuerẽdiſsimo D. Legato expreſsè ſit tradita facultas à Sũmo Pontifice uniendi, annectendi, & incorporandi etiam motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ut patet ex tenore eius conceſsionis: dubitatio ergo ſola uerſatur, an ex quo rector & gubernator prædicti prioratus non eſt ſubiectus Iuriſdictioni D. Legati. hæc unio fieri poſsit de præmiſſo prioratu exiſtente intra limites eius legationis, in quo articulo pluribus rationibus concludo ꝙ ſic: & primò: quia auctoritas D. Legati ſe extendit ad beneficia exiſtentia intra limites ſuę legationis. Cũ ergo dictus prioratus ſit intra limites legationis, il-
5 lum poterit unire: † quia tenor priuilegij & facultatis à ſuperiore conceſſæ, eſt inſpiciendus. c. porro. & c. recepimus, de priuile. nec præſtat impedimentum huic unioni ꝙ rector prioratus non ſit de iuriſditione præfati D. Legati: quia ſatis eſt ꝙ beneficium ſit ſitum in eius delegatione. Pro hoc adduco tex. in Clem. 1. in prin. iuncta Gl. in uerbo locorũ,
6 de ſupplen. negligen. prę la. ubi habetur † ꝙ ſi is ad quem ſpectat collatio beneficii ſit negligens in cõferendo, ita ꝙ pp eius negligentiam ius conferendi deuoluatur ad ſuperiorem, is dicetur ſuperior in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium, non is in cuius dięceſi eſt collator. & iſtud etiam probat tex. in c. 2. de ſupplen. negligen. prælat. in uerbo, in tuo epiſcopatu, &c.

Secundò pro hoc adduco notata per Inno. Do, Ant. & Abba. in c. paſtoralis, de priui. ubi quærunt,
7 † eccleſia donata eſt in una diœceſi, donator uerò eſt in alia dięceſi, imminet alienatio prædij eccleſię donatæ, quis epiſcopus interponet auctoritatẽ in hac alienatiõe, an epiſcopus donatoris, an uero epiſcopus in cuius dięceſi ſita eſt eccleſia, cõcludunt ꝓfati Doctores ꝙ in hac alienatione epiſcopus eccleſiæ donatæ interponat auctoritatem ſuã: quia eccleſia eſt ei ſubiecta. & nihil refert ꝙ donator ſit alterius dięceſis. ſic in ꝓpoſito caſus noſtri cũ oẽs eccleſię & omnia beneficia exiſtentia intra limites legationis ſint ſubiecta præfato D. Legato, de illis diſponere poterit iuxta facultatẽ ſibi traditã à Summo Põtifice, licet contingat rectorẽ eccleſię ſuper qua diſponit nõ eſſe de eius iuriſdictione.

Tertiò pro hac concluſione adduco in terminis deciſionẽ Ludo. Roma. expreſsè decidentis iſtũ articulum in conſi. 361. inci. in caſu propoſitę cõſul-
8 tationis. ubi dicit † ꝙ legatus de latere poteſt conferre beneficia uacantia in ſua prouincia exiſtentia ꝑiudicando collatoribus exiſtentibus in regno Franciæ, & ſic extra prouinciam ſuã: quia quanuis illi aliunde originem ducant ſeu domicilium contraxerint, attamen ratione beneficij ſiti in prouincia ſibi ſubiecta, cenſentur ſubiecti ipſi Legato.
9 † cum rõne rei ſitæ in alterius territorio quis ſortiatur ſubiectionem eius qui præſidet territorio, c. ſanè. §. fi. extra de foro comp. l. fi. C. ubi in rẽ actio.
10 Et ex iſto fundamento reſpondetur ad rõnẽ † adductã in contrariũ, inquantum fuit dictum, ꝙ unio beneficij dr̃ actus quidam iuriſdictionalis, qui in eũ qui ſubditus non eſt exerceri non poteſt: quia negatur ꝙ non ſit ſubiectio, ſaltem à ratione beneficij ſeu rei ſitæ intra limites prædictæ legationis.

Quartò & ultimò pro comprobatione præmiſſorum faciunt nota. per Frideric. de Senis in cõſ. 177. inci. de ſtatuto epiſcopi. quo cauetur. de quo conſilio facit mentionem Pet. de Ancha. in repetitione capituli Canonum ſtatuta. de conſtitu. char. 16. ubi
11 quærit † ſtatuto epiſcopi cauetur, ꝙ non reſidens in beneficio ſuo per duos mẽſes continuos, eo priuetur ipſo iure, modo quidã abſentauit ſe à beneficio quod hẽt in dięceſi dicti epiſcopi, nec infra tẽpus duorum menſium reuerſus eſt, dubitatur utrũ uirtute dicti ſtatuti incurrat pęnam priuationis, arguit primò ꝙ non: quia delictum eſt conſummatũ in aliena dięceſi ad quam uirtus dictæ conſtitutionis non extenditur, c. ut animarum. de conſt. lib. 6. ſed contrariũ decidunt prædicti Doctores, qui inter cætera mouentur: quia onus reſidentiæ eſt annexum: rei ubicunque ergo ſit perſona ad quam ſpectat dicta reſidentia illi oneri obligatur, & ſic res conſideranda eſt non perſona. Sic in caſu noſtro facultas cõceſſa D. Legato reſpicit beneficia & eccleſias quæ ſitę ſunt in eius legatione. illarum ergo eſt habenda conſideratio non aũt rectoris earum, qui aliunde duxit originem, ſeu qui contraxit alibi domicilium: & ſic qui ratione ꝑſonæ non eſt ſubiectus prædicto Do. Legato. Ex quibus indubitanter concludo Do. Legatum Bononiæ prædictum prioratũ perpetuò uniri poſſe. Adducta in contrarium ex ſupradictis remanent ſublata. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Verba omni exceptione reiecta in principis priuilegio poſita, reijciunt etiam exceptionem præſcriptionis.*
2 *Voluntatis quæſtio non admittitur, quando in uerbis nõ eſt dubitatio.*
3 *Statutum de puniendo homicidium, intelligitur de homicidio dolo commiſſo.*
4 *Statutum puniens homicidium quomodocunque commiſſum, dolo uel non, de dolo commiſſum comprehendit.*
5 *Re euicta mediante laudo arbitri, poteſt emptor agere de euictione, ex pacto ꝙ quomodocunque res euincatur ſit locus euictioni.*
Limitatio ad tex. in l. ſi dictum, §. ſi compromiſero, ff. de euictionib.
6 *Extranei legatarij, & qui regulariter in feudis non ſuccedunt, admittuntur ad feudum conceſſum pro ſe & quibuſcunque hæredibus.*
7 *Verba quibuſcunque, alterant naturam feudi.*
8 *Verba, exceptione ſolutionis duntaxat excepta, quid importent in priuilegio hebræis conceſſo.*
9 *Procurator ad agendum cum clauſula ꝙ poſſit omnia expedire quæ cõſtituens expedire poteſt, excepto ꝙ de calumnia iurare non poſſit, uel iuramẽtum deferre, poteſt omnes alios caſus requirentes ſpeciale mandatum expedire.*
10 *Statutum prohibẽs poſſe opponi omnem exceptionem cõtra inſtrumentum publicum, niſi exceptionem ſolutionis, reijcit exceptionem nouationis & delegationis.*
11 *Exceptio debet eſſe de contentis ſub regula.*
12 *Præſcriptio ſimilis eſt ſolutioni, & nu. 50.*
13 *Præſcriptio omnem actionem perimit.*
14 *Statuto diſponenti ꝙ poſt annum litera cambij nullius ſit ualoris, & quod præſcriptione decennij creditor excludatur à petitione debiti ſui, quibus clauſulis generalibus derogetur.*
15 *Priuilegium Principis facere debet mentionem legis habentis clauſulam derogatoriam, cum aliquid contra legem commendat.*
16 *Clauſula non obſtante lege in cõtrariũ faciente, in Principis priuilegio appoſita, ſufficit ad derogandũ, etiam ſi de ea neceſſario mentio deberet fieri.*
17 *Legatus non derogat ſtatutis quorum notitiam non hẽt.*
18 *Diſponentis uoluntas ad incogitata non extenditur.*
19 *Princeps legitimando ſpurium cum clauſula qualitercunque & ex quocunque coitu natum, omnes illegitimitatis defectus tollit.*
20 *Diſpoſitio quælibet conſideranda eſt in ſui concluſione, nec uerborum præcedentium habetur conſideratio.*
21 *Concluſio libelli conſideranda eſt, & præcedentia ſecundum ipſam concluſionem intelliguntur.*
22 *Libris hebræorum nullam fidem præſtat ius commune.*
23 *Limitatum priuilegium limitatum parit effectum.*
24 *Hebræi adæquantur Chriſtianis ex forma priuilegiorũ.*
25 *Statutum in uno adæquatorum, & in altero ſtatutum cenſetur.*
26 *Adæquatio cenſetur facta reſpectu commodorum, non autem incommodorum, quãdo unum alteri adæquatur.*
27 *Scolares adæquati ciuibus ex forma ſtatuti, non amittũt priuilegia eis prius conceſſa, quæ ciuibus non cõpetũt*
28 *Diſpoſitio quælibet interpretanda eſt, ut non contineat abſurditatem nec iniquitatem*
29 *Statutum quod habens centum in bonis uel plus, debeat tenere equum, quomodo intelligendum.*
30 *Hebræorum cõditio deterior eſſe dẽt quàm Chriſtianorũ*
31 *Hebræum eſſe exiſtimatur delictum.*
32 *Delinquentes non debent eſſe melioris conditionis ijs qui non delinquunt.*
33 *Rigor præfertur æquitati in cauſis iudæorum*
34 *Iudæo non eſt permiſſum purgare moram, cum illud inductum ſit ex æquitate.*
35 *Iudæo probanti per unum teſtem, non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.*
36 *Iudæo non eſt ſeruanda æquitas.*
37 *Exceptio præſcriptionis contra literas cambij hebræorũ eadem ratione permittitur, ſicut exceptio ſolutionis.*
38 *Statutum ꝙ poſt decennium creditor excludatur à petitione debiti quare emanauit.*
39 *Præſumptio iuris communis ſeu municipalis dicitur ueritas.*
40 *Præſumptiones iuris dicuntur liquidiſſimæ probationes.*
41 *Statutum exigens probationem inſtrumentalem, uerificatur etiam in præſumptionibus iuris.*
42 *Probationes apertiſſimæ in criminalibus requiruntur.*
43 *Præſumptiones iuris ad condemnationem delinquentium ſufficiunt, etiam ſi agatur de imponenda pœna mortis.*
44 *Statutum ꝙ poſt certum tempus debitum non poſſit probari nec delictum, nec etiam de debito, uel delicto cognoſci, etiam delinquentis confeſſionem excludit*
45 *Paria ſunt eſſe ſatisfactum de crimine, uel præſcriptum eſſe cognitioni ipſius criminis. & nu. 46. & 49.*
47 *Lex uel ſtatutum diſponens, etiam per dictionem taxatiuam, aliquas exceptiones duntaxat poſſe opponi, extẽditur ad alias exceptiones habentes eandem rationem, aut ſimilem uel maiorem.*
48 *Abſentes in quibus caſibus uocandi ſunt.*
51 *Interpretatio quæ non fit ad correctionem ſtatuti benignior eſt, & amplectenda.*
52 *Priuilegium prohibens exceptiones poſſe opponi contra literas cambij hebræorum, intelligitur de exceptionibus proprijs, nõ in ijs quæ impropriè dicuntur exceptiones, & quomodo aliter intelligatur, uide nu. 68.*
53 *Verba priuilegiorum propriè ſunt intelligenda, & in ſtricta ſignificatione.*
54 *Exceptio præſcriptionis non dicitur exceptio.*
55 *Non admiſſus ad excipiendum contra inſtrumentum debiti, non excluditur ab opponendo defenſionem, prout eſt exceptio ſolutionis.*
56 *Statuta ſecundum propriam ſignificationem ſunt intelligenda.*
57 *Lex, ſtatutum, ſeu priuilegium prohibens exceptiones poſſe opponi contra inſtrumentum, literas cambij, uel quid ſimile, non excludit exceptionem reſultantem ex facie ſeu ex inſpectione ipſius diſpoſitionis.*
58 *Maritus opponere poteſt exceptionem nullitatis donationis factæ uxori, non obſtante ſtatuto prohibente exceptionem nullitatis contra inſtrumentum poſſe opponi.*
59 *Statutum, uel lex ſeu alia diſpoſitio reijciens actionem ſeu exceptionem, non cenſetur reijcere officium iudicis quin illud poſſit implorari.*
60 *Iudex ex officio poteſt repellere agentem contra quẽ eſt præſcriptum.*
61 *Statutum ꝙ poſt decem annos creditor agens contra debitorem non audiatur, diminuit tempus 30. annorum, à iure communi conceſſum actionibus perſonalibus*

62 *Præſcriptio 30. annorum per ſolam citationem interrũpitur.*

63 *Præſcriptio decem annorum à ſtatuto introducta interrumpitur per ſolam citationem.*

64 *Lex uel ſtatutum ꝙ nulla currat præſcriptio, non excludit præſcriptionem 30 uel 40. annorum, quando in minori præſcriptione aliquem effectum poſſunt operari.*

65 *Dominus poteſt reuocare alienationem feudi factam per uaſallum nulla præſcriptione obſtante.*

Intellectus ad c. 1. §. præterea. de Capit. Corra. in uſib. feudorum.

66 *Obiectorum reſponſiones.*

67 *Verba generalia debent reſtringi ad ſpecificata in priuilegio poſita.*

69 *Verba licet generalia poſita in priuilegio Papæ aut Principis, ita interpretari debent, ut iuri & æquitati conformentur, licet uerba hoc non patiantur.*

70 *Verba appoſita per Principem in ſuis priuilegijs tu non debes ad corticem tenaciter & ſtrictè interpretari.*

71 *Exceptio poſita in priuilegio tendens ad diminuendum, non debet operari augmentum ipſius priuilegij.*

72 *Epiſcopus qui conceſſit uicario facultatem expediendi omnia quæ ipſe expedire poteſt, excepta collatione beneficiorum, non cenſetur tradidiſſe facultatem expediẽdi alios actus ſpeciale mandatum requirentes.*

73 *Clauſula adiecta ad executionem gratiæ ſeu priuilegij non ampliat ipſum priuilegium.*

74 *Clauſula confirmans dat robur actui confirmato, illius tamen uires non ampliat.*

75 *Clauſula non obſtante, non operatur effectum, quando duo impedimenta adſunt.*

76 *Clauſula reuocatoria legis uel ſtatuti, eatenus legem uel ſtatutum reuocat quatenus contradicit, non autem reuocat legem, uel legis particulam, quæ iuſta interpretatione à correctione defendi poteſt.*

77 *Conceſſio facta hebræis ut poſſint mutuare ſuper re mobili, non obſtante quacunque prohibitione, non derogat reformationi prius editæ, ꝙ nullus hebræus audeat aliquos contractus uſurarios ſeu inſtrumenta facere.*

CONSILIVM LXXI.

IN cauſa uertente inter Napolionũ
parte una, nec non quoſdã hebręos
contra eum agentes parte altera, eleganter & ſubtiliter cõſultum fuit
per conſumatiſſimos Iureconſultos Do. Ioannem Campegium, &
D. Bonifacium Elephantucium maiores meos obſeruandos in fauorem prædicti Napolioni, quorũ
concluſio primo aſpectu non parũ dubia uiſa ſunt.
Multa namque mihi occurrebant quæ eorum ſententiæ aduerſari uidebantur, & primò conſiderabã
tenorẽ priuilegij prædictis hæbreis indulti in quãtum in eo dicitur, plenariè decernimus & indubitatam fidem adhiberi ſcripturis eorum tam publicis
quàm priuatis, omni & quacunque exceptione reiecta &c. & inferius dum dicitur in eodem priuilegio
debet dictis exceptionibus & aliis prædictis quibuſcunque, & cuiuſcunque generis & conditionis
1 exiſtant, ex quibus uerbis multum generalibus † &
geminatis infero omnem exceptionem eſſe reiectam, & per conſequens exceptionem præſcriptionis de qua agitur. l. Iulianus. in prin. ff. de lega. 3. c.
ſolitæ, cum uulg. de maiorita. & obe. d. l. in fraudem
§. fi. ff. de mili. teſta. nec uideo quomodo iſta uerba
adeò prægnãtia, & adeò enixè prolata recipere poſ
ſint aliquam reſtrictionem: & ſic, ut exceptio præ-
2 ſcriptionis non cenſeatur reiecta: † quia quando in
uerbis nõ eſt dubitatio: quia clarè prolata ſunt, nõ
admittitur uoluntatis quæſtio, l. ille aut ille, §. cum
3 in uerbis, ff. de leg. 3. Hinc uidemus ꝙ † licet ſtatutum de puniendo homicidio ſoleat interpretari ut
procedat in caſu in quo homicidium dolo fuerit
commiſſum. l. cum autem. §. excipitur, uerſi. capitalem, ff. de ædili. edicto. Bald. in l. data opera. C. qui
accuſa. non poſſ. Paul. de Caſtr. in l. ſi fugitiui. C. de
ſer. fugi. Ang. & Moderni in l. 1. ff. de legi. attamen
4 ſi ſtatutum puniat † homicidium quomodocunque
fuerit commiſſum, tũc propter generalitatem iſtorum uerborum ſtatutum hoc nõ recipiet reſtrictionem præmiſſam, ſic decidit Ang. in l. quod ſi nolit.
§. ſi quid ita, ff. de ędil. edict. Sal. in l. 2. col. 4. C. de
noxal. Moderni in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper.
nunc. Pro hoc facit Gl. etiam notabilis in l. ſi cũ pę
5 nam, ff. dę arbit. quæ † uult ꝙ ſi dictũ fuerat ut quomodocũque res euincatur ſit locus euictioni, ſi cõ-
tingerit rem euinci mediante laudo arbitri, agere
poterit emptor de euictione uirtute pacti concepti eo modo quo ſupra, & ſic limitatur tex. in l. ſi dictam, §. ſi compromiſero, ff. de euic. Faciunt etiam
pro hoc notata per Bal. in l. 1. q. 34. & quæſt. 48. ff.
de rerum diuiſi. & in c. 1. in prin. col. pen. de prohibita feudi alien. per Frideri. in uſib. feud. in quibus
6 locis uoluit Bald. ꝙ † ad feudum conceſſum alicui
pro ſe & quibuſcunque hæredibus, admittuntur extranei legatarij & alij qui regulariter in feudis ſuc-
7 cedere non ſolent, quoniam per † dicta uerba, quibuſcunque, cenſentur alterata natura feudi. c. 1.
de feudo non habente propri. na. feud. in uſibus
feudorum.

Conſiderabam & ſecundò uerba eiuſdem priui-
8 legij; dum † in eo dicitur, exceptione ſolutionis
duntaxat excepta, per quam exceptionem cenſentur aliæ exceptiones iuſtæ & rationabiles, & ſimiles exceptiones expreſſè penitus excluſæ & reiectę;
l. nam quòd liquidę, §. fi. ff. de penu. leg. l. idemque
§. ſi quis fundum. ff. de fundo inſtruc. inſtrumentoque leg. Et pro hoc faciunt notata per Domi. poſt
Lapum in c. qui ad agendum, §. 1. de procurato. li-
9 bro 6. ubi dicit, ꝙ † ſi conſtituo procuratorem ad
agendum cum clauſula, ꝙ poſſit omnia expedire
quæ per me expediri poſſunt, excipiendo tamen ꝙ
non poſſit iurare de calumnia, uel iuramentum
deferre, iſta exceptio operabitur quòd poterit iſte
procurator expedire omnes alios caſus requirẽtes
mandatum ſpeciale. Et ſimilem caſum decidit
Bald. in l. prima, §. excipiuntur, in fine. ff. de ſer.
Ioann. de Imola in l. fina. columna ſexta, ff. à qui-
10 bus appell. non licet, ubi dicit † quòd ſtatutum
prohibens poſſe opponi contra inſtrumentum publicum exceptionem aliquam niſi exceptionem
ſolutionis cenſetur per hanc exceptionem reijcere exceptionem etiam nouationis, & delegationis, licet perpetuæ non ſint exceptiones, cum perimant actionem & obligationem ipſo iure, prout

perimit

11 perimit exceptio ſolutionis:quia ſecúdú eum† ex-
12 ceptio debet eſſe de contentis ſub regula, † licet
ergo prꝯſcriptio ſit ſimilis ſolutioni.l.ſi pupillus,ff.
13 de adminiſt.tuto. † & prorſus omnem actioné peri
mat,c.ad aures,de præſcrip.Bart.in l.fi.ff.rem ratā
habe.attamen per exceptionem factam de ſolutio
ne cenſetur reiecta exceptio præſcriptionis,& quæ
cunque alia etiam eiuſdem qualitatis,cuius eſt ex-
ceptio ſolutionis,per rationem prædictam.

14 Conſiderabam † & tertio finé eiuſdem priuile-
gij,in quo dicitur nō obſtantibus in prædictis om
nibus & ſingulis,& quolibet prædictorum p nos cō
ceſſorum,conſtitutionibus,ordinationibus,capitu
lis,legib. Imperialibus,cō ſuetudinibus,ſtatutis,&
prouiſionibus Communis Bononiæ,& alijs quibuſ
cunque in contrarium expreſsè facientibus , quib.
omnibus & ſingulis ex noſtra ſcientia , & proprio
motu derogamus,& derogatum eſſe uolumus, etiā
ſi eſſent talia de quibus oporteret ſpecialem & ſin
gularem fieri mentioné:per quas clauſulas deroga
torias ſic latiſſimè conceptas nemini uidetur eſſe
dubium,quin cenſeatur derogatū ſtatuto diſponé-
ti ꝙ poſt annum litera cambij nullius ſit ualoris,ef
ficaciæ,& momenti,& ét alteri ſtatuto diſponenti
ꝙ præſcriptione decennij creditor excludatur à pe
titione debiti ſui.Et pro hoc adduco hanc rationé:
15 † nā licet qñ Princeps aliquid commendat contra
legem habentem clauſulā derogatoriam,non ſuffi
ciat clauſula generalis non obſtāte,cum neceſſe ſit
ut fiat mentio ſpecialis legis habentis clauſulā de-
rogatoriā,prout not.Abb.in c.nonnulli,de reſcrip.
16 Pet.de Anch.in conſi.241.inci.ex tenore,† ſi tamé
in conceſſione Principis diceretur non obſtante le
ge in contrariū faciente,ét ſi de ipſa oporteret mé-
tioné facere,ſufficiet iſta clauſula , ſecundum Do.
Anto.in c.1.de reſcri.& ibi D. Aret.in uerſi. ſecun-
dò adde.Fel.in d.c.nonnulli,col.6.& ita cōiter te-
netur,prout dixi in repeti.c.1.de conſt.in 6.in uer.
ſecunda ſit concluſio.

Nec obſtat ſi diceretur ꝙ imò prædictis ſtatutis
17 non cenſetur derogatum:quia † illorū non habuit
18 notitiam Legatus,c.1.de conſti.in 6. † & ad incogi
tata non extenditur uoluntas diſponentis , l.cū A-
quiliana,ff.de tranſac.& l.mater decedens, ff. de in
off.teſta.cum uulga.Nam iſta ſolutio ſiue fundamé
tum procedere nō pōt:quia præfatus Legatus licet
in ſpecie non cogitauerit de præmiſſis ſtatutis,ī ge
nere tñ de ijs cogitauit,quod oſtenditur ex clauſu-
lis derogatorijs nunc relatis.Ideò iſta uoluntas ſeu
cogitatio ī genere ſufficit ac ſi in ſpecie de his fuiſ
ſet cogitatū.l.qui iure militari,ff.de milit.teſtam.
quam Doctores reputant ſingularem, per qué tex.
dicit Paul.de Caſt.in conſi.222. inci. ſuper puncto
19 iſto,in fi.† ꝙ quando Princeps legitimat ſpuriū di-
cendo qualitercunque , & ex quocunque coitu na-
tus ſit,per iſta uerba uidetur tollere oēs defectus il
legitimitatis,quādo nullus in ſpecie fuiſſet expreſ-
ſus: qa implicitè uidetur cogitaſſe de omnibus de-
fectibus qui eſſent in eius origine, uel eſſe poſſent.
Adducit tex.in d.l.qui iure militari. & ex iſtis uide
batur cauſam præfati Neapulioni non eſſe in tuto.

Præmiſſis tamé non obſtantibus,oīa perfectè &
maturè conſideranti ſententia prędictorum Domi
norum Conſulentium potior fuit uiſa , quam eorū
fundamentis nō repetitis ultra per eos adducta ali
quibus rōnibus comprobandam duxi . Et primò p
hac concluſione adduco hanc rōnem, unum prius
20 præmittendo , uidelicet ꝙ † quælibet diſpoſitio cō
ſideranda eſt in ſui concluſione,nec uerborū præce
dentiū hētur cōſideratio.de hoc eſt caſus in l.ſi uo-
luntate.C.de reſcin.uend.quē ad hoc ponderat ibi
Bal.idem notat Bar.in l.Aurelius.§.Sticho.ff.de li-
21 be.lega.ubi dicit † concluſionem libelli eſſe conſi-
derandā:quia pręcedentia intelliguntur ſecundum
ipſam concluſionem,& idem uoluit Inno. in c. ſup
literis,extra de reſcrip.

Hoc pmiſſo conſidero uerba præmiſſi priuilegij
in cuius concluſione dr̄ decernentes per præſentes
oībus & quibuſcunque libris ueſtris , giornalibus,
quinternis, uachetis , & aliis quibuſcunq; plenariā
fidem adhibendam eſſe,& adhiberi debere in om
nibus & per omnia, prout alijs libris Chriſtianorū
fides adhibetur. Ex quibus uerbis infero Reueren-
diſſimū D.Legatū in conceſſione dicti priuilegij
noluiſſe ſolū & dūtaxat priuilegiare dictos hebręos
reſpectu fidei adhibendæ eorū libris & ſcripturis,
22 † quibus alias de iure cōi nulla fides eſt præſtan-
da,l.exēplo.C.de proba.Bar.& Doct.in l.admonen
23 di,ff.de iureiur. † limitata ergo fuit conceſſio dicti
priuilegij,& ſic limitatū parit effectum , uidelicet
ut dicti hebræi non intelligantur priuilegiati reſpe
ctu præſcriptionis quæ contra eos obijcitur.l.quod
dictū,ff.de pac.l.cancelauerat,ff.de ijs quæ in teſta
men.delen.pro qua regula multa dicta in medium
poſſent allegari,de quibus latè per Felyn. in c.cum
ordinem.in uerbo limitata cauſa.de reſcrip.

Secundò conſidero eadem uerba præmiſſi priui
legij inquantū in eo dicitur ꝙ fides libris hebręo-
rū adhiberi debeat in omnibus & p oīa,prout alijs
24 libris Chriſtianorū. † quę uerba oſtendunt adæqua
tioné fuiſſe factā hebræorum & Chriſtianorū,ita ꝙ
nullū inter eos remaneat diſcrimen,l.2.§.furioſus,
ff.de iure codicil. Ang.in l.in negotijs,ff. de regul.
iur.Moder.in l.1.ff.de lega.1.qua ergo rōne literis
cambij Chriſtianorū obijci poteſt præſcriptio an-
nalis,& præſcriptio decennalis ex forma ſtatutorū
ciuitatis Bononiæ,eadē ratione obijci poterit lite
25 ris cambij hebręorum : † quia qñ duo ad inuicem
ſunt adęquata,quidquid ſtatuitur in uno,& in alte
ro quoq; cenſetur ſtatutum , l.qui neque.§.1. ff.de
reb.eo.l.illud.§.1.ff.de dona.cauſa mor.& l.1.§.1.
ff.ſi quis in frau.patro.

Nec prædictis obſtant notata per Bar.in l.4.§.ſi
emancipatus,ff.de bon.poſſe.contra tabu. Bald.&
Paul.de Caſt.in l.ſi Rufinus.C.de milit.teſta.ubi di
26 cunt † ꝙ qñ unum adæquatur alteri,illa adæquatio
cenſetur facta reſpectu commodorū,nō aūt incom
27 modorū.Et ſic † ſcholares qui adæquantur ciuibus
ex forma ſtatuti p hanc adæquationé non amittét
priuilegia prius ei ꝯceſſa,quæ non cōpetunt ciuib.
quia prędicti Doctores loquñtur in caſu in quo cō
ſtat de priuilegio prius conceſſo ante dictam adæ-
quationē.ſed in caſu noſtro minimè conſtat dictis
hebræis fuiſſe conceſſum priuilegium ut eorum li-
bris & ſcripturis nō poſſit obijci exceptio præſcri-
ptionis,ut inferius latius dicetur,igitur &c.

28 Tertia rõ eſt,& hic eſt aduertendũ,† quælibet.n. diſpoſitio eſt interpretanda ut non cõtineat abſurditatem nec iniquitatem,l.nam abſurdum,ff.de oper.liber.l.ſcire,§.aliud,ff.de excuſa.tutor. in uer. & ſi maximè. Ludou.Roma.in conſi.16.in prin.ad ducens tex.in l.non ſine.C.de bon.quæ liber. Hinc dicit Alberic.de Roſa.in prima par.ſtatu.q.173.in
29 ci.item quæro. † ꝙ ſi ſtatuto caueatur,ꝙ habens cẽtũ in bonis uel plus,debeat tenere equum, quo caſu illud uerbum plus refertur ad modicam quantitatem,l.hæc adiectio.ff.de uerbo.ſignifi.l. ab hoſtibus,§.ſed quod ſimpliciter,ff.ex quibus cauſ.maio. ſi aliquis repertus fuerit ditisſimus, qui forſitan habeat in bonis uiginti millia, ipſe erit obligatus tenere equum: quia aliàs ſequeretur abſurditas ꝙ ditisſimus excuſaretur ab hoc onere, uidelicet tenẽdi equũ:& qui minus haberet in bonis non excuſaretur,tunc ſic ſi diceremus ꝙ literis cambii hebræorũ obijci non poſſet pſcriptio præmiſſa,quę tamen obiici poteſt literis Chriſtianorũ: ſequeretur
30 † ꝙ melioris eſſent cõditionis hebræi quàm Chriſtiani,quorum conditio debet eſſe deterior.c.nonne.1.q.1.l.hi,qui ſanctam.C.de apoſta.
31 Comprobatur hoc fundamentum. † Nã eſſe hæbræum æſtimatur delictum.Gl.in l.ſed ſi res,in pri.
32 ff.de lega.1. † ſed delinquentes non debẽt eſſe melioris conditionis ijs qui non delinquunt,quinimò hoc reputatur abſonum, l.non ſolum, ff. de nox. c. eum qui.de præben.in 6.c.contingit.§. 1. de dolo
33 & contuma.Et pro hoc † ẽt facit Gl.fi.in c.2. de iudæis.quæ uult ꝙ in cauſis iudæorum rigor præfertur ęquitati.& per illam Gl.refert ibi Fely.fuiſſe cõ
34 ſultum ꝙ † iudęo non eſt permiſſum purgare morã cum illud fuerit inductũ ex æquitate, ut per Ange. & Imol.in l.inſulam,ff.de uerb.obl.& Ludo. Rom. in rub.de arbi.in 2.col. Et per illam Glo.etiam infert.D.Iaſon in repeti.l.admonendi, ff. de iureiur. in 36.caſu,in quo non defertur iuramentum in ſup
35 plementum probationis † ꝙ iudęo probanti per unum teſtem deferri non poteſt iuramentum in ſupplementum probationis,quæ delatio dicti iuramẽti procedit de ęquitate,ſecundum Bal.in rub.de cõ
36 trouerſia in inueſti.in uſib.feud. † & iudæo non eſt ſeruanda æquitas,ut per Gl.in d.c.2.igitur &c.

Et iſtud eſt uerum & ſolidum fundamentum pro hac cõcluſione,quæ & quarto comprobatur alia rõne:nam in priuilegio de quo ſupra expreſſè dr̃, ꝙ contra literas cambij hebræorum opponi poſſit ex
37 ceptio ſolutionis: † qua ergo ratione permiſſa eſt exceptio ſolutionis contra literas cambii hebræorum,eadem ratione permiſſa eſt exceptio preſcriptionis ſaltem decẽnalis contra præmiſſas literas.
38 Iſtud ſic patet. † Nam ſtatutum diſponẽs ꝙ poſt decennium creditor excludatur à petitione debiti, ideò emanauit:quia præſumit ex curſu temporis liberationẽ fuiſſe factam debitori,uel ipſum ſoluiſſe creditori:arg.l.ſi filius.C.de petitio. hæredi. Et ita hanc rationem conſiderat Rapha.Cuma.in conſi. 67.quæ quidem ratio maximè in diſpoſitione præſentis ſtatuti fuit conſiderata, quod patet ex eius uerbis, dum in eo dr̃ ꝙ talis creditor poſt decẽniũ non audiatur debitore iurante debitum, quod petitur fuiſſe ſolutũ, uel de eo ſatisfactum. Cum ergo præſumatur liberatio ſeu ſolutio ex lapſu decẽ annorum intra quos non egit creditor contra debitorem,dico ꝙ priuilegium ſuperius relatum diſponens ꝙ nulla exceptio poſſit opponi contra literas cambij hebræorum excepta ſolutione, non cenſet excludere præfatam præſumptam ſolutionem, quę
39 inſurgit ex præſcriptione decennali. † Cum ſit ꝙ præſumptio iuris cõmunis ſeu municipalis dicatur ueritas,l.fi.ff.de probat.in uerbo reſpondi ueritati
40 locum fore.Facit † tex.in l.licet Imperator,ff.de lega.1.& tex.in l.ſi quis locuples,in fi.ff.de ma.teſta. ubi præſumptiones iuris dicuntur liquidisſimæ probationes.Et huic fundamento optimè deſeruit dictum Bal.in l.1.col.5.uerſi.quæro quid ſi ſtatutum.
41 C.de fideicom.ubi dixit † ꝙ ſtatutum exigens probationem inſtrumentalem uerificatur etiam in pſumptionibus iuris.allegat tex.in l.3. C.de public.
42 apochis.lib.10.Hinc eſt † ꝙ licet in criminalibus requirantur probationes apertisſimæ,l.ſciant cun
43 cti.C.de prob. † ſufficiũt tñ ad condemnationem pſumptiones iuris,delinquentium,etiã ſi agatur de imponẽda pęna mortis,l.ſi quis adulterii, iuncta l. quanuis.C.de adul.c.1.in fi.de homi.lib.6.Gl.in c. inſinuatũ.de ſimo.Abb.ĩ c.accedẽs,col.3.de accu.

Quintò eadem concluſio probatur ex iis quæ decidit Bal.in quibuſdã lecturis,in l.genero,ff.de ijs,
44 qui no.infa.ubi dicit † ꝙ ſi ſtatutũ diſponat ut poſt certum tempus debitum non poſſit probari,nec de lictum, nec etiam de debito uel delicto cognoſci poſſit,hoc caſu confesſio delinquentis ẽt concluditur,adeo ꝙ ſi poſt tale tempus quis confiteatur debitum uel delictum,ex tali confesſione non poterit condemnari obſtante pręſcriptione pręmiſſi ſta
45 tuti: † q̃a paria ſunt eſſe ſatisfactũ de crimine, uel præſcriptũ fuiſſe cognitioni ipſius criminis.l.ſed ſi unius,§.ſed ſi ante.in fin.ff.de iniur.Et hoc dictum Bal.ſequitur D.Franc.Aret.in c.cum P.Machonella,col.6.de accuſa. ubi pro comprobatione adduco notata per Bar.in l.Titia,ff.de accuſ.& idem cõcludit Bal.in c.fi.in 6.col.uerſ.ſed pone maleficiũ, de off.delega.D.Maria.Soci.in c.de ijs,de accuſa. & Moderni in rub.de proba.in 4.char.col.3. ubi dicunt ſe ita conſuluiſſe,& ita fuiſſe obtentum in cauſa magni ponderis.Cum ergo ſtatutum loquens de præſcriptione decennali diſponat ꝙ agens poſt decennium non audiatur,& ſic ꝙ non poſſit cognoſci de debito:dicendum eſt ꝙ qua ratione dictum priuilegium conceſſum hebræis admittit exceptionẽ ſolutionis,ſic etiã cenſeatur admittere exceptionẽ
46 pręſcriptionis. † Cum paria ſint eſſe ſatisfactũ,uel eſſe præſcriptum cognitioni ipſius debiti,d.l.ſed ſi unius,in §.ſed ſi ante.ff.de iniur.

Sextò pro eadem cõcluſione conſidero & aliã rõ
47 nẽ. † Nã lex uel ſtatutũ diſponẽs ẽt p dictionẽ taxatiuã,aliquas exceptiones dũtaxat poſſe opponi,extẽditur tñ ad alias exceptiones habẽtes eãdẽ rõnẽ, aut ſimilẽ,uel maiorẽ:de hoc eſt tex.& ibi Gl.& Doctores in l.1.C.de cond.ĩdeb.& in c.cũ dilecta,ubi Abb.not.de cõfirma.util.uel inuti.& idẽ not.Abb. in c.cũ oẽs,de conſti.ubi extendit Gl.in c.1. de te-
48 ſtib.lib.6.quę † ponit tres caſus in quibus abſentes uocari debeant: nã uult ibi Abb.ꝙ in alijs caſibus eiuſdem ponderis abſentes uocandi ſunt. Iſtud ẽt

ponit

ponit Abb.in c.1.de ijs,q̃ fiunt à mai. parte cap.& in c.cũ inter uniuerſas.de elec. eleganter D. Mari. Soc.in conſ.39.inci.pro deciſione prędictę conſultationis.col.2.ubi pulchrè loquitur i hac materia, & eius dicta multum deſeruiunt caſui nr̃o: priuilegium ergo prędictum excipiens ſolutionem quam vult poſſe opponi contra literas cambij hebręorũ, extendi debet ad exceptionem præſcriptionis, cũ hęc exceptio habeat eandem,uel ſimilem rationẽ, quam habet exceptio ſolutionis:quia ut dictum eſt
49 in proximo fundamento † paria ſunt fuiſſe ſolutũ vel præſcriptum cognitioni debiti ſeu delicti. d. l.
50 ſed ſi vnius.§.ſed ſi ante.in fi.Facit † tex. in l.ſi pupillus. ff. de admi. tuto. vbi præſcribens ſimilis eſt
51 ſoluenti: † & iſta interpretatio quæ fit de hoc priuilegio aſſumi dẽt,& eſt benigna interpretatio, cum per eam fiat vt non corrigatur dictum ſtatutum loquens de pręſcriptione decennali, c.2.in princ. de decim.lib.6.Glo.in c.ſtatutum. in uerb. numerandum.de pręben.eo.lib.& pro confirmatione iſtius fundamenti adduco D.Alex.in conſ.136. inci.viſo proceſſu.in 2.col.in uerſ.nec obſtat.libr. 5. de quo mentionem facit dictus primus conſultor.

Septimò hęc eadem cõcluſio patet alia ratione.
52 † Nam prędictum priuilegiũ prohibens exceptiones poſſe opponi contra literas cambij hebręorum eſt intelligendum in exceptionibus proprijs,nõ in
53 ijs quę impropriè dicũtur exceptiones:quia verba priuilegiorum propriè ſunt intelligẽda & in ſtricta ſignificatione nõ aũt largè:arg.tex.in l.1.§. ijs qui nauẽ.ff.de exer.l.ſi qñ.vbi Bal.no.C.de inoff.teſta. Gl.in c.1.de conſt.in 6.Archid.in c.frater. 16.q.1, & alias cõcordãtes circa hoc poſui in rub.de reſcr. in 6.Sed exceptio p̃ſcriptionis nõ eſt ꝓpria exceptio,vt ꝓbabitur,igitur nõ cenſetur reiecta per di-
54 ctum priuilegiũ. † Quod autem exceptio præſcriptionis nõ propterea dicat̃ exceptio, ſic patet.Nã præſcriptio prorſus tollit & perimit omnem actionẽ.de hoc eſt caſus expreſſus in c.ad aures. de p̃ſcr. potius ergo dicatur quędã defenſio, quàm dicatur exceptio,iuxta notata per Gl.in c. 1. de lit.cõteſt.
55 lib.6.quam notat ibi Domi. † qui dicit illam eſſe notan.pro ſtatutis quæ qñque diſponunt vt quis nõ admittat̃ ad excipiẽdũ ꝯ inſtrm̃ debiti: quia ꝑ hoc non vr̃ excluſus à poteſtate opponendi defenſionẽ,
56 prout eſt exceptio ſolutionis, † cũ ſtatuta debeant intelligi ſecundũ propriã ſignificationẽ,prout not. Io.And.in c.ꝓ poſſeſſore.de reg. iu.i mercurialib.
57 Octauò conſidero aliud fundamẽtum. † Nã lex ſtatutum,ſeu priuilegium prohibens exceptiones poſſe opponi contra inſtrumẽtũ,literas cambij, uel quid ſimile, nunquam cenſentur excludere exceptionem quæ reſultat ex facie, ſeu ex inſpectione ipſius diſpoſitionis,ſic decidit Bal.in l.ex prædijs. C.de euic. adducens notat. per Bar. in l.eũ qui ita. §.qui ita.ff.de uerb.obl.& idẽ vult Ludo. Roma.in cõſ.42.inc.uiſis,q̃ egregiè & elegãter cõſulta ſunt,
58 ubi dicit † ꝙ maritus põt allegare nullitatem donationis factæ vxori conſtante matrimonio,non obſtante ſtatuto prohibente exceptionem nullitatis contra inſtrm̃ poſſe opponi:quia talis nullitas reſultat ex facie ipſius contractus donationis, cum eo ipſo vt dicitur,uxor donauit uiro, uel uir donauit vxori ex ſui facie donatio ſit nulla:ut toto tit. ff. de don.inter uir.& vx.ſed in caſu noſtro ex inſpectione lr̃arũ cãbij notoriè conſtat obſtare præſcriptionẽ nedũ annalẽ,ſed ẽt decennalem,cum tñ tempus ſit elapſum à die qua fuit ſcripta litera cambij: iſta ergo exceptio de qua cõſtat ex inſpectione ipſius literæ,non cenſetur reiecta per dictum priuilegium,& iſtud idem conſideratur in ſimili caſu per D.Maria.in pręalle.cõſ.38.col. 7. ubi pro hoc multa adducit quæ omitto breuitatis cauſa.

Penultimò pro eadẽ concluſione conſidero. Nã
59 † ubi lex vel ſtatutum, ſeu alia diſpoſitio reijcit actionẽ ſeu exceptionẽ,non tñ cenſetur reijcere officium iudicis,quin illud poſſit implorari. l.planè, & l.fi.de peti.hær.& utrobique Bal. & Ang. notant ad hoc illum tex.D.Ant.in c.item cũ quis,de reſti.
60 ſpol. Alex.in l.1.col.5. ff. de iuriſd. om.iud. † ſed iudex ex officio poteſt repellere agentem contra quem eſt præſcriptum,prout notãt D. Ant. & Abb. in c.ad aures.per illum tex.de preſcri. ergo ſaltem erit conſultum præfato Napoliono mediante iudicis officio contra hebręos agentes uirtute literæ cambij,ex quo eis obſtat præſcriptio nedum annalis,uerum etiam præſcriptio decennalis.

Vltimò pro hac concluſione cõſidero aliud pulchrum & inconuicibile fundamentum, & pono articulum in caſu magis dubitabili, fingamus,ꝙ prędictum priuilegium dicat,ꝙ nulla exceptio, nec et præſcriptio poſſit opponi cõtra literas cambij hebręorum,adhuc concludendum erit,ꝙ cõtra prędictas literas poterit obijci præſcriptio decennalis, de qua in præmiſſo ſtatuto non obſtante dicto pri-
61 uilegio.Iſtud ſic patet,& pręmitto † ꝙ ſtatutum diſponens,ꝙ poſt decem annos creditor agens contra debitorem non audiatur,diminuit tempus 30. annorum conceſſum à iure communi actionibus perſonalibus, & ſic ſubrogat tempus decennale in locũ tp̃is tricennalis indulti à iure cõi dictis actionibus.l.in contractibus.in priu.in argumẽtum. C. de non nu.pecu.ideo dicit Bar. quem ibi ſequitur
62 Ang.in l.2.§.ſi rem.ff.de uſuca.per empt.ꝙ † ſicut præſcriptio 30.annorum interrumpitur per ſolam citationem.l.cum notiſſimi.in prin.C.de pręſc.30
63 anno. † ſic etiam pręſcriptio decem annorum introducta à ſtatuto per ſolam citationem interrũ-
64 petur.Tunc ſic arguatur † lex, vel ſtatutum diſponens quòd nulla currat pręſcriptio,non cẽſetur excludere pręſcriptionem triginta uel quadraginta annorum, qñ in minori pręſcriptione aliquem effectũ poſſunt operari,ſic decidit Bal.in c. 1.§.præterea.de capi.Corra.in vſib.feud.Ange.in l. ſi quis decurio.C.de decurio.lib.11.Io.And.i rub.de feu. in addi.inci.Pyleus ſex quęſtiões poſuit. circa prin
65 cipium additionis. † ubi declarãdo tex. in c. 1.§. præterea,volentem ꝙ dominis ſit permiſſa facultas reuocandi alienationes factas ꝑ uaſallos nulla obſtante pręſcriptione, dicit eſſe intelligendũ de p̃ſcriptione minore triennaria:qa aliæ p̃ſcriptiones triennales non intelligunt remotæ:& allegat Dyn. idem tenentem in conſi.44.Et idem tenet Aret. in conſ.103.inci.in cauſa & quæſtione uertẽte.col.7. uerſ.uenio nunc ad quintũ.qua ergo ratione diſpoſitio remouens pręſcriptionem nõ cenſetur remouere

uere præſcriptionem decem annorum introductã à ſtatuto, quia cenſetur ſubrogata loco pręſcriptionis triẽnalis, vt ſupra dixi, & ſic eodem iure cenſeri debet. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. l. ſi donatæ. §. 1. ff. de dona. inter uir. & vxo. Eo maxime; quia in caſu nr̃o dictũ priuilegiũ remouens p̃ſcriptionem non eſſet inanis, cum poſſit verificari in remotionem præſcriptionis annalis, q̃ ex forma ſtatuti fori mercantilis Ciuitatis Bononiæ obſtat literis cambij. Et iſtud eſt ſolidũ & verũ fundamentum pro hac concluſione: ex prędictis ergo concludo contra prędictas literas obijci poſſe ad minus præſcriptionem decem annorũ, nõ obſtãte priuilegio ſic ĩ ampliſſima forma cõceſſo p̃dictis hebręis.

66 Nunc ſupereſt † vt ad obiecta rñdeatur, quorum ſolutio licet ex ſupradictis fundamẽtis colligi poſſit, ad ea tamen in ſpecie reſpondebitur.

Ad primũ igitur fundamẽtũ in quo fiebat vis in gñalitate uerborum de quibus in dicto priuilegio, 67 rñdeo dupliciter, & primò: † ꝙ uerba gñalia reſtringi dẽnt ad ſpecificata. l. ſi de certa. C. de tranſ. Bar. & ibi latè Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. 68 q. 3. ff. de uerb. obl. † verba ergo dicti priuilegij in quo prohibetur q̃libet exceptio poſſe opponi contra literas cambij hebręorũ, erunt intelligenda de exceptionibus derogantibus fidei literis ipſorũ hebręorum, nõ de alijs exceptionibus quę poſſunt opponi ꝯ literas cãbij ẽt aliorũ qui non ſunt hebręi: & iſta reſtrictio tanto magis erit permiſſa, ne inſurgat abſurditas, ꝙ melioris ſint conditionis hebręi quàm Chriſtiani, prout dixi ſupra in fundamentis 69 concluſionis. Vel aliter & ſecundò rñdeo, † ꝙ uerba licet gñalia poſita in priuilegio Papę aut Principis ita interpretari debẽt, vt conformentur ęquitati & iuri, licet verba hoc nõn patiantur, de hoc eſt Gl. notabilis in c. paratus. 23. q. 1. in Gl. quę incipit ſi verba. & illã Gl. ad hoc allegat Old. in conſ. 268. inci. qõ, vtrum priuilegium Papę, circa fine, & dicit 70 Gl. in c. allegant. 26. q. 7. ꝙ † uerba quę ponit Princeps in ſuis priuilegijs tu nõ debes ad corticẽ tenaciter & ſtrictè interpretari, & multa in ſimili propoſito adducuntur per D. Iaſonem. in l. ex facto. in 4. not. ff. de vulg. & pup. Licet ergo prędictũ priuilegiũ fuerit conceptũ uerbis multũ generalibus, attñ erit interpretandum ut cõformetur ęquitati, & ne abſurditas inde inſurgat, & ſic non cẽſebitur reijcere p̃ſcriptionẽ cõtra literas cãbij hebręorum, quæ poteſt opponi cõtra literas cãbij Chriſtianorum.

Ad ſecũdũ fundamentũ in quo dicebatur ꝙ priuilegium diſponẽs poſſe opponi exceptionẽ ſolutionis ur̃ excludere alias exceptiones ſimiles, & ſic 71 exceptionem pręſcriptionis, † rñdeo hoc non eſſe verũ: qr̃a exceptio facta de ſolutione in dicto priuilegio cum tendat ad diminuendũ, non dẽt operari augmẽtum ipſius priuilegij, de hoc eſt caſus in l. gñali. §. vxori. ff. de uſufr. leg. ideò Pet. de Anch. ĩ c. qui ad agendũ. in 3. not. de procur. lib. 6. & in c. 2. 72 uer. tertio quęro. de off. vicar. libr. 6. decidit † ꝙ ſi epiſcopus conceſſit uicario facultatẽ expediendi omnia quæ poterat ipſe expedire excepta beneficiorũ collatione, per hanc exceptionem factam de iſto caſu requirentẽ mandatũ ſpeciale, non cenſetur tradita facultas ipſi uicario expediẽdi alios actus requirentes mandatũ ſpeciale: quia exceptio non ampliat regulã, cũ tẽdat ad diminuẽdũ. Multæ aliæ ſolutiones colligi pñt ex fundamẽtis ſupius factis.

Ad tertium & vltimum fundamentum rñdeo, ꝙ clauſula illa generalis non obſtante, operatur eum ſolum & duntaxat effectũ circa id quod conceſſum fuit in ipſo priuilegio, uidelicet circa fidem adhibendam libris & ſcripturis hebręorum: ſed per eã non ampliatur niſi ipſa principalis diſpoſitio: quia 73 † clauſula adiecta ad executionem gratiæ ſeu priuilegij nõ ampliat ipſum priuilegiũ, Clem. 1. in fi. de pręb. per quem tex. ita decidit Bald. in l. eã quã. in 8. col. verſi. ſed pone. C. de fidéic. Io. de Imol. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff. de uerb. obl. Io. Cal. in 74 conſ. 21. in tit. de præb. Sicut in ſimili dicimus † de clauſula confirmante quæ dat robur actui confirmato, illius tamen uires non ampliat. l. Aurelius. §. teſtamento. ff. de lib. leg. Bal. in l. 3. in fi. C. ſi aduerſ rem iudic. Pau. de Caſt. in conſ. 134. inci. notandũ 75 in primis uerbis. Secundò rñdeo, † ꝙ clauſula non obſtante nõ operatur effectum ubi adſunt duo impedimenta, ſecundum Bal. in l. 1. C. de fur. col. antepen. Fel. in c. nonnulli. in 5. concluſ. de reſcr. adducit Bal. tex. in l. ſi non lex Elia Sentia. ff. de hære. inſti. & nota. in l. ſi quando. C. de inoff. teſta. Sed in caſu noſtro adſunt impedimenta in iſtis literis cambij, unum cauſatur à pręſcriptione annali, alterum inſurgit ex pręſcriptione decennali. ergo quo ad remotionem horum duorum impedimentorũ nihil operabitur prędicta clauſula derogatoria.

76 Tertiò & vltimò reſpondeo † ꝙ clauſula derogatoria legis vel ſtatuti eatenus legem, vel ſtatutum reuocat, quatenus contradicit, non autem reuocat legem uel legis particulã, quæ iuſta interpretatione à correctione defendi poteſt. Gl. eſt in uerbo uacantibus. in auc. de hære. quę ab inteſt. defer. col. 9. quam extollit Lud. Roma. in conſ. 57. inci. in cauſa 77 uertẽte. inferẽs ex ea; † ꝙ conceſſio facta hebręis per ciuitatem Florentię, ut poſſent mutuare ſuper re mobili, non obſtante quacunque prohibitione aut ordinamento, non dicebatur derogare cuidam reformationi eiuſdem ciuitatis prius ędite, p quam diſponebatur, ꝙ nullus hebreus cuiuſcunque loci auderet aliquos contractus uſurarios facere ſeu inſtrumenta: ſic ergo in caſu noſtro dicendũ eſt. Sublatis itaque fundamentis quæ huic concluſioni obſtare uidebantur unicuique ſanè intelligenti uera cenſeri debet pręmiſſa concluſio. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum quòd emptor non obſeruans promiſſa puniatur in quarta parte pretij applicanda uenditori obſeruanti, an ualeat. & nu. 20. cum ſeq.*

2 *Argumentũ de pactis cõtrahentiũ ad ſtatuta procedit.*

3 *Pœna adiecta dationi quantitatis in omni cõtractu pręſumitur adiecta in fraudem uſurarũ, etiam a non ſolito fœnerari.*

4 *Statuti diſpoſitio dura & pœnalis, reſtringi debet quantum fieri poteſt, nec dicitur egredi terminos in quibus loquitur.*

5 *Mora unius ex commiſſione contrahitur leuius delictũ quàm*

quàm ex commiſſione duplicis moræ.

6 *Lex Iulia præſcribens cognitioni criminis inceſtus & adulterij, quod ſeparatim factum eſt, per lapſum quinquennij, locum non habet in caſu in quo adulterium ſimul cum inceſtu commiſſum eſt.*

7 *Crimen miſtum acerbius eſt puniendum.*

8 *Legtimatio uitio ſubreptionis nulla redditur, ſi pater petendo filium ſpurium legitimari à principe, in legitimatione narrauit illum natum ex adulterio.*

9 *Agens ad unum & aliud probans obtinere non poteſt, licet ſi egiſſet ad id quod probauit, pro eo fuiſſet ferenda ſententia.*

10 *Pœna & intereſſe qualiter inter ſe differant.*

11 *Differentia an quis agat conditione reſultãte ex ſtatuto ſeu actione in factum reſultante ex ſententia diffinitiua, an agat ſuper primæua actione ſuper qua ſit ſtatutum ſeu diffinitum & pronuntiatum.*

12 *Statutum quod poſitiones habeantur pro confeſſis ſi infra certum tempus eis reſponſum non fuerit, intelligitur ſi iudex pronuntiauerit illas haberi pro confeſſis.*

13 *Qui non facit quod debet, non recipit id quod oportet.*

14 *Venditor rem tradere tenetur.*

15 *Terminus ſtatutus emptori ad ſoluendum incipit currere à die qua res fuit tradita in contractu emptionis. & uide nu. 39.*

16 *Emptor ante lapſum termini ſibi dati ad ſoluendum, non poteſt dici quod teneatur ad intereſſe, niſi aliter conuentum ſit.*

17 *Mora remiſſa per uenditorem concedentem emptori dilationem ad ſoluendum, non poteſt amplius induci, niſi iterum interpellatio, uel alius actus de nouo moram inducens, interueniat.*

18 *Fictio ſuper æquitate fundatur.*

19 *Statutum non obſeruatum, nec moribus utentium comprobatum, ſublatum cenſetur, quod an ſit uerum uide num. 47*

21 *Argumentum ex diſpoſitione legis ad diſpoſitionem teſtatoris, & è contra ualidum eſt in iure.*

22 *Statuentium diſpoſitio æquiparatur ultimæ uoluntati.*

23 *Pœna adiecta dationis quantitatis in ultima uoluntate eſt præſtanda, nec in uſurarum fraudem adiecta cenſetur, quando non eſt præſtanda per dinumerationem temporum.*

24 *Probatio intereſſe difficillima eſt.*

25 *Fictio in quo differat à legis præſumptione.*

26 *Statutum quòd cõtra debitorem non poſſit agi poſt decennium, eſt inualidum, ſi tamen præſumit contractũ ſimulatum, uel fictitium ex lapſu dicti temporis, & ſilentio creditoris, ualet.*

27 *Multa fieri permittuntur ex diſpoſitione ſtatuentiũ, quæ non permittuntur ex pacto contrahentium.*

28 *Exigere non debemus, quod ſtatutum non exigit.*

29 *Emptor cui tradita eſt res nõ ſoluens, immediate fit moroſus, & mora re ipſa parte ſui contrahitur.*

30 *Venditor non poteſt propria auctoritate exigere pretiũ ab emptore.*

31 *Pœna ratione ſubrogationis iudicatur ut intereſſe & nõ ut pœna.*

32 *Bonorum poſſeſſor comprehenditur in ſtatuto loquente de herede.*

33 *Statutum loquens in caſu uero uerificatur in caſu ficto ſubrogato in loco caſus ueri.*

34 *Diſpoſitio loquens de morte uerificatur in morte ficta, quando idem effectus inſurgit ex morte ficta, qui inſurgit ex morte uera.*

35 *Actor fundans ſe ſuper matrimonio uero obtinet, probando matrimonium præſumptum præſumptione iuris & de iure.*

36 *Verba alicuius diſpoſitionis ſui natura priuatiua, et quæ ſecum habent priuationem annexam, licet concipiantur per uerbum futurum, inducunt pœnam ipſo iure, nõ autem per ſententiam.*

37 *Pœna etiam ſi imponatur ipſo iure, requiritur iudicis ſententia declaratoria.*

38 *Irrogatio infamiæ ſtatim reddit quem inteſtabilem.*

39 *Dies ſoluendæ pecuniæ præfixa emptori, an incipiat labi à die traditionis rei, vel à die celebrati contractus.*

40 *Traditio rei uenditæ facta per locationem emptori operatur eundem effectum, quem traditio de re ſimpliciter uendita.*

41 *Contractus locationis continens pactum de franc ando, contractus miſtus dicitur.*

42 *Contractus miſtus uenditionis & locationis potentior eſt contractu locationis, per quem non transfertur dominiũ, quod transfertur mediante contractu emptionis.*

43 *Contractus à ſui maiori potentia denominari debet.*

44 *Permutatio eſt uenditio; quando pro adæquatione rei permutatæ pretium interuenit.*

45 *Venditor an per cõſtitutum liberetur ab actione empti.*

46 *Lex plerunque fingit ubi nulla ſubeſt æquitas.*

Intellectus l. qui uxorem. ff. de iniuſto rup. irritoq; teſta.

CONSILIVM LXXII.

IN cauſa uertente inter ſpectabilem artium & medicinæ doctorem Magiſtrum Thomam Daynerij ciuem Mutinenſem, parte una, & D. Io. Mariam de Guidonibus parte altera, occaſione unius uẽditionis factę de uno prędio per dictum M. Thomam prefato D. Io. Mariæ, plura adduci poſſunt quæ intẽtioni predicti Magiſtri Thomę primo aſpectu aduerſari uidentur.

1 Et primò ꝯ eum adduci poteſt: quia † ſtatutũ Mu
tinenſe poſitum ſub rub. de pretio rei uẽditę ſoluẽ
do, inquantũ diſponit, ꝙ emptor qui non obſerua-
uit promiſſa dẽat puniri in quarta parte pretij ap-
plicanda uenditori obſeruanti, viribus nõ ſubſiſtit,
cum uideatur hęc pœna adiecta in fraudem uſura-
rum, ideò exigi non poteſt, etiam ſi is cui dicta pę-
na applicanda eſt non fuerit ſolitus fœnerari, iſtud
2 ſic patet, † nam ualidum eſt argũ de pactis cõtra-
hentium ad ſtatuta, iuxta notata per Gl. in rub. C.
de decur. lib. 10. & patet in l. fi. C. de fideiu. & tradi
3 tur per Bar. in l. non impoſſibile. ff. de pac. ſed † pę-
na adiecta dationi quantitatis in omni contractu
pręſumitur adiecta in fraudem uſurarum, etiam à
non ſolito fęnerari, prout tenet Gl. in l. cũ allegas.
C. de uſur. & in l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de
actio. emp. Io. And. ĩ tit. de obl. & ſolut. §. ante om-
nia. uerſ. item ſequitur. Ang. Imol. & Do. Alex. in l.
ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. obl. & latè Ludo.
Roma. in cõſ. 510. inci. quo ad primũ ꝯſultationis
articulũ, ergo idem dicemus in caſu p̃miſſi ſtatuti.

Secundò adduci põt, p̃ſuppoſita ualiditate præ-
miſſi ſtatuti adhuc nõ eſt fundata eius intẽtio, eo,
4 quia † diſpõ huius ſtatuti eſt dura & pęnalis, ideò
reſtrin-

reſtringenda quantum fieri poteſt, nec dr̃ egredi terminos in quibus loquitur.c.odia.de reg.iur.lib.6.l.cum quidam.cum vulg.ff.de lib.& poſth.bonus tex.in l.fi.iuncta.l.pen.C.de interdic. ma. in tuto. & pupi.cum ergo prǣmiſſum ſtatutum requirat duo ut quis incurrat dictam pęnam,uidelicet morā ſeu contemptum iudicis.Item ꝙ cōmittatur mora cōuentionalis,ceſſabit eius diſpoſitio in caſu in quo

5 tm̃ ueta mora fuerit cōmiſſa † quia ex commiſſione unius morę contrahitur leuius delictum, quàm ex cōmiſſione duplicis moræ:arg.tex.in l.vim paſſam.§.præſcriptione.iuncta l.mariti.§. hoc quinquennium.ff.de adult. ubi † lex Iulia præſcribens

6 cognitioni criminis inceſtus & adulterij quod ſeparatim factum eſt per lapſum quinquēnij. locum nō habet in caſu in quo adulterium ſimul cum in-

7 ceſtu commiſſum fuit: † quia pp iſtam miſturam oportet crimen acerbius puniri.ut dicit tex.in l.1. in prin.C.de rap. virg. Et pro hoc faciunt notata ꝑ Old.in cōſ.253.inci.factum tale eſt, quidam Rex. de quo meminit Alex.in conſ.72.inci.aſſumam,in

8 1.vol. vbi dicit, † ꝙ ſi aliquis pater habens filium ſpurium petierit à principe illum legitimari, & in legitimatione narrauerit illum eſſe natum ex adul terio, hæc legitimatio reddetur nulla uitio ſubrogationis; quia ex quo ipſe habebat vxorem, & mulier ex qua ſuſcepit dictum filium habebat uirum:hic cōtinebatur duplex prohibitio,de qua duplicitate non facta fuit mentio,igitur &c.cum ergo Magiſter Thomas non ꝓpoſuerit aliquā querimoniā corā iudice,& ſic nō fuit commiſſa mora iudicialis quā exigit ipſum ſtatutū,ceſſabit eius diſpō.

Tertiò adduci poteſt contra eundem Magiſtrū

9 Thomam. Nam conſiderandum eſt, † ꝙ qn̄ quis agit ad vnum & probat aliud, iſte actor obtinere non poteſt,licet ſi egiſſet ad id quod probauit pro eo fuiſſet ferenda ſententia: de hoc eſt caſus in l. habebat.in princ. ff.de inſtito. & in l. Bebius. ff.de pac.dotalib.quem tex.Bal.ad hoc ſępius allegabat prout atteſtatur Ang.ī l.Claudius Felix. ff. qui pot. in pig.habeant.Idē traditur latè per Canoniſtas in c.examinata.de iud.ſed prędfatus Magnificus Thomas agens contra emptorem non petijt pęnā,& ſic non intentauit conditionē reſultantem ex ſtatuto, quinimo petijt dāna & intereſſe,ad quorum proba

10 tionem demum produxit ipſum ſtatutum. † Cum ergo aliud ſit pęna,& aliud ſit intereſſe, prout not. Albe.poſt Iac.de Are.in l.vnica.C.de ſent. quę pro eo,qđ intereſt.per tex.in l.ſi remunerandi. ff.mād. Dicendum eſt præfatum Magiſtrum Thomam eſſe in caſu ſuccumbentię, cū unum deduxerit & aliud

11 probauerit.Cōfirmatur. † Nā multū refert an quis agat cōditione reſultante ex ſtatuto ſeu actione in factum reſultante ex ſnīa diffinitiua, an uerò agat ſuper primęua actione ſuper qua ſit ſtatutū ſeu diffinitum & pronūciatum.Nam primo caſu nulla exceptio poterit opponi,ſecūdo uerò caſu ſic, ut declarat Gl.ī l.ſi à te.& in l.duobus.ff.de exce.rei iud.

Quartò aduertendum eſt:quia præſens ſtatutum non potuit in pręſenti cā deduci eo modo quo deductum eſt,uidelicet ut uirtute ipſius dāna & intereſſe habeantur pro liquidatis: quia hoc poſſet procedere ſi hoc ſtatutū eſſet conceptum per uerba latę ſententiæ:ſed cūm ſit conceptum per uerba ferē dę ſententię,oportuiſſet prius pronuntiare aduerſarium incurriſſe prędictā pęnam. Prout in ſimili

12 dr̃ † in poſitionibus quæ habentur pro confeſſis ex forma ſtatuti, ſi eis non fuerit rn̄ſum infra certum tempus:quia illud intelligitur ſi iudex pronunciauerit illas haberi pro confeſſis.iuxta notata in c.2. de confeſſis. li.6. Suadetur iſtud ex not.per Bar.in l.eius qui delatorem.ff.de iure fiſci.Et pro hoc facit tex.in c.cum ſecundum.de hęre.lib.6.

Quintò aduertendum etiam eſt, quia oportuit magiſtrū Thomam qui uoluit conſequi pęnam de qua in dicto ſtatuto,prius adimpleuiſſe cōtractum

13 pro parte ſua: † qm̄ qui non facit id quod dēt, non recipit id quod oportēt.l. Iulianus. §. offerri. ff. de act.emp.Bar.in l.qro.§.inter locatorem. ff. de loc. Bal.in c.1.in tit.qualiter do.prop.feudi.priu.ī uſi. feud. Cū ergo M. Thomas non adimpleuerit con-

14 tractum ex parte ſua: † quia non tradidit rē, prout tenebatur ex natura cōtractus.l.ex empto.in prin. ff.de ac.emp.agere nō poteſt ad prędictam pęnam.

Sextò aduertēdum eſt,quia non poteſt dici prę-

15 dictū D.Io.Mariam fuiſſe moroſum, cū † terminus ſibi ſtatutus ad ſoluendum primo incipiat labi nō à die celebrati ꝯtus,ſed à die qua res fuit tradita.l.tali.in princ.ff.de iure dot.p quē tex. ita decidit Bar.& ibi Doct.in l.ſi cui legetur.in princ. ff.de leg.1.Are.in conſ.94.inci.conſideratis maturè.

Septimò conſidero, eſtò, ꝙ res uendita cenſeatur fuiſſe tradita uerè ante dilationem finitā, & ſic ante lapſum termini ſtatuti emptori ad ſoluēdum dictum pretium, adhuc dici poteſt pręfatum emptorem, non teneri ad dictam pęnam, uel aliud in-

16 tereſſe,eo,quia † ante lapſum termini ſibi dati ad ſoluendum nō poteſt dici, ꝙ teneatur ad intereſſe, quia differt ſoluere ex uoluntate ipſius uenditoris, ideò ad intereſſe non tenetur niſi aliter conuentū fuerit.l.lecta.ff.ſi cert.petatur.& ita notat Paul.de Caſt.in l.Iulianus.§.ex uendito. ff. de act. emp.lapſo uerò dicto termino impoſſibile eſt,ꝙ etiam te-

17 neatur ad pęnam ſeu intereſſe:quia † cum tempore quo mora debuit committi,ſcilicet tempore traditionis illa fuerit remiſſa per uenditorem concedentem emptori dilationem ad ſoluendum, nō poteſt amplius induci mora niſi interueniat interpellatio,uel alius actus de nouo moram inducēs. iſtud colligitur ex notatis per Bar. in l. item illa. col. 3. de conſt.pecu.quem ad hoc propoſitū adducit inſignis doctor D.Maria.Soc.in conſi.109. inci. non potuiſſent.col.2.pro hoc adducit tex.in l.pecunię. ff.de uſuris.& notata per Bal.in l.1.C.de ijs quę pęnæ nomi. cum ergo poſt finitam dilationem factā ipſi emptori nulla traditio facta fuerit,nec alius actus interceſſerit qui moram potuerit cauſare,dici non poteſt pręfatum emptorem fuiſſe moroſum,& ſic quòd dictam pęnam incurrerit.

Pręterea dici poteſt dictum ſtatutum nō potuiſ-

18 ſe fingere intereſſe, † cum fictio ſit fundata ſuper ęquitate.l.poſtliminium.in prin.ff.de capti.Bar.in l.ij is qui pro emptore.ff.de uſuca.ſed ſic non adeſt aliqua æquitas,imò iniquitas, qua quis locupletatur cum aliena iactura,igitur &c.

19 Vltimò adduci poteſt:† quia ſtatutū ſuper quo fit ſunda-

fundamentum nunquam fuit obſeruatum,nec moribus vtentiũ eē probatũ,ideò cenſetur ſublatum,p ſimplicem non vſum:vt per Alexan.in conſ.6.& in conſi. 132.in 1.libr.Ex quibus concludendum ur̃ pronunciandum fore contra pręfatum Magiſtrum Thomã,& partē aduerſam eſſe i caſu abſolutionis.

Sed pręmiſsis nõ obſtantibus concludendũ in-
20 dubitanter † puto in fauorē pręfati Magiſtri Thomæ uenditoris, & pro eo ferendam ſententiam, & hoc cõſiderata diſpoſitione pręmiſsi ſtatuti, quod quidem viribus ſubſiſtit.prout notat Bal.in terminis.in l.cũ allegas.in fi.C.de uſuris.& Dñs Lauren. de Rodulphis in repe.c. conſuluit.de uſur.in q.64. quorum opinio comprobatur aliquibus rõnibus.
21 Et primo. † Nã validũ eſt argm̃ de diſpoſitione legis ad diſpoſitionē teſtatoris. & ē contra l. ſi quis hac lege.ff.de manu.teſtam.Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trin.& fid. catho.Hinc dicimus
22 † ꝙ diſpõ ſtatuentiũ ęquiparatur ultimæ uolũtati, ſecũdũ Bal.in l.pen.C.de uerb.ſig.& in trac. de pace Cõſtantię.in uerbo,nos Romanorũ. Ludo.Ro-
23 ma.in l.4.§.Cato.ff.de uerb. obl. Sed † pęna adiecta dationi quãtitatis i vltima uolũtate eſt pſtãda, nec cēſetur adiecta in fraudem vſurarũ, qñ non eſt pręſtanda per dinumerationē tẽporũ.l.1. ff. de penu.leg.Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi cer.pet.& in d. l.cũ allegas.circa fi.C.de vſur.Pau.de Caſt.i l.apud Iulianũ.§.fructus.ff.de leg.1.D.Alex.in d.l. ſtipulatio iſta.§.alteri.col.5.ergo idē dicamus in caſu pmiſsi ſtatuti: qa cũ dicta pęna ſeu intereſſe ueniat pſtan.ſemel tm̃ non per tp̃is dinumerationem peti poterit,nec cenſebitur adiectũ in fraudē vſurarũ.

Confirmatur & ſecundò hæc opinio: nã ſtatutũ præmiſſum,ideò ſtatuit,ꝙ emptor teneatur uenditori ad quartã partem pretij ratione cõtractus nõ
24 obſeruati:& conſiderarunt ſtatuētes † ꝙ probatio intereſſe difficillima eſt.l.ſi.ff.de pretor. ſtip. Ideo finxerunt tm̃ eſt intereſſe ipſius uenditoris cui contractus non fuit adimpletus ex parte ipſius emptoris,& ſic eorum diſpoſitio non emanauit in fraudē uſurarum,ſed potius ad alleuiandũ ipſum uenditorem ab onere probandi ſuum intereſſe. cum illud difficulter poſsit probari. ideò non ſubeſt aliqua ratio, pp quã dubitandũ ſit de ualiditate pręmiſsi ſtatuti.Et ꝙ hoc ſit uerũ, iſtud oſtēditur ex uerbis dicti ſtatuti dũ in eo dr̃ ſub pęna a non obſeruante auferenda,& obſeruanti,& obſeruare uolenti danda quartę partis pretij cõuenti de dicta re, loco dãni & intereſſe fictione pręſentis ſtatuti, & ſic vult ſtatutũ ipſum ꝙ tm̃ ſit intereſſe uenditoris q adimpleuit cõtractũ, & ꝙ illud habeatur pro liquidato & probato,ità ꝙ non poſsit probari contractũ: qa
25 † ꝯ legis fictionē probatio in contrarium non admittitur,& in hoc differt fictio à legis pręſumptione,de hoc eſt Gl.in l.conficiuntur.in prin.ff.de iur. codic.& in l.ſi duo.ff.de acq.hęr. Suadetur iſtud o-
26 ptimo ſimili.nã † licet ſtatutũ diſponens, ꝙ ꝯ debitorem non poſsit agi poſt decennium,ſecundum cõiter Doctores ſit inualidum, attũ ſi ſtatutũ præſumat cõtractum ſimulatum uel ficticium ex lapſu dicti temporis & ſilentio creditoris,iſto caſu valebit,& ſic poſt decenniũ non poterit agi ꝯ debitorem,ex quo ſtatutũ ita pręſumit, ſeu fingit. Ita decidit Bar.in l.omnes populi.col.8.ff.de iuſt. & iur. Abb.in c.ſi.col.4.de præſcr.& ibidem Fel.col.3.in verſ.quarta declaratio.Lud.Roma.in l. ſequitur.§. ſi viam.ff.de vſuca. Licet ergo ſtatuentes non poſſent adijcere pęnam in fraudem uſurarum ſimpliciter ſtatuendo ſuper pęna,attamen imponendo pęnam, & fingendo illam cenſeri intereſſe eius cui contractus non fuit adimpletus, eorum diſpoſitio erit ualida, & ex hoc tollit obiectio partis aduerſæ dum dicit inualidum eſſe prędictum ſtatutũ imponens pęnam quartæ partis pretij, ueluti illa pęna cenſeatur adiecta in fraudem uſurarum.

Nec huic concluſioni obſtat ratio in contrariũ adducta: quia affirmatiuè procedit argumentũ de pactis contrahentiũ ad diſpoſitionem ſtatuentiũ:
27 ſed negatiuè non procedit talis argumētatio, † cũ multa fieri permittantur ex diſpoſitione ſtatuētiũ quę non permittuntur ex pacto cõtrahentium,iuxta notata per Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.ſolu.mat.

Non obſtat ſecũda ratio in quantum dicebatur ꝙ hoc ſtatutum exigit duplicem moram,uidelicet contemptum iudicis, & ꝙ contrahatur mora conuentionalis,ad hoc enim rñdetur, ꝙ imo ſtatutum ſolum exigit moram conuentionalem. Iſtud patet ex uerbis ſtatuti,dum in eo dr̃,& ſi quis aliquam rē alicui uendiderit,ipſam rem præciſe tradere teneatur, & ēconuerſo, emptor traditione rei ſibi factæ pręciſè pretium uēditori tradere teneatur, ex quibus uerbis patet,ꝙ ſtatutum uoluit emptorem eſſe in mora conſtitutũ,vt primũ traditio rei ſibi uenditæ eidē facta fuerit,prout ēt diſponitur de iure cõi l.curabit.C.de act.emp.Subdit poſteà ſtatutum, & prędicta teneatur obſeruare uenditor, & emptor, ut ſuperius dictum eſt,ſub pęna quartę partis &c.& ſic ſi conſiderentur uerba ſtatuti nil aliud requirit quo ad incurſionem prędictę pęnę: niſi ut emptor ſit in mora conſtitutus, qui immediatè conſtituitur adimpleto contractu ex parte ipſius uēditoris.
28 Id ergo, † ꝙ nõ exigit ſtatutũ nec nos exigere debemus.l.ſi ſeruum.§.non dicit pretor.ff.de acquir. hęr. cum vulg. Iſtud etiam oſtenditur alia ratione: nam ſtatutum emanauit in fauorē ipſius qui adimpleuit cõtractum uēditionis, & in odium illius qui differt ex parte ſui contractus implementum:ſed ſi diceremus,ꝙ requiretur contemptus iudicis ultra moram conuentionalem, ad hoc ut non implens contractum in mora cõſtituetur,ſequeretur, ꝙ inducta ad odium retorquerentur in eius fauorē: ſed iſtud cõſequēs eſt falſum.l.quod fauore. C.de legi. l.nulla.ff.eo.ergo & antecedens. Probatur iſtud an-
29 tecedens:quia † de iure communi emptor cui tradita fuit res immediate fit moroſus, & mora re ipſa ex parte ſui cõtrahitur.l.curabit.C. de act.emp.

Nec obſtant uerba ſtatuti dum diſponit, ꝙ iudex teneatur compellere emptorem ſoluere uēditori pretiũ ea die qua querimoniam habuerit:quia per iſta verba non uult ſtatutũ,ꝙ requiratur cõtemptus iudicis ut emptor in mora conſtituatur,ſed ſolũ ſtatuit terminũ iudici intra quē cõpellere dēat emptorem ad ſoluēdum pretium uenditori, cũ ſit
30 † ꝙ non poſsit uenditor propria auctoritate exigere pretium ab emptore.l.extat.ff.quod met. cauſa. Iſtud etiam oſtēditur ex verbis finalibus eiuſdē ſtatuti

tuti, dum in eo dr, & nihilominus teneatur emptor & uenditor attendere & obſeruare omnia & ſingula ſupraſcripta: ſcilicet emptor ſoluere pretiũ, & uẽditor tradere rẽ uẽditã, ex quibus uerbis patet ſtatutũ ipſum velle, ꝙ pęna ꝑdicta incurratur ex ſola mora irregulari, qua incurſa, vult ꝙ ẽt emptor compellatur ſoluere pretiũ, quę cõpulſio fit auctoritate iudicis corã quo ex parte uenditoris obſeruãtis ↄtractũ querimonia de ꝑtio ſibi nõ ſoluto deducta eſt, & ſic hoc modo uerificant uerba ꝑmiſſi ſtatuti.

Ad tertium fundamentum in quo fuit dictum, ꝙ Magiſter Thomas vnũ deduxit & aliud ꝓbauit, ſed quia petijt intereſſe &c. ideò ſuccũbere debet: rñdeo, ꝙ ipſe optimè egit, nec ex hoc ſuccũbere dẽt. Et pro rñſione aduertendum eſt, ꝙ ſtatutum ipſum appellat illam quartam partem pretij dandam parti obſeruanti pęnam, quam uult haberi loco dãni & intereſſe fictione pręſentis ſtatuti. & ſic ſtatutum ipſum ſubrogat pœnam loco ipſius intereſſe. Rõne
31 † ergo huius ſubrogationis pęna ipſa iudicari dẽt ut intereſſe, non ut pęna. l. ſi donatæ. §. 1. ff. de don. inter uirum, & vxorẽ. facit tex. in c. denique, & ibi Gl. 7. q. 1. & tex. in c. habeo. 16. diſt. & ibi Gl. ſuper verbo eadem, quę dicit nota, ꝙ eadem dicitur ſynodus cum prima: quia idem patres illic conuenerunt, & eadem cenſetur cauſa appellationis cũ cauſa principali: quia cauſa appellationis ſubrogatur in locum cauſæ principalis: petitio ergo actoris petentis intereſſe meritò uerificari poteſt in dicta pęna ſubrogata, ex diſpoſitione pręmiſſi ſtatuti in locum ipſius intereſſe, & ſic non dicitur unum petitũ & aliud probatum. Iſta ſolutio confirmatur ex notatis per Are. in l. 1. col. 1. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.
32 ubi dicit † ꝙ bonorum poſſeſſor licet uerus non ſit hęres, cõprehẽditur tñ in diſpõne ſtatuti loquẽtis de hærede: qa ſubrogat in locũ heredis, ideò rõne talis ſubrogationis diſpoſitio ſtatutaria, & ſic ſtrictè interpretanda loquens de hęrede comprehendit etiam bonorum poſſeſſorem: arg. l. libertum. ff. de rit. nup. Sicut etiam dicit Bar. in l. poſtulante. ff.
33 ad Treb. † ꝙ ſtatutum loquens in caſu uero uerificatur in caſu ficto, ſubrogato tamen loco caſus ueri. Sic ergo dicendum eſt in quæſtione propoſita. Nam petitio actoris petentis intereſſe uerificabitur in iſto intereſſe ficto ex diſpoſitione ſtatuti: qa ſubrogatur illud intereſſe in locum intereſſe, quod uerè fuiſſet probatum per ipſum actorem, quo probato ad id de iure communi fuiſſet condemnatus aduerſarius, l. 1. ĩ fi. ff. d' ac. emp. & d. l. curabit. C. eo.

Pręterea ex iſto intereſſe ficto reſultat idẽ effectus q̃ reſultaſſet ex intereſſe uerè probato, ideò petitio actoris in hoc intereſſe uerificari põt. ſicut di
34 cimus † in diſpõne loquẽte de morte: quia illa uerificatur in morte ficta, quando idem effectus inſurgit ex morte ficta, qui inſurgeret ex morte uera. l. Deo nobis. C. de epiſcop. & cleric. l. actione. §. publicatiõne. ff. pro ſoc. Alex. in cõſ. 179. col. 2. lib. 5. notant Doct. & ibi latè hanc materiã explicani. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ. ff. de lib. & poſth. & huic deſeruit notabile dictum D. Abb. in c. per tuas. per illũ tex. in 1. notab. de conditi. appoſi. ubi
35 dicit, † ꝙ actor fundans ſe ſuper matrimonio uero obtinet, probando matrimonium pręſumptũ præſumptione iuris & de iure, cũ illud ęquipolleat uero matrimonio. & idẽ effectus inſurgat ex utroque, c. ueniens. el ij. & c. is qui fidem. de ſponſ. Ex q̃bus cõcludẽdũ eſt, ꝙ actor petẽdo intereſſe, & demum adducẽdo ſtatutũ ĩponẽs pęnã quartę partis ꝑtij loco intereſſe optimè egit, & ſic ꝓ eo eſt ferẽda ſnĩa.

Ad quartum fundamẽtum rñdeo, ꝙ ſtatutũ pręd ictũ eſt cõceptum per uerba latę ſententię, non autem ferendę, & ſic ceſſabit obiectio. Iſtud ſic ꝓbatur, & premitto unã doctrinã in hac materia, ꝙ qñ
36 † verba legis, aut alterius diſpoſitionis ſui natura ſunt priuatiua, ita ꝙ ſecum habeant priuationem annexam, prout eſt uerbum cadat, uerbũ careat, & uerbum auferatur, iſto caſu licet hæc uerba concipiantur per tempus futurum, nihilominus inducũt pęnam ipſo iure, non autem per ſententiam. Iſtam doctrinam ponit Io. Cal. in conſi. 10. in tit. de uerb. ſign. & in conſi. 6. in tit. de feud. ubi dicit, ꝙ licet iura punientia uaſallum qui non petijt inueſtituram, utantur uerbo futuri temporis. c. 1. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. tñ cum ſint uerba ſui natura priuatiua inducunt priuationem ipſo iure, nec requirit aliqua ſentẽtia, & hãc doctrinã approbat D. And. Sic. in c. ſi ſacerdos, col. 10. de off. ord. Fel. in c. Rodulphus. in uerſ. uerba latę ſententię. col. 2. de reſc. cum ergo ſtatutum prędictum ſit conceptũ ꝑ uerba priuatiua, qa dicit ſub pęna auferẽda &c. ꝑdicta pęna cẽſetur impoſita ipſo iure, nõ aũt ꝑ ſnĩam, licet dictũ uerbũ auferenda, ſit participium futuri tpis.
37 Et ſi diceretur eſto, ꝙ pęna imponatur † ipſo iure, requiritur tamẽ ſententia iudicis declaratoria. c. cum ſecundum leges. de hęr. in 6. Bal. in d. l. ſi q̃s delatorem. ff. de iure fiſci. Ad hoc reſpondeo, ꝙ illud non procedit quando effectus de quo agitur trahit ſecum executionem, ita ꝙ non ſpectat aliã ex-
38 trinſecam executionem facti, vt eſt † irrogatio infamiæ, quæ ſtatim reddit aliquẽ inteſtabilem. Iſtã declarationem ponit Bal. in l. qui ſub conditione. §. fi. ff. de cond. inſtit. D. de Sancto Gemi. in c. felicis. in prin. col. 3. de cen. in 6. Moder. in l. 3. §. quod autem agit. ff. quod quiſ. iur. Cum ergo ſtatutũ imponat dictam pœnam fingendo intereſſe, & iſta pęna non requirat aliam extrinſecam executionem: quia ſtatutum ipſum fingit illud intereſſe, ita ꝙ nõ poteſt probari contrarium. iux. Gl. in d. l. ſi duo. ff. de acq. hęr. dicendum eſt, ꝙ non requiritur alia ſententia declaratoria ſuper facto, & iſta eſt uera & realis ſolutio ad hanc quartam obiectionem.

Quinto fundamento reſpondetur negando, ꝙ Magiſter Thomas non adimpleuerit cõtractum ex parte ſui, cum ſit, ꝙ omnia adimpleuerit quę per ipſum erant adimplenda.

39 Sexto fundamenro in quo dictum fuit † ꝙ non poteſt dici aduerſarium fuiſſe in mora cõſtitutum cum dies ſoluendæ pecunię ſibi pręfixa incipiat labi à die traditionis, nõ à die celebrati contractus: rñdeo, ꝙ aſſumptum procederet niſi aliter conſtaret de mente uenditoris ſtatuentis dilationem emptori ad ſoluendum pretium: nam tunc dies inciperet labi à die celebrati contractus. l. fi. C. quę res pign. ob. poſſ. iuncta. l. 1. §. ſi conueniet. ff. depoſiti: ꝙ autem iſtud fuerit de mente venditoris patet ex uerbis inſtrumenti uenditionis dũ dicit in fin. an-

norum

norum trium proximò futurorũ,& in ijs uerbis promiſit dare & ſoluere interim ſingulo anno affictus dictę poſſesſionis,&c.& in multis alijs uerbis eiuſdem contractus.

Secundò reſpondeo,ꝙ licèt verum ſit, quòd ille terminus non inceperat labi niſi à die traditionis,
40 adhuc emptor fuit in mora conſtitutus: quia † per locationem factam ipſi emptori de re ſibi vendita, cenſetur res fuiſſe ſibi tradita, ita ꝙ illa traditio operatur eundem effectum quem operatur traditio facta de re ſimpliciter vendita, iſtud patet ex notatis per Paul.de Caſt.in l.ſicut.§.primo.ff.loca. quem ſequitur Alex.in conſi.121.inci.viſis.lib.5. vbi dicit,ꝙ ſicut re tradita emptor tenetur ad pretium & ad vſuras eius,ſicut in caſu legis, ſicut tradita re à venditore pariterque locatore ipſi emptori & conductori emptor ipſe tenetur ad ſolutionem affictuum,ſicut tenentur ad pretium & eius vſuram ſi non conduxiſſet ipſe emptor, ſed res ſimpliciter fuiſſet ſibi tradita per uenditorem.

Confirmatur hęc ſolutio alia pulchra ratione. Nam contractus iſte de quo agitur fuit contractus miſtus uenditionis & locationis,ſicut in ſimili dicit Alex.in conſ.6.inci.videtur prima facie dicen-
41 dum.col.3.lib.5. † quòd contractus locationis in quo continetur pactum de francando dicitur contractus quidam miſtus:vt ibi latè per eum. Cùm ergo iſte contractus ſit miſtus, de eo iudicari debet vt
42 de mero contractu venditionis, † cùm iſte contractus ſit potentior contractu locationis, per quem non transfertur dominium, quod transfertur mediante contractu emptionis.l.non ſolet.ff.locat.& quòd ita iudicari debeat,facit tex.in l.quæritur.ff. de ſtatu hom.& in l.repetũdarum.ff.de teſtib.Alex. pulchrè.in l.5.in princ.ff.de verb.obl. Traditio ergo facta ipſi emptori & conductori operabitur eundem effectum,uidelicet ut ab ea incipiat labi tempus datum emptori ad ſoluendum pretium, ac ſi traditio fuiſſet facta ex ſimplici contractu uendi-
43 tionis: † cùm propter ſui maiorem potentiam ſic denominari debet iſte contractus,bonus tex. in l. 1.§.ſi te rogauero.ff.depoſiti.faciunt notat.p Bar. in Ariſto.ff.de dona.& in l.ſi in emptione.ff.de contrah.empt. & per Bal. ſingulariter in procœ. feudo.
44 col.5. vbi dicit, † ꝙ quando res permutatur cum altera,& interuenit pretium pro adæquatione rei permutatæ,ſi pretium ſit ęquale, tunc iudicabitur contractus venditionis non permutationis,cùm ille ſit fauorabilior,quia ſtatim parit actionem.l.iuriſgentium.in princ.ff.de pact.

Septimò fundamento reſpondeo, ꝙ in caſu noſtro interuenit finita dilatione, noua traditio quæ conſtituit ipſum emptorem in mora, quæ traditio cauſata fuit ex conſtituto de quo in ipſo inſtrumento, quod conſtitutum tunc ſortitum fuit effectum poſt finitum contractum dictæ locationis & non prius,prout declarat D.Alex.in conſ. 122. de quo ſupra facta fuit mentio.

45 Nec huic ſolutioni obſtat † quòd per tale conſtitutum venditor nõ cenſeatur liberatus ab actione empti,prout voluit Petr.quem ſequitur ibi Baldus in l. 1. C. quando liceat ab empt. diſced. & Angel.in l.ab emptione.ff.de pact.quia ad hoc reſpondeo,quòd opinio prædictorum Doctorum nõ eſt uera,& communiter reprobatur, & ita contrarium tenet Gl.in auct. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſus uend.& Glo.in l.ab emptione.ff.de pact. quam approbant ibi Bar.& Bal.Sal.& Moder.Aug. in §.actionum.col.6.inſti.de actio.Bal.in l.2.C.de vſuris.& dicit D.Iaſon in d.l.ab emptione.col.8.ꝙ iſta opinio communiter eſt approbata.

Inquantum etiam dicebatur, ꝙ lex ſeu ſtatutum non poteſt fingere niſi in caſu in quo ſubeſt æqui-
46 tas,reſpondeo,ꝙ iſtud non eſt ſemper uerũ: † quia plerumque lex fingit ubi nulla ſubeſt ęquitas, vt patet in l.qui vxorem.ff.de iniuſt.rup.irri.q; teſtam. ubi lex fingit captum ab hoſtibus deceſſiſſe prrẽambula hora captiuitatis,quò ad effectum annullandi teſtamẽtum in quo poſt hac fuit pręteritus qui deceſſit patre adhuc ſuperſtite, & tamen contrarium fuiſſet ęquius,vt iſta mors ficta non conſideraretur, ſed potius mors naturalis,qua conſiderata teſtamẽtum fuiſſet ſortitum effectum.l.poſthumus,in prin. ff.de iniuſto rupto irritoque teſtam. & veritatẽ huius articuli multis iuribus comprobaui in repeti.l. ſi is qui pro emptore.col.8.ff.de vſucapionibus.

Secundò reſpondeo, ꝙ licet dicatur, ꝙ lex non fingit niſi in caſu in quo ſubeſt ęquitas, per hoc nõ ſequitur, quin ſi lex velit fingere nulla ſubſiſtente æquitate, iſtud non poſſet facere, cùm ſit fictio quoddam remedium quo lex vtitur arbitrio ſuo,& fingendo lex, præſupponit ibi adeſſe æquitatem.

Tertiò reſpondetur, ꝙ in caſu iſto ſubeſt æquitas: quia cum emptor tradita re ſibi vendita ſit in mora conſtitutus,æquisſimum eſt vt impendat uſuras pretij cõuenti.l.Iulianus.in §.ex vendito.ff.de actio.empt.ibi,æquisſimum eſt enim uſuras pretij uendere, ſed ſtatutum ſubrogat dictam pęnam in locum dictarum vſurarum ſeu intereſſe, ſicut ergo ibi eſt æquitas,ideò & hic ratione ſubrogationis.l. ſi donati.§.1.ff.de don.inter vir.& vxo. & l.ſi eum. §.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio.

47 Vltimò fundamento reſpondetur, † ꝙ lex ſeu ſtatutum non ſimpliciter tollitur per non vſum,ſed ita demum tollitur quando caſus accidit, & fit contra legem,uel ſtatutum, tunc enim per talem non vſum habentem annexum & implicitum actum cõtrarium diſpoſitioni ſtatuentium, tunc derogatur legi vel ſtatuto:aliàs ſecus,l.fi. C. de iure dom.impetrã.& ita tenet Cyn.in l.1.C.quę ſit long.cõſuet. in verſ.expediti ſumus.de 1.q.C.quæ ſit longa conſuetudo.Bal.in l.de quibus.col.16.& ibi Albe.col. 13.ff.de legi.Ang.Aret.in §.igitur. in 2. colum.in procœm.Inſtit.Alex.in conſi.132.inci.Super primo dubio.lib.1.licèt ergo populus nunquam vſus fuerit pręmiſſo ſtatuto, ſi tamen non apparet de actu contrario facto contra prędictum ſtatutum, per iſtum ſimpliciter non vſum intelligetur huic ſtatuto derogatum,& iſta eſt veritas in iſto articulo. Ex quibus concludendum puto in omnibus & per omnia in fauorem prædicti Magnifici Thomæ uenditoris. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 Legatus de latere non poteſt conferre ius patronatus laicorum ad eorum præiudicium.
2 Iuris patronatus mentio fieri debet in prouiſione benefi cij patronalis, eiuſdemque ſpecialis derogatio.
3 Cauſa & origo iuris patronatus conſtituti.
4 Prouiſiones ueteres probationem iuris patronatus faciunt.
5 Iuris patronatus præſentatio ex verbis in prouiſione cõtentis conſtat.
6 Iuris patronatus acquiſitio, patet per præſentationem.
7 Delegatus de latere cõferre poteſt beneficia quomodocunq; uacãtia in ſua prouincia, præiudicando epiſcopis quibus comp:tit collatio beneficiorum uacantium ineorum diœceſi.
8 Ius commune potentius eſt priuilegiario ſeu conſuetudinario.
9 Legatus de latere præiudicare poteſt collatoribus de iu re ſpeciali ſiue priuilegiario.
10 Legatus conferre poteſt beneficia iuris patronatus eccleſiaſtici.
11 Legati eam poteſtatem habent, quam tenor ſuæ facultatis dat.
12 Ius patronatus quibus modis acquiratur.
13 Allegans ſe patronum iuris patronatus, quid pro ſe probare debeat.
14 Ius patronatus ſeruitutem eſſe eccleſiæ.
15 Seruitus non præſumitur niſi probetur.
16 Libera vnaquæq; res præſumitur.
17 Verba prouiſionis quando probationem faciant iuris pa tronatus.
18 Verba prouiſionis præiudicium alteri non faciunt.
19 Verba ſupplicantium parochianorum ut alicui de rectoria prouideatur, ius patronatus non inducunt.
20 Parochiani etiam non habentes ius patronatus inſtare poſſunt ut habeant certum rectorem eis gratum.
21 Repugnantes clauſulæ ſeu orationes in eodem inſtrumento coaceruatæ, quomodo interpretandæ ſint. Diſtinctio ſeu ſubdiuiſio remedium eſt contrariorũ reconciliandorum.
22 Præſentatio non arguit ius patronatus.
23 Præſentatio probat poſſeſſionem.
24 Iuris patronatus probatio difficilis eſt.
25 Probationem quadraginta annorum non probare ius patronatus.
26 Iuris patronatus actionem petitoriam eſſe.
27 Actionem quaſi poſſeſſionis iuris patronatus poſſeſſoriam eſſe.
28 Proprietas nihil habet commune cum poſſeſſione.
29 Quaſi poſſeſſio faculatatis præſentandi fortior & ualidior eſt, quàm quæ à uero patrono peruenit.
30 In quaſi poſſeſſione iuris patronatus eſſe non præſumitur, qui pluries præſentauit, ſed qui vltimo loco præſentauit.
31 Quaſi poſſeſſionis iuris patronatus interruptio quid faciat.
32 Vltimus poſſeſſor conſiderandus eſt pro iure præſentationis.

CONSILIVM LXXIII.

COLLATIO parochialiũ eccleſiarũ Sãctorũ Mariæ de Caſtaniolo, Mariæ de Ballarchia, & nõnullarũ aliarũ eccleſiarũ nullius diœceſis ex antiqua cõſuetudine ſpectat ad abbatẽ monaſterij Sancti Hylarij prouinciæ Romandiolæ, de ijsque beneficijs vacantibus per renuntiationẽ vltimi rectoris prouiſio facta fuit p̃ Reuerendiſſ. Dñm Legatum cuidam Dño Ioanni Syluestri de Sala, modo dubitatur de uiribus & validitate dictæ prouiſionis: nã aſſerunt nonnulli hãc prouiſionem factã per Dñm Legatum viribus non
1 ſubſiſtere, † cum ſit ꝙ prędictæ eccleſiæ ſint de iure patronatus quorundam laicorum, de quo nulla fa-
2 cta fuit mentio † in prędicta prouiſione, nec ei fuit derogatum, quod erat neceſſarium ad validitatem
3 dictæ prouiſionis, cum non † pręſumatur ſuperior velle derogare iuri patronatus, ne trahantur ipſi patroni à fundatione ſeu dotatione eccleſiarum, prout tenet Io. And. in c. 2. & ibi Dominic. de pręb. lib. 6. Abb. in c. cum dilectus. in fi. de iure patrona. Lap. allegat. 96. inci. beneficia vacantia, & de hoc clarè habetur per Fel. in ſuo breui tractatu iuris pa-
4 tronatus in princ. † Et ꝙ ius patronatus competat in dictis eccleſijs laicis patet ex prouiſione, alias facta de anno Mcccclxix. p̃ Vicariũ Epiſcopi Saſanatenſis & commendatarij dicti monaſterij, in qua quidẽ prouiſione dicitur quod ipſe vicarius uidit electionem & præſentationem factam per parochianos de rectore dictarum eccleſiarum, & quod
5 ipſum approbauit, & confirmauit, † ex quibus uerbis patet pręſentatio facta per ipſos parochianos, licet de ea aliter conſtare non poſſit, ſecũdũ Dños de Rota in tit. de iure patro. deciſione vlt. in nouis
6 deciſionibus, † ſed per præſentationem patet acquiſitio iuris patrona. c. conſultationibus. de iure patron. Io. Cal. in conſ. 12. in rub. de iure patrona. Iſtis tamen non obſtantibus concludo prouiſionẽ factam per Dñm Legatum de prædictis eccleſijs ualidam eſſe, & effectum ſortiri debere, & pro fun-
7 damento iſtius concluſionis pręmitto † ꝙ delegatus de latere de iure communi conferre poteſt beneficia quomodocunque vacãtia in ſua prouincia, præiudicando epiſcopis quibus competit collatio beneficiorum qui uacant in eorum diœceſi. c. 1. de off. leg. lib. 6. c. dilectus. eo. tit. in antiquis, fortius ergo conferre potuit prædictas eccleſias præiudicando abbati dicti monaſterij ad quem ſpectat collatio ſeu prouiſio in pręfatis eccleſijs, non de iure cõi. c. oẽs baſilicæ, 16. q. 7. ſed ex conſuetudine ſeu
8 ex priuilegio, † cum potentius ſit ius competens alicui de iure cõi quàm ius quod competit de iure ſpeciali. l. eius militis. §. militia miſſus. ff. de mil. te
9 ſta. & † ꝙ legatus poſſit extẽdere manus ad bñficia quorũ collatio ſpectat ad alios de iure ſpeciali, puta ex priuilegio uel ex pſcriptione, firmãt Frede. de Senis in cõſ. 63. & Abb. i c. dilectus, in fi. de off. leg. & iſtud eſt indubitatum in caſu noſtro duplici rõne. Prima ratio eſt, cùm collatio ſpectat ad pſonã
10 eccleſiaſticam, † ſicut ergo põt Legatus cõferre beneficia iuris patronatus ſpectantis ad clericũ, & ſic

ex gratia

ex gratia ſeu de iure ſpeciali.c.3.de iure patrona-
tus.ſic conferre poterit beneficia, quorum colla-
tio ſpectat ex priuilegio ad perſonã eccleſiaſticã.
Secunda ratio eſt,quia Reuerendisſimus Domi
nus Legatus Cardinalis Papienſis ex priuilegio ſuę
legationis poteſt conferre quæcunque beneficia
uacantia in ſua legatione quomodocunque ad ali-
11 quos ſpectat collatio in prædictis beneficijs, † vt
patet ex tenore ſuæ facultatis,quæ amplisſima eſt.
Solum ſupereſt ut ad obiecta reſpondeatur. Non
obſtat ergo fundamentum adductum in contrariũ,
quia negatur prędictas eccleſias eſſe iuris patrona-
12 tus aliquorum, † & cum acquiratur ius patronatus
ex dotatione,fundatione,uel conſtructione,ut per
Gl.in c.pię mentis.16.q.7.& per Innoc. & Abb. in
13 rub.de iure patronat. † allegans ſe eſſe patronum
probare tenetur ſe uno ex prędictis modis acqui-
ſiuiſſe ius patronatus, cum iſtud ſit fundamentum
eius intentionis.l.ab ea parte.ff.de probat. l.actor.
14 C.eod.maximè, † cum ius patronatus ſit quędam
ſeruitus ipſius eccleſiæ,prout not.Innoc. in rub.de
iure patron.Abb.in c.3.eod.tit.col.2.& Io.And.in
15 c.1.in eod.tit. lib.6. † & ſeruitus non pręſumitur
16 niſi probetur, † cum unaquęque res libera præſu-
matur.l.altius.C.de ſeruituti.& aqua.Bar. latè in l.
17 ſi prius.ff.de nou.ope.nuncia. Nec per † uerba de
quibus in dicta prouiſione in qua fit mentio de prę
ſentatione facta per parochianos, patet ipſa præ-
ſentatio,niſi aliter de ea conſtet: iſtud in terminis
voluit Lud.Roma.in l.ſciendũ.col.18.ff.de uerbo.
obl.& D.Fel.in c.ſicut.col. 13. in uerſi. extrinſeca
ſolennitas.de re iud.vbi dicit, ꝙ deciſio Domino-
rum de Rota,qui tenent contrarium, non ſeruatur
18 in caſu in quo agitur de pręiudicio alterius, † pro-
ut in caſu noſtro in quo agitur de præiudicio illius
cùm per Reuerendisſimum Dominum Legatum
prouiſio facta fuit de prædictis eccleſijs.
Secundò reſpondeo huic obiectioni, quòd illa
verba ſunt intelligenda hoc modo,ꝙ ipſi parochia
ni elegerunt & pręſentarunt rectorem ipſi vicario
19 per modum † ſupplicationis ei ſupplicantes,quòd
uellet prouidere de dictis eccleſijs pręfato Recto-
ri ueluti eis grato & accepto,quòd quidem permiſ
20 ſum eſt ipſis parochianis, † etiam non habentibus
ius patronatus in ipſis eccleſijs:arg. tex. in c.1.61.
diſtinct.per quem tex.ita decidit Abb.in cap.quòd
Dei timorem.in notabili 3. de ſtatu monacho. Et
quòd iſta interpretatio fieri debeat,oſtendo ratio-
21 ne inconuincibili,& pręmitto, quòd † quando in
vno inſtrumento ſeu cõtractu ponũtur plures clau-
ſulę ſeu orationes quę ad inuicem uidentur repu-
gnare,debet inſtrumentum per ſubdiuiſionem ſeu
diſtinctionem iuuari,ne reſultet repugnantia, ſe-
cundum Bar.l.ſcripturæ.C.de fide inſtrum.Cyn.in
l.in exercendis.C.eod.tit.Alex.in conſi. 121. inci.
Viſis.lib.5.ſed in dicta prouiſione narratur quali-
ter collatio,inſtitutio,& deſtitutio dictarum eccle
ſiarum ſpectat ad Abbatem Sancti Hilarij, &c. Si
ergo collatio ſpectat eo modo quo dictũ eſt ad di-
ctum Abbatem,dici nõ poteſt,ꝙ in dictis eccleſiis
competat ius patronatus ipſis parochianis.c.decer-
nimus. 16.q.7.ut ergo verba poſita in dicta proui-
ſione nõ dicantur adinuicem repugnare,dę neceſ-
ſitate ſunt interpretanda eo modo quo dictum eſt.
Tertiò reſpondetur, ꝙ licet verba de quibus in
dicta prouiſione legitimè probarent pręſentatio-
nem fuiſſe factã per ipſos parochianos, adhuc non
diceretur eſſe probatum eorum ius patronatus in
22 prędictis eccleſijs: quia † pręſentatio non arguit
23 ius patronatus alicui cõpetere, † licet arguat poſ-
ſeſſionem ipſius iuris patronatus, ratione cuius cõ
petit poſſeſſori facultas pręſentãdi. c. conſultatio-
24 nibus.de iure patronatus.† ideò dicunt Archid.in
c.1.in princ.de iure patro.libr.6. quòd difficile eſt
probare ius patronatus:quia licet quis probet con-
25 tinuam poſſeſſionem † quadraginta annorum &
ultra,& ſuam & ſuorum antiquorum,non tamen di
citur probatum ius patronatus,quod certis modis
tantum acquiritur,ut dictum eſt, & iſta ſunt diuer-
26 ſa: † quia eſſe patronum reſpicit petitorium,& eſ-
27 ſe † in quaſi poſſeſſione iuris patronatus reſpicit
poſſeſſorium:poſito ergo vno nõ infertur ad aliud:
28 † quia nihil habet commune proprietas cũ poſſeſ
ſione.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.
poſſ.Fortius dico,ꝙ etiam prædicti parochiani nõ
dicuntur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus,
dato non tamen conceſſo quòd per ſupradicta uer-
ba,de quibus facta fuit mentio,probaretur legiti-
mè præſentationem per eos fuiſſe factam & admiſ
29 ſam.Iſtud ſic oſtenditur:Nam licet uerùm ſit † ꝙ
facultas pręſentãdi cõpetat illi qui eſt in quaſi poſ-
ſeſſione iuris patronatus,c.conſultationibus,& ibi
notat Abb.de iure patron.Inno.in c. Cumana. ſu-
30 pra de elect.& tamen † iſtud non procedit in caſu
in quo quis pluries præſentauit rectorem ad eccle-
ſiam,& ultimo loco alius præſentauit,nam vltimus
cenſetur eſſe in quaſi poſſeſſione iuris patronatus,
ita ꝙ demum vacante eccleſia ius pręſentandi com
petet huic nouo poſſeſſori non autem antiquo. ita
decidit Oldr.in conſi.234. inci. Super primo pun-
cto.in pen.col.Fel.in c.cum acceſsiſſent.de conſti.
col.16.in verſ.quartus caſus eſt.& idem tenet Abb.
poſt Io.Andr. in c. cum Eccleſia Sutrina, per illum
tex.de cauſa poſſe.& proprie.ſed poſt pręſentatio-
nem factam per dictos parochianos demum de an
no 1412.Abbas dicti monaſterij ſeu vicarius abſq;
vlla pręſentatione facta per dictos parochianos cõ
31 tulit prędictas eccleſias, † ergo per iſtam collatio-
nem fuit interrupta quaſi poſſeſſio iuris patrona-
tus ipſorum parochianorum,& ſic demum uacanti
bus dictis eccleſijs non competit ius aliquod ipſis
32 parochianis,etiã reſpectu præſentationis: † quia
cõſiderari debuit vltimus poſſeſſor qui fuit Abbas
dicti monaſterij,per quem fuit prouiſum de dictis
eccleſijs.ex quibus patet,ꝙ nec reſpectu petitorij,
nec poſſeſſorij ex quo inſurgit facultas pręſentandi
ullum ius competijt dictis patronis in dictis eccle
ſijs.ex quo infertur,ꝙ abſque vlla intentione iuris
patronatus, & abſq; illius derogatione valida fuit
prouiſio facta per Reuerendiſſ.D.Legatum: quia
cum nullum extet ius patronatus, de eo non opor-
tuit vllam facere mentionem,cum non entis nullę
ſint qualitates,l.eius qui in prouincia. ff. ſi certum
petatur. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 Iuramenti uires non poſſunt per ſtatutum laicorum annullari.
Iuramentum uinculum eſſe ſpirituale.
2 Iuramenti uires per indirectum annullari poſſe.
3 Iuramentum metu extortum, uel ſimulatum non ligat.
4 Statutum annullans contractus iuratos, & imponens pœnam iudicibus obſeruantibus iuramentum ualet.
5 Mulier non poteſt ſibi præiudicare circa dotem conſtitutam.
6 Dos conſtante matrimonio mulieri ſolui non poteſt, nec nouari. num. 7.
8 Dos mulieri ex cauſa honeſta & probabili, conſtante matrimonio mulieri ſolui non poteſt. & nu. 14.
9 Intellectus ad l. mutus. §. manente. ff. de iure dot. & l. quauis. ff. ſolu. matrimo. & nu. 13. & 14.
10 Solutione eius quod debetur, omnis tollitur obligatio.
11 Vir et vxor dicuntur ſocij diuinæ & humanæ domus, et ad inuicem coniuncti.
12 Virum & vxorem duos in carne vna dici.
13 Affectio inter virum & vxorem talis eſt, quæ eſt inter patrem & filium.
15 Redemptionis cauſam fauorabiliorem eſſe quàm alimẽtorum.
16 Statutum prohibens mulierem dotem alienare, ſeu ſuper ea contrahere, quare emanatum.
17 Mulierẽ in ſui cõmodum circa dotem contrahere poſſe.
18 Tranſactio ſuper alimentis fieri poteſt ſine prætore, quã do alimentarij conditio melior efficitur.
19 Mulier quando commodum ſuum facere intelligatur.
20 Virum naturali ratione vtiliter gerere negotia mulieris intelligi.
21 Pater qui reſtituit dotẽ, quam recepit, filio emancipato, an liberetur.
22 Lex extendi ſolet ad caſus ſimiles ex rationis ſimilitudine.
23 Alienationem & renuntiationem dotis à nouatione differre.
24 Caſus à ſtatuto omiſſus relinquitur diſpoſitioni iuris communis.
25 Nouatio dotis fieri non poteſt conſtante matrimonio, quandò mulier dotẽ ſtipulatur ab alio, qui non eſt ſoluendo.
26 Nouatio dotis ex iuſta & probabili cauſa fieri poteſt.
27 Aequiparatorum idem ius dici.
28 Statuta à iure communi diſtinctionem & limitationem recipiunt.
29 Statuta ſic intelligenda ne deuient à naturali ratione & iure, & ne contineant iniquitatem.
30 Statutum potius interpretari debet quòd ſit ſuperfluum quàm quòd iniquitatem contineat.
31 Liberatio dotis facta ſocero per nurũ conſtante matrimonio, iuramento firmata, ualet.
32 Statutum quòd non ualet reſpectu iuramenti, non ualet nec reſpectu pœnæ.
33 Vtens inſtrumento propter ſacramentum quod obſeruari petitur, pœnam ſtatuti non incurrit.
34 Statutum ſicut non poteſt eneruare vires iuramenti, ſic non poteſt imponere pœnam utenti iuramento.
35 Diſponere qui non poteſt ſimpliciter, non poteſt diſponere pœnaliter.
36 Quod lege non conſideratur, nec nos conſiderare dẽmus.

CONSILIVM LXXIIII.

EXTAT ſtatutum in ciuitate Mutinę quo cautum reperitur, ꝙ nulla mulier poſſit renuntiari iuri hypothecę qd conſecuta fuit occaſione eius dotis, nec etiam poſſit alienare, ſeu alium contractum facere, per quem conditio dotis deterior fieri poſſit, annullãdo iuramentum ſuper huiuſmodi contractibus interpoſitũ, & pęnã iudicibus imponẽdo nõ obſeruantibus tale iuramentum. Modo contingit, ꝙ quędam mulier cuius maritus in carceribus detinebatur pp ęs alienum quo pręmebatur, conſenſit ſocero ſuo, ut ex eius dote illi tradita prędictum maritum ſuum à carceribus liberaret, & ita illum cum iuramento abſoluit reſpectu ſummæ centum ducatorum, quã de uoluntate & conſenſu prędictæ nurus ſuæ expoſuit pro redẽptione prędicti carcerati, demũ mortuo prędicto eius marito, hęc mulier agit contra ſocerum, uel eius hęredes repetendo dotem traditã illi, quęritur an prędictæ mulieri competat ius agẽdi ad prędictam ſummam expoſitam de eius uoluntate pro redemptione dicti eius mariti.

In hac quęſtione uidetur primo aſpectu dici poſ
ſe ius compete prędictę mulieri agendi ad prędictã
ſummam, ſtante maximè pręmiſſo ſtatuto, quod li-
1 cèt ſimpliciter † non poſſet annullare uires iuramẽ
ti, cum ſit vinculum quoddam ſpirituale: arg. tex. in
c. tuam. de ordi. cogni. & c. lator qui filij ſint legit.
2 tamen † per indirectum pręſumendo † contractum
3 metu extortum ſeu ſimulatum poteſt annullare ui-
res iuramenti. iuxta notata per Bar. in l. omnes po-
puli. col. 6. ff. de iuſtit. & iure. Bal. & Sal. in auct. ſa-
cramẽta puberum. C. ſi aduerſ. uend. Petr. de An-
cha. in c. canonum ſtatuta, in 11. q. princ. de conſti.
ubi tranſire uidetur cum diſtinct. Bald. in dicta au-
cten. ſacramenta puberum. & latè de hoc habetur,
ubi pulchrè hunc articulum diſcutit per inſignem
doctorem Do. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in repeti.
l. omnes populi. col. 24. cum quatuor ſequentibus.
4 ff. de iuſtit. & iur. Sic ergo ſtatutum † prædictum an
nullans huiuſmodi contractus iuratos, & imponẽs
pœnam iudicibus obſeruantibus iuramentum ua-
lebit, ex quo diſponit ſuper actu temporali, videli-
cet ſuper pęna, licèt ei accedat actus ſpiritualis, ui-
delicet uinculum iuramẽti, prout declarat Abb. in
cap. eccleſia Sanctę Mariæ, de conſtit. col. 6. in uer-
ſic. ſeptimus caſus, ubi allegando Barto. in dicta l.
omnes populi, dicit eius opinionẽ eſſe ueram, quia
lex uel ſtatutum principaliter diſponit ſuper actu
temporali, cui eſt annexus actus ſpiritualis. Nec di-
catur, quòd in caſu iſto quòd mulier ſibi pręiudica
uerit, ex quo de eius uoluntate prędicta pecuniæ
quantitas fuit expoſita in redemptione mariti, à
quo fuit ſtipulata prędicta ſumma ſibi reddi in ca-
ſu ſoluti matrimonij, & ſic uirtute nouationis fue-
rit liberatus eius ſocer à reſtitutione dotis: quia
5 ad hoc reſpondetur, † quòd mulier non poteſt ſi-
bi præiudicare circa actionem ſibi acquiſitam cõ-
tra ſocerum, ſtipulando poſteà dotem ſibi reddi
animo nouandi ab altero qui non erat ſoluendo.
Ita de hoc eſt Gl. in l. ſi cum dotem. in §. ſi mulier.

in Gl.

6 in Gl.1.ff.ſolut.matr.quę vult, † ꝙ ſicut conſtante
matrimonio non poteſt dos ſolui mulieri.l.1.C.ſi
7 dos conſtante † matrimonio,ſic etiam nouari non
poſſit,& illam Gl.reputant ſingularum ibi Bald.&
Ang.& D.Alex.in l.2.col.1.ff.ſoluto matrimonio.
Sed iſtis non obſtantibus contrarium in caſu no
ſtro puto eſſe cocludendum. Dico ergo ꝙ ſolutio-
ne facta per ſocerum de prędicta pecuniæ quanti-
tate ĩ caſu de quo ſuprà,ipſe & eius hęredes pleniſ-
ſimam conſecuti ſunt liberationem,nec illius occa
ſione de cętero inquietari poſſunt. Et pro iſta con-
8 cluſione moueor:† quia licet de iure communi re-
gulariter conſtante matrimonio ſolutio dotis fieri
nõ poſſit mulieri.d.l.1.C.ſi dos cõſtan.matrimo.
ubi tñ ex cauſa honeſta & probabili eidẽ dos reſti
tuitur,tunc ex hac reſtitutione ſoluens dotẽ libera
tur,& mulieri ipſi non ſupereſt actio ad conſequen
dum amplius dotem, hęc probantur in l. mutus.§.
9 manente.ff.de iur.dot.† & in l.quãuis.ff.ſol.matr.
ubi dicit Iuriſconſultus,ꝙ ſi maritus ſoluat dotem
mulieri, ut redimat fratres & filios ex altero uiro,
aut parentes ab hoſtibus,non uidetur malè accipe
re dotem ipſa mulier,quia iuſta & honeſta eſt cau-
ſa.Infert poſteà Iuriſconſultus ideò rectè ei ſoluit,
ex qua illatione patet, ꝙ ubi ſubeſt cauſa honeſta
& probabilis conſtante matrimonio dos rectè ſol-
10 uitũr mulieri,ſoluens ergo liberatur: † quia ſolu-
tione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.
Inſtit.quibus modis tolliť obligatio. in principio.
Sed quis non arbitrabitur ſolutionem factam per
ſocerũ de prędicta pecuniæ quãtitate nurui uel alij
de eius volũtate,vt eius maritus redimeretur à car
ceribus proceſſiſſe ex cauſa honeſta & probabili,
ut ſtatim demõſtrabitur,certè nullus, igitur ex hac
ſolutione ſocer ipſe liberationem fuit conſecutus.
Quòd autẽ iſta fuerit honeſta & probabilis cau-
11 ſa,patet ratione & lege.Nam † vir & uxor dicũtur
ſocij diuinæ humanæque domus.l.aduerſus. C. de
cri.expil.hæred.l.1.ff.rer.amota.& dicuntur adin-
uicem coniuncti.l.fi.§.ſed cum autem in confinio.
C.de fur.ibi,inter tam coniunctas perſonas actio-
12 nem furti dare erubuit lex. † & dicũtur duo in car
ne vna.c.gaudemus.de diuor.c.admonere.33.q.6.
qua ergo ratione ſi ſoluatur dos mulieri conſtante
matrimonio,ut redimat filios,fratres,aut parentes
ex honeſta cauſa fieri dicitur, ideo ſoluens libera-
tur.d.l.quanuis,eadem ratione ſi ſoluatur mulieri
dos per ſocerum ut redimat virum à carceribus, ex
hac ſolutione ueluti ex honeſta cauſa facta dice-
mus eam liberari.Confirmatur hoc fundamentum
ex ijs quę dicit Bar.in diſpu.inci. mulier habẽs am
plum patrimonium,in uerſi.nonò probo ſic,ubi di
13 cit † ꝙ talis uidetur eſſe affectio inter uirũ & uxo-
rem,quæ eſt inter patrem & filiũ,per text.in l. 1.in
fi.ff. de lib. exhib. & l.1.§.fin.cum l.ſequenti, ff.de
iniur.quod ergo diſpoſitum eſt in d. l. quanuis. de
redemptione quę fit de fratribus,ſeu parentibus ip
ſius mulieris cui dos ſoluitur conſtante mrĩmonio,
procedit ẽt in redẽptione mariti,cuius non minor
eſt affectio quàm parentis, ut ſupra probatum eſt.
Secundò principaliter hoc probatur per text.in
d.l.mutus.§.manente.ff.de iur.dot.ubi expreſsè di
14 citur quòd ſolutio † dotis fieri poteſt mulieri con-
ſtante matrimonio ut uirum egentem ſuſtineat, &
ſic cauſa alendi uirum egentem exiſtimatur iuſta
& probabilis,ex qua mulieri rectè ſolui poteſt dos
conſtante matrimonio:ergo etiam redemptio ip-
ſius mariti carcerati exiſtimabitur iuſta & probabi
15 lis cauſa, † cum ſit,ꝙ redemptioni carcerati & de-
tenti iura multum faueant, & magis, quàm cauſæ
alimentorum.§.ſacræ.inſtit.de rer.diuiſio. c.aurũ.
12.q.2.facit text.in §. ſed & hoc præſenti.in fin.in
auc.de ſanctiſsi.Epiſcopis,colla.9.
16 Comprobatur & tertiò. † Nam ſtatutum prędi-
ctum prohibens mulierem dotem alienare,ſeu ſup
ea contractum aliquem celebrare,emanauit in fa-
uorẽ ipſius mulieris, ne fragilitas ſexus muliebris
in eius perniciem conuertatur,ut dicit tex.inſtitu.
quibus alie.licet,uel non.in princ. & text. in l.2.§.
uerba.ff.ad Sena.conſul.Velleia. ideò non uř inua
lidare contractum celebratum per ipſam mulie-
17 rem ſuper dote, † qñ huiuſmodi contractus reſpi-
ceret commodum ipſius mulieris. l. ita conſtante.
& l.fi.ff.de iure dot.& l.ſi mulier dotis.ff.de pac.do
ta.ubi conſtante mrĩmonio fieri poteſt permuta-
tio & alienatio rei dotalis,ſi hoc expediat ipſi mu-
lieri.& pro hoc facit tex. in argũ. in l. non eo mi-
nus.C.de procur.& tex.in l. cum ij. §. eam tranſa-
18 ctionem.ff.de tranſac.ubi † tranſactio fieri poteſt
ſuper alimentis legatis abſque decreto prętoris,in
caſu in quo ex ipſa tranſactione conditio alimen-
tarij melior efficitur.Sed iſta ſolutio facta mulieri
uel alij de eius uoluntate,ut eius maritus à carceri
bus liberaretur, dicitur reſpicere commodũ & uti-
litatẽ mulieris:ergo nõ cenſeť prohibita à ſtatuto.
19 Quod autẽ in hoc uerſetur † cõmodũ huius mu-
lieris,patet ex nota. per Bartolum in l. quanuis.ff.
ſol.matr.ubi dicit,quòd ſi maritus expendit pecu-
niam dotalem mulieris abſque eius uoluntate, nõ
tamen contra eius uoluntatem, ut liberaret aliquẽ
coniunctum uxoris à captiuitate,pro dicta ſumma
tollitur actio dotis,etiam ſi huic redempto mulier
20 nõ erat ſucceſſiua ab inteſtato:quia † naturali qua
dam ratione maritus dicitur geſſiſſe utiliter nego-
tium ipſius mulieris, ideò cogitur id habere ratũ,
ſicut re ipſa eius negotium utiliter fuiſſet geſtum.
l.ſi pupilli.§.item quęritur.ff.de neg.geſt. & cum il
lo dicto Bart. tranſeunt ibi Imol. & Paul.de Caſtr.
Bal.in l.ſi pupilli.§. quid ergo.& Angel. in §. item
quęritur.eiuſdem l.ff.de nego. geſt. D. Alex.in d.l.
quanuis. ff. ſolu. matrim. col. ult.cum ergo ex hac
pecunia ſoluta de uoluntate mulieris eius maritus
fuerit redemptus, & à carceribus liberatus, & ſic
perſona eius coniuncta, & cum qua exiſtimatur
vnum & idem corpus.d.c.gaudemus. & d.c.admo
nere.33.q. 2. naturali quadam ratione eius nego-
tium dicitur utiliter geſtum,ideò cogitur illud ra-
tum habere.
Quartò & ultimò cõprobať eadẽ cõcluſio ex no
21 ta.per Bar.in l.ſanè.ff.de iur.dot. † ubi quęrit, dos
fuit data non marito,ſed patri mariti, demũ pater
emancipat filium & dotem reſtituit filio cõſentiẽ-
te muliere, an liberabitur ſocer, ita ꝙ non poſſit
amplius conueniri,ẽt ſi maritus dotem ipſam con-
ſumpſerit,decidit ibi Bar.per dicta Ricardi Malũ-
bræ, quòd non, per illum tex.& idem uolunt Paul.

de Caſt.& Lud.Roma.in l.ſi cum dotem. §.tráſgrediamur.ff.ſolut.matr.Pau.de Caſt.D.Alex. & Moder.in l.2.in princ.ff.ſolu.matr.Io.And.in additio. ad Spec.in tit.de dote.poſt diuor. reſtit. in prin.in additio.incip. forma ſequens. ubi pro hoc allegat tex.in l.mutus.§.1.ff.de iure dot.& in d.l.quamuis. ff.ſolu.matr.Et ex prædictarum legum allegatione infero Io.And.velle,ꝙ nõ ſolum in caſibus ibi expresſis reſtitutio dotis fieri poteſt mulieri conſtitutæ in matrimonio,ita ꝙ reſtituens liberetur,ſed ẽt in alijs caſibus in quibus uerſatur honeſta & probabilis cauſa reſtituendi ipſam dotem,prout eſt in caſu iſto,in quo pater emancipat filium,& in caſu noſtro in quo fuit ſoluta dos pro redemptione ipſius mariti,nec de hoc mirũ: quia lex quæ ponit fallen

32 tias extenditur ad caſus ſimiles ex rationis † ſimilitudine,c.cum dilecta.uer.nos igitur de confir.utili uel inutili,Gl.in l.1.C.de cond.indeb.Abb.in c. tranſlato,de conſt.& in c.fi.de reſcr. & in pleriſque aliis locis Doctores,quos nõ refero breuitatis cã. Ex quibus indubitanter concludendum puto ſocerum dictæ mulieris ſolutione facta de prędicta ſumma pecuniarũ ob cãm pręmiſſam fuiſſe liberatũ,& contra eum prędictæ mulieri cõpetere actionem.

Solum ſupereſt ut ad obiecta rñdeatur, ad quæ uarijs modis reſponderi poteſt & primò, ꝙ ſtatutum prędictum ſi eius uerba rectè inſpiciantur non

23 comprehendit caſum noſtrum: † quia iſte contractus non eſt alienatio nec renuntiatio dotis,ſed eſt quędã nouatio facta per mulierem de qua ſtatutũ

24 ipſum nõ loquitur.Iſte † ergo caſus omiſſus à ſtatuto relinquetur diſpoſitioni iuris cõis.l.ſi cum dotem.in prin.ff.ſolu.matr.& l.ſi extraneus.ff. de con

25 ditio.ob cauſ.dat.Et † ſi diceretur nouatio de iure communi fieri non poteſt conſtante matrimonio,qñ mulier ſtipulatur dotem ab alio qui nõ erat ſoluendo,prout contingit in caſu noſtro.iux.Gl.in

26 d.l.ſi cum dotẽ.§.ſi mulier.ad hoc rñdeo, † ꝙ qua ratione ex cauſa honeſta & probabili reſtitui põt dos conſtante matrimonio,ita nouatio fieri pote-

27 rit per mulierem ex eadem cauſa. † hæc enim duo æquiparantur,uidelicet ꝙ dos reſtituatur conſtante mr̃imonio,vel ꝙ illo tempore fiat nouatio.& ita ęquiparat Gl.in d.l.ſi cum dotem.§.ſi mulier. Sua-

28 detur iſta ſolutio, † Nam ſtatutũ recipit diſtinctionem & limitationem à iure communi,auct.offeratur.cum ibi notat. C. de lit.conteſt.iuncta l. ſciendum.in prin.ff.qui ſatiſd.cogan.Gl.in auc. de hęr. ꝗ ab inteſt.defer.in prin.in uerbo uacãtib. colla.9.

29 Secundò rñdeo † ꝙ ſtatutum & quælibet diſpoſitio eſt interpretanda ut non deuiet à ratione naturali,& non contineat iniquitatem.l.ſcire. §. aliud. ff.de excuſa.tuto.in uer.& ſi maxime.in l.non ſine.

30 C.de bon.quę lib. † Et alibi dicit Bald. in l.terminatæ,C.de fruc.& lit.expenſ. quod ſtatutum debet interpretari ut ſit ſuperfluũ, quàm ꝙ contineat iniquitatem,& pro eius dicto eſt bona Gl. à Doctoribus exclamata in l.fi.§.in computatione. C. de iure deliberand.Sed interpretando hoc ſtatutum ut uideatur prohibuiſſe alienationem dotis factam ꝑ mulierẽ,ut redimeret maritũ à carceribus, profectò ex hac interpretatione inſurgeret maxima iniquitas & impietas,& hoc addit inceſum cuiuſlibet proſſus alieni à mẽte:ergo ĩterꝑtatio reijciẽda eſt.

Tertiò rñdeo,ꝙ cum ſuper iſta liberatione facta ſocero per nurum reſpectu dictæ pecunię, ſic ſupra ſolutæ fuerit interpoſitum iuramentum, hæc libe-

31 ratio effectum ſortiri debet,cũ † iuramentum hoc posſit ſaluari abſque diſpendio ſalutis æternę.cap. quamuis.de pact.in 6.c.cum contingat.de iureiur.

Nec obſtat,ꝙ ſtatutum annullet uires iuramenti,& imponat pęnam:quia ſtatutum hoc non ualet hec reſpectu iuramenti, & iſtud eſt indubitatum, & cõmunis concluſio Doctorum in locis vulgarib. maximè in d.l.omnes populi.& per Alex. in pluri-

32 bus conſilijs.† Nec etiam ualet reſpectu pęnæ,pro ut tradit Alex.in conſi.69.inci. uiſo inſtrumento.

33 col. 3.lib.1.ubi dicit, † ꝙ ſi aliquis vtatur inſtrumento propter ſacramentum quod petitur obſer-

34 uari,non incurrit pęnam ſtatuti: quia † ſicut non poteſt ſtatutum eneruare uires iuramenti, ſic non poteſt imponere pęnam utenti ipſo ſacramento.l. Seius & Augerius.& l.quod de bonis.§. fi. ff. ad legem Falc. Et pro hac ſolutione faciunt notata per Bal.in l.omnes populi.in uerſi.quæro ſed nunquid ſtatutum,col.9.ff.de iuſt.& iure.& in l.1.in fi,C.de indic.uiduit.tollen.ubi dicit,ꝙ maior poteſtas requiritur in adiectione pęnæ, quàm in diſpoſitione

35 pœnali: ergo † qui non poteſt diſponere ſimpliciter,non poteſt etiam diſponere pęnaliter. Pro hoc etiam plura alia adduci poſſent de quibus per Do. Alex.in d.l.Seius & Augerius.

Vltimò non obſtat ſi diceretur, ꝙ in caſu iſto non fuit cauſa probabilis,licet ex hac pecunia fuerit redemptus maritus huius mulieris,cum adeſſet eius pater,cui potius imminebat officium liberandi filium à carceribus,quàm eius vxori. Nam huic obiectioni rñdeo,ꝙ ad cognoſcendum an dos fuerit ſoluta mulieri cõſtante matrimonio ex iuſta & probabili cauſa,non inſpicitur an eſſet perſona ad quem magis ſpectaret exequi officium pietatis, qa ſatis eſt,ꝙ cauſa ex qua fit ſolutio dotis ſit probabilis,nec aliud à lege conſideratur.Iſtud patet in d.l. quamuis.in d.l.mutus.§.manente, quæ iura ſimpli-

36 citer loquuntur,& indiſtinctè.† quod ergo lex non conſiderat,nec nos conſiderare debemus, l. ſi ſeruum.§.nõ dicit prætor.ff.de acq.hær.Plura alia potuiſſent adduci pro confirmatione huius concluſionis,ſed quia eius ueritas ſatis,& ſuper ex his quę dicta ſunt,unicuique patere poteſt,ideo aliter non inſiſto. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Bonafides ex titulo legitimo præſumitur.*

2 *Remedium.c.reintegranda.3.q.1. an cõtra titulum poſſidentem intentari poſſit. nu.5.*

3 *In pari cauſa potior eſt poſſeſſoris conditio.*

4 *Remedium. d.c. reintegranda cui & contra quem competat. & nu.9.*

6 *Bartoli dicta ſubſtantiam ueritatis continere ſolent.*

7 *Opinio probabilior & melioribus rationibus munita in iudicando & conſulendo eſt tenenda.*

8 *Poſſeſſio clandeſtina quo caſu præſumatur.*

10 *Petitio hæreditatis non datur contra titulo poſſidentem quando*

quando poſſeſſor qui cum titulo poſſidebat cauſam habuit ab illo, qui ſimiliter titulo poſſidebat.

11 *Remedium d.c.reintegranda non competit ijs qui culpa & facto ſuo à poſſeſſione ceciderunt.*

12 *Non faciẽs quod tenetur cõſequi nõ põt quod oportet.*

13 *Statutum laicorum in perſonas eccleſiaſticas nullam habet iuriſdictionem.*

14 *Diſponens non uidetur uelle in ſua diſpoſitione comprehendi caſum, de quo non poteſt in ſpecie diſponere.*

15 *Statutum ꝙ ſolutio debiti non poſſit probari per teſtes, non includit clericos licet ſit à Summo Pontifice confirmatum. nu.16.*

17 *Confirmatio dat robur actui ſuper quo interponitur, eius tamen uires non extendit.*

18 *Dominium & poſſeſſio rei uenditæ tranſit in emptorem, re tradita & habita fide de pretio.*

19 *Emptor licet non ſoluat pretium rei emptæ intra terminum conuentionalem, poſſeſſio à uenditore ſemel tranſlata non annullatur.*

20 *Emptione euentu reſoluta, ipſo iure dominium in uenditorem non transfertur, quod ex cõtractu uel traditione in emptorem tranſtulerat.*

21 *Initium poſſeſſionis & eius origo eſt inſpicienda.*

22 *Poſſeſſio ſemel acquiſita ex una cauſa, non poteſt mutari etiam ſuperueniente noua cauſa, niſi primam poſſeſſionem poſſeſſor penitus à ſe abdicet.*

23 *Vtile dominium acquiritur per præſcriptionem.*

24 *Actore dicente in libello rem ad ſe pertinere iure dominij an probata per eum præſcriptione longi temporis, condemnatio ſequi debeat.*

25 *Dominium an probetur per titulum, rei traditionem & poſſeſſionem, & nu.26.*

26 *Dominij probatio difficilis eſt.*

27 *Poſſeſſio aliquo tempore continuata tanquam à domino etiam cõcurrente fama uiciniæ ſuper dominio, non probat dominium.*

28 *Bonafides ex titulo poſſeſſoris in eo præſumitur, ſed allegari debet, aliàs non prodeſt ad præſcriptionem longi temporis.*

29 *Fundans ſe ſuper præſcriptione longi temporis quid pro ea probanda articulare debeat.*

30 *Actio perſonalis datur contra ſingularem ſucceſſorem.*

31 *Emptori hæreditatis omne commodum & incommodum ſpectat.*

32 *Hæreditatis emptor non cogitur inuitus reſpondere creditoribus, nec iudicium ſubire contra eum intentatum per hæreditarios creditores.*

33 *Actiones hæreditariæ ſunt affixæ oſſibus hæredis & non poſſunt pacto uel contractu tolli.*

34 *Actio quæ non fuit intentata, nec ſuper ea eſt lis conteſtata non poteſt includi in iudicio rei uendicationis.*

CONSILIVM LXXV.

IN cauſa uertente inter filios & heredes olim Orlandi de Campana agẽtes parte una, & Ser Pirrum de Vizano reum cõuentũ parte altera, tria dubia diſcutiẽda ſunt pro plena cognitione controuerſię de qua agit.

Primũ dubium eſt, an reſpectu remedij poſſeſſorij intentati per iſtos actores obtinere poſſint aduerſus prædictum Ser Pirrum.

Secũdum dubium eſt, an reſpectu rei uẽdicationis per eoſdem in iudicio deductæ ſit probata eorũ intentio, ita ꝙ uirtute huius actionis conſequi poſſint uictoriam aduerſus dictum Ser Pirrum.

Tertium dubium eſt, an reſpectu actionis ꝑſonalis qua per eos fuit actum contra Ser Pirrum ueluti habentem iura ceſſa actiua & paſſiua à D. Caſſino pretium prædij de quo agitur conſequi poſſint à prædicto Ser Pirro.

Capio primam dubitationem in qua cõcluſiuè procedam remouendo poſtea obiecta quæ cõcluſioni per nos firmandæ obſtare uidentur.

Concludo ergo in hoc primo articulo ꝙ uirtute
remedii poſſeſſorii per eos intentati, quod fuit remedium reintegrandæ obtinere non poſſunt præfati actores aduerſus dictum Ser Pirrum. Prima rõ
eſt, quia prefatus Ser Pirrus poſſidet prędiũ de quo
agitur cum titulo, cum emerit illud ab hæredibus
1 D. Caſſini. † Item bona fide, q̃ pręſumitur ex titulo
legitimo, l.pen. C.de euic. Bal. & Saly. in l. ſuper lõ
2 gi. C.de præſcrip.long.temp. † Sed cõtra titulo poſ
ſidentẽ dictũ remediũ, c.reintegranda, 3.q.1. intẽ-
tari non põt, iſtud firmat. Bar. in l.fi. §. ſed cũ in ſe-
cundo. C.de fur. Bar. quẽ ſequuntur Angel. & Io.de
Imo. ibi, in l.rem quæ nobis, ff. de acquir. poſ. Bald.
poſt Nico. Matarel. in l.2. C.de fur. Idem Ang. in l.
ſiue autẽ, §. ſi duobus, ff. de public. Io.de Pla. & An-
ge. in l. ſi coloni. C.de agrico. & cenſi. lib. 11. addu-
centes notata per Specu. in tit. de peti. & poſſeſſ. in
uer. ꝙ ſi peto. Ang. in cõſi. 113. inci. dictus libellus.
Et iſtã opinionem qñdoque ſecutus fuit Do. Alex.
in conſi. 118. inci. in cauſa & lite uertente, in 2. uol.
& mouentur præfati Doctores ꝑ rationẽ de qua in
l. ſiue aũt. §. ſi duobus, ff. de public. dum ibi dicitur
3 ꝙ † in pari cauſa potior eſt cõditio poſſeſſoris. hãc
etiam opinionem tenuit ſubtilis doctor D. Bartholomæ. Soc. in conſi. 266. inci. in cauſa quæ uertitur
inter capitulum, col. 6. cum duabus ſequẽtibus ubi
pro hac opinione conſiderat uerba de quibus in d.
4 c.reintegranda. dum ibi dicitur ꝙ illud † remediũ
competit eiectis & ſpoliatis. ex quibus uerbis patet ꝙ illud remedium non poteſt intentari niſi contra eos contra quos militat qualitas conſiderata ab illa conſtitutione, iuxta doctrinam Io. And. in c.1. de homicid. lib.6. & ſic contra illos qui eiecerunt, uel eos qui cauſam habuerunt ab ipſis ſpoliantibus ſeu eiiciẽtibus: arg. tex. in auc. malæ fidei. C.de præ ſcrip. long. temp. cum ergo Ser Pirrus non eiecerit neque ſpoliauerit illos de Campana, neque etiam cauſam habuerit à ſpoliantibus, cum emerit ab hæredib. D. Caſſini qui iuſto titulo & bona fide poſſidebant prædium de quo agitur, ſequitur ꝙ dictum remedium contra eum non potuerit intentari.
5 Et ſi diceretur aduerte, quia hæc opinio † ꝙ con
tra titulo poſſidentẽ nõ poſſit intentari remediũ, d.c.reintegranda, nõ eſt uſque quaquã tuta, cũ multi Doctores non leuis auctoritatis ſint in contraria opinione, uidelicet ꝙ contra titulo poſſidentẽ poſſit intentari dictũ remediũ, in qua opinione fuit Inno. in c. ſæpe, de reſti. ſpo. quẽ ſequuntur ibi D. Ant. Abb. Panor. & Imo. in c. cũ ad ſedem. eo. tit. & ſecũdũ hanc opinionẽ ſæpius cõſuluit D. Alex. ut patet in eius cõſiliis q̃ allegantur per D. Barth. Soci. in l. rem quæ nobis. in 4. q. prin. ff. de acqu. poſſ.

Ad hoc

Ad hoc reſpondeo ꝙ prima opinio quanquam
ſit munita auctoritate plurium doctorum, q̃a inter
6 cæteros eam ſequitur Bar. † in cuius dictis ſolet eſ
ſe ſubſtantia ueritatis, ut dicit Ludou. Roma. in cō
ſi. 469. inci. quo ad primum conſultationis. adhuc
hæc opinio eſt probabilior, & melioribus rationi-
bus munita, prout uideri poteſt ex deductis per D.
Soc. in præallegato conſi. cuius dicta nolo trāſplan
7 tare, prout faciunt multi conſulentes, † ideò in in-
dicando & conſulendo eſt tenenda. iuxta tex. in c.
capellas, de fer. & in l. 2. §. ſed neq;. C. de uete. iur.
enucle. & notata per Io. And. in c. 1. de conſt.
Præterea & ſecūdò rn̄deri pōt, ꝙ licet opinio In
no. & aliorum qui eum ſequuntur ſit uera, tamen il
la ſolum procedit quando actor probauit de anti-
quiori poſſeſsione allegando reum clam poſsidere
8 à ſe reſpectu poſſeſsionis, quo caſu p̄ſumitur † poſ-
ſeſsio iunior eſſe clandeſtina, iuxta notat. per Bar.
& alios in l. ſi de eo. §. fi. ff. de acqui. poſ. & cum hoc
caſu non uideatur reus eſſe in pari cauſa, cū ſui poſ
ſeſsio non ſit legitima, ſuccumbere dēt reus conuē
tus dicto remedio cap. reintegranda, ſed ubi actor
non allegaſſet reum poſsidere clā reſpectu ſuę poſ
ſeſsionis, tunc prima opinio ſupra firmata, uideli-
cet ꝙ contra titulo poſsidentem non poſsit inten-
tari dictum remedium, ſubſiſtit & eſt tenēda, & ita
prædicta declarat p̄fatus D. Soci. in d. l. rē quæ no-
bis. in fi. in 4. q. prin. & in præallegato conſ. 166. cū
ergo non fuit articulatum, nec deductum, ex parte
agentium ꝙ poſſeſsio Ser Pirri ſit clādeſtina reſpe-
ctu eorum poſſeſsionis, ſequitur ꝙ uirtute dicti re-
medij minimè poſſunt obtinere.
9 Tertiò rn̄detur † ꝙ aliquando quæritur an cōtra
titulo poſsidentem poſsit intentari dictum reme-
dium reintegranda, cuius auctor poſsidebat ſine ti
tulo, & iſto caſu dico ꝙ ſic, & ita procedat opinio
Inno. & aliorū. Aliquando quæritur an dictum re-
medium competat aduerſus poſsidentem titulo q̃
habuit cauſam ab illo, qui etiam poſsidebat titulo
& bona fide. & iſto caſu procedat alia opinio ſupe
rius relata, uidelicet ꝙ contra titulo poſsidentē nō
competat dictū remediū. ueritas huius diſtinctio
10 nis patet ex opinione ſimili. Nam notum eſt † ꝙ
cōtra titulo poſsidentem agi non poteſt petitione
hæreditatis, l. ꝓ hęrede. ff. de pet. hęr. & notat Bar.
in l. hæreditatis. C. de peti. hæred. iſtud p̄cedit quā
do poſſeſſor q̃ poſsidebat cū titulo cauſam habuit
ab illo, qui ſimiliter titulo poſsidebat: alias ſi eius
auctor poſſediſſet ſine titulo, tūc contra ipſum agi
non poteſt petitione hæreditatis. Ita decidit Bar.
in l. cogi. in fi. C. de petit. hære. Pau. de Caſt. in l. fi.
in ultimis uerbis. C. de edic. diui Adria. tollē. & in
conſ. 6. inci. in cauſa q̃ uertit. in 2. col. in fine. addu
cēs pro hoc bonū tex. in l. fin. §. 1. ff. ad Senatuſcōſ.
Velleia. Cum ergo præfatus Ser Pirrus emerit præ
dium ab hæredibus Do. Caſsini, & ſic qui poſside-
bant titulo pro hęrede, cum eſſent extranei, nō ſui,
qui hr̄des ſimiliter habebant cauſam à D. Caſsino,
q̃ poſsidebat titulo pro emptore, infertur contra
ipſum agi nō poſſe prędicto remedio reintegrāda.
Secunda ratio, ꝙ dictum remedium non potue-
11 rit deduci in caſu iſto, eſt: quia illud non † compe-
tit ijs qui culpa & facto ſuo ceciderunt à poſſeſsio-
ne. ita uoluit Inno. in c. ſæpe de reſti. ſpo. & ibi Do.
Anto. col. pen. Io. Calde. & alij in c. cum ad ſedem,
de reſti. ſpolia. Lap. allegat. 52. Soci. in præallegatō
conſ. in 8. colum. & in d. l. rem quæ nobis. in 4. q. in
prin. Cum ergo pater dictorum agentium cecide-
rit à poſſeſsione facto ſuo, quia uendidit prædium
de quo agitur D. Caſsino, prout patet ex ſcriptura
eius manu propria ſcripta, & ꝑ eius hęredes reco-
gnita, ſequitur ꝙ dictū remediū reintegrandæ per
ipſos ineptè fuit deductū aduerſus p̄fatū Ser Pirrū.
Sed huic fundamento duo obſtare uidentur, pri
mum eſt, quia per talē ſcripturā priuatam probari
non pōt contractus uenditionis ex diſpoſitione ſta
tuti Communis Bononiæ, quo cauetur ꝙ uenditio
ſeu aliquis alius contractus probari non poſsit ali-
ter quàm per publicùm inſtrumentum.
Secundum eſt: quia cum pro parte D. Caſsini nō
fuerit adimpletum id ad quod tenebatur uirtute di
ctæ ſcripturæ, uidetur poſſe dici ꝙ ipſa ſcriptura nō
12 poſsit allegari contra ipſos agentes, cum non † fa-
ciens id ad quod tenetur, conſequi nō poſsit id qđ
ipſi dare oportet. l. quæro, §. inter locatorem. ff. loc.
l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. Bald. in c. 1. in
titulo qualiter domi. prop. feud. priue. in uſib. feu.
Sed inhærendo præmiſſo fundamēto ad hęc duo
obiecta reſponderi poteſt.
Et ad primum reſpondetur ꝙ ſtatutum prædictū
non uendicat locum in contractu celebrato cum
13 pręfato D. Caſsino perſona eccleſiaſtica. † cū laici
ſtatuētes in ꝑſonas eccleſiaſticas nullam habeāt iu
riſdictionē. c. eccleſia S. Mariæ, de cōſti. c. fi. de reb.
14 eccle. non alienan. cū ſuis concordantibus. † Et di-
ſponens non uīr uelle in ſua diſpoſitione cōprehen
di caſum de quo non poteſt ipſe in ſpecie diſpone-
re. l. huius. §. pen. ff. ad municipal. ibi, cum ad ea q̃
mandari poſſunt uolūtatem ſuam dediſſe uideatur.
c. à nobis, & ibi notat Abb. notab. 1. de ſen. excom.
Io. Monach. in c. ut animarū, de conſt. lib. 6. Bar. in
l. ſub conditio. ff. de condi. inſt. Bal. in l. fi. §. in com
putatione. C. de iure delibe.
Et pro hac rn̄ſione adduco in indiuiduo deciſio
nem Io. Cald. quā ipſe ponit in diſput. q̃ incipit ſta-
15 tuto ciuitatis cauetur. ubi q̃rit, † ſtatutū diſponit ꝙ
ſolutio debiti nō poſsit probari per teſtes, an inclu
dat clericū, arguit ibi ꝙ nō, per aliquas rōnes, de q̃
bus ibi per eū, tandē concludit ſtatutū prædictū nō
ligare clericos: quia probatio reſpicit perſonā quæ
probationis onus dēt ſubire: ius ergo ſuper hoc ſi-
bi cōpetēs ſeruari dēt in quocūque foro lis agitet,
& certū eſt ꝙ ad clericos hoc ius cōpetit ꝙ ſint tuti
probatione teſtiū deponentiū ſuper ſolutione de-
biti. adducit ēt tex. in c. quod clericis, de foro com
pe. Et hanc diſput. Io. Cald. & eius deciſionē refert,
& ſequitur Pet. de Anch. in repe. c. canonū ſtatuta.
in 12. q. prin. col. 4. de conſti. & idē Pet. de Ancha.
in c. ea quæ, col. fi. de reg. iur. lib. 6. Raph. Cuma. in
conſil. 139. incip. Petrus laicus ſucceſsit, col. 3. Do.
Bartholomęus Soc. in conſi. 271. incip. in præſenti
conſultatione. in ultimis uerbis, ex quib. patet, ꝙ
prædictum ſtatutū non poteſt in hoc caſu allegari.
16 Et † ſi diceretur ꝙ imò hoc ſtatutum comprehē
dat clericos cum ſit confirmatum à Summo Ponti-
fice, ad hoc reſpondeo, ꝙ non obſtante iſta con-
firmatione

firmatione hoc ſtatutum clericos comprehendere
17 non põt: † quia natura cõfirmationis eſt,ut det ro
bur actui ſuper quo interponitur, eius tamen uires
non extendit,ut ſub ea plura cõprehendãtur, q̃ fuiſ
ſent comprehenſa, ſi confirmatio ipſius actus non
fuiſſet ſubſequuta. de hoc eſt caſus notabilis in l.
Aurelius.§.teſtamẽto,ff.de lib.lega.per quem tex.
ſic decidũt Bal.& Pau. de Caſt.in l.3.C. ſi aduerſus
rem iudic.& idem Pau.de Caſt.in conſil.134. inci.
Notandum.& ex iſtis tollitur prima obiectio
18 Ad ſecundam obiectionẽ reſpõdeo, † ꝙ ex quo
prædicto D.Caſsino res fuit tradita, & eidẽ habita
fuit fides de pretio,in eum fuit translatũ dominiũ
& poſſeſsio rei uenditæ.l.quod uendidi.ff. de con-
trahen.emp.§.uenditæ,inſti. de rer. diuiſio. ex fa-
cto ergo ſuo cecidit uenditor à poſſeſſione p̃dicti
19 prædij. Et licet † poſteà præfatus D.Caſſinus nõ ſol
uerit pretium infra terminum conuentionalẽ,nec
promiſſa adimpleuerit,pro hoc contractus ipſe nõ
fuit reſolutus, nec ab eo diſceſſit dominium, nec
poſſeſsio ſemel in eum translata ex facto ipſius uẽ
ditoris.de hoc eſt caſus in l.inciuile. C.de rei uen-
di.& ibi Gl.notab.quam approbant ibi Cyn.Bald.
& Saly.quæ uult, ꝙ ſi uenditor dixerit emptori:Cõ-
fido de te uſque ad decem dies,& ab inde antea nõ
habeo fidem de pretio,adhuc contractus non reſol
uetur, licet ceſſatum fuerit in ſolutione pretij : &
iſtud reputat menti tenendum Aret.in §. uenditæ.
20 quaſi in prin.inſtit.de rerum diuiſio. † Quinimò ſi
ex aliquo euentu reſoluatur contractus emptionis,
tamen non transfertur ipſo iure dominium in ip-
ſum uenditorem,ſi uenditor ex contractu & tradi-
tione dominium in emptorem transtulerat. Gl.eſt.
quam Bal.ponderat in l.2.C.de inoffi.dona. Alex.
in conſi.92. incip.Perſpectis ijs lib.1.in col.1.quẽ
rogo uideat D.Iudex quia ibi decidit caſum noſtrũ
in fortioribus terminis,ſi ergo dominium non di-
ſcedit ab emptore,reſoluto cõtractu, multò minus
diſcedet poſſeſſio,iuxta Gl.in l.cum duobus.§.idẽ
reſpondet.ff.pro ſocio.
21 Confirmatur, † quia initium poſſeſſionis & eius
origo eſt inſpicienda.l.cùm hæres,in prin.ff.de di-
22 uerſis.& temp.præſcrip. † & poſſeſſio ſemel acquiſi
ta ex una cauſa,nõ poteſt mutari etiam ſuperueniẽ
te noua cauſa, niſi primam poſſeſſionem poſſeſſor
penitus à ſe abdicauerit:l.qui bona.§.fi.& ibi Ra-
phael Cuma.ff.de acqui.poſſ.Ange.Areti.in §.no-
uiſſimè,inſti.de uſucap.Cum ergo Do.Caſſinus ex
traditione ſibi facta de prædio, & eidẽ habita fide
de pretio,eiuſdem dominium & poſſeſſionem fuit
conſecutus ex facto ipſius uenditoris,hæc poſſeſſio
non potuit immutari,licet ex poſt facto non adim-
pleuerit id,quod ex eius parte fuerat adimplendũ,
& hæc ſufficiant quo ad primam difficultatem.
Capio ſecundum articulum,in quo ſimiliter cõ-
cluſiuè procedendo dico, ꝙ ſi ex parte ipſorũ acto-
rum fuiſſet probatus titulus,& diuturna poſſeſſio ip
ſorum,aut eorũ auctoris,tunc reſpectu rei uendica
23 tionis per eos intentatæ poſſent obtinere † cũ me-
diante tali præſcriptione acquiratur dominiũ uti-
le,licet non directum, l. ſi quis emptionis titulo in
prin.in uerbo exceptionem, inducendo ut ibi per
Gl.ſecundã,C.de præſc.30.uel 40.annorũ,l.ſi duo
patroni,§.1.ff.de iureiu.Gl.in auct. niſi triennalis.
C.de bonis maternis,Bar.in l.Sticho.ff.de uſufruct.
leg.Saly.Alex.& Moderni in l.traditionibus. C.de
pac.ideo actor qui intentauit rei uendicationem,
probata huiuſmodi præſcriptione obtinere debe-
bit.Ita decidit Bar.in l.minor.§.ſi ſeruus,ff.de eui.
24 ubi dicit, † ꝙ ſi actor in libello dixerit rem ad ſe ꝑ
tinere iure dominij,probata per eum præſcriptio-
ne longi temporis,cõdemnatio ſequi debebit:ſed
ex proceſſu non apparet prædictos agentes probaſ
ſe dictam poſſeſsionem tanto tempore cõtinuatã,
ex qua inſurgere poſſet præſcriptio, igitur ex hoc
capite non poſſunt obtinere,& licet per ipſos alle-
getur titulus perueniens ex ceſſione Ser Alexãdri
de Butrigarijs,tamen ille titulus eis non prodeſt ad
probationem dominij,tum quia nullus, tum quia
etiam eius data ualiditate, ex titulo ſeu ex inſtru-
mento in quo conſtat de titulo, nõ probatur domi
nium, ſecundum Angelum in l. officium,in fi.ff.de
25 rei uend. † quinimò ſi per aliquem probetur titu-
lus,traditio rei & poſſeſsio,adhuc ex iſtis tribus nõ
probatur dominiũ,qñ dominiũ principaliter in iu
dicio deductũ eſt,ſecundum Gl. reprobantem Pla-
centinũ in l.cũ res.C.de proba.cuius opini.ſequun
tur Pet.& Cyn.& cõiter Doctores antiqui,prout re
fert ibi Saly.qui etiam idem tenet per tex.in l. is q
deſtinauit,ff.de rei uend.ubi conſulitur actori ut a-
26 gat poſſeſſorio,non petitorio:quia † probatio do-
minij difficilis eſt, & ſecundum opin.Placen.eſſet
ualde facile probare dominium,&idem tenet Bar.
in l.quidã in ſuo.ff.de condi.inſti. Bal.in l.indicia.
C.de rei uendi.& in l.non ignorat,col.6.C. qui ac-
cuſa.non poſ.ubi dicunt ꝙ quando agitur de domi
nio tunc ex poſſeſsione neque ex titulo præſumetur
dominium, ſi principaliter in iudicio dominium,
fuerit deductum.Quinimò uoluit Inno.in c.illud.
in fi.de præſump. ꝙ ſi quis probaret ſe poſſediſſe do
mum uel aliquod prædium aliquo tẽpore pro ſuo,
& ſuper hoc haberet famam uiciniæ,adhuc iſtis pro
batis non poſſet obtinere ſuper dominio. Et ſic ſen
27 tit Innoc. † ꝙ poſſeſſio aliquo tempore continua-
ta tanquam à domino,etiam concurrente fama ui-
ciniæ ſuper dominio,nõ probat dominiũ. Et iſtud
expreſsè firmat D.Abbas in capitulo cum ad ſedẽ.
in 9.col.circa fi.uerſi.ſed requiritur.de reſti. ſpol.
adducens D.de Rota deciſ.330.ubi dicunt ꝙ ſi ali
quis uendicet caſtrum ratione dominij, & probet
per teſtes, ꝙ eius pr poſſedit dum uixit, & habitus
& reputatus fuit pro domino publicè,cõiter & no-
toriè,hæc non ſufficiunt ad obtinendũ in rei uendi
catione,quia per hæc nõ probatur dominium, nec
fama eſt ſufficiens probatio circa illud probandũ.
Ex quibus ergo concludendũ eſt, ꝙ licet ex parte
agentiũ fuerit probatus titulus habilis, & ualidus.
Itẽ & poſſeſsio per eos continuata aliquo tẽpore,ſi
tñ non fuit probata poſſeſſio comitata titulo conti
nuata ſpatio decẽ annorũ,nec interrupta,nõ dicet
per eos probatũ dominiũ, & ſic in rei uendicatio-
ne obtinere nõ poterunt.Quinimò & ſi fuiſſet pro
bata ex parte ipſorũ agentiũ titulus,& poſſeſſio de
cẽ annis continuata,ſi tñ bona fides ꝑ ipſos nõ fuiſ
28 ſet allegata adhuc non poſſent obtinere: † qa licet
ex titulo poſſeſſoris p̃ſumat bona fides in eo.l.pen.
C.de

C.de euic.illa tamen debet allegari,aliàs non pro
deſt ad pſcriptionẽ longi tẽporis:arg.tex.in l. ſi qs
adulteriũ cũ inceſtu.in prin.in uerbo,utique ſi er-
ror allegetur.ff.de adulte.& iſtud in ſpecie uolunt
Bal.& Ang.in l.ſuper longi.C.de præſcr.lõg.temp.
Quinimò & ſi ex parte ipſorum agentiũ fuiſſet p-
batus titulus & probata poſſesſio per eos decẽ an-
nis continuata,& bona fides per eos fuiſſet allega-
ta,adhuc non diceretur probata præſcriptio longi
temporis,ex qua poſſent obtinere in remedio rei
uendicationis p eos intentatæ; qm̃ prout declarat
29 Bar.in l.Celſus,circa fi.ff.de uſucap.is † qui fundat
ſe ſupet pſcriptione longi tẽporis dẽt pro ea pro-
banda articulare ꝙ ipſe poſſedit p decẽ annos pro
xime elapſos finitos in tali menſe uel die,ita ꝙ in-
cludatur tempus elapſum ante litis conteſtationẽ
uel ante litem motam: quia ſi aliter formaret arti-
culos & teſtes poſt litẽ conteſtatã dicerent ꝙ talis
poſſedit per decẽ annos pximie elapſos, intellige-
retur hoc dictũ à die redditi teſtimonij,& ſic inclu
deretur tempus, quod fuit poſt litẽ conteſtatã elap
ſum:nõ eſſet ergo probata præſcriptio longi tem-
poris.cũ ergo ex pceſſu dictę cauſę non uideã quic
quã prædictorũ eſſe probatũ nec allegatũ excepto
titulo,non animaduerto qũo poſſint prædicti agen
tes obtinere in hoc iudicio rei uendicationis.

Circa tertiũ articulũ concludo prædictos acto-
res nõ poſſe agere contra dictũ Ser Pirrhũ actione
30 † perſonali ad pretiũ conſequendũ, cum ſit ꝙ illa
nõ det ꝯtra ſingularẽ ſucceſſorẽ,l.fi.ff. de ꝯh.emp.
l.j.§.ſi hęres.ff.ad Treb.& l.ęris alieni. C.de dona.

Et ſi diceret,ꝙ imò prædicta actio poſſit inten-
tari contra dictum Ser Pirrhum cũ in eum fuerint
tranſlata oĩa iura actiua & paſſiua, quæ compete-
bant hęredibus D.Caſſini ex ceſſione p eos facta:
& ſic cenſeatur pręedictus Ser Pirrhus emptor hęre
31 ditatis,† quo caſu omne commodum & incõmodũ
ad eũ ſpectat,l.2.§.non ſolũ,& §.ſicuti. ff.de hære.
uel ac.uend.ad hoc reſpondeo,ꝙ dato,non tñ con
ceſſo,ꝙ pręfatus Ser Pirrhus dici poſſit emptor hę
reditatis, adhuc contra eum non potuit intentari
32 actio † perſonalis ad pretium:quia emptor hæredi
tatis non cogitur inuitus rñdere creditoribus, nec
iudiciũ ſubire contra eũ intentatũ per creditores
hæreditarios,l.2.C.de hære.uel act.uendita. l.2.§.
ſi uenditor,ff.eo.& l.hæreditatẽ.ff.de dona.& ratio
33 ſecundum Doctores in l.2.C.de pact. eſt, quia † a-
ctiones hæreditariæ adeo ſunt affixæ oſſibus hære
dis ꝙ non poſſunt pacto uel contractu tolli.l.pacto
ſucceſſorum. C.de pact.

Prætereà,iſta actio ad pretiũ non fuit intentata cõtra pręfatũ Ser Pirrhũ,nec ſuper ea fuit lis conteſtata,ideo non põt includi in hoc iudicio. l. non probatur,& l.non quemadmodũ,ff.de iudi. Bar.in pulchra qſtione.in l.an eandem. §.actiones. ff. de excep.rei iudi.Et ex prædictis concludo prædictos agẽtes,nec reſpũ remedij reĩtegrãdæ poſſeſſionis, nec reſpectu remedij rei uendicationis, nec etiam actionis perſonalis in hoc iudicio obtinere poſſe. partes ergo D.Iudicis erunt in abſoluendo præfatũ Ser Pirrhum à petitis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Aſſertio meritorum facta in donatione inter uirum & uxorẽ,an probet ipſa merita,de quibus per alias pro bationes minime conſtat,& nu.5.*

2 *Diſponere rebus ſuis unicuique liberum eſt.*

3 *Ingenuis hominibus libera ſuarum rerum adminiſtratio non eſt auferenda.*

4 *Donantis aſſertio meritorum quando inter ipſum & donatarium faciat probationem.*

6 *Aſſertio benemeritorum in donatione contenta, etiam iuramento firmata,non probat.*

7 *Donatio ob merita non eſt uera & propria donatio.*

8 *Donatio carens ſolennitatibus à ſtatuto requiſitis iuramento firmata,an ualeat,& nu.11.*

9 *Donatio excedens ſummam quingentorum aureorum, eſt ipſo iure nulla,ſed iuramento firmata ualet.*

10 *Contractus à ſtatuto prohibitus iuramento cõfirmatur.*

12 *Inſinuatio requiritur in donatione excedente ſummam quingentorum aureorum de iure communi.*

13 *Subrogatum ſortitur naturam eius in cuius locum ſubrogatur.*

14 *Iuramentum non ualidat donationem non inſinuatã, de iure communi.*

15 *Ratio quare omiſſa inſinuatione donatio eſt nulla.*

16 *Iuramentum interpoſitum ſuper contractu in quo lex fraudem præſumit, non firmat ipſum contractum.*

17 *Iuramentũ nõ firmat defectũ ſolennitatis probatoriæ.*

18 *Statuto diſponente ꝙ non probetur contractus niſi duo notarij de eo fuerint rogati, iuramentum appoſitum in contractu de quo unus tantum notarius fuit rogatus non probat contractum.*

19 *Iuramentum ut actum firmet, debet prius conſtare iuratum eſſe.*

20 *Paria ſunt non eſſe,uel eſſe,& non apparere.*

21 *Donatarius qui donatori alimenta non præſtat,an donatione priuari poſſit.*

22 *Vtile per inutile inſeparabilibus non uitiatur.*

23 *Statuta interpretationem paſſiuam a iure communi recipiunt.*

24 *Decretum annullatiuum ubicunque in diſpoſitione eſt appoſitum ibi forma data cenſetur.*

25 *Vtile per inutile an uitietur in indiuiduis,& in quibus.*

26 *Donatio omnium bonorum præſentium & futurorũ an ſaltem ualeat reſpectu bonorum præſentium.*

27 *In factis contra legem ſi nõ ualet quod fit intra, nec ualet quod fit ultra.*

28 *Intellectus ad l.ſancimus in prin.C.de donat.*

29 *Verbum ſancimus, quam ſignificationem habeat.*

CONSILIVM LXXVI.

EX inſtrumẽto donationis factæ per Matthæum quõdam Dominici de Ducia, & Dominam Franciſcam, de Caldarinis eius uxorem, tria oriuntur dubia.

Primum dubium eſt,an aſſertio meritorũ facta per hos donatores probet ipſa merita de quib. per alias pbationes minimè cõſtat.

Secundum dubiũ eſt,an prædicta donatio excedens ſummã quadraginta librarũ ſit nulla,uel ne, cũ in ea nõ ĩteruenerint ſolẽnitates reqſitæ ex forma ſtatuti Ciuitatis Bononiæ in donatione exce-

dente

dente ſummam cētum librarum,uidelicet rogitus
duorum notariorum,adhibitio ſeptem teſtium,&
inſinuatio ipſius donationis.

Tertiū eſt dubiū,præſuppoſito ꝙ prędicta donatio uiribus nō ſubſiſtat, an ſaltem ualebit reſpectu
librarum centum,pro qua ſumma ſtatutum prædictum:non exigit prędictas ſolennitates.

1 Capio primum dubiū † in quo uř dicendum ꝙ
per dictam aſſertionem probentur metita, licet de
eis non conſtet per alias probationes, eò, quia de
iure † unicuique liberū eſt de rebus ſuis diſponere
2 cum non ſit auferenda † ingenuis hominibus libe
3 ra ſuarū rerū adminiſtratio.l.nō uſq; adeò, ff.ſi qs
à paren.fuer.manumiſſ.l.in re mandata. C. mand.
l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de pet.hære.Sed quando
† aliquis donat alicui aſſerendo ſe ab eo recepiſſe
4 merita, illa aſſertio meritorum inducit probationē inter eaſdē perſonas,qñ donatio facta fuit ab il
lo q poterat donare nullis meritis pręcedentibus:
prout contingit in caſu noſtro:arg.tex.in l.optimā
C.de contrahen.& commit.ſtipulat. ſecus quando
aſſertio meritorum fieret ab illo qui non poterat
donare nullis meritis præcedentibus, iſta eſt doctrina Bar.in l.ſi factæ,ff.de caſt.pecul.

Sed hoc non obſtante in caſu noſtro, concludo
5 ꝯtrarium, † ꝙ imò per dictam aſſertionem nō ꝓbentur merita,eò quia non eſt liberū alicui donare aliquā ſummā excedentem quantitatē librarū
cētum,niſi adhibitis ſolēnitatibus dicti ſtatuti, de
quibus ſupra.&hoc quando donatio fit ſimpliciter
nō ob cauſam.& ſic qñ eſt propriè donatio:ideo aſ
ſertio meritorum facta iſto caſu ueluti inter pſonas prohibitas merita non probat,niſi aliter de ijs
conſtet,iuxta doctrinā quam tradit Bar.in d.l.ſi forte,ff.de caſtren.pecul.Gl.& Doctores, in l.ſi donationē,C.de collat.Ludo.Rom. in auct. ſimiliter,in
6 1.col.C.ad leg.Falc.Et hæc adeo procedunt,ꝙ † ēt
ſi ſuper hmōi aſſertione iuramentū interponeret,
adhuc ex ea non inſurgeret probatio meritorū,ſecundū Bar.in l.cū quis decedens.in §.codicillis,ff.
de legat.3.& ita in terminis huius dubij conſuluit
Præpoſitus diui Ambroſij nunc Cardina.Alexādrinus meritiſsimus in quodam conſilio inſerto in uo
lumine conſiliorū D.Fran.Cur.num.66.cui ſe ſubſcripſerunt tres excellentisſimi doctores Hieronymus Tortus,Iac.Putheus,& Nicolinus de Sācto Nazario,cum ergo non potuerint dicti donatores donare liberè ultra ſummam centum librarū niſi adhibitis ſolēnitatibus,de quibus in dicto ſtatuto ſequitur ꝙ nihil operatur aſſertio meritorū, remane
bit ergo dicta donatio mera,pura, & propria dona
tio, de qua ſtatutū loquitur niſi aliter ꝑ legitimas
probationes merita ipſa probarentur.nā hoc caſu
meritis ipſis legitimè ꝓbatis, donatio ipſa ſine di
7 ctis ſolennitatibus effectum ſortiretur, † cū donatio ob merita non ſit uera & propriè donatio.l.Attilius Regulus,ff.de dona.l.ſed ſi lege,§. conſuluit,
ff.de pet.hęre.Bar.in l.Modeſtinus, ff.de donatio.
cum ſuis concordantibus.

Non obſtat ratio in contrarium adducta, quia
non ſumus in caſu,in quo quis poſſet liberè donare bona ſua,ſed ſumus in caſu prohibito, prout ſupra probaui:igitur ceſſabit iſta obiectio.

Capio ſecundū dubium, in quo uidetur dicēdū,
8 † ꝙ hæc donatio licet ſit uera & propriè donatio,
attamen effectū ſortiri debebit uirtute iuramenti
interpoſiti ſuper ea,licet inſinuatio & aliæ ſolenni
9 tates de quib. ſupra,fuerint omiſſæ.Moueor. † Nā
de iure cōi donatio excedens ſummam quingentorū aureorū,nulla eſt ipſo iure.l.illud. C. de ſacroſ.
eccl.l.ſancimus,in prin.C.de donat.& tñ ſi ſup ea
iuramētum fuerit interpoſitū,ualida erit hæc donatio.in tit.de inſtru.edit.§.porro.in ultima additione in addit.ad Spec.Imo.in c.cum contingat.de
iureiur.col.antepen.& ibidē Abb.in col.20. in uer
ſi.ex prædictis inferri pōt.Alex. in l.nemo poteſt,
ff.de leg.1.ubi dicit ſe ita ſæpius conſuluiſſe, & ita
conſuluit in conſi.4.inci.circa primum quæſitum,
& in conſi.125.in 1.uol.in conſi.53.in 3.lib.& plures alij Doctores idem tenent,quos refero in repe.
l.nemo.col.16.ff.de leg.1.

Confirmatur iſta pars ex alia doctrina Doctorū,
10 qui tenent, † ꝙ qñ ſtatutū prohibet cōtractū, ſi ſuper eo interponatur iuramentū,talis contractus fir
matur iuramento.Ita tenent D.Anto.& Imol.in c.
cū contingat,de iureiur.Bal.Salyc. & Moderni reprobantes Bar.ibi,in auct.ſacramenta puberū.C.ſi
aduerſ.uendi.Alex.latè in conſi.27.inci.uiſo libello producto,in 1.lib.ubi dicit,ꝙ ſtatutū prohibens
minorem cōtrahere ſine ſolennitate, locū non hēt
in caſu,in quo iuřm fuit interpoſitū ſuper tali contractu,& ibi dicit ꝙ Canoniſtæ oēs, & ferè omnes
Legiſtæ ita concludunt reprehendentes Bart.in d.
auct.ſacramenta puberum, & pro hoc adducit plura fundamenta,de quibus ibi per eum.

Sed iſtis non obſtantibus in caſu nřo concludo
11 contrarium † ꝙ imò talis donatio, in qua nō fuerunt adhibitæ ſolennitates præmiſſæ, iuramēto nō
potuit firmari, & pro hac concluſione moueor.

Primò,quia ſtatutū præmiſſum diſponens,ꝙ donatio excedens ſummā cētū librarum, debeat inſinuari,ſubrogat dictam ſummam in locum quantitatis excedentis ſummam quingentorum aureorū,
12 † q̄ de iure cōi exigit inſinuationē.d.l. ſancimus:
arg.tex.in l.in contractibus.in prin.C.de nō num.
pecu.ibi,bienniū pro quinquennio,qua ergo rōne
donatio excedens ſummam quingentorum aureorum de iure cōi eſt nulla ſi non fuit inſinuata, nec
firmatur iuramento,ut probabitur:ergo eadē rōne
in caſu noſtro hæc donatio iuramento non firmabi
13 tur,cum † ſubrogatum ſortiatur naturam eius, &c.
l.ſi eum.§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio.& l.ſi donatæ,§.1.ff.de dona.inter uirum & uxo. Quòd au
14 tem de iure communi donatio † non inſinuata iuramento non firmetur,probatur auctoritate & rōne. Auctoritate,nam hoc tenuit Frideric.de Sen.in
cōſi.181.Imo.& Rom.in l.qui ſuperſtitis, ff.de acquir.hære.Bal.& Ang.in l.illud.C.de ſacroſ.eccle.
Ang.in conſ.178.incip.uiſis inſtrumentis,col.pen.
& in conſi.58.in fi.qui dicit Bald.ſuum germanum
ita conſuluiſſe.idem conſuluit Roma.in conſi. 12.
inci.uiſo teſtamento Pau.de Caſt.in conſil. 100.&
in conſ.105.inci.circa bona,quæ fuerunt. in 3.col.
& idem conſuluit D.Prępoſitus in præallega.conſi.
66.Ex quibus apparet ꝙ plures Doctores pondere,
numero,& menſura tenent iſtam opinionem,licet
ſuperius

ſuperius retulerim multos Doctores tenentes con
15 trariũ. † Probatur rõne hæc opinio ultra rõnes ad-
ductas per Doctores relatos. Nã donatio omiſſa in
ſinuatione ideò eſt nulla, quia præſumitur fieri in
fraudem, & ſic ad euitandũ fraudes lex introducit
16 inſinuationem. l. data. C. de dona. † Sed ubi lex uel
ſtatutum præſumit fraudem in aliquo contractu,
tunc iuramentum ſuper illo interpoſitũ contractũ
ipſum non firmat, ſecundum Bal. & Saly. in auct. ſa-
cramenta puberum. C. ſi aduerſ. uend. dicentes ꝙ
ſi ſtatutum diſponat ut cõtractus à minore celebra
tus ſine iudicis decreto pręſumatur initus dolo uel
metu omiſſa dicta ſolennitate iuramentum non fir
matur: & idẽ uult Bal. in l. oẽs populi in 2. q. 3. prin.
ff. de iuſt. & iure. Roma. in conſi. 12. Abb. in conſil.
72. inci. quinque dubia. Duas alias rationes ꝓ hac
opinione adduxi in d. l. nemo poteſt. col. 17. quas
non refero, ſtat ergo communis & uera concluſio
ꝙ donatio non inſinuata de iure communi iuramẽ
to non firmatur: ergo idem dicamus in donatione
prædictę quantitatis ex diſpoſitione dicti ſtatuti, &
ex hoc tollitur prima obiectio.

Secunda ratio eſt. Nam ſtatutũ prædictum ultra
inſinuationem uult, ꝙ in donatione excedente ſu-
mam centum librarum adhibeantur duo notarij, &
ſeptẽ teſtes, & ſic exigit quandã ſolennitatem pro-
batoriam, quæ ſolennitas fuit omiſſa in hoc inſtru-
17 mento continente donationem: † ſed qñ contra-
ctus deficit rõne ſolennitatis probatoriæ, tunc non
firmatur iuramento, cũ talis ſolennitas fuerit intro
ducta pp publicam utilitatem. Ita decidit Bar. in l.
ſi quis pro eo. in 7. membro. ff. de fideiuſſo. Ant. in
c. cũ contingat de iureiur. in 7. caſu. ubi dicit, quòd
quando ſtatutum eſt fundatum in publica utilitate
iuramentum non tollit ſolennitatem probatoriã:
quia cenſetur facta ad fugiendas fraudes & falſita-
tes. Et idẽ tenet Do. Abb. in d. c. cum contingat, in
18 pen. col. ubi uult, † ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ non probet
cõtractus niſi duo notarij de eo fuerint rogati, cer
tè ſi iuramentum fuerit appoſitum in contractu de
quo unus notarius tantum fuit rogatus, non proba
bitur contractus nec iuramentum ſuper eo interpo
ſitum: arg. tex. in l. fi. C. de non nume. pecu. & idem
tenet Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiur. col. 48. in uerſ. &
prędicta omnia uera ſunt ubi dicit, ꝙ quando actus
ſit præter legem ex defectu ſolennitatis formalis,
hoc caſu non tenet iuramentum: quia ſolennitati
probatoriæ cum ſit introducta ob publicam utilita
tẽ, uidelicet ne aliquid falſitatis committatur, iu-
ramento derogari non põt: arg. tex. in l. codicillis,
§. fi. ff. de leg. 2. Et iſtam doctrinam comprobat pul
chra rõne D. Soci. in conſi. 98. inci. abunde, circa fi.
19 ubi dicit, † ꝙ ad hoc ut iuramẽtum firmet actum,
debet prius conſtare iuratũ eſſe. tex. cũ Gl. in l. non
erit, §. dato, ff. de iureiur. Bar. in l. diuus, ff. de milit.
teſt. ſi ergo diſputetur de probatione & fide inſtru-
menti in quo continetur iuramentum, non poſſu-
mus dicere ꝙ ipſum iuramentum, de quo non con-
ſtat, operetur uirtutem confirmatiuam ipſius con-
20 tractus: quia † paria ſunt non eſſe, uel eſſe, & nõ ap-
parere. l. duo ſunt Titij. ff. de teſtam. tut. & ſicut non
entis nullæ ſunt partes ſic ẽt non apparentes. l. eius
qui in prouincia. ff. ſi cer. pet. Cũ ergo dictũ inſtrm

donationis deficiat in ſolennitate ꝓbatoria requi
ſita à ſtatuto ĩ rogitu duorũ notariorũ, itẽ & in ad-
hibitione ſeptem teſtium, dicendum eſt ꝙ iuramẽ
tum nihil operabitur circa cõfirmationẽ huius cõ-
tractus per ſupradicta. Et ex hoc tollitur ſecũdã ob
iectio: quia doctrina illa contrariũ allegata proce-
dit in alia ſolennitate requiſita à ſtatuto, ut puta ꝙ
minor ſeu mulier non poſſint contrahere ſine con-
ſenſu propinquorum: quia uerum eſt ꝙ iuramẽtum
confirmat contractum in quo non fuit adhibita hu
iuſmodi ſolennitas, ſed in ſolennitate probatoria
ſecus dicendum eſt per ſupradicta.

Vltimò pro cõplemẽto huius ſecundi dubij nõ
omitto, ꝙ alia rõne hæc donatio põt impugnari.
21 Nã dr in facto † ꝙ donator non pſtitit alimenta do
nanti egeno, quinimò illum expulit de domo, ideò
hæc donatio ob cãm huius ingratitudinis poterit
reuocari, de hoc eſt Gl. in l. fi. C. de reuoc. don. quã
ſequuntur ibi Pet. Cyn. & Ray. in caſu in quo dona
tio fuit facta in magna quantitate. Vel ſecũdũ Sal.
ibi ĩ caſu ĩ quo donator donauit ferè oĩa bona ſua,
ita ꝙ ex hmõi donatione donator ipſe factus fuit
egenus. Et licet allegetur Gl. in contrariũ in l. in cõ
demnatione, ff. de reg. iur. tamen illa Gl. nõn eſt cõ
traria: quia licet dicat ꝙ non inuenitur iure cautũ,
ꝙ donatarius teneatur alimentare donatorem, tñ
propter hoc non negat quin lex. fi. C. de reuo. don.
poſſit extendi ad caſum iſtum per identitatem rõ-
nis: quæ ratio habetur pro lege. l. cum lex. ff. ſol. ma
tri. Clem. 1. de elec. & ita de hoc perpendit D. And.
Barba. in c. fi. col. 5. de dona.

Capio tertium articulũ in quo uſ dicendũ ꝙ pdi
cta donatio ſaltẽ reſpectu ſummæ centum librarũ
22 uiribus ſubſiſtat, per regulã uulgatam quę † uult ꝙ
in ijs quæ ſunt ſeparabilia, prout eſt ſumma & quan
titas utile per inutile non uitietur l. 1. §. ſi ſtipulã-
te, ff. de uerb. obl. c. utile, de reg. iur. lib. 6. Glo. in c.
ea quæ, de reg. iur. eo. lib. & pro hoc uidetur tex. ex
preſſus in l. ſancimus. in prin. C. de dona. ubi dona-
tio quingentorum aureorum ſummam excedens,
de iure cõi exigit inſinuationem, qua omiſſa reddi
tur nulla ipſa donatio, & tamen reſpectu ſummæ
quingentorum aureorum in qua permiſſa eſt dona
tio abſque inſinuatione uiribus ſubſiſtit, ſic ergo di
23 camus in caſu pręmiſſi ſtatuti, cum ſit † ꝙ ſtatuta re
cipiant interpretationem paſſiuã à iure cõi. l. 2. C.
de noxal. c. cũ dilectus, & in c. ad audientiã. de cler.
non reſiden. Bar. in l. oẽs populi, in 6. q. prin. ff. de iu
ſti. & iur. cum ſuis concordantibus.

Sed iſtis non obſtantibus, concludo in caſu nr̃o
cõtrariũ, uidelicet, ꝙ in totum ẽt reſpectu ſummæ
centum librarum nulla reddatur hæc donatio. pro
quo moueor hac ratione. Nam ſtatutũ prædictum
pro forma requirit inſinuationẽ, rogitum duorum
notariorum, & adhibitionem ſeptem teſtium in do
natione excedente ſummam quingentorum aureo
rum, ut probabitur, ſed forma facit aliquid cenſeri
indiuiduum, & ſic utile per inutile uitiatur, Maiorẽ
uidelicet ꝙ dictæ ſolennitates ſint de forma, pro-
bo ſic. Nam ſtatutũ procedit annullando ipſo iure
donationem in qua non apponuntur prędictæ ſolẽ
nitates, prout patet ex uerbis prędicti ſtatuti, dũ di
24 cit ꝙ donatio reddatur nulla ipſo iure. † Sed ubi-
cunque

cunque in diſpoſitione eſt appoſitum decretū annullatiuum ibi cenſetur data forma, ſecundū Bald. quem ibi ſequuntur Doctores in l. 1. ff. de liber. & poſthu. Petrus de Ancha. in c. ea quæ. de reg. iur. libro ſexto, in 11. col. Fely. in c. cum dilecta, de reſc. in verſi. quintum ſignum, vbi concludunt, ꝙ ſi ſtatutum diſponat ꝙ in inſtrumento apponatur nomen contrahentium, patris, & aui: alias non ualeat inſtrumentum, iſta irritatio actus dat formam ſine qua non erit inſtrumentum, vt ibi latius per eos. Mino-
25 rem autem † ꝙ forma faciat aliquid cenſeri indiuiduum, & ſic vtile vitietur per inutile, probo ex notatis per Bar. in l. græcè. §. illud. ff. de fideiuſſ. vbi dicit quoddam eſſe indiuiduum natura, quoddam indiuiduum ratione voluntatis cõtrahentium, quoddam indiuiduum ratione dependentiæ, quoddam indiuiduum ratione formæ, vt in caſu dicti §. illud. & in omnibus iſtis indiuiduis vtile per inutile vitiatur.

Comprobatur iſtud ex notatis per Io. de Imola
26 in rub. de teſta. circa fi. vbi quærit, † an donatio facta de omnibus bonis præſentibus & futuris in totum vitietur, an verò valebit reſpectu bonorū præſentium, arguit ibi ꝙ ſic: quia vtile non vitiatur per inutile, tandem concludit contrarium, & reſpõdet prædictæ obiectioni, ꝙ nõ ſit ſeparatio ratione formæ improbatæ à iure, & ſic in totum vitiabitur ipſa donatio, per nota. per Bar. in d. §. illud.

Pro hoc etiam adduco nota. per Bal. in l. quęcunque. in 1. col. C. de bon. quæ libe. & in l. etiam, ff. ſolu. matrimo. vbi dicit, ꝙ ſi conceſsio fiat vltra lici-
27 tum, non ualet etiam intra licitum: † quia in factis contra legem ſi non valet id quod fit intra, non ualet etiam qđ fit vltra, c. 1. de reb. eccl. non alienan. in 6. Clem. 1. eo. tit. ex quibus ergo concludo, ꝙ in totum vitiari debeat hæc donatio: quia hic adeſt indiuiduū ratione formæ, ideò vtile per inutile vitiari dēt, & ex iſtis patet rñſio ad primū fundamentū.

28 Non obſtat tex. † in d. l. ſancimus, in princ. quia ille tex. potius probat contrarium, ſi rectè inducatur. Nam ibi Imperator diſponit de nouo, ꝙ donatio omiſſa inſinuatione valeat intra ſummam permiſſam à iure, ergo ſi hoc de nouo nõ ſtatuiſſet Imperator, donatio in totū fuiſſet annullata, etiam intra ſummam permiſſam à iure antiquo, & ſic tēpore legis illud. C. de ſacroſan. eccl. in totum uitiabatur ipſa donatio, ꝙ autem ibi de nouo ſtatuat Impe-
29 rator, patet † ex verbo, ſancimus, quod eſt noui iuris promulgatorium. Gl. in Clem. 1. in uerbo cenſemus, de præben. & Glo. in c. 1. de cleri. non reſiden. in 6. & licet aliquando ſit declaratorium iuris ueteris, ut habetur per Abb. in c. decernimus. de iudic. tamen in caſu noſtro hoc modo capi non poteſt: quia illud uerbum, ſancimus, refertur ad donationem; quam uult Imperator ualere uſque ad ſummā quingentorum aureorum, illud de nouo diſponendo refertur ēt ad donationem dictæ ſummæ, quam uult ualere, ēt ſi in maiori ſumma fuerit facta omiſſa inſinuatione: uniformiter ergo illud uerbū dēt interpretari reſpiciens illa duo determinabilia, nõ difformiter, & ſic utroq; caſu interpretabitur ut ſit noui iuris promulgatoriū. l. quanuis. C. de impube. l. iam hoc iure. ff. de uulga. & pup. cum ergo in caſu noſtro ſtatutum non procedat ulterius diſponendo ꝙ donatio facta in maiori ſumma centum librarū, quæ eſt nulla omiſſa inſinuatione, & alijs de quibus ſupra, ſaltim ualere debeat reſpectu ſummæ centū librarum: concludendum eſt, ꝙ in totum uitiari debeat ipſa donatio. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum ſtante affinitatis impedimēto, nullum eſt.*

2 *Dos ſine matrimonio eſſe non poteſt.*

3 *Verba ſtatuti cui caſui non conueniunt, non conuenit ēt eius diſpoſitio.*

4 *Pactum de lucrando dotem, uel eius partem, non habet locum in matrimonio nulliter contracto.*

5 *Statutum de lucranda dote per uirum uxore prædecedente ſine filijs, non habet locum in matrimonio inualido.*

6 *Matrimonium inter conſanguineos inualidum, per ſuperioris diſpenſationem robur aſſumit.*

7 *Actum nihil eſſe dicitur, cum aliquid ſupereſt agendum.*

8 *Fictio translatiua de tempore ad tempus non inducitur, niſi utriuſque extremi adſit habilitas.*

9 *Diſpenſatio in præiudicium iuris alteri acquiſiti retrotrahi non poteſt.*

10 *Clauſula uocatis uocandis, quid importet in reſcripto ſuper diſpenſatione matrimonij inter conſanguineos contracti.*

11 *Legatus habens mandatum à ſummo Pontifice diſpenſandi ſuper matrimonio inualido ratione conſanguinitatis, magnum imperium habet.*

12 *Mandatum & commiſſio Summi Pontificis, de diſpenſando, inducit diſpenſationem.*

13 *Diſpenſatio ſuper defectu matrimonij, tempore datæ effectum habet.*

14 *Matrimonium ualidum eſſe debet tempore quo agitur de lucranda dote, nec præcedens tempus quo matrimonium fuit nullum eſt in conſideratione.*

15 *Declaratio ad l. res uxoris. C. de donatio. inter uirum & uxorem.*

16 *Donatio inter uirum & uxorem ut confirmetur, oportet donantem eſſe maritum tempore quo donatio eſt cõfirmanda.*

17 *Iudex declarans matrimonium legitimè fore contractum, nihil noui facit, ſed ſolum declarat uera eſſe quæ in ſupplicatione narrata fuerunt, & commiſſionem de diſpenſando legitimè obtentam eſſe.*

18 *Sententia iudicis ideò mādatur exequutioni per iudicē alterius territorij in bonis alibi ſitis: quia iudex pronuntiando diſponit ſuper iure iam fundato & formato.*

19 *Lapſo termino dato ad ponendum, & ad articulandum, declaratio poſitionis præcedentis fieri poteſt.*

20 *Statutum an & quando ad negotia præterita porrigatur.*

21 *Sententia qua pronunciatur in cauſa filiationis inter patrem & filium, quare facit fidem quo ad omnes, & nõ ſic legitimatio.*

22 *Diſpenſare aliud eſt, & aliud mãdatum de diſpenſando.*
23 *Fictio translatiua declaratoria actus praecedentis retro trahitur, etiam ſi extrema non ſint habilia.*
Intellectus & declaratio ad leg. ſed ſi quis. §. interdum. ff. de uſufruc.
24 *Lex noua declaratoria comprehendit negotia pręterita.*

CONSILIVM LXXVII.

DVO quarto gradu conſanguinitatis coniuncti, huiuſmodi impedimẽtũ ignorantes, inuicem matrimoniũ cõtraxerũt, in quo per aliquos annos pſeuerarunt, demũ huius impedimenti habita notitia obtinuerũt à Reuerendisſimo D. Legato Bononię diſpẽſationẽ, vt non obſtante huiuſmodi impedimẽto, licitè in matrimonio ſic contracto remanere iure poſſent, qui Legatus huiuſmodi diſpenſationem cõmiſit Vicario Epiſcopi Parmen. vt non obſtãte huiuſmodi impedimento, cum prædictis diſpẽſaret. Prius, quàm præfatus Vicarius hoc mandatum ſibi iniunctum iure medio adimpleret, mortua eſt mulier ſuperſtite viro, nullis relictis liberis, itaq; ſi uerum matrimoniũ inter prædictos fuiſſet contractũ ſine dubio vir ex forma ſtatuti Parmenſis totã dotẽ ſeu eius partem lucraretur, modo dubitari contingit, an ſtantibus prædictis lucrari debeat pfatus vir dotem ex forma præmiſſi ſtatuti?

1 Dubium facit in iſta quæſtione: quia † inter prædictos ſtante impedimẽto affinitatis, matrimoniũ inter eos contractum fuit nullum, & inualidum. c. non debet, de conſangui. & affinit. ideò non eſt lo-
2 cus ſtatuto prædicto: † quia dos non poteſt eſſe ſine matrimonio, l. 3. ff. de iur. dot. l. fi. C. de dona. an-
3 te nup. † Ideò cum non conueniãt uerba ſtatuti caſui noſtro, nõ conueniet etiam eius diſpoſitio. l. 4. §. toties, ff. de damn. infecto l. quod conſtitutum, ff. de milit. teſta. Bal. in l. ſcimus, in pulchra quæſtione. C. de inoff. teſtam. & ibi per Doctores, optimè
4 deſeruit tex. in l. 1. C. de condi. ob cauſ. ubi † pactũ de lucrando dotem totam uel eius partem, quod communiter in inſtrumentis dotalibus apponi ſolet, locum non habet in caſu, in quo matrimonium nulliter fuit contractum ob aliquod iuris impedimentum, prout in caſu præmiſſo, & ex illo tex. in-
5 fert ibi Bald. † idem eſſe in ſtatuto de dote lucranda per uirũ vxore prædecedente ſine filijs, cum à pari procedant pactum & ſtatutum, & hoc idem firmat ibidem D. Bartholomæ. de Salyce. Imol. Paul. de Caſtro, & Ludo. Roma. in l. ſi ante nuptias. ff. ſolu. matrimo. idem etiam tenet Bald. Iunior in tractatu de dote in 11. parte, in ſexta differentia, quã ponit inter dotem ueram & dotem putatiuam, ubi intelligit hoc procedere etiam in caſu in quo uir contraxiſſet ignoranter huiuſmodi matrimonium, cum tex. in d. l. 1. C. de conditio. ob cauſ. indiſtinctè loquatur.

Nec obſtat ſi diceretur ꝙ ex quo ſuperſtitibus ipſis contrahentibus huiuſmodi matrimonium Reuerendisſimus D. Cardinalis mandauit cum eis diſpenſari non obſtante dicto impedimento, certè uirtute huiuſmodi diſpenſationis matrimoniũ ipſum à principio inualidum robur aſſumpſit, c. quia circa, de conſanguinitate & affinitate, ad hoc re-
6 ſpondetur, † ꝙ iſta diſpenſatio nullum pſtitit robur dicto matrimonio, cum uiuente muliere hanc diſpenſationẽ non fuerit executus Vicarius Epiſco-
7 pi Parmenſis, & † nihil dicitur eſſe actũ, cũ aliquid ſupereſt ad agendum. l. is qui quadraginta. §. quædã. ff. ad leg. Falcid. l. pen. C. de ijs, quib. vt indig. Glo. in l. res bona. ff. de contrah. empt. Nec de præſenti põt dictus Vicarius, nec alius delegatus exequi dictam facultatẽ diſpenſandi ſibi conceſſam ſuper dicto matrimonio, ſaltẽ quo ad effectũ, ut maritus conſequatur lucrum dotis delatum ex forma pmiſſi ſtatuti, quia hoc reſpectu oporteret dicere ꝙ prædicta diſpenſatio traheretur retro ad tempus,
8 quod præceſſit mortem dictæ mulieris, † ſed fictio tranſlatiua de tempore ad tempus non inducitur niſi adſit habilitas utriuſq; extremi, uidelicet extremi à quo, & extremi ad quod, l. bonorum, ubi Bart. ff. rem rat. habe. idẽ Bart. in l. ſub conditione, ff. de ſolu. & in l. ſi is qui ꝓ emptore, in 3. char. ff. de uſucap. Abb. in c. ſuper eo. de condit. appo. Cum ergo extremum à quo in caſu noſtro non ſit habile, quia mortua reperitur mulier tempore quo diſpenſatio ſortitur effectum, ex hoc ſequitur, ꝙ non poteſt eſſe locus fictioni tranſlatiuæ.

Præterea defuncta prædicta muliere ius acquiſitum eſt in eius bonis, & per conſequens in pdicta dote ſucceſſoribus uenientibus ab inteſtato, ſi inteſtata deceſſit, uel hæredibus ex teſtamẽto iſtitutis,
9 ſi cũ dicto teſtamẽto defuncta eſt. Ideò hæc † diſpẽſatio in præiudicium iuris alteri acquiſiti retrotrahi non poteſt, c. quanuis, de reſcri. lib. 6. Gl. & Bald. in l. indebitum. ff. rem ratam haberi. Glo. & Barto. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de libe. & poſthu.

Pręterea in commisſione facta per pręfatum Reuerendisſimum D. Legatum prædicto Vicario Epiſcopi Parmenſis ſuper præmiſſa diſpenſatione fa-
10 cienda, eſt inſerta † clauſula vocatis vocandis, per quam non potuiſſet Vicarius procedere ad dictam diſpenſationẽ, niſi cauſa cognita, ideò cõmiſſio ei facta expirauit re integra per mortem dicti Legati à quo emanauit hæc diſpenſatio. ita tenet Domin. in c. ſi ſuper gratia. col. 2. de offi. deleg. in ſexto. intelligens illum tex. procedere in mero executore, & nõ in alio cui imminet necesſitas exequendi cõmisſionem ſibi iniunctã cum cauſę cognitione: hęc ſunt quæ uidentur reddere dubiam hanc difficultatem.

Sed iſtis non obſtantibus in caſu noſtro cõcludo contrarium, & præſuppono in primis, ꝙ Reuerendisſimus D. Legatus S. Vitalis habuit latisſimã poteſtatẽ diſpenſandi in tertio & quarto gradu affinitatis & conſanguinitatis in terris ſuę legationi ſu-
11 biectis, † uirtute cuius poteſtatis poſt Summũ Põtificẽ dicitur habuiſſe magnum imperium. c. ſi abbatem, de electión, lib. 6. Qua ergo ratione manda-
12 tum † Summi Pontificis ſuper diſpenſatione faciẽda inducit diſpenſationẽ, prout dicit Io. And. in c. literas, ſupet uerbo mandatum, de reſt. ſpolia. D. Præpoſit. in cap. quia circa, in prima quæſt. de conſan-

ſanguinitate & affinitate, eadem ratione cōmiſsio
facta per legatum præfato Vicario de diſpenſando
diſpenſationem induci,& ſic comperto ꝙ prædicti
uir & mulier erant ſolum in quarto gradu affinita-
13 tis coniuncti,diſpēſatio † effectum ſortitur tempo-
re datæ.c.ſi eo tempore.de reſcr. lib. 6. Et ex hoc
infertur, ꝙ ſuperſtitibus dictis viro & muliere, vir-
tute dicti mandati de diſpenſando matrimonium
inter eos contractū fuit validum, licet à principio
nullum. Ideò cum tempore mortis dictæ mulieris
reperiretur matrimoniū eſſe validum & legitimū,
locus erit lucro dotis delatæ ex forma ſtatuti diſpo
nentis, ꝙ mortua muliere in matrimonio, vir lucre-
14 tur dotem, † Satis eſt.n. ꝙ adſit matrimonium vali
dum tempore quo agitur de lucranda dote, nec p̄-
cedens tempus quo matrimonium fuit nullum cō
ſiderari debet.l.in delictis.§.ſi damnum extraneus
ff.de noxal.l.Titius,& ibi Bar,ff.de mili.teſt. Idem
Bar.vbi circa hoc ponit pulchram doctrinā in l.ex
facto,col.3.ff.de uulg.& pup.ſubſti. & pro hoc fa-
ciunt ea quæ notaui in l.Gallus.§.& quid ſi tantum
15 col.6.ff.de libe.& poſthu. † ubi declaraui tex. in l.
res vxoris.C.de don.inter vir.& vxorē,dixi ꝙ ideò
ibi nō expectatur mors naturalis,vt cōfirmet dona-
tio facta per maritum vxori,quia ſi maritus damne
tur in metallum diſſoluitur matrimonium, ideò ex-
pectando mortem naturalem,illa donatio nō poſ-
ſet habere effectum,cum ſit ꝙ ad hoc ut confirmet
16 † donatio oporteat donantem eſſe maritū tempo-
re quo donatio eſt confirmanda,l.hic ſtatus,§.ſi do
nator.ff.de don.inter vir.& vxo.l.donationes quas
parentes.C.de donat.inter virum & vxor. l. ſi quis
ſtipuletur.vbi Glo.& Paulus de Caſtr.ff. ſoluto ma-
trimonio.

Secundò pro hac concluſione conſidero: nā Vi-
carius cui cōmiſſa fuit diſpenſatio caſu quo p̄dicti
17 vir & mulier eſſent † coniuncti quarto gradu, pro-
nunciando illos non eſſe coniunctos interiori gra-
du,& ſic pronunciando legitimationem legitimè
fieri poſſe,nihil noui dr̄ facere,ſed ſolum dr̄ decla
rare uera eſſe quæ in ſupplicatione narrata fuerūt.
& legitimationē legitimè obtentam ſeu commiſ-
ſionē de diſpenſando.l.Pomponius.§. ſed & is, ff.
de procura.l.ſicuti, §.& ſi quæratur. ff.ſi ſeru.uēdi.
Ideò dicit Bar.in l.cūctos populos,in 11.col.uerſi.
non obſtat quod dictum eſt.C.de ſumma Trinit.&
18 fide catho. † ꝙ ideò ſententia iudicis mandatur e-
xecutioni per iudicem alterius territorij in bonis
alibi ſitis, quia iudex pronunciando diſponit ſup
iure iam fundato & formato.Sed quando iudex de
nouo aliquid inducit ius faciendo infra territoriū,
tunc non porrigitur extra territorium,ut ibi latè p
eum.hoc ergo ſtante,ꝙ executor mixtus ſeu iudex
pronunciando non dicatur aliquid noui inducere,
ſed ſolum declarare,ex hoc infero,ꝙ pronunciatio
faciēda per exequutorem cui facta fuit commiſsio
de diſpenſando trahetur retro ad tempus quo ema
nauit dicta commiſsio,& ſic ad tempus datæ, iſtud
patet ex notatis per Gl.& Docto.in c.cum te,extra
de uſur.& per Ioan.Andreæ in titulo de teſti.§.nūc
19 dicendum,in verſi.hoc nota,vbi dicit † ꝙ ſi datus
fuit terminus ad ponendum, & ad articulandum
poſt elapſum terminum poterit fieri declaratio po
ſitionis præcedentis:quia nihil additur dictæ poſi-
tioni per declarationem,& hoc dictū ſequitur Do.
Anto.in c.licet cauſam,circa finem,de prob. Bald.
in l.1.§.huius ſtudij.ff.de iuſti.& iur. Aret.in l.hære
des palàm,§.ſi quid poſt.de teſtam. in primis uer-
bis.Et pro hac conſideratione adduco etiam nota
ta per Bartolum in l.omnes populi,col.10.in uerſ.
20 circa tertium,ff.de iuſtitia & iure, † ubi quærendo
an ſtatutum porrigatur ad negotia præterita diſtin
guit,ꝙ aut ſtatutum procedit declarando, aut ali-
quid de nouo inducendo,primo caſu porrigitur ad
negotia præterita,l.ſi.C.de pact.& l.fina.C.de tran
ſaction.Secundò uero caſu non.Ex quibus patet ꝙ
licet poſt mortem dictæ mulieris diſpenſatio ſuper
dicto matrimonio de nouo fieri non poſſet reſpe-
ctu lucri dotis deferendi marito in præiudiciū hæ-
redum ipſius mulieris,diſpenſatio tñ ſeu commiſ-
ſio de diſpenſando quæ emanauit ante eius mortē
exequi poterit, & ſuper ea fieri poteſt pronuncia-
tio,etiam poſt mortem mulieris, cum iſte ſit actus
quidam declaratorius nihil non inducens,prout ſu
perius probatum fuit,quod ēt probatur ex notatis
21 per Bar.in l.1.§.fi.de liber.agnoſcen.ubi dicit † ꝙ
ſententia qua pronunciatur in cauſa filiationis in-
ter patrem & filium,ideò facit fidem quo ad om-
nes, & non ſic legitimatio: quia legitimatio ipſa
eſt actus qui rem de nouo ineſſe conſtituit: ſed ſen-
tentia iudicis qua pronunciatur aliquem eſſe fi-
lium, eſt actus qui in præteritum aliquid fuiſſe de-
claratur.

Et inhærendo præmiſſæ concluſioni non obſtāt
adducta in contrarium,& ad primum reſpōdeo, ꝙ
ſi tempore quo mortua fuit mulier non fuiſſet ma-
trimonium legitimum,tunc benè fateor ꝙ ceſſaret
lucrū de dotis delatum ex diſpoſitione ſtatuti, ſed
cum in caſu noſtro fuerit matrimonium legitimū,
ſecuta dicta declaratione ſtatutum prædictum dif-
ferens lucrum dotis habebit effectum,cum illo tē-
pore fuiſſet matrimonium legitimum virtute dictę
diſpenſationis licet à principio fuerit nullum.

22 Ad † aliud dum dicebatur, ꝙ aliud eſt diſpenſare
& aliud eſt mandatum de diſpenſando, reſponde-
tur hoc non eſſe uerum;quia ut dixi ſuperius man-
datum de diſpenſando inducit diſpenſationem.

Prætereà ſecuta per executorem diſpenſatione
matrimonium ualidatur,ac ſi tempore quo emana
uit mandatum de diſpenſando,diſpēſatio ipſa fuiſ
ſet ſortita effectum;ut probatum fuit,igitur &c.

23 Ad tertium fundamentum reſpondeo,† ꝙ fictio
tranſlatiua quando eſt declaratoria actus præcedē
tis,retrotrahitur etiam ſi extrema non ſint habilia,
& ita limitatur prædicta concluſio . Iſtud probat
tex. in l. ſed ſi quis. §. interdum . ff. de uſufruc.
quem ita intelligit, & declarat ibi Bald. & Franc.
Aretin.in l.1.§.ſi quis ita, colum.5. ff. de uerbor.
obligatio.

Sic etiam reſpondetur alio fundamento in quo
dicitur, quòd in præiudicium iuris alteri acqui-
ſiti trahi non poteſt iſta diſpenſatio : quia cum
hic tractetur de actu declaratorio , trahetur re-
tro executio dictæ diſpenſationis , etiam quo ad
ius alteri quæſitum , per ea quæ uult Bar. quem ſu-
24 prà retuli in d.l.omnes populi. dum uult † ꝙ lex

noua declaratoria comprehendat negotia præterita,& per alia quæ ſupra deduxi.

Ad vltimam obiectionem, in qua dicebatur ꝙ commiſſio expirauit morte legati, reſpondeo, ꝙ huic defectui prouiſum fuit ex noua commiſſione Summi Pontificis,illi facta,per quam committitur ei vt vocatis vocandis declararet exponentem nullam incurriſſe excommunicationem,& prolem inde ſuſceptam fore & eſſe legitimam, & iſtud ſufficit ſecundum Domini.in d.c.ſi ſuper gratia.de offic.deleg.in 6. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

S V M M A R I V M.

1 Donatio facta per Legatum Bononiæ de bonis confiſcatis Cameræ dictæ Ciuitatis, an uiribus ſubſiſtat, & numero 47.

2 Feudum dicitur contractus.

Nepotes non ueniunt in conceſſione feudi pro ſe & filijs.

Filij appellatione in contractibus non ueniunt nepotes.

3 Feudum magis participat de gratia, quàm de contractu.

Denominatio à potentiori fieri debet.

4 Feudum propter ſeruitium conceditur.

5 Donatio contractus dicitur.

6 Princeps ex cōtractu obligatur, nec illum reſcindere poteſt etiam de plenitudine poteſtatis.& nu.11.

7 Papa fœdera inita cum ciuitate ſibi ſubdita reſcindere non poteſt, nec eius ſucceſſor.

8 Deus ex promiſſione ſua obligatur.

9 Principem priuatum eſſe hominum conſortio, eſſe ualdè graue.

10 A contractibus diſcedere non licet, niſi utraque parte conſentiente.

11 Principem nō poſſe abſque cauſæ cognitione uaſallo ſuo auferre feudum.

12 Feudi natura quæ ſit.

13 Vaſallus in feudo utile dominium conſequitur.

14 Princeps non poteſt dominium directum, nec utile, niſi iuſta cauſa ſubſiſtente auferre.

15 Princeps aliquid concedendo non præſumitur iurij tertij præiudicare, & nu.16.17.

16 Verba prolata in conceſſione Principis debent ſtrictè intelligi, nec capiunt illum intellectum, quem poſſunt capere ex lato eorum ſignificatu, ut tertij præiudiciū euitetur.

17 Voluntas diſponentis non trahitur ad ea, de quibus non poterat in ſpecie diſponere.

18 Pontificis mandatum conferendi beneficium alicui non obſtante collatione alteri facta, intelligitur de collatione inualida.

19 Vaſallus non petens inueſtituram infra annum à feudo excluditur.

20 Tempus petendi inueſtituram an currat uaſallo impedito & ignoranti.

21 Omne tempus à lege præfixum continuum eſſe dicitur.

22 Vaſallo non poſſidenti feudum non currit tempus petendi inueſtituram.

23 Tempus datum uaſallo ad petendum inueſtituram, eſt utile & non currit ignoranti, dummodo ignorantia non ſit craſſa & ſupina.

24 Tempus à ſtatuto præfixum ad ponenda inſtrumenta in memorialibus ignoranti non currit.

25 Conuentio de ſoluendo infra annum à die compoſitionis, intelligitur à tempore quo notitia dictæ compoſitionis habita fuerit.

29 Ignorans non dicitur contemnere.

27 Negligens intra tempus ſtatutum à lege ad aliquid faciendum, ius ſuum renuntiare uidetur.

28 Nemo præſumitur remiſiſſe ius quod ignorat ſibi competere.

29 Intellectus ad Gl.in rubric.ff. de diuer. & tempo.præſcriptio.

30 Intellectus ad Gl.in c.ſtatutum, in uerb.numerandum, de præb.lib.6.

31 Vaſallus quando dicatur renuntiaſſe feudo, licet de illo non cogitauerit.

32 Cautus quilibet eſſe debet in prolatione uerborum, ne dum effuſo ſermone utitur, in promptum ſui incidat periculum.

33 Clauſula generalis abſolutè poſita, & non reſtricta ab aliqua cauſa, uirtutem generalem habet.

34 Dictum generaliter, generaliter debet intelligi, niſi ſit aliqua ratio reſtrictiua.

35 Actus inualidus iuramento ualidatur.

36 Iuramentum nihil operatur in contractu, cui contrahentis conſenſus deficit.

37 Iuramentum ſuum operatur effectum, ubi adeſt conſenſus in genere.

38 Paria ſunt ꝙ adſit uoluntas in ſpecie uel in genere.

39 Beneficium alicui competens tollitur, ſi renuncians cogitauit in genere de beneficio ſibi competente.

40 Renuntiatio generalis tantum operatur in contractibus, quantum facta in ſpecie.

41 Renuntiatio iuris iam acquiſiti, dicitur donatio, & inſinuationem exigit.

42 Renuntiatio futuræ ſucceſſionis facta per filium patri, inſinuationem non requirit, ſecus ſi fiat ſucceſſioni iam acquiſitæ.

43 Forenſes ſolennitates loci contractus ſeruare tenentur.

44 Forenſis ſortitur forum quo ad contractum principalem, ac etiam ad conſequentiam ipſius:

45 Reſciſa deportatione per reſtitutionem conceſſam à principe prius geſta non infirmantur.

46 Pontifici enuntianti ab eo geſta pleniſſima fides adhibetur, & probatio in contrarium non admittitur.

48 Legatus de latere non poteſt concedere caſtra pertinentia curiæ Romanæ alteri ciuitati.

49 Mandatum quantumcunque generale, non includit facultatem donandi.

50 Geſta à tyranno qui Rempublicam occupauit nulla ſunt.

51 Summi Pontificis ſumma eſt poteſtas.

52 Diſputare de ſummi Pontificis poteſtate, inſtar ſacrilegij eſt.

53 Geſta per legitimè promotum ad officium ſeu dignitatē, licet poſtea officio priuetur, non infirmantur.

54 Geſtum legitimè non uitiatur ſuperueniente delicto, nec ex alio euentu.

CON-

CONSILIVM LXXVIII.

IVLIVS Summus Pontifex annis ſu-
perioribus abſoluendo & liberãdo
Reuerendisſimum in Chriſto patrẽ
D.Antonium tituli S.Vitalis Cardi
nalẽ à munere legationis Bononiæ,
cui pręſidebat,declarauit intentio-
nis ſuæ nunquam fuiſſe per quaſcunq; literas ſeu fa
cultates p̃dicto Cardinali conceſſas,uoluiſſe illi cõ
cedere niſi ea, quæ alijs dictæ Sedis Legatis à iure
communi conceduntur,& quę per Sedẽ Apoſtolicã
concedi conſueuerunt communiter,& quæ p alios
Legatos de latere exerceri & dari conſueuerunt,re
uocans idem Pontifex omnia & ſingula geſta,& at
tenta per ipſum D.Cardinalem prætextu dictarum
literarum & facultatũ ultra iuris communis diſpõ
nẽ,& quæ alijs dictæ Sedis Legatis communiter cõ
cedi conſueuerunt,&c.prout latius in literis ſuper
hoc confectis plenius continetur.Iſtis ſic ſtantibus
dubitatur:an donatio facta per dictum legatum de
quibuſdã bonis pp rebellionẽ ſeu aliud delictũ ca
meræ Bononiæ confiſcatis uiribus ſubſiſtat,uel ne.
1 In quã dubitatione † vr̃ dicendũ dictã donatio-
nẽ fore validã,nec pp dictã reuocationem factã de
aſſerto Legato poſſe impugnari:eò,quia,licet uerè
prȩfatus Legatus fortè non haberet poteſtatem do
nandi nec alia faciendi,quæ in literis ſuæ faculta-
tis continebantur,attamẽ communi opinione cõ-
tra Dominum reputabatur talis, ut prædicta om-
nia exercere poſſet,ratione ergo huius communis
2 erroris,in hoc conueniunt, † ꝙ feudum dicatur q-
dam contractus,& ex hoc alias in c.1.in prin.in tit.
qui feud.dar.poſſ.dicebam, quod in conceſſione
feudi facta alicui pro ſe & filijs, non includebãtur
nepotes cũ in ꝯ̃ctibus appellatione filii nõ ueniãt
nepotes,ſecundum Bar.in l.liberorum.col.3.ff.de
uerb.ſig.& defenſabam opinionẽ Saly. qui hoc fir-
mat in l.2.in 21.q.C.de iure emphy.& Io.de Imol.
qui idem tenuit in l.quod dicitur,ff.de uerb.oblig.
licet in hoc contrarium uoluerit Bal.in c.quæ in ec
cleſiarũ,in ult.col.de conſti.D.Alex.in l.Gallus.§.
inſtituens,ff.de liber.& poſthu.col. ultima motus,
3 † quia feudũ magis participat de gratia quàm de
contractu,& à potentiori fieri debet denominatio
l.quęritur.ff.de ſtatu homi.l.repetundarum,ff.de te
ſti.Bar.in l.Ariſto.ff.de don. Ad quod fundamentũ
reſpondebam,ꝙ nihil facit,cùm ſit ꝙ donatio ma-
gis inuitatur gratiæ: quia pro ipſa nullum ſeruitiũ
4 eſt præſtandum,quàm feudum, † quod conceditur
5 pp ſeruitiũ,c.1.in tit.in quib.cau.feud.amit. † &
tamen donatio dicitur contractus quidam.l.ſi do-
nationis.C.quod metus cauſa,l.ſi quis emptionis,
tit.in prin.C.de præſcr.30.vel 40.annorum,Bald.
Iunior in rub.de verbo.oblig.circa fin.Stante ergo
hoc aſſumpto pro vero,videlicet ꝙ feudum dr̃ eſſe
quidam contractus,infero ad probationem mino-
ris,ſed quod non potuerit Illuſtrisſimus Dux inue-
ſtire D.Gibertum de dicto feudo excluſis eius fra-
6 tribus vocatis ad feudum æqualiter poſt mortem
eorum patris,ex prima inueſtitura: quia † ne dum
priuatus,ſed princeps contractui obligatur, nec il-
lum poteſt reſcindere etiam de plenitudine pote-
ſtatis,c.1.de proba.Bald.in l.digna vox.C.de legi.
Paul.de Caſtr.in l.fin.C.de tranſact.vbi loquens de
7 ſummo Pontifice dicit, † ꝙ fȩdera inita cum ciui-
tate Bononiæ ſibi ſubdita reſcindere non poteſt ip
ſe,nec eius ſucceſſor, etiam de plenitudine poteſta
tis.Et idem tenet Bal.in l.1.in princ.ff.de pact.vbi
8 referens Magiſtrum ſententiarum dicit, † ꝙ etiam
Deus ipſe ex ꝓmisſione ſua obligatur. Et ratio eſt
ſecundum Lud.Rom.in conſil.352.incip.quæritur
primò,nunquid. circa finem. quia ſi aliter dicere-
mus,nullus inueniretur qui vellet contrahere cum
9 Principe, † & ſic hominũ priuaretur conſortio, qđ
eſſet ei valde graue,l.hi qui ſanctam.C.de apoſta.l.
cũ res,§.1.ff.de turo.admi.& iſtam rationem prius
tradidit Bal.in l.princeps,circa fin.ff.de legi.Ex q-
bus patet,ꝙ ẽt ſi expreſsè conſtaret de mente præ-
dicti Illuſtrisſimi Ducis, ꝙ voluerit inueſtire præ-
fatum Do.Gibertum in præiudicium aliorum eius
frattrum,iſtud non potuiſſet, etiam de plenitudine
10 poteſtatis, † quia à contractibus non licet diſce-
dere,etiam per ſuperiorem,nec detrahendo nec al
terando, nec in totum volendo, niſi vtraque parte
conſentiente,l.1.& l.ab emptione,ff.de pact. & ita
dicit D.Anto.de Butr.in conſi.60. incipien.primo
aſpectu.

Pro hoc etiam faciunt ea quæ dicuntur per Do.
Abb.in c.quæ in eccleſiarum.col.pen.extra de con
11 ſti.in verſ.& ex hoc ſoleo dicere, vbi cõcludit † pri
cipem non poſſe abſque cauſæ cognitione vaſallo
ſuo auferre feudum:quia in feudo eſt quidam con-
tractus in quo vltra citraq; naſcitur obligatio.c.de
forma.22.q.5.iuncta l.liber homo,ff.de verb.obl.
& princeps obligatur ex contractu per eũ celebra-
12 to.c.1.de prob. † Item quia natura feudi eſt, ut nõ
auferãtur ſine cauſæ cognitione.c.1.de natura feu
di, & cap. 1. de feudo ſin. cul. non amit. in vſibus
feudorum.

13 Prȩtereà vaſallus † in feudo conſequitur vtile do
minium,licet non directum:quia illud remanet pe
nes dominum concedentem. Sicut ergo nõ poteſt
14 † princeps auferre dñium directũ alteri, niſi ſubſi-
ſtente iuſta cauſa,l.item ſi verberatum,ff.de rei vẽ
dica.l.Lucius,ff.de euict. ſic etiam auferre nõ põt
dominium vtile.Ita dicit Bar.in l.poſſeſſores.C.de
fund.patrimo.lib.11.Pau.de Caſt.in conſi.158.in-
ci.uiſo,& examinato,in fine conſilij.

Secũdò principaliter,ꝙ dicta inueſtitura colla-
ta in perſonam D.Giberti non præiudicauerit alijs
eius fratribus,probatur alia rõne.Nam in dicta in-
ueſtitura nulla ſit mentio de iure cõpetẽre ipſis fra
tribus virtute primæ inueſtituræ,erit ergo interpre
tanda dicta conceſſio facta de dicto feudo ipſi Do.
Giberto taliter,vt non præiudicet iuri ipſorũ fra-
15 trũ: † quia non p̃ſumitur princeps aliquis cõcedẽs
uelle præiudicare iure tertij,l.2.§.merito. & §.ſi
qs à principe,ff.ne quid in loc.public.l. ex facto,in
princ.ff.de uulga.& pup.ſubſtitu. Et in tantum hæc
16 procedũt,quòd uerba prolata † in cõceſſione prin
cipis debent ſtrictè intelligi,nec capiunt illum in-
tellectum, quem poſſunt capere ex lato eorum ſi-
gnificatu, ut euitetur præiudicium tertij. Iſtud
probat tex.in capitulo ſuper eo. quem ibi põderat

Abb.in 2.notab.extra de off.deleg.ideò dicit Bal.
17 in l.2.in 5.col.C.de ſeruituti.& aqua.ꝙ † ſi Ponti-
fex cõceſſerit caſtrum cuiuſdam nobilis Titio, cre
dens ipſum eſſe eccleſiæ,nõ valebit talis cõceſsio:
quia Princeps iuſtitiæ non præſumitur velle alicui
ius ſuũ detrahere,l.ex facto.ff.de vulg. & pup.ſub-
ſti.dicit tamen,ꝙ iſte iuſtus error affert cauſam p̃-
ſcribendi.& hoc reſpectu ualebit conceſsio nõ quã
tum ad proprietatem.Allegat tex.in l.generaliter.
ff.de noxal.Faciunt etiam pulchra dicta Bal.in l.1.
col.1.ff.de conſt.prin.cuius verba hæc ſunt.omnia
mandata & reſcripta principum intelligi debent
cum iuſtitia.Ideò ſi quid det vel confirmet ſemper
intelligitur ſaluo iure alterius.l.auctoritate,&l.me
minerint.C. unde vi.Ideò in generali conceſsione
ſolum iuſta videntur confirmata , vt ibi latius
per eum.

Comprobantur præmiſſa.Nam vt dictum eſt in
præcedentibus nõ potuiſſet Illuſtrisſimus Dux Fer
rarię etiam ſi expreſsè voluiſſet facere dictã inueſti
turã in perſonam Do.Giberti,excluſis eius fratrib.
ĩ dubio ergo nõ p̃ſumit̃ hoc voluiſſe, q.a volũtas di
ſponentis non trahitur ad ea de quibus nõ poterat
in ſpecie diſponere, l.Lucius.§.Imperatores. Ve-
rus.ff.ad municipa.c.à nobis,de ſent. excõm.& ibi
notant omnes.Bal.in l.fi.§.in computatione. C.de
iure delibe.Bar.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de cõ
dit.inſti.cum ſuis concordantibus.

Poſtremò pro eadem cõcluſione adduco notabi
le dictum Compoſto.Io.And.Do.Anto.de But.Io.
de Imol.& omnium ſcribentium in cap. cauſam, q̃
18 de reſcrip.vbi dicunt, ꝙ † ſi Summus Pontifex man
dat ut beneficium alicui conferatur; non obſtante
collatione alteri facta, intelliguntur iſta verba de
collatione inualida,& hoc ne alteri præiudicetur.
Et de hoc dicto meminit Do.Alex.qui illud ſequit̃
in conſ.125.inci.viſo proceſſu,col.2.lib.4.& Io.de
Imo.in c.dilectus,el j.extra de præben. & multi a-
lij quos allegat Fely.in d.c.cauſam quæ.verſic.non
obſtant.Ex quibus concludo,ꝙ non obſtante dicta
inueſtitura collata in perſonam D.Giberti,ius alio
rum eius fratrũ remanſit integrum & illęſum, & ſic
partem quam habuit in dictis Caſtris uirtute pri-
mæ inueſtituræ in qua ſimul fuerũt uocati ad dictũ
feudum poſt mortẽ eorũ patris,indubitanter pete-
re poſſunt.Et hæc quò ad primum dubium.

Capio ſecundum articulum,in quo videtur dicẽ
19 dum, † ꝙ prædicti Principes, Ludouicus & eius fra
tres ſint excluſi à dicto feudo propter inueſtituram
non petitã infra annũ proximũ.tex.in c.1.in titulo
quo tempore miles inueſtituram petere debeat,in
20 vſib.feudo. † Nec eis prodeſt ignorantia iuris ſui:
quia tempus de quo in d.c.1.dicitur eſſe continuũ,
& ſic currit impedito ignoranti,cum ibi non expri
matur,ꝙ tale tempus datum ad petendam inueſti-
turam debet eſſe utile,iuxta Gl.quæ reputatur ſin-
gularis in rub.ff.de diuer.& temp.præſcr.quæ uult,
21 † ꝙ omne tempus præfixum à lege dicatur eſſe cõ-
tinuum,& ſic currat impedito & ignoranti,non aũt
dicatur utile,& maximè in caſu noſtro hoc dici de
bet,cum agatur de priuando vaſallum feudo, per
quam priuationem feudum reuertitur ad dominũ,
& ſic res reddit ad naturam ſuam,ideò tale tempus
currit ignoranti,de hoc eſt Gl.in c.ſtatutum,in uer
bo numerandum,de pręb.lib.6.

Sed prędictis non obſtantibus cõcludo contra-
22 rium in caſu noſtro,cum ſit † ꝙ præfatus D.Ludo-
uicus & eius fratres nunquam poſt mortem patris
ſeu Illuſtrisſimi Ducis Herculis poſſederint feudũ
de quo agitur,ideo non cucurrit eis dictum tẽpus à
lege conceſſum ad petendum inueſtituram. ſic de-
cidit Bal.poſt Gulielmum de Cun.in l.ſolennibus.
C.de rei uendi.Paul.de Caſt.in conſi.158.inci. ui-
ſo,& examinato puncto , limitans tamen illud di-
ctum, ut ibi per eum.

23 Præterea & ſecundò † tempus datũ vaſallo ad pe
tendam inueſtiturã,eſt utile non continuum, & ſic
non currit ignoranti,dummodo ignorãtia non ſit
craſſa & ſupina,de hoc eſt Glo.quæ ibi approbatur
in d.c.1.in Gl.2.in d.tit.quo temp.mi.inueſti.pet.
deb.& pro hoc facit tex.in l.quinquaginta, ff.de ex
cuſ.tut.per quem tex.dicit Bal. in l.item ueniunt,
24 §.cũ ãt,ff.de pet.hære. † ꝙ tempus à ſtatuto præfi-
xum ad ponendũ inſtrumenta in memorialibus nõ
currit ignoranti.Idẽ tenet Bal.in l.pen.C.de peric.
tuto.Faciunt ẽt notata p Paul.de Caſt.in cõſi. 176.
25 inci.uſ dicendũ.ubi dicit, † ꝙ ſi fiat cõuentio ꝙ q̃s
teneatur ſoluere infra annum à die compoſitionis
intelligitur,& ſubaudiri dẽt,& à tempore quo noti
tiam dictę cõpoſitionis habuerit,d.l.quinquagita.
& ibi Gl.in uerbo nominationis.ff.de excuſa.tuto.
Et prædicta comprobatur ratione.Nam ideò vaſal
lus infra annum non petens inueſtituram priuatur
feudo,uel q.a uidetur dominũ negligere, ideò iſta
pęna non cadit in ignorante ius in feudo ſibi com-
26 petere: † quia ignorans non dicitur cõtẽnere.l.ſi
quis ignorans,ff.loca.l.itẽ apud Labeonem.§.ſi q̃s
27 uirginẽ.ff.de iniur.Vel quia † is qui permittit ſibi
tẽpus labi à lege indultũ ad aliquid faciendũ, ius
ſuum uidetur emittere.l.ſi eo tẽpore.C.de remiſſ.
28 pig.l.Titia.ff.de accuſa. † Sed nullus præſumitur re
miſiſſe ius quod ignorat ſibi cõpetere.l.mater de-
cedens,ff.de inoff.teſtamen.l.legitimam, ff.de pe-
titio.hęredi.cum ſimilibus. Concludendum er-
go erit in hoc ſecundo articulo, ꝙ licet prædicti
nobiles infra annũ de dicto feudo inueſtiturã non
petierint,per hoc ius eis cõpetens in hoc feudo nõ
dicuntur amiſiſſe, cum à pauco tempore citra noti
tiam habuerint de inueſtitura, in qua uocati fue-
runt ad ſucceſsionem præmiſsi feudi poſt mortem
eorum parentum.

29 Non obſtat † doctrina Gl.in d. rubrica.ff.de di-
uerſ.& tẽpo.præſcription.quia illa Gloſſ.intelligi
debet,qñ tempus incipit currere:quia tunc uerum
eſt ꝙ erit continuũ,& labetur etiam ignoranti, &
impedito: ſed ab initio tempus à lege præfixũ eſt
utile,& non labitur ignoranti ſeu impedito.ſic il-
lam Glo.declarat & intelligit Pau.de Caſt.in conſ.
228.inci.uidetur,ꝙ dicta accuſatio ſit admittẽda,
& in conſil.276.incipi.uidetur dicendum.

30 Non obſtat † etiã Glo.in d.c.ſtatutum.in uerbo
numerandũ.quia illa Glo. procedit in caſu in quo
non infertur alicui præiudiciũ,ut in caſu dicti ca
pituli ſtatutũ.& ſi diceretur imò infertur. ibi præiu
dicium Summo Pontifici, qui amittit facultatẽ cõ
ferendi beneficiũ quod uacauit in curia Romana,

ad hoc

ad hoc rñdeo, ꝙ illud non eſt intereſſe pecuniariũ,
ideò nõ eſt habẽdũ in cõſideratione, prout vult Gl.
in l.fideiuſſoris,ff.de pac.quę allegat pro ſingulari.
Sed eſt ſimilis Gl.in l.3.§.1.ff.iudica. ſolui. Et pro
hac ſolutione in proprijs terminis eſt tex. in c.du-
dum.circa vlt.col.de præb.lib.6.

Deuenio ad tertiam & vltimam dubitationem,
in qua inſpecta dicta abſolutione & renuntiatione
multum generali, vr̃ indubitanter dici poſſe, ꝙ nul
lum ius cõpetat prefatis nobilibus in dicto feudo:
31 † cum ſit, ꝙ voluerint, ꝙ dicta abſolutio compre-
hendat cogitata & non cogitata, virtute cuius clau
ſulę dicendum eſt, ꝙ feudo ſit renuntiatum, licet
de illo non cogitauerint, cum ita voluerint contra-
hentes.c.quam periculoſum,7.q.1. l. quæritur.§.ſi
uenditor.ff.de ędil.edic.ideò tex. in l.fi. in fi.C.de
32 dot.promiſ.cõſuluit † vt quilibet ſit cautus in pro-
latione uerborum, ne dum effuſo ſermone vtitur,
in promptum ſui incidat periculum. Faciunt notat.
per Bal.in l.pactũ,quod dotali.in 15.q.C.de colla.
33 vbi dicit, † ꝙ clauſula generalis quę abſolutè poni
tur, & quę non reſtringitur ab aliqua cauſa virtutẽ
34 habet generalem, per illud brocardum † quod ge-
neraliter dictum eſt, generaliter debet intelligi, ni
ſi ſit aliqua ratio reſtrictiua.l.1.C. de lib. pręterit.
Suadetur iſta opinio alia vrgenti ratione. Nam
ſuper iſta renuntiatione ſeu abſolutione interpoſi-
35 tum fuit iur̃m, cuius magna eſt virtus, † & ex quo
actus inualidus ſumit robur. c. cum contingat, de
iureiur.auc.ſacramenta puberũ.C. ſi aduerſ.vend.
36 cum ibi not. † Et licet iuramentum nihil operetur
in contractu cui deficit cõſenſus contrahentis.l.fi.
C.de non num.pec.Bar.in l.ſi quis pro eo. col. vlt.
de fideiuſſ.Io.de Imo.in c.per tuas. de arbitr. & in
c.1.de iudici.Lud.Roma. in conſ. 51. inci. in caſu
37 propoſitę cõſultationis.col.8. † attñ vbi adeſt con
ſenſus in genere, tunc iuramentum operatur effe-
38 ctũ ſuũ: quia paria ſunt, † ꝙ adſit uoluntas in ſpe-
cie uel in genere.l.qui iure militari.ff. de milit.te
ſta.& ita declarat Io.de Imo.in c.1.col. 3. extra de
cõmod.Alex.in l.1.§.ſi qs ita.col.4.ff.de verb.obl.
Bal.& Sal.in l.1.circa fi.C.commod. Moderni in l.
ſancimus.C.de teſtam.ideò infert Aret. in cõſ.33.
39 inci.conſultatio pręmiſſa.col. vlt. † ꝙ ad tollendũ
beneficium alicui competens, ſufficit, ꝙ is qui re-
nuntiat cogitauerit in genere de beneficio ſibi cõ-
petenti. Allegat tex. & ibi Bar. in l. ſub pretextu.la
40 ij.C.de tranſa. † Et quia in contractibus tantũ ope
ratur renuntiatio generalis quantum renuntiatio
facta in ſpecie.l.ſi duo.ff.de tut.admin.Bal.in l. ſed
ſi quis, §.quęſitũ. ff. ſi quis cauti.cum ergo prędicti
nobiles voluerint dictam renuntiationem ſeu ab-
ſolutionem comprehendere cogitata vel incogita
ta, ex iſtis verbis patet illos ſaltem in genere cogi-
taſſe de feudo, licet de illo nulla ſpecifica facta fue
rit mentio. igitur illi cenſet renuntiatũ: quia ſaltẽ
in gñre cũ fuerit eorũ volũtas q̃ ſufficit ad validan-
dũ cõtractum, maximè ſi ſuper eo iuramẽtum fuit
interpoſitum, per ea quę ſuperius deducta fuerunt.
His tamen non obſtantibus; concludo contrariũ
& pro potiſſimo fundamento huius cõcluſionis ꝑ-
mitto aliqua ĩ facto, & in iure. Et primò ꝙ in ciuita
te Bononiæ adeſt ſtatutum diſponens, vt nulla do-
natio excedens ſummam centum librarum ualeat
niſi fuerit inſinuata, & de ea fuerint rogati duo no
tarij. Itẽ, ꝙ deat fieri in pręſentia ſeptẽ teſtiũ, prę-
41 mitto etiam & ſecundò, † ꝙ liberatio ſeu renun-
tiatio iuris iam acquiſiti dicitur eſſe quædam dona
tio, & ſic exigit inſinuationẽ ſicut & ipſa donatio:
arg.l.in ędibus.§.1.ff.de dona.& de hoc eſt Gl.in l.
ſi quis obligatione.ff.de reg.iur.Idem firmat Bart.
in l.Modeſtinus.ff.de don.Bal.ĩ l.pactũ quod dota
li. in 17.q. C. de colla. & in l.illud.in 6.q.C.de ſa-
croſan.eccle.quia liberatio ſeu remiſsio eſt quędã
donatio.l.ſi mulier.ff.de cond. ob cauſ. idem etiã
cõcludit D.Ant.de Cana.in tractatu inſinuationis
q.46.Pro quo facit etiam quod voluit idem Bal.in
l.illud.in verſ.ſecundò quęro.C.de ſacroſanc.eccl.
42 vbi † quęrit an renuntiatio futurę ſucceſsionis fa-
cta per filiam dotatam patri cum iuramento inſi-
nuationem requirat, & includit, ꝙ cum hęc renun-
tiatio obuiet iuri quærendo inſinuatione non indi
get, ſecus ſi renunciaret filia ſucceſsioni iam acqui
ſitæ: quia pater eſſet defunctus, nam tunc hęc renun
tiatio exigeret inſinuationem, vt ibi per eum, quẽ
ſequitur prefatus Do. Anto. in d. ſuo tractatu inſi-
nuationis, quæſtione quadrageſimanona.
43 Tertiò & vltimò pręmitto, † ꝙ quando duo fo-
renſes cõtrahunt in aliquo loco, tenentur iſti in cõ
tractu per eos celebrando adhibere ſolẽnitates re
quiſitas ex forma ſtatuti illius loci ĩ huiuſmodi cõ-
tractibus.l.ſi fundus.ff.de euic.& eſt doctrina Bart.
in l.cunctos populos.in uer.nunc veniamus. col.4.
C.de Summa Trin.& fi.cath. Et idem firmat Bal. in
44 l.1.in 4.& 5.q.C.de cõtrahen.emp.ubi dicit † ꝙ ſi-
cut forenſis contrahẽdo in aliquo loco ſortitur ibi
forum quo ad principalẽ cõtractum.l.hęres abſens
in princ.ff.de iudic.c.Romana.§. contrahentes.de
foro compet.in 6.ita etiam quo ad conſequẽtiam
ipſius contractus, & pro hoc eſt bonus tex. in l.ma-
gis puto.in §.illud.quam ibi notat Bald. ff. de reb.
eo. Iſtis ſic præmiſsis deuenio ad fundamentum hu
ius concluſionis & dico, ꝙ ex quo iſta liberatio ſeu
renũtiatio continet maximam ſummam, maximè
reſpectu dicti feudi uiribus non ſubſiſtit, cũ nõ fue
rit inſinuata, nec etiam fuerint adhibiri duo nota-
rij, quæ ſolennitas requirebatur ex forma ſtatuti ci
uitatis Bononiæ in donatione excedente ſummam
cẽtum librarum, quæ ſolennitas debuit adhiberi in
hoc cõtractu, licet ipſi contrahẽtes eſſent forẽſes
& nõ ſubiecti iuriſdictioni ciuitatis Bononię: quĩ
vt præmiſſum eſt, in ijs quæ reſpiciunt ſolennitatẽ
contractus, ſtatuta ligant forenſes ibidem contra-
hentes. pro quo faciunt notata per eundem Bar.in
d.l.cunctos populos.in 6.col. vbi concludit, ꝙ ſta-
tutum vel cõſuetudo quæ viget geſta per eum uiri-
bus ſubſiſtunt: arg.tex.in l.Barbarius.ff.de off.præ-
tor.cum ſua materia.& l.3.in princ.ff. ad Macedo-
nia.ibi ſic agebat, ſic contrahebat, ſic muneribus
publicis fungebatur, hæc priuatio de eo ſubſecuta
circa munus legationis infringere poteſt prius per
45 eum geſta: arg.tex.in l.fi.C.de ſent.paſſ.ubi † reſci
ſa deportatione per reſtitutionem conceſſam à
principe, prius geſta non infirmantur. Ad idem fa-
cit bonus tex.in c.ad apoſtolicę.circa fi.de ſenten.
& re iudica.libr.6.ibi, auctoritate apoſtolica inhi-
bendo

bendo ne quiſquam de cętero ſibi tanquã Imperatori uel Regi pareat: ergo ante depoſitionẽ factam illi fuit parendum. Ad idem eſt bona Gl. in l. iuſiurandum. §. 1. in verbo competit. ff. de iureiur.

Sed iſtis non obſtantibus, cõtrarium arbitror de iure verius, & pro fundamento dicendorũ præmit-
46 to † ꝙ Summo Pontifici enuncianti id quod ab eo geſtum eſt pleniſsima fides adhibetur, ita ꝙ nõ admittitur probatio in contrarium, Clem. 1. & ibi notatur per Doct. de probat. Summo ergo Põtifici aſſerenti eius intentionis nunquam fuiſſe concedere prefato legato, niſi ea quę conceduntur de iure ipſi, & quæ alijs legatis communiter concedi conſueuerunt credendũ eſt, nec ſuper hoc exigitur alia probatio per tex. in d. Clem. 1. cũ ſua materia. de pro-
47 ba. † Solũ ergo videndũ eſt an virtute facultatis p quam noluit adimere Sũmus Pontifex prefato legato potuerit donare bona de quibus ſupra vel ne, in quo breuiter concludo ꝙ nõ. per tex. in l. prohibere. in §. planè. ff. quod vi aut clam. per quẽ tex. dicit
48 ibi Bar. ſe ↄſuluiſſe † ꝙ legatus de latere nõ potuit cõcedere caſtra pertinentia ad curiã Romanã ciuitati Camerini: quia hoc non fuerat ſibi expreſsè cõceſſum à Papa. & idem conſuluit Bar. in conſ. 196. inci. ciuitati Camerini. vbi dicit, ꝙ cõceſsio facta per D. Cimbaldum tituli Sãcti Laurentij Cardinalem de quibuſdam Caſtris & villis pertinẽtibus ad eccleſiam Romanam non valuit: quia tales conceſſiones legati, & rectores prouinciarum facere non poſſunt. allegat tex. in d. l. prohibere. & tex. in l. pręſes. C. de tranſac. & tex. in l. pactum curatoris. C. de pact. ex quorum iurium allegatione patet Bar. velle, ꝙ iſti legati non poſſunt donare nec caſtra nec quid aliud: quia non cenſentur habere facultatem donandi, niſi expreſsè, & nominatim concedatur eis talis facultas, prout dr̃ in pręſide prouinciarum
49 & in tutore, & curatore. Pro quo facit, † quia in mãdato quantuncunque generali nõ includitur facultas donandi. l. filiusfamilias. ff. de don. c. fi. de off. vica. lib. 6. Ex quibus ergo concluditur donationem factam per ſupraſcriptum D. Legatum de bonis cõfiſcatis, & ſic, quorum dominium ipſo iure erat acquiſitum Reipublicæ Bononiæ. & ſic Summo Pontifici viribus non ſubſiſtere. l. Cęſar. ff. de publican.

Non obſtant adducta in contrarium: nam ad primum fundamentum reſpondeo ꝙ in caſu l. Barbarius. tolerantur geſta per non habentem poteſtatẽ in prætorem ſi fuerant ritè & legitimè facta, & confirmatio ſubſecuta ab eo qui habebat poteſtatem, ideò licet dictus Barbarius eſſet incapax dicti officij, nihilominus geſta per eum ratione cõis erroris validantur, ſed ſi ſine electione aliqua Barbarius ſe præturæ ingeſiſſet, tunc ratione communis erroris non voluiſſent geſta per eum. Ita tenet Inno. in c. nihil. de ele. Bar. in l. actuarios. C. de munera. lib. 12. idem Bar. in tractatu de tyrãno. q. 11. & in trac.
50 repręſalia. in 5. q. 2. prin. ubi dicit † ꝙ geſta a tyrãno qui occupauit Rẽpublicã ſua auctoritate, & ſic qui nõ fuit electus ab habente poteſtatẽ nulla ſunt. per textum in l. decernimus. C. de ſacroſan. eccl. & idem tenet Ang. in d. l. Barbarius, vbi allegãdo Innoc. in c. cum dilecti. de elec. dicit, ꝙ ſi electio ritè fuiſſet facta in caſu dictæ legis, & confirmatio electionis non fuiſſet ſubſecuta, non procedit diſpoſitio dictæ legis. Cum ergo præfatus Legatus circa actum donandi non haberet facultatem à Summo Pontifice, & ſic ad iſtum actum nõ fuiſſet ab eo electus, ſequitur, ꝙ huiuſmodi donationes, ſi quæ per ipſum factæ fuerunt, viribus nõ ſubſiſtunt, nec ualidari dẽnt ratione cõis erroris. Pręterea pr*ę*dicta in contrarium adducta procedunt quando lex non aliter irritat geſta per falſum adminiſtratorem, ſed in caſu noſtro illa expreſsè irritantur per Summum Põtificem, igitur nõ eſt diſputandum de ualiditate
51 eorum † cum ſumma ſit ptãs Summi Pontificis. c.
52 propoſuit. de conceſ. præb. † & inſtar ſacrilegij eſt diſputare de eius poteſtate. l. 2. C. de cri. ſacrilegij.
53 Vltimæ obiectioni rñdeo, † ꝙ illa procedit qñ legitimè quis fuit promotus ad officium ſeu dignitatem. nam licet poſteà priuetur officio, geſta per
54 eum non infirmantur: quia † ꝙ legitimè geſtum eſt non vitiatur ſuperueniente delicto, nec ex alio euẽtu. l. nec enim. ff. de iti. actuq; priua. l. ſancimus. C. de admin. tuto. ſed ubi à principio quis non fuit legitimè electus in totum uel pro parte, prout in caſu noſtro, quo ad certum donandi & huiuſmodi actus ſic atteſtante ſummo Pontifice, tunc geſta per tales adminiſtratores caſſari debent, ſecundum Doct. in d. l. iuſiurandum quòd ex conuentione. §. 1. Angel. & Do. Alexand. in l. ſi tibi. §. cum poſſeſſor. ff. de pactis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Mulier à uiro ſuo inſtituta hæres uſufructuaria in omnibus bonis an intelligatur inſtituta in uſufructu, an uerò in uſufructu & proprietate. & nume. 9. cum ſequenti.*
2 *Teſtamenti tenor inſpiciendus eſt, ubi de interpretanda uoluntate defuncti agitur.*
3 *Non diſpoſitum à teſtatore pro omiſſo habetur.*
4 *Vſusfructus formalis & proprietas in eadem perſona concurrere non poteſt.*
5 *Vſusfructus formalis quid ſit.*
6 *Res propria non poteſt duobus ſeruitutem debere.*
7 *Collatio unius operatur alterius ademptionem.*
8 *Teſtator quod uult facile exprimit.*
10 *Inſtitutio omnium bonorum ad proprietatem trahitur.*
11 *Inſtitutio hæredis quandoque reſoluitur in fideicommiſſum, & perinde eſt ac ſi eſſet grauatus poſt mortẽ ſuã hæreditatem reſtituere.*
12 *Verbum hæres, quid ſignificet.*
13 *Verbum dominum, dominium proprium & directum denotat.*
14 *Verbum uſusfructuaria, quid importet.*
15 *A uerborum proprietate non eſt recedendum.*
16 *Vxor relicta hæres uſufructuaria habere debet uſumfructum, aut dominium.*
17 *Inſtitutus hæres in uſufructu dicitur hæres uniuerſalis, adeo, quòd eius aditione teſtamentum confirmatur.*
18 *Inſtitutus in re certa loco legatarij habetur.*
19 *Agnitione legati teſtamentum non poteſt confirmari.*
20 *Promiſſum poſt certum tempus, ante illud tempus cenſetur prohibitum.*
21 *Ius accreſcendi per teſtatorem prohiberi non poteſt.*
22 *Vltima prioribus derogant.*

23 *Hære-*

33 *Hæreditas non poteſt directò dari nec adimi in codicillis.*

34 *Codicillus in quo adbibitæ ſunt ſolennitates quæ in teſtamento ſufficiunt, dici debet teſtamentum.*

35 *Contractus ſubſtantia conſideratur, non eius verbalis denominatio.*

36 *Teſtamentum non impeditur quin ualeat, ſi teſtator hæredes inſtituit, & notarius dixit, talis uolens facere codicillos.*

Inepta notarij denominatio nõ uitiat teſtamẽtũ. et n. 27

28 *Teſtes quot requirantur in teſtamento in terris Eccleſiæ.*

Limitatio ad c. cum eſſes. de teſtamen.

29 *Inſtituens hæredem, uidetur uelle teſtari.*

30 *Teſtes teſtamentarij, adhibiti & rogati eſſe debent, non in codicillis.*

31 *Inſtitutis uenientibus ab inteſtato in codicillis, an primum teſtamentum rumpatur in quo uxor inſtituta eſt & num. 32.*

33 *Hæredis inſtitutio caput eſt teſtamenti, & ſine illa dici non poteſt teſtamentum.*

34 *Actus uoluntarij non egrediuntur metas uoluntatis.*

35 *Oratio generalis omnia comprehendit.*

36 *Dictio ſaluo, quid denotet.*

37 *Inſtitutio facta in teſtamento non poteſt in codicillis reuocari.*

38 *Nemo poteſt cum duobus teſtamentis decedere niſi ſit miles.*

39 *Solennitas requiſita in teſtamento adhibita in codicillis non facit illos deſinere eſſe codicillos.*

40 *Vxor grauata de reſtituenda hæreditate poſt eius mortem an quartam detrahat.*

41 *Quarta Trebellianica per quæ uerba probibeatur, & nume. 44.*

42 *Hæres promittens ſoluere integra legata, falcidiam non poteſt detrahere.*

43 *Legata dicuntur plenè præſtari quando ex eis falcidia non detrahitur.*

44 *Lex ubi mandat aliquid fieri expreſſim, illud uerbis ſingularibus exprimi debet, nõ autem per coniecturas.*

45 *Lex diſponens fructus integros eſſe reſtituendos, intelligitur deductis ſumptibus & expenſis à iure permiſſis.*

46 *Teſtatoris uoluntas interpretatur ſecundum eius opinionem, licet aliter ſe habeat.*

CONSILIVM LXXIX.

FACTVM fuit teſtamentum in quo teſtator poſt multa legata deueniẽs ad vniuerſalem inſtitutionem, illam ijs uerbis formalibus concepit. In omnibus autem alijs ſuis bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus & actionibus, tã præſentibus quàm futuris D. Frãciſcã eius vxorem hæredem inſtituit vſufructuariam vt ſupra, in vita ſua tñ communicando dotes ſuas, & faciendo vitam uidualẽ, & poſt mortem ipſius Do. Franciſcæ Maſonem hęredẽ vniuerſalem inſtituit, demum pręfatus teſtator fecit codicillos in quibus inter cętera ſic diſpoſuit. Inſuper voluit dictus teſtator, ꝙ Maſonus & Antonius eius fratres ęquales ſint in oĩbus ſuis bonis iuribus & actionibus pręſentibus & futuris. eidemq; ſuccedãt ęquali portione in ſua hęreditate, caſſando & annullãdo oẽm aliã inſtitutionẽ in eius teſtõ quomodocunque factam, ſaluo tamen & ſemper reſeruato, ꝙ Do. Franciſca eius vxor ſit vſufructuaria, prout in teſtamento continetur, in eius uita tantum, & poſt eius mortẽ noluit præfatus teſtator eius bona & hæreditatem integraliter peruenire ad prędictos eius fratres.

Stãtibus prædictis, per hunc teſtatorem ſic ut ſupra diſpoſitis, de tribus q̃onibus dubitari cõtingit.

Prima quęſtio eſt, an per inſtitutionem ſuperius relatam, dicta D. Franciſca fuerit inſtituta in vſufructu, an uero in vſufructu & proprietate.

Secunda quęſtio eſt, an per codicillos de quibus ſupra fuerit reuocata inſtitutio facta de pręfata D. Franciſca reſpectu proprietatis.

Tertia eſt quęſtio, an per illa verba integraliter, videatur prohibita quartę Trebellianicę detractio.

1 Capio † primam quęſtionem, in qua vr̃ dicendum
ꝙ huic mulieri debeatur ſolus vſusfructus in bonis
teſtatoris, & non proprietas, conſideratis uerbis te
2 ſtamenti, de quo ſupra, † ad cuius tenorem recurrendum eſt, vbi agitur de interpretanda voluntate defuncti. §. nos igitur. in auc. de reſt. fideic. colla. 7. Nam prędictus teſtator inſtituit dictam D. Franciſcam heredem vſufructuariam, & de proprietate
3 bonorum nihil locutus eſt: † quod ergo non fuit diſpoſitum per teſtatorem pro omiſſo habeatur: arg. l. ſi ſeruum. §. non dicit pretor. ff. de acq. hęre.
4 Confirmatur: quia † ſi hęc mulier diceretur inſtituta etiam in proprietate bonorum, certè cõcurreret in eadem perſona vſusfructus formalis & pro-
5 prietas quod eſſe non poteſt: quia † vſusfructus for
malis eſt quędam ſeruitus debita à re perſonę, Gl.
6 magiſtra. inſtit. de ſerui. ruſtic. prędio. in prin. † res autem propria non poteſt duobus ſeruitutem debere. l. vti frui. in prin. ff. ſi uſusfru. peta. l. in re communi. ff. de ſeruit. ruſtic. prędio.
7 Pręterea & tertiò, † collatio vnius operatur alterius ademptionem. l. quod in rerum. §. 1. ff. de leg. 1. l. cum prætor. in prin. ff. de iudic. teſtator ergo relinquendo vſumfructum vxori in omnibus bonis ſuis, cenſetur noluiſſe nudam bonorum proprieta-
8 tem ad vxorem ſpectaſſe eo maxime, † quia facile fuiſſet ei hoc exprimere ſi ita voluiſſet. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de caduc. toll. & c. ad audientiam de decimis.

Iſtis tamen non obſtantibus, in hac prima quæ-
9 ſtione concludo contrarium, uidelicet, † quòd hęc mulier in omnibus bonis fuerit hęres inſtituta, ne dum reſpectu vſusfructus, quinimo & reſpectu proprietatis.

Et pro hac concluſione moueor in primis hac ratione. Nam q̃n teſtator inſtituit aliquem in vſufructu ſimpliciter, & poſt eius mortem inſtituit alium uniuerſalem hęredẽ, tunc iſte primus inſtitutus dr̃ hæres ne dum reſpectu uſusfructus, quinimo & reſpectu proprietatis, qui dum uiuit nullum habet co
10 heredem. † Ideò inſtitutio facta in uſufructu, uelu-
ti in re certa, trahitur ad proprietatem, ne cõtingat teſtatorẽ decedere ꝓ parte teſtatũ & pro parte inteſtatum. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ſi quis ita hęres inſti
11 tuat exceptio fundo. ff. de hæred. inſtituen. † inſti-
tutio ergo primi heredis reſoluit ĩ fideicõmiſſum, & pinde eſt ac ſi eſſet grauatus poſt mortẽ ſuã hęreditatem

ditatem inſtitueret.Iſtam concluſionem tenet Bal.
in l.id quod pauperibus.in 14.q.C.de epiſ.& cleri.
Ang.in l.2.ff.ſi pars hęredi.petatur.Io.de Imo.in l.
ſi filius à patre.ff.de lib.& poſth.Sal. & Moderni in
l.extraneum.C.de hęr.inſtituen.Alex.in conſ.162.
inci.circa primum dubium.in 2.lib.cum ergo prę-
dictę D.Franciſcæ inſtitutæ hęredi in vſufructu nul
lus datus fuerit cohęres, cenſebitur inſtituta nedũ
in vſufructu, quinimo & in proprietate per d.l.1.§.
ſi ex fundo.& per alia ſuperius adducta.

Confirmatur & ſecundò iſta concluſio.Nam di-
ctus teſtator inſtituit pręfatam Do. Franciſcam ne
dum vſumfructuariã ſimpliciter,quinimo inſtituit
eã hęredem vſumfructuariam,quod quidẽ verbum
12 † hęres,idem ſignificat quod dominus. §. fi.inſtit.
13 de hęre.qualit.& differ. † ſed ſignificatũ huius uer-
bi dominus aut domina,importat dominium pro-
prium & directum.l.1.§.qui imperpetuũ.ff.ſi ager.
vecti.vel emphy.petat.l.1.§.domini. ff. ad Syllani.
14 † ſignificatio autem huius verbi vſusfructuaria,im
portat vſumfructum qui recipit ſeparationẽ à pro-
prietate,inſtit.de vſufruc. in princ.non recedendo
15 † itaque à verborum proprietate à qua in dubio
non eſt diſcedendum l.non aliter.ff.de leg.3.patet
vſumfructũ, & proprietatẽ totius hęreditatis huic
16 mulieri fuiſſe relictum.Verum † quia vſusfructus
formalis & proprietas in eadẽ perſona concurrere
nõ poſſunt,vt dictũ eſt,erit ĩ electione mulieris ac-
quirere vſumfructũ aut dominium:& ſi dominium
elegerit,illud conſequetur pleno iure, videlicet cũ
vſufructu.de hoc eſt caſus in l.ſi Titio fundus. ff.de
vſufr.leg.& ita formaliter decidit Ang.in cõſ.150.
inci.viſo themate,& quęſtionibus.col.5. quem ſe-
quitur D.Franc.Are.in l.filius à patre. ff. de libe.&
poſthu. dico ergo, ꝙ per illa verba quibus fuit vſus
teſtator inſtituendo vxorẽ hæredẽ vſumfructuariã,
ne dum vſusfructus,quinimo & proprietas cẽſetur
ei relicta in eius tñ electione,electa itaq; proprie-
tate,& vſumfructũ cõſequetur.d.l.ſi Titio fundus.

Confirmatur & tertiò hęc concluſio:per id quod
decidit Benedictus de Plombino in l.qui duos. in
prin.ff.de manumiſſ.teſtam.quem ſequuntur Alex.
& Moderni in l.extraneum. C. de hęre.inſtituend.
vbi dicit, ꝙ ſi teſtator reliquit vxori vſumfructum
omnium bonorum,adijciens, ꝙ conſtituebat eam
dominam & vſumfructuariam toto tpe vitæ ſuæ,
per iſta uerba dicitur eam hæredẽ inſtituiſſe. ideo
teſtamentum eius aditione cõfirmatur: quia idem
eſt dicere domina,ꝙ hęres.l.his uerbis.in princ.ff.
de hęredib.inſtituend.& ſic uolunt pręfati Docto-
17 res † ꝙ quando teſtator inſtituit hæredem aliquẽ
in vſufructu,iſte dicatur hęres uniuerſalis,ita quòd
eius aditione teſtamentum poſſit confirmari:quia
niſi diceretur hæres uniuerſalis,eius aditione teſta
18 mentum non poſſet confirmari. † cum inſtitutus
in re certa habeatur loco legatarij,l.quoties. ff. de
19 hęred.inſti. † & agnitione legati teſtamentum ip-
ſum non poſſit confirmari.l.ſi nemo.ff.de teſta.tu-
te.& l.ea quam.C.de fideicommiſſ.

Suadetur & quartò hęc concluſio alia concludẽ-
ti ratione.Nam dictus teſtator poſt mortem vxoris
inſtituit Maſonum hęredem uniuerſalẽ: ergo ante
eius mortem noluit illũ eſſe hęredẽ in bonis ſuis:
20 † quia promiſſum poſt certum tempus,ante illud tẽ-
pus cenſetur prohibitum:arg.l.ſtatu liberũ. §.pen.
ff.de leg.2.l.epiſtola.§.fi.ff.de pac.Cum ergo ante
mortem dictę mulieris nõ reperiatur aliquis inſti-
tutus in proprietate bonorum,dicendum eſt,quòd
hęc mulier, licet expreſsè in ſolo uſufructu fuiſſet
hęres inſtituta,proprietatem tñ conſequi debeat,
uirtute iuris accreſcendi.l.1.§.ſi ex fundo. ff. de hę
21 re.inſtituen. † ꝙ per teſtatorem expreſsè prohibe
ri non poteſt,ſecundum Glo.in l. ſeruus cõis. ff.de
aeq.hęred.cuius opinionem tenuit Dyn.in l.quo-
ties.§.ſi duo.ff.de hęr.inſtituen.Sal.in l.quoties.in
uerſ.ſextò quęro.C.eo.Sal.& Roma.in l.1.C.quan
do non peten.partes.Io.de Imol.in l.1.§. ſi ex fun-
do.in fi.& in l.ſi quis ita hæres inſtituatur.& in l.hę
reditas ex die.ff.de hære.inſtit.Ang.Aret. in §.hæ-
reditas.inſti.eo.ubi dicit hanc opinionem eſſe ue-
ram,licet Bar.contradicat, & idem tenet D.Alex.
in l.ſi quis priore. ff. ad Treb. & iſta eſt communis
opin.prout dixi in rep.l.re coniuncti.in 5.chart.ff.
de leg.3.ubi reſpondi rationibus quæ adducuntur
pro parte contraria,indubitanter ergo concluden
dum eſt huic mulieri deberi ne dum uſumfructum
oium bonorum teſtatoris,quinimo & proprietatẽ.

Non obſtant adducta in cõtrarium, & ad primũ
fundamentum rñdetur,ꝙ uerba teſtatoris nõ repu
gnant,cũ hęc mulier dicatur ẽt hæres proprietaria
per illud uerbum hęredem,quo uſus fuit teſtator.

Pręterea etiam ſi teſtator expreſſe diſpoſuiſſet,
ꝙ in uſufructu ſolum eſſet hæres,& non in proprie-
tate,adhuc reiecta hac uolũtate teſtatoris,hęc mu-
lier uniuerſum patrimonium teſtatoris conſequi
deberet uirtute iuris accreſcẽdi, quod ut dixi pro-
hiberi non poteſt, & per hanc reſponſionem patet
ſolutio ad alia duo fundamenta in ꝯrium adducta.

Capio ſecundam quęſtionem,in qua ur̃ poſſe di-
ci ꝙ inſtitutio facta de muliere reſpectu proprieta
tis fuerit reuocata per poſteriorem uoluntatem te
22 ſtatoris,quę eſt attendenda, † cum ultima derogẽt
prioribus.l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.
& l.quod ſi iterum.ff.de adimen.leg.
23 Et ſi diceretur hęc poſterior uoluntas fuerit † co
dicillus in quo hæreditas non põt directo dari nec
adimi.l.Scęuola.ff.ad Treb.& l.2.C. de codicil. ad
hoc reſpondeo, ꝙ licet teſtator illam uoluntatem
24 appellauerit codicillum,† ex quo tñ in eo fuerunt
adhibitę ſolennitates quæ ſufficiunt in teſtamento
dici & nominari debet teſtamentum non autẽ co-
25 dicillus: † quia conſideranda eſt ſubſtantia cõtra-
ctus non eius uerbalis denominatio ſecũdũ Bar.in
l.cotem ferro. §. qui maximos.ff.de publ.& in di-
ſput.inci.publicanus quidam.ideò decidit Ang.in
26 l.illud.§.tractari.ff.de iure codicillis. † quòd ſi te-
ſtator inſtituit hæredes, & notarius dicat talis uo-
lens facere codicillos, certè per hæc uerba notarij
non impeditur quin ualeat teſtamentum.Et hoc di
ctum ſequitur Alex.in conſi.141.inci.maturè, cir-
ca fi.in 1.uol.Et idem decidit Bal. in l. Imperator.
27 in 2.col.ff.de ſtatu homi.ubi † dicit ꝙ ſi notarius
imperitus dicat Titius uolens teſtatus decedere fe
cit codicillum in quo Titium ſuum hæredem uni-
uerſalem inſtituit,certè uolebit actus,& erit teſta-
mentum,non obſtãte iſta inepta denominatione:
quia

quia potius valet quod aptè ſentit, quàm viciet qđ
profert ineptè: vt notatur in l.ſi librarius, ff.de reg.
iur. Quod autem in hac poſteriori vltima volútate
ſint adhibitæ ſolennitates requiſitę in teſtó patet:
28 † quia in eo fuerunt adhibiti quinque teſtes qui
ſufficiunt in terris ſubiectis Eccleſię, ét ſi nullus ex
dictis teſtibus fuerit pſbyter parochianus, ſecúdú
Spe. in tit. de inſtru. edit. §. cópendioſè, in verſ. ité
ſi per ius canonicú, ubi limitando tex. in c. cum eſ-
ſes, de teſta. dicit, ꝙ quatuor teſtes ſine parochiano
ſufficiunt in terris ſubiectis Eccleſię. & idé firmant
Imo. & D. Abb. in d. c. cum eſſes. Lud. Roma. in auc.
ſimiliter. C. ad leg. Falc. in 34. ſpeciali pię cauſę in-
ter vltimas voluntates. Alex. in conſ. 17. inci. ponde
ratis his. col. 4. lib. 3. & in conſ. 105. inci. viſo & di-
29 ligenter conſiderato. col. 4. lib. 4. † Item fuit facta
hęredis inſtitutio, quæ arguit teſtatorem voluiſſe
teſtari, non codicillari. l. non codicillú. C. de teſta.
Nihil repugnat ergo, quin hæc vltima voluntas di-
cať teſtḿ, licet teſtator illá appellauerit codicillú.
30 † Prętereà & tertiò prædicti quinque teſtes fue-
runt adhibiti & rogati, quæ ſolennitas eſt neceſſa-
ria in teſtamentis & nó codicillis. l. fi. in fi. C. de co
dicillis. Ex quibus ergo concludendum eſt, ꝙ po-
tuit reuocari hęredis inſtitutio facta in primo te-
ſtamento in hac poſteriori vltima voluntate, quæ
dici debet teſtamentum non codicillum.
31 Prætereà † & ſecundò principaliter pro hac parte
facit: quia hęc vltima voluntas in qua fuerant inſti-
tuti venientes ab inteſtato, licèt aliàs ſit minus ſo-
lennis, tñ valere debet, & derogat priori teſtamen-
to in quo vxor extranea, & cui non debetur ſucceſ-
ſio mariti ab inteſtato defuncti primo gradu fuit
hæres inſtituta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis auté,
C. de teſta. l. 2. ff. de iniuſ. rup. irritoque teſtam.
Sed ijs non obſtantibus concludo contrariú, ui-
32 delicet, ꝙ † inſtitutio facta de prędicta vxore teſta
toris remanet firma, nec ei cenſetur derogatum p
dictam poſteriorem vltimá voluntatem: & pro fun
damento iſtius cóncluſionis in primis conſideranda
ſunt verba dictæ vltimæ volútatis, in qua dŕ cum ip
ſe Petronius ſciat, & recordetur in dicto teſtó mul
ta legata ſe feciſſe, quod teſtamentum & omnia ſin
gula in eo contenta & deſcripta in omnibus confir
mauit, approbauit & valere voluit præter infraſcri-
pta &c. Ex quibus verbis apertè oſtenditur teſtato-
rem voluiſſe dictum teſtamentum non immutari,
nec ei derogari per ſubſequentem voluntaté: ſi er-
go voluit teſtator primum teſtamentum firmum
manere, per conſequens voluit inſtitutionem factá
de vxore non immutari, nec eidem derogari per di
33 ctam poſteriorem eius voluntatem. † Cum hære-
dis inſtitutio ſit caput teſtaméti, & ſine illa dici nó
poſſit teſtamentum. §. ante hęredis. inſti. de leg. &
l. proximè. ff. de ijs quæ in teſtam. delentur.
Secundò conſidero alia verba eiuſdem teſtamé-
ti dum in eo dŕ, ſaluo tamen & ſemper reſeruato,
ꝙ D. Franciſca eius vxor ſit uſusfructuaria, prout in
teſtamento continetur, quæ uerba etiam oſtendút
teſtatorem noluiſſe reſpectu inſtitutionis factæ de
uxore uoluntatem pręcedentem in aliquo immuta
ri, cum referat ſe ad teſtamentum, in quo ut proba-
tum eſt in prima quæſtione uxor fuit hæres inſtitu
ta, ne dum in uſufructu, quinimo & in proprietate:
arg. l. in ſumma. i prin. & l. ait pretor. §. 1. ff. de ſent.
& re iud. cum ergo uoluerit teſtator inſtitutionem
de uxore factam, prout in teſtó continetur firmam
manere, reſpectu huius inſtitutionis primú teſtḿ
non dicetur immutatum. l. ſancimus. C. de teſtam.
34 † & quia actus nŕi uoluntarij non egrediuntur me
tas nŕæ uoluntatis. l. fi. C. ne uxor pro marito. Bar.
in l. Titium & Męuium. §. altero. ff. de admin. tuto.
Et ſi diceretur aduerte, quia teſtator uſus fuit uer
bis gñalibus caſſando quamcunque inſtitutionem
quomodocunq; factam in eius teſtamento: ergo
propter hanc generalitatem uerborum uoluit etiá
35 inſtitutionem de uxore factam eſſe reuocatá, † qa
oratio generalis omnia cóprehendit. l. in fraudé.
§. fi. ff. de milit. teſtam. l. à procuratore. C. mand. ad
hoc reſpondetur, ꝙ dictus teſtator poſt dictam ge-
neralem diſpoſitionem ſubiunxit clauſulam modi
ficatiuam, & reſtringentem dictam generalitatem,
dum dixit, ſaluo tamen & ſemper reſeruato, ꝙ Do.
36 Franciſca ſit uſufructuaria &c. † hęc eñ dictio ſal
uo, eſt modificatiua pręcedentis diſpoſitionis, ſecú
dum Gl. in l. item Labeo. in uerbo purè. ff. fam. er-
ciſ. quam pro ſingulari notat D. Card. in c. expoſi-
te. de arbit. Ang. in conſ. 26. D. Alex. in l. iudex po-
ſteà quam. ff. de re iudi. col. ult.
Et ſi diceres quòd uoluit teſtator per illa uerba,
caſſando omnem inſtitutionem quomodocunque
factam, ad hoc rńdeo, ꝙ dictus teſtator uoluit im-
mutare inſtitutionem factam in primo teſtamen-
to de Maſono quem ſolum nullo ſibi dato cohęre-
de, vniuerſalem hęredem inſtituit poſt mortem prę
dictæ D. Franciſcæ eius vxoris, ideò diſpoſuit in ſe-
quenti vltima voluntate, ꝙ ne dum Maſonus, quini
mo & Antonius alterius frater eſſent ęqualiter hæ-
redes inſtituti in omnibus eius bonis poſt mortem
dictę D. Franciſcę, & ſic cum virtute primi teſtamé
ti Maſonus nullum haberet cohęredem virtute ſe-
quentis vltimæ voluntatis, habet fratrem cohęre-
dem, & pariter cum eo ſucceſſurum adueniente ca
ſu inſtitutionis, & hoc reſpectu teſtator reuocauit
inſtitutionem factam in priori teſtamento: ſed in-
ſtitutio facta de vxore in aliquo, non reperitur im-
mutata: cú teſtator expreſsè proteſtatus fuerit ſe
velle illá firmá manere, ergo illa manebit intacta.
Non obſtant adducta in contrariú: quia illa pro-
cederét niſi de cótraria uolútate teſtatoris conſta
ret, prout conſtat in caſu nŕo ꝙ voluerit primum te
ſtamentum immutare: quia hoc caſu primum teſta
37 mentum firmum manebit, † & inſtitutio directa
in eo facta, cum in codicillis nó poſſit reuocari. l.
Scęuola. ff. ad Treb. ꝙ autem noluerit teſtator pri-
mum teſtamentú reuocare, patet ex uerbis de qui-
bus in dicta vltima uoluntate, dum vult primum te
ſtamétú & in eo cótéta eſſe ualida; ergo noluit ſecú
38 dam uoluntatem habere vim teſtaméti: † cum nó
poſſit quis decedere cú duobus teſtamétis ualidis
niſi ſit miles. l. ſi quis priore, ff. ad Treb. l. quærеba-
tur. ff. de mil. teſtam. Nec eſt inconueniens ꝙ in co
dicillis adhibeantur quinque teſtes rogati & adhi-
39 biti, † nec per hanc ſolennitaté deſinent eſſe codi
cilli: arg. l. non ſolent. ff. de reg. iur. & l. pediculis. §.
Labeo. ff. de aur. & arg. leg. licet ét inſtitutio facta

de Maſono

de Maſono in primo teſtamẽto fuerit reuocata in dicta ſequenti uoluntate, per hoc non eſt arguendum teſtatorem uoluiſſe facere teſtm̃, eo, quia inſtitutio de eo facta poſt mortem teſtatoris non valet iure directo, ſed iure fideicommisſi: quia cenſetur vxor grauata de reſtituendo illi hereditatem ipſius teſtatoris, vt dixi ſupra in prima queſtione, merito ergo potuit reuocari & adimi in codicillis, & ſic reuocatio dicte inſtitutionis potuit fieri in dicta vltima voluntate, licet non ſit teſtamentum, ſed codicillus. d.l. Sceuola. cũ alijs ſuperius adductis.

Deuenio ad tertiam qõnem in qua concludo, ꝙ
40 cum dicta mulier cenſeatur fuiſſe inſtituta † heres ne dum in vſufructu, quinimo & in proprietate in uita ſua, & poſt eius mortem fuit heres inſtitutus dictus Maſonus, ſine dubio permiſſa eſt ei quartæ Trebellianicæ detractio: quia vt dictũ fuit in prima qõne, cenſetur vxor grauata de hereditate reſtituẽda heredi poſt eius mortẽ inſtituto, ideò quartam detrahet, & iſtud expreſsè decidit Ang. in l. hæreditas ex die. ff. de her. inſti. vbi dicit ita tenuiſſe Marti. Silema. & ita fuiſſe obtẽtũ in ciuitate Bononiæ.
41 Dubium tñ eſt † an in caſu noſtro ſit permiſſa hec detractio pp verba quibus fuit vſus teſtator, q ſtatuit ꝙ eius bona & hereditas integraliter perueniat ad predictos Maſonum & Antonium: per quæ verba vr̃ prohibita quarta Trebellianica que hodie prohiberi poteſt ſi expreſsè prohibeatur. auct. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falc. & ꝙ per dicta verba dicatur prohibita detractio quarte firmat Angel. per Gl. ibi, in l. decem. ff. de fideic. libert. Ang. & Imol. in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. Bald. in l. precibus.
42 in verſ. quero vlterius. C. de impub. & al. ſubſt. † Et pro hac opinione facit tex. in l. fi. C. ad leg. Falc. vbi heres promittẽs ſoluere integra legata, Falcidiam
43 non poteſt detrahere. † Facit etiam tex. in l. ex pluribus. ff. ad leg. Falc. ubi legata dicunt̃ plenè præſtari quando ex eis Falcidia nõ detrahitur, & hanc opinionem fuit ſecutus Alex. in conſ. 5. in fi. volum. 3.

Sed iſtis non obſtantibus concludo contrarium, ꝙ imò per dicta verba nõ cenſetur prohibita quartæ Trebellianice detractio. iſtud firmat Ang. in d. auct. ſed cũ teſtator, & in §. ſi uero expresſim ĩ auc. de hær. & Falcid. colla. 1. & in l. 2. §. ad filiarum. C. qñ & quibus, qua pars debe. lib. 10. Paul. de Caſt. in conſ. 150. inci. in cauſa quæ uertitur. vbi pondetat Bar. idem uelle in d. l. Centurio. & idẽ vult Paul. de Caſt. in cõſ. 164. incip. viſa facti narratione. col. 3. Are. in conſ. 12. Lud. Roma. in auc. ſimiliter. C. ad leg. Falc. circa fi. ubi dicit, ꝙ cũm hæc quæſtio contigiſſet Florentie, in magna hereditate ita conſuluiſ, & ꝙ omnes doctores italie acquieuerunt eius ſententie excepto Pau. de Caſt. qui tenebat cõtrarium, & qui poſtea viſo eius conſilio ad ipſum trãſmiſſo confirmauit eius opinionem, quam etiam tenuit D. Petrus Philippus Corneus in d. auc. ſed cũ teſtator, qui dicit ita fuiſſe conſultum à plerſque doctoribus ſui temporis, & vt dixi in repet. l. nemo poteſt, in char. 4. ff. de leg. 1. col. 2. iſta opinio eſt cõmuniter approbata, prout patet ex relatu plurium doctorum qui ſecuti ſunt hanc opinionẽ, iuxta tex. in c. nouimus. de uerb. ſign. & in l. 1. ff. de off. quæſto. in verbo crebrior apud veteres opinio.

De iure etiam hec opinio uerior eſt, prout patet ex pluribus rationibus, quas deduxit Lud. Rom. ĩ d. auc. ſimiliter. circa fi. ubi inter cetera põderat bonum tex. in d. l. 2. §. ad filiarũ. in uerbo, integrũ nullaq; parte diminutũ, & tex. in l. qui totã. ff. ad Treb.
44 Præterea ubi † lex mãdat aliquid fieri expresſim, illud dẽt exprimi uerbis ſingularibus, non autem p cõiecturas. Gl. in c. inquiſitores. de heret. lib. 6. ſed lex diſponit, ꝙ falcidia expresſim prohibeatur, ſi uult teſtator illam prohibere, ergo ſufficiunt uerba generalia. d. auc. ſed cum teſtator. facit etiã Gl. in l. Neratius in verbo cõferre, ff. de relig. & ſum. fun.

Confirmatur hec opinio ex notatis per Bal. in l.
45 1. C. de fruc. & lit. expen. col. 2. ubi dicit, † ꝙ ſi lex diſponat fructus integros eſſe reſtituendos nõ obſtante illo uerbo integros, poterunt deduci ſumptus & expenſe, & ſic per illud uerbum non cenſet̃ prohibita ſumptuum deductio, que à iure permiſſa eſt, allegat tex. in l. 1. C. de his quib. ut indig.

Preterea iſta uerba integraliter, de quibus in dictis codicillis fit mentio, poſſunt importare aliud, quam prohibitionem quarte Trebellianicæ, igitur illam non importabunt. Ita dicit Pau. de Caſt. in d. auc. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falc. ꝙ autem aliud poſſint importare, patet hoc medio. & premitto,
46 † ꝙ uoluntas teſtatoris eſt interpretanda ſecundũ eius opinionem, licet aliter res ſe habeat, non aũt ſecũdum ueritatem, de hoc eſt caſus in l. quo loco. §. 1. quem ibi notat Io. de Imol. ff. de hæredib. inſt. & eſt de mente Bar. in l. 1. ff. de cond. inſt. dum uult, ꝙ conditio impoſſibilis quam tñ teſtator putat poſſibilem uniet inſtitutionem, hoc præmiſſo, probo aſſumptum: dictus teſtator in teſtamento inſtituit uxorem uſufructuariam in uita nullo ei dato cohærede, credit ergo teſtator ſolum uſumfructum peruẽturum ad vxorẽ & non proprietatẽ, licet ex diſpoſitione iuris & uirtute iuris accreſcẽdi ẽt proprietas ad eam pertineat, ut dixi latè in prima qõne. teſtator ergo credẽs, ꝙ poſt mortem uxoris proprietas nulla eſſet peruentura ad dictos eius fratres, & non uſusfructus in quo inſtituerat uxorem niſi expreſsè aliter diſpoſuiſſet, ſtatuit ꝙ eius bona peruenirent ad eius fratres integraliter, ne dum reſpectu proprietatis, ſed ẽt reſpectu uſusfructus, in quo ſolo credebat uxorem fuiſſe hæredem inſtitutam. Et ex præmiſſis patet, ꝙ alia opinio ſuperius relata non eſt tenenda: concludo itaque, ꝙ adueniente caſu ſecundæ inſtitutionis poterit hæc mulier aut eius hæredes de p̃dicta hæreditate detrahere quartam Trebellianicam, cum eius detractionem teſtator expreſsè non prohibuerit. d. auct. ſed cum teſtator. C. ad leg. Falcid. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SUMMARIUM.

1 *Cauſa commiſſa per legatum cum clauſula, appellatione remota, an pendente appellatione, ſententia exequutio fieri poſſit. & nu. 2.*

3 *Beneficium principis committentis cauſam appellatione remota, non poteſt auferri ex facto iudicis deferentis appellationi cui deferendum non erat.*

4 *Legatus de latere non poteſt cauſam committere cum clauſula*

clauſula ſummariè, de plano, & appellatione remota.
5 *Complices & ſequaces qui dicantur.*
6 *Qualitatem ſemel affuiſſe ſufficit, nec eius perſeuerantia exigitur.*
7 *Commiſſio facta canonico valet, & eius uirtute in cauſa procedere poteſt, licet cauſa nondumfinita deſierit eſſe canonicus.*
8 *Statutum licet dicat quòd cauſæ debeant cõmitti conſulendæ iudicibus curæ poteſtatis, ſufficit ad ſatisfaciẽdum uerbis ſtatuti, quod tempore commiſſionis fuerit conſultor de numero dictorum iudicum.*
9 *Diſpoſitio ex poteſtate & uoluntate ſuſtinetur.*
10 *Clauſula manu regia, in commiſſione appoſita quid importet.*
11 *Verba prout uidebitur, contenta in commiſſione, quid deſignent.*
12 *Argumẽtum procedit à maiori in beneficijs Principum.*

CONSILIVM LXXX.

IN cauſa Nobilium de Iſolanis, in qua dubitatur nunquid pendente appellatione interpoſita à ſententia in eorum fauorẽ lata, impediri debeat huiuſmodi ſententia executio, ſtantibus duobus reſcriptis de quibus in proceſſu. cõcluſiue procedẽdo, & omiſſis ſupfluis,
1 dico impediri † non poſſe executionem dictæ ſentẽtię ſtãte clauſula appellatione remota, inſerta in ambobus reſcriptis, cuius uirtus eſt, vt licet aliàs pẽdente appellatione fieri non debeat executio ſniæ. c. venientes. de iureiur. l. cum ex cauſa. & ibi Bar. ff. de appell. attamen hoc caſu pẽdẽte appellatione
2 mitti poterit executioni ſententia diffinitiua, † niſi facta fuerit inhibitio per iudicem ad quem eſt appellatũ. c. paſtoralis. §. pręterea. de off. deleg. & ita tenet Io. de Imol. col. 3. in c. paſtoralis. & ibi Philippus Peruſ. col. 4. in verſ. quarto operatur. de appel. Lap. allega. 83. in fin. & licet iudex à quo detulerit appellationi, ita ꝙ ex hoc videatur abdicaſſe à ſe iuriſdictionem, c. cũ in appellationibus. de appell. lib. 6. iſta tñ delatio operatur effectũ hoc reſpectu, vt iudex ad quem cognoſcere poſſit de iniquitate ſententiæ, ſed quo ad effectum ut impediatur executio virtute dictę clauſulæ appellatione remota, non operatur dicta delatio, maximè qñ fuit delatũ
3 appellationi, prout de iure, & ratio eſt; † quia beneficium conceſſum à ſuperiore cõmittente cãm appellatione remota, non dẽt poſſe auferri ex facto iudicis deferentis appellationi, cui non erat deferẽdũ ad effectũ impediẽdi executionẽ: arg. l. id qđ noſtrum. de reg. iur. c. indultum. de reg. iur. lib. 6.

Sed huic cõcluſioni duo vñt obſtare, primũ eſt, quia ſi prædicti nobiles de Iſolanis volunt ſe fundare ſuper reſcripto ſummi Põtificis eis nõ prodeſt tale reſcriptum, cum ſit, ꝙ eorum aduerſarij non fuerint complices, neq; ſequaces Bentiuolorũ, & ſic in eis nõ verificatur qualitas requiſita in huiuſmodi reſcripto. Si etiam volunt ſe fundare ſuper reſcripto quod emanauit à Reuerendiſſ. Do. Legato Bononiẽſi, nec ſuper hoc per eos fieri põt aliquod
4 fundamẽtum: † quia licet eorũ cauſa fuerit cõmiſſa appellatione remota per prefatum Reuerendiſſ. Do. Legatum, tamen talis commiſſio de iure fieri non potuit: ergo pro non facta habetur reſpectu dictæ clauſulæ: arg. c. quod autem. de iure patrona. c. Daibertum. 1. q. 7. Quòd autem talis commiſſio de iure fieri non potuerit per Legatum, patet, per Gl. in c. fi. de hęr. in 6. & in Clem. ſępe. in verbo, mãdamus. de verb. ſign. quæ volunt Legatum de latere non poſſe committere cauſam ſummariè, de plano, &c. & ꝙ non poſſit etiam committere cauſam appellatione remota, firmat Gl. in c. quod ad tranſlationem. de off. leg. Saly. in l. fi. C. quo. appella. non recipi. Io. de Imo. in l. 1. §. fi. ff. à quibus appel. non licet.

Sed ad hæc obiecta reſpondetur, & ad primum reſpondeo, ꝙ imò in aduerſarijs nobilium de Iſolanis verificatur qualitas illa requiſita in reſcripto ſummi Pontificis, quoniam, ut intellexi, probatum eſt illos fuiſſe complices & ſequaces illorum de Bẽ
5 tiuolis. † Et ſi quæratur, qui nam dicantur complices & ſequaces, & complices alicuius, qui eius intẽtioni, opibus, conſilijs, & fauoribus aſſiſtunt. Ita conſuluit Ang. prout refert Petr. de Anch. in rep. c. Canonum ſtatuta char. 26. de conſt. in verſ. vidi dubitari, vbi pro hoc adducit tex. in l. inter claras. C. de ſum. Trin. & fid. cath. & tex. in l. 1. §. ſi quis autẽ. de rap. virg. & tales ꝓculdubio notoriè cõſtat fuiſſe illos de Blanchis, qui opibus, cõſilijs, & fauoribꝰ aſſiſtebant intentioni illorũ de Bẽtiuolis: quod ẽt apertiſſimè demõſtrauit Borninus de Blanchis qui Bẽtiuolos ipſos ex vrbe Bononię diſcedẽtes comitatus eſt, & per plures dies apud illos morã traxit.

Nec obſtat, quòd fuerit reſtitutus, & ſic deſiuerit eſſe de complicibus & ſequacibus eorũ: quia ſatis eſt, quòd tempore quo emanauit dicta commiſſio illa qualitas affuerit, nec de eius deſiſtentia poſteà
6 curandum eſt: quia † ſufficit qualitatẽ ſemel affuiſſe, nec eius perſeuerantia exigitur, l. in ſubſtitutione. ff. de vulg. & pup. l. Mela. in prin. ff. de alimen. & cibar. lega. tacit tex. in l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. Et pro hoc in terminis eſt Gl. in c. ſtatutum. in principio. in verbo, canonicis. de reſcr. lib. 6. quæ ibi ap-
7 probatur, quæ vult, † ꝙ commiſſio facta canonico ualet, & eius uirtute in cauſa procedere poterit, licet cauſa nondum finita deſierit eſſe canonicus renunciatione vel alio modo: & ſimilis eſt Gl. in Clemen. fi. de reſcrip. quam ibi not. & de illa meminit Iaſ. in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. ſubſtitut.

Confirmatur hæc reſponſio ex ijs, quæ tradit Paul. de Caſtr. in conſi. 129. incipi. ad primum re-
8 ſpondetur. in tertio dubio, vbi dicit, † quòd ſi ſtatutum dicat vt cauſæ debeant committi conſulendæ iudicibus curię poteſtatis, ſufficit ad ſatisfaciẽdum verbis ſtatuti, quòd tempore commiſſionis fuerit conſultor de numero dictorum iudicum, licet tempore quo reddit conſilium non reperiatur de tali numero. mouetur per Glo. in d. c. ſtatutum. in prin. ex quibus ergo concludendum eſt, quòd cum aduerſari dictorum de Iſolanis fuerunt complices, & ſequaces Bentiuolorum tempore dictæ commiſſionis factæ per ſummum Pontificem comprehenſi fuerunt in prædicta commiſſione. & ſic in cauſa contra eos intentata procedi potuit appellatione remota.

Secundæ obiectioni rñdeo, ꝙ imò potuit Reue-
rendiſſ. D. Legatus committere cām iſtam appella
tione remota, & alijs modis quibus vſus fuit com-
9 miſſa, & ſic † adfuit ptās & volūtas, ex quibus diſpo
ſitio ſuſtinetur. c. cum ſuper abbatia. de off. deleg.
ꝙ adfuerit volūtas, patet ex tenore reſcripti in quo
eſt īſerta clauſula appellatione remota. l. Labeo. §.
idem Tubero. ff. de ſupellecti. leg. ꝙ autē adſit pote
ſtas ita committendi iſtud patet ex facultate à ſum
mo Pontifice indulta prędicto Reuerendiſſ. D. Le-
gato, in qua indulgetur ei vt cauſa posſit committe
re ſummariè, ſimpliciter, & de plano, velo leuato,
manu regia, & prout ei videbitur. cōſidero inter cę
10 tera illa verba, † manu regia, quæ ſecūdum Bar. in
extrauagan. ad reprim. in verbo, videbitur, circa fi.
hoc important, ꝙ omnis ſolennitas iuris ciuilis ſit
omiſſa, licet per iſta verba non lędatur ęquitas na-
turalis: quia poteſtas ēt Principis qui ſolutus eſt le-
gibus ad hoc non extenditur. & ſi uerba Bar. cōſide
rentur, vult, ꝙ per iſta verba, manu regia, quis poſ-
ſit id quod pōt Princeps. Cū ergo ſine dubio Prin-
ceps posſit cōmittere cām appellatione remota,
idē cēſet pmiſſum, p ſupradicta verba p̃fato D. Le-
11 gato. Cōſidero ēt illa verba, † prout videbitur, quę
ſunt indefinitè prolata, & ęquipollēt verbis vniuer-
ſalibus in beneficijs Principum. c. quia circa. de pri
uilegi. & ſic vñr comprehendere quemlibet modū
committendi cauſas, & ſic appellatione remota.
Aduertendum etiam eſt, quia in prædicta faculta-
te eſt expreſſum, ꝙ posſit vti pręfatus Do. Legatus
plenitudine poteſtatis: ergo multo magis cenſetur
ei conceſſum ꝙ posſit cōmittere cām appellatio-
ne remota, cum iſtud ſit minoris pręiudicij: quia p
dictam clauſulam ſolum non impediri poteſt exe-
12 cutio ſnīę, vt dictum eſt. c. ex parte. de deci. † & in
beneficijs Principū in quibus latisſima fieri dēt in-
terpretatio procedit argm̄, conceſſum eſt id quod
eſt maius, ergo id qđ eſt minus cenſetur cōceſſum,
c. per venerabilem. qui fil. ſint legit. per quē ita no.
Abb. in c. cum ad aures. de reſcri. col. 3. vbi dicit ſe
neſcire illum text. eſſe alibi. Aduertendum ēt eſt:
quia credo me vidiſſe in dicta facultate expreſſum
eſſe ꝙ cauſę posſint cōmitti per D. Legatum cum
clauſula, appellatione remota, diligēter ergo inſpi
ciatur dicta facultas, licet non expediat: quia ex ſu-
perius adductis manifeſtè cōſtat dictā cauſam po-
tuiſſe committi appellatione remota, cętera ſup-
pleat ſumma integritas & doctrina conſummatisſi
mi D. Iudicis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Minor xxv. annis qui cum iuramento promiſit pœnam non deſponſando puellam infra certum tempus, an contrahendo matrimonium cum alia iuuencula, ad prædictam pœnam teneatur. & nu 6. 10.*
2 *Abſolutis ſponſalibus donatio prius facta à ſponſo ſponſæ, pro dimidia parte ſponſæ remanet, ratione oſculi.*
3 *Pœna in matrimonijs contrahendis apponi non poteſt.*
4 *Donatio ob merita præcedentia an ualeat.*
5 *Donatio inter uirum & vxorem permittitur, quando fit in recompenſationem.*
7 *Minorum promiſſiones iuramento firmantur.*
8 *Iuramentum ualidat contractum factum cum minore ēt non appoſitis ſolennitatibus à ſtatuto requiſitis.*
9 *Statutum probibens minorē cōtrahere ſine ſolennitate, locū nō babet in caſu in quo iuramentū fuit adhibitū.*
11 *Matrimonia libera eſſe debent ab omni coactione, et metu pœnarum.*
12 *Matrimonium metu contractum nullum eſt ipſo iure.*
13 *Promiſſio pœnalis appoſita in matrimonijs contrahendis, quare uitietur etiam cum iuramento.*
14 *Pœna promiſſa à parentibus ſeu ab amicis contrahentium matrimonium, an poſſit exigi.*
15 *Quilibet magis timet ſibi quàm alijs.*
Intellectus ad c. Gemma. de ſponſalibus.
16 *Diſpoſitio extenditur & limitatur ſecundum metam rationis poſitæ in diſpoſitione.*
17 *Geſta à minore xxv. annis abſque ſolennitatibus à ſtatuto requiſitis nulla ſunt, etiam ſi fuerint iuramento firmata.*
18 *Iuramentum non tollit ſolennitatem probatoriam, quando ſtatutum illud requirens, in publica utilitate fundatum eſt.*
19 *Contractus carens ſolennitate à ſtatuto requiſita, iuramento non probatur.*
20 *Iuramentum ſuper actu facto præter legem, & ex defectu ſolennitatis formalis, non tenet.*
Solennitati probatoriæ derogari non poteſt.
21 *Statutum quòd nulla fides adhibeatur inſtrumentis cōtinentibus contractum minoris, in quibus non fuerit adhibita certa ſolennitas, ualidum eſt.*
22 *Sermo rebus ſubiectus eſſe debet, non ſermoni res.*
23 *Mulier cui facta fuit mora ad ſoluendam dotem poſt annum, an aliquid ultra dotem petere poſſit.*
24 *Promiſſio facta à iuſtè & rite carcerato ualet, ſecus ſi iniuſtè detentus ſit.*

CONSILIVM LXXXI.

ADOLESCENS quidā minor xxv.
annis promiſit ſe infra tres menſes
deſponſaturū quandā puellam per
verba de pręſenti, & caſu quo prædi-
cta nō obſeruaret infra dictum tpus
voluit teneri ad pęnam quingento-
rum ducatorū, qui applicari deberent pręfatę puel
læ per recōpenſationē diminutionis eius honoris,
& pro augumento eius dotis: fuitq; ſuper hac pmiſ
ſione interpoſitum iurm, exinde p̃fatus adoleſcens
cum alia iuuēcula contraxit matrimonium per ver
ba de præſenti, ex quo priora ſpōſalia diſſoluta fue-
runt. c. pen. de ſponſ. Modo ſtantibus prędictis, du-
bitatur an prędicta pœna exigi de iure posſit.
1 In iſta † dubitatione vr̃ prima facie dici poſſe di-
ctam pęnam de iure ob hoc adoleſcente extorque
ri poſſe, cū ſit ꝙ talis pęna fuerit promiſſa ob cām
iuſtam & probabilem, uidelicet pro recōpēſatione
honoris p̃fatę puellæ diminuti, ex huiuſmodi ſpon
2 ſalibus: arg. l. ſi à ſponſo. C. de do. añ nup. vbi † diſ-
ſolutis ſponſalibus donatio prius facta à ſpōſo ſpō-
ſæ pro dimidia parte remanet penes eā, pp oſcula
quę interuenerunt. Suadetur hoc fundamentū: quia
cū iſta pęna nō fuerit ſimpliciter promiſſa, ſed pro
3 recōpēſatione honoris, nō cēſebit vera pęna, q̃ † in
matrimonijs apponi nō pōt. c. Gemma. de ſponſa.
l. ſi. circa finem. C. de ſponſal. l. Titia. in princip. ff.
de ver.

de verb.obl.ſed iudicabitur quædā pmutatio q̃ nō
vr̃ prohibita.prout in ſimili dicimus in donatione
facta ob merita pcedētia, q̃ nō cenſetur prohibita
4 in caſu in quo vera. & propterea † donatio à lege
prohibita eſt: quia hēt inſtar permutationis talis
donatio collata in donatariū meritis præcedenti-
bus.l.ſed & ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti. hęred.&
iſtud patet in l.Attilius.ff.de dona.& per Bart. in l.
Modeſtinus.ff.eo.cum ſuis concordantibus. Hinc
5 videmus † ꝙ donatio, q̃ eſt prohibita inter virū &
vxorem conſtante mr̃imonio à lege permittit, qñ
fit in recōpenſatione: vt quia vir ignobilis contra-
hit mr̃imonium cū muliere nobili, vel ſenex cū iu-
uēcula,iuxta Gl.in l.ſi volūtate.C.de do.ꝑmiſ.quā
ſequit ibi Bar.idē Bar.in l.ſi diuortio.ff.de ver.obl.
D.Ant.Abb.& Mod.ſcribētes in c.Gēma,de ſponſ.
6 Nec dicatur † ꝙ hęc promiſſio pęnalis viribus nō
ſubſiſtat: quia prędictus adoleſcens erat minor 25.
7 annis.l.fi.in fi.C.de ſponſa.quia † ex quo ſuper hac
promiſſione fuerit interpoſitum iuramentum, cer
tè uirtute hm̃oi iurī minor reputat maior.auc.ſa-
cramenta puberum,cum ibi not. C. ſi aduerſ.vend.
Nec prodeſt etiam huic minori ſi in eius fauorem
adducatur ſtatutum poſitum ſub rubrica de cōtra-
ctibus cum minoribus,vbi annullantur contractus
& promiſſiones factæ per minorem non ſeruatis ſo
8 lennitatibus de quibus ibi;quia † quando ſuper cō
tractu fuit appoſitum iuramentum, tunc cōtractus
ipſe ſortitur effectum, etiam non appoſitis ſolenni
tatibus à ſtatuto ipſo requiſitis,prout tenent D.An
to.& Imol.in c.cum contingat.de iureiur. reprobā
tes Bar.in d.auc.ſacra puberum: & idem latè proſe
quitur D.Alex.in conſi.37.inci.uiſo libello prędi-
9 cto lib.1.vbi dicit, † ꝙ ſtatutum prohibens mino-
rem contrahere ſine ſolennitate, locum non habet
in caſu in quo iurm̃ in huiuſmodi cōtractu fuit ad-
hibitū:& ſubdit ꝙ ita cōcludunt oēs Canoniſtæ, &
ferè oēs Legiſtæ,reprobantes Bart.in d.auc. ſacra.

Sed ijs nō obſtātibus contrarium de iure verius
eſſe arbitror.Facio itaque in qōne propoſita hanc
10 concluſionem, † ꝙ pęna prędicta de iure exigi nō
poteſt:quia de hoc ſunt iura clara,& aperta,quæ an
11 nullant pęnam ipſo iure:quia † matrimonia libera
eſſe dēnt ab omni coactione & metu pęnarum.d.c.
Gemma.de ſponſa.& l.fi.C.eo.vbi text. formaliter
dicit ſi cautio pęnam ſtipulationis continens fue-
rit interpoſita ex vtraq; parte nullas uires habebit,
cum in nuptijs cōtrahēdis libera debeat eſſe pote-
ſtas.qui tex.propriè loquitur qñ ſponſus pęnā pro-
mittit ſponſæ,vel ècontra,ſi matrimonium non fue
rit ſubſecutum.Et quia matrimonia libera dēnt eſ
ſe,infert Gl.reputata ſingularis in c.notificaſti.33.
q.5.cuius meminit Abb.in c.cum locum. de ſponſ.
ꝙ licet regulariter contractus metu geſti mero iu-
re teneant, ſed veniunt reſcindendi actione quod
12 metus cauſa,attamen † mr̃imonium metu contra-
ctum nullum eſt ipſo iure:quia in matrimonio con
trahendo requiritur ne dum ſimplex conſenſus,ſed
cum iſta qualitate,vt ſit liber, ſed cōſenſus coactus
licet dici poſſit conſenſus liber, vt ibi per dictam
Gl.& in propoſito nr̃o dicit Bar.in l.Titia.in princ.
13 ff.de verb.obl.circa fi.ꝙ huiuſmodi promiſſio † pę
nalis appoſita in matrimonijs contrahendis, ideò
uitiatur,quia eſt contra bonos mores,& per conſe-
quens iuramento non firmatur.c.non eſt obligato-
rium.de reg.iur.lib.6.& hoc dictum refert,& ſequi-
tur D.Præpoſitus in dicto cap.Gemma.col.2.Et ex
hoc fundamento tollitur vna obiectio in contra-
riū facta,videlicet ꝙ ideò valet talis promiſſio fa-
cta à minore,quia ſuper ea iuramentum fuit inter-
poſitum:quinimo ne dum pęna promiſſa à ſponſo
ſponſæ,& è contra exigi nō poteſt,iuribus ſuperius
14 allegatis, ſed hoc procedit quando † illa pęna fuit
promiſſa à parentibus ipſorum contrahentiū, aut
ab alijs ita eis coniunctis,ita ꝙ veriſimiliter iſti in-
ducerentur ad contractum matrimonij, timore ne
ipſi coniuncti, vel amici ipſis non contrahentibus
matrimonium,prędictam pęnam ſoluere cogeren-
tur:arg.notab.in l.hęres meus.§.fi. ff. de condit.&
demon.per quem tex.hoc decidit D.Abb. in d.c.
Gemma.col.3.Idem firmat Imol.& Aret. col. 6.in
d.l.Titia.adducens pro confirmatione text. in l.1.
C.ſi quacunque prædit.poteſtate. & nota. per Bar.
in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.in 9.q. ff.de no
ui oper.nunc.vbi Do.Alex.multa ad hoc propoſi-
tum adducit,de quibus ibi per eum . Si ergo pœna
promiſſa coniunctis aut ab amicis contrahentium
ſponſalia exigi non poteſt,ne tollatur libertas con
trahendi matrimonium,quanto magis idem dicē-
dum erit in pœna promiſſa ab ipſomet ſponſo,
15 † cum quilibet magis timeat ſibi, quàm alijs . l.
iſti quidem.in fi.ff.quod metus cauſa. Et ſi dicere-
tur aduerte quia tex. poſitus in dicto cap.Gemma.
eſt diuerſus à caſu noſtro,in quo hæc pœna fuit pro
miſſa coram iudice per modum cuiuſdam tranſa-
ctionis initæ inter ſponſum & ſponſam, caſu quo
matrimonium non contraheretur. ad hoc reſpon-
deo,ꝙ non curo de nomine huius contractus: quia
quocūq; modo pęna fuerit promiſſa, ſiue per mo-
dum pacti,ſiue tranſactionis,ſeu per alium contra-
ctum,illa peti non poteſt. d. c. Gemma de ſponſal.
ponderando rationem de qua in illo textu.dum di
cit,cum itaque matrimonia libera eſſe debeant,ex
qua ratione ampliatur dictum ipſius legis . Nam
16 † ſecundum metam rationis poſitę in diſpoſitione
extenditur & limitatur diſpoſitio.l.regula.§.ſed &
ſi quis.ff.de iur.& fact.igno.l.nomen.§.fi.ff.de leg.
3.Bar.in l.pater filium.§.fundum.ff.de leg.3.Abb.
eleganter in c.fi.extra de reſcript. & ibi traduntur
concordantes in eius additionibus.

Præterea aduertendum eſt, ꝙ ex alio capite ui-
tiari poteſt iſta promiſſio pęnalis,ratione videlicet
ætatis minoris, in qua conſtitutus eſt prędictus ado
leſcens,l.fi.C.de ſponſalib.circa princi.Nec obſtat
ꝙ hæc promiſſio iuramento fuerit firmata: quia
nec ex hoc uinculo robur aſſumere pōt dicta pro-
miſſio, cum ſit, ꝙ ex diſpoſitione ſtatuti ſuperius
allegati minor vigintiquinque annis non poſſit fa-
cere aliquē contractum uenditionis, alienationis,
obligationis, renuntiationis, &c. niſi cū præſentia
quatuor teſtiū ad minus, bonæ famæ & opinionis,
quorū vnus ſit uel agnatus, uel cognatus dicti mino
ris,q pdictis conſentiat, & cū pn̄tia unius doctoris.
Et ſubdit poſteà ſtatutū,ꝙ tales ceſſiones,ꝯtractus,
obligationes ſeu iura q̃ fierent contra dictā formā,
ſint caſſa,irrita,& nullius momenti,in præiudicium

minoris,vel filijfamilias.& ſubdit ſtatutum ꝙ tali-
bus inſtrumentis ſeu ſcripturis exinde cōfectis nul
17 la fides adhibeatur,vel detur &c. † quę quidē ſolē-
nitates à pręmiſſo ſtatuto requiſitę non reperiūtur
appoſitę in hoc cōtractu,ergo nullus erit cōtractus
non obſtante iurō ſuper eo interpoſito:quia qñ ſta
tutum requirit quandam ſolennitatē probatoriā,
puta rogitum duorum notariorum,vel probationē
quatuor teſtium,ſi deſinant hęc ſolēnitates, nō fir-
mabitur iurō talis contractus,cū ſit introducta hu-
iuſmodi ſolēnitas ob publicam vtilitatem: ſic deci
dit Bar.in l.ſi quis pro eo,in 7.membro. ff.de fide-
iuſſ.D.Ant.in c.cum contingat.de iureiur. in 7.ca-
18 ſu,vbi dicit † ꝙ quando ſtatutum eſt fundatum in
publica vtilitate iurm non tollit ſolēnitatem pro-
batoriā:quia cenſetur emanaſſe ad fugiendas frau
des & falſitates.Idem tenet Abb.in d. c. cum con-
19 tingat.col.pe.vbi vult, † ꝙ ſtante ſtatuto , ꝙ nō ꝓ-
betur contractus, niſi duo notarii fuerint de eo ro
gati,certè ſi iurm fuerit appoſitum in contractu,de
quo vnus tm̃ notarius rogatus fuerit,non probabi-
tur contractus, nec iurm in eo appoſitum: arg.tex.
in l.fi.C.de non num.pecu.& idem tenet Bal.in re
pe.l.2.ff.de iureiur.col.48.in verſ. & prædicta om-
20 nia vera ſunt.vbi dicit † ꝙ qñ actus fit præter legē,
& ex defectu ſolennitatis formalis,hoc caſu non te
net iurm : quia ſolennitati probatoriæ cum ſit in-
troducta ob publicam vtilitatem , videlicet ne ali-
quid falſitatis committatur derogari non poteſt :
arg.tex.in l.codicillis.§.fi.ff.de lega.2.& hanc do-
ctrinam comprobat pulchra ratione.Soc. in conſi.
97.inci.abunde.circa finem, de qua ibi per eum.
Ponderandum etiam eſt,ꝙ ſtatutum prædictum
21 diſponit, † ꝙ nulla fides adhibeatur inſtrumentis
cōtinentibus contractū minoris,in quibus nō fuit
adhibita dicta ſolennitas.Nam hoc caſu valet ſtatu
tum:quia poteſt tollere vires traditas à lege ipſi cō
tractui vel inſtrō:& ita tenet Pau.de Caſt. in conſi.
266.inci.circa primum quæſitum.in 2.dubio, & in
conſi.98.inci.notandum eſt primò.Maria.in conſ.
66.inci.fruſtra plenitudo.col.pen.Et ex iſtis ratio-
nibus tollitur alia obiectio,dum dicebatur , ꝙ ſta-
tutum non poteſt annullare vires iuramenti : quia
limitatur hęc concluſio in iſtis duobus caſibus.
Non obſtat,dum dicebatur , ꝙ iſta pęna eſt pro-
miſſa pro diminutione honoris,&c.& ſic ob iuſtam
cauſam,& probabilem:quia hoc non obſtante, nul
la eſt iſta promiſſio.Iſtud patet : quia ſi aliter dice-
remus,ſequeretur , ꝙ omni caſu valeret promiſſio
pęnæ facta à ſponſo ſponſæ:quia per diſſolutionem
ſponſalium diminuitur eius honor,l.ſi à ſponſo.C.
de don.ante nup,& tñ iſtud non eſt verum , & con-
tra omnia iura quæ annullant promiſſionem pęnę.
22 Præterea † ex quo iura prohibent pęnam poſſe
apponi in matrimonijs contrahendis, nō eſt curan
dum quo nomine,& ex qua cauſa pęna promittat :
non.n.ſermoni res, ſed ſermo rebus ſubiectus eſſe
dēt.c.intelligentia.de verb.ſign.pro quo facit nota
bile dictū Pet.de Anch.in conſ.148. inci. in qōne,
23 quę vertitur.vbi cōcludit, † ꝙ mulier cui facta fuit
mora poſt annum in ſoluendo dotem ſibi debitam
ꝑ hęredes mariti,nihil petere pōt ultra dotē , & ni-
hil ei prodeſt,ꝙ aliquod annuū ſtipuletur ab hære-
dibus mariti,donec dos ſibi ſoluatur : qa licet vtat̃
dicto verbo alimētorū;quia tñ intuitu pecunię ſol-
uit,ꝓſumit̃ eſſe vſura,licet noīe intereſſe , vel quo-
cunq; alio vocabulo nuncupet̃.c.plerique. 14.q.3.
Poſtremò aduertēdum eſt,ꝙ dicta promiſſio ex
24 alio capite poteſt vitiari: † quia facta fuit ab hoc
adoleſcēte detento.Nā licet promiſſio facta ab il-
lo,q detinet̃ i carcere valeat,qñ iuſtè & rite fuit car
ceratus,tñ qñ iniuſtè , aut non rite fuit detentus nō
valet promiſſio per eū facta : prout declarat Io. de
Imo.ponens exemplū in l.qui à latronibus.in prin.
ff.de teſtam.ſed dictus Saldinus licet forte iuſtè di-
ci poſſet fuiſſe detentus,non tñ rite , & ſic ſeruatis
ſeruandis, nam ipſe allegabat ſe nolle contrahere
mr̃imoniū cum dicta muliere pp morbum ſcroffu-
larum,quo aſſerebat illam eſſe infectam : qui mor-
bus tribuebat iuſtā cām diſſoluendi dicta ſpolia:c.
quēadmodū.de iureiur.iudex ergo prius,quàm ip-
ſum detineret,ſup hoc debuiſſet adhibere cauſę co
gnitionē,& ſeruato ordine iudiciario,uidelicet ele
ctione medicorū in arte peritorū,de cōſenſu par-
tiū,de veritate huius cauſę ſe informare, demū ha-
bita eorū relatione,citata parte pronunciare hanc
puellā nō eſſe morbo impeditā.& ſic nō ſubeſſe iu-
ſtā cām diſcedendi à ſponſalibus:arg.tex.in c.cū ſę
cundū leges.de hęret.lib.6.quę cum non appareat
fuiſſe obſeruata.ſequitur detentionem de pręducto
adoleſcente factam non rite proceſſiſſe,& per cōſe
quens dictam promiſſionem tūc factam nullius eſ-
ſe momenti.Et iſta eſt veritas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Veritas longis uerborum adminiculis non indiget:*
2 *Prioris in tempore iura potiora cenſeri debent.*
3 *Habens poteſtatē eligendi, electione ſemel facta nulla non poteſt amplius uariando nouā electionem facere.*
4 *Variatio in perſonis eccleſiaſticis reprehenſibilis eſt & abhorrenda.*
5 *Epiſcopus qui intuitu gratia ſibi conceſſa à Papa nominauit vnum in beneficio , etiam re integra uariare non poteſt.*
6 *Ius acquiſitum alicui ex facto alterius , eo inuito auferri non poteſt.*
7 *Pœna uiolatæ pacis applicata eccleſia per reconciliationem ab ea non auſertur.*
8 *Teſtatoris uoluntas adimplenda eſt, nec per aliquem inferiorem à ſummo Pontifice alterari poteſt.*
9 *Electio inualida non impedit aliam poſſe fieri electionē.*
10 *Locus originis ammutare non poteſt.*
11 *Priuilegium conceſſum Bononienſibus, intelligitur de Bononienſibus domicilio , non ratione originis duntaxat.*
12 *Locus ubi vir habet domicilium inſpicitur in lucro dotis vxoris mortuæ.*
13 *Intellectus ad leg. libertus . §. præſcriptio . ff. ad municipal.*
14 *Viris literatis noſcitur indigere vnaquæque Reſpublica & eccleſia.*
15 *Ratio quando vnica tantum reddi poteſt , pro expreſſa habetur.*
16 *Delicti omnis præſumptio excluſiuè eſt capienda.*

17 *Volens*

17 *Volens conſequens uidetur uelle omne neceſſarium antecedens ad illud.*
18 *Remittentibus iura ſua non datur regreſſus.*
19 *Agens periurus à limine iudicij repellitur.*
20 *Fructus bona fide percepti reſtitui non debent.*
21 *Superioris auctoritas inducit bonam fidem licet ſit inualida.*
22 *Error iuris uel facti iuſtificat poſſeſſionem quoad bonam fidem, & quoad fructus lucrandos.*

CONSILIVM LXXXII.

IN cauſa vertente inter Magiſtrũ A. agentem parte vna, & acutisſimum legum ſcholarem D. Io. Baptiſtam Regienſem reum cõuentũ parte altera, paucis concludam in fauorem prꝑfati Do. Io. Baptiſtę: quia veritas
1 nõ indiget † longis verborũ adminiculis, ut inquit
tex. in l. 1. C. ſi ut ab hęredi. ſe abſti. vt tñ veritas huius dubitationis magis eluceſcat, arguam primò in fauorẽ prędicti Magiſtri A. &c. vr̃ ergo primo aſpectu dicendũ D. Io. Baptiſtam fore condemnandum in petitis per partem aduerſam, eo, quia electio ad prędictum collegium prius de eo fuit facta per Re
2 uerendum D. Epiſcopum Regienſem, ideò † cum
fuerit prior in tpe eius iura potiora cenſeri debent iuribus D. Io. Baptiſtę, cuius electio fuit poſterior, c. tibi qui. & c. duobus. de reſcrip. lib. 6. c. qui prior. de reg. iur. lib. 6. Nec potuit præfatus D. Epiſcopus reuocare electionem factam de dicto Magiſtro A.
3 eo, quia † ſemel facta electione ius eligentis con-
ſumptum eſt, nec permiſſa eſt variatio faciendo nouã electionẽ. l. is cui. ff. de leg. 2. l. apud Aufidiũ. ff. de optio. leg. Bar. & Doc. ĩ l. ſerui electione. in prin. ff. de leg. 1. & maximè hoc eſt prohibitum perſonis
4 eccleſiaſticis, † in quibus variatio reputatur repre
henſibilis, & abhorrenda. c. cum autem. de iure patro. Ideò Bald. in c. 1. de natura feudi. in vſib. feud. inuehit contra Celeſtinum Papam qui de mane faciebat grãm, & in ſero illã reuocabat, & dicunt Dñi de Rota in tit. de pręb. deciſ. 1. in antiquis, & deciſ. 27. in rub. de conceſſ. pręb. quos adducit Fely. in c.
5 cũ olim. col. 4. de ſent. & re iud. † ꝙ ſi Epiſcopus in-
tuitu grãæ ſibi conceſſę à Papa nominauerit vnũ in beneficio, non poterit ẽt re integra uariare diſcedendo à ꝑmiſſa nominatione, quãto magis ergo in caſu nr̃o dicẽdũ erit nõ fuiſſe permiſſam variationẽ ꝑfato D. Ep̃o: quia res non erat integra, cũ eſſet ꝑfatus magiſter in poſſesſione ꝑcipiendi fructus ex ipſo collegio tpe, quo fuit electus D. Io. Baptiſta.

Cõfirmantur prꝑmiſſa ex alio fundamento. Nã
6 † ius acquiſitũ alicui ex facto alterius, non põt au-
ferri eo inuito, l. ſi partem. §. 1. ff. quemad. ſeruir. amit. l. fi. ff. de pact. Bal. & Io. de Imol. in l. inſulam. §. fi. ff. ſol. matr. dicentes ꝙ ſi duo inimici fecerunt pacem, quam promiſerunt non violare ſub pęna cẽtum applicandorum cuidam eccleſię, ſi demum ſequatur pacis fractio inter prędictos, & exinde iterũ
7 fiat reconciliatio, per hoc non † euitabunt pęnam
applicandã eccleſię: quia ſtipulatio habuit certam formã, quę ex facto contrahentiũ non potuit immutari. l. uero procuratori. ff. de ſolu. non potuit ergo D. Ep̃s auferre ius acquiſitum dicto Magiſtro A. virtute electionis de eo factæ, faciẽdo alterã electionẽ de D. Io. Baptiſta reo conuẽto. Hęc ſunt quę vñr poſſe adduci contra præfatum D. Io. Baptiſtam.

Quibus tamẽ non obſtantibus contrarium de iure verius eſſe arbitror, concludendũ ergo eſt in hac dubitatione D. Io. Baptiſtã eſſe in caſu abſolutionis, & pro fundamẽto huius concluſionis conſide-
8 ro in primis, † ꝙ volũtas teſtatoris eſt adimplẽda.
§. diſponat. in auc. de nup. coll. 4. nec poteſt alterari eius voluntas per aliquem inferiorem à ſummo Põtifice. Clem. quia cõtingit. de religio. domi. vbi Mod. ſed teſtator ex eius bonis fuit fundatũ Collegium de cuius reditibus agitur, diſpoſuit ꝙ eligerẽtur Scholares Regiẽſes & non alij, iſta ergo forma debuit obſeruari per Epiſcopum in electione per eum facta, ſed iſta forma non reperitur ſeruata in
9 perſona dicti magiſtri, vt probabit: ergo † electio
de eo facta fuit nulla, & per cõſequens non ꝑſtitit impedimẽtũ, electioni poſteà factę de prędicto D. Io. Baptiſta, neq; hoc caſu eſt interdicta uariatio, quinimò ꝑmiſſa. c. nõ ꝑſtat ĩpedimẽtũ. de reg. iur. lib. 6. Gl. & Doc. ĩ l. ſerui electiõe. ĩ prin. ff. de leg. j.

Quòd autẽ nõ fuerit ſeruata forma in dicta electione ſic patet, & prꝑmitto ꝙ à quindecim annis citra, & pluribus ꝑfatus Magiſter A. deceſſit à ciuitate Regij, & cõtraxit domiciliũ vnà cum patre firmum & ſtabile in ciuitate Bononię, non poteſt ergo dici nec appellari Regiẽſis ratione domicilij, licet rõne originis dici, & cenſeri debeat Regienſis,
10 † cũ locus originis immutari nõ poſſit. l. libertus.
§. præſcriptio. ff. ad munic. debuit ergo eligi Regiẽſis rõne domicilij, non ratione originis tñ: quia de illo ſenſit teſtator. Et ꝙ de tali teſtator ipſe ſenſe-
11 rit patet duplici ratione. Prima eſt: quia † vbi in
aliqua diſpoſitione fit mentio de aliquo populo, ut quia conceditur priuilegium Bonon. illi comprehenduntur in priuilegio qui ſunt Bononi. rõne domicilij, non rõne originis duntaxat, quia illi propterea dñr Bononienſes qui ſunt tales ratione domicilij, de hoc eſt Gl. notab. in c. ſtatutũ. §. cum verò, quam approbant ibi ſcribentes, de reſcri. lib. 6. & per illam, ita cõludit Petr. de Anch. in conſ. 438. inci. iſta ſentẽtia. quod confirmatur ex pulchra deciſione Sal. in l. cunctos populos. in 3. col. in ver. itẽ quęro. C. de ſumma Trin. & fid. cath. vbi dicit, ꝙ ſi
12 maritus † contraxit matrimonium cum aliqua mu
liere forenſi, quo caſu circa lucrum dotis conſiderantur ſtatuta ciuitatis in qua vir eſt oriundus, licet alibi contractus dotis fuerit celebratus. l. exigere dotem. ff. de iudic. ſi tamen maritus contracto matrimonio alibi tranſtulit domiciliũ, demũ mortua ſit vxor, tunc circa lucrum dotis deferendæ marito inſpicietur ſtatutũ loci in quo maritus trãſtulit domiciliũ, & hãc deciſionẽ ſequitur Alex. in cõſ. 101. inci. ex inſpectione ſtatutorũ. lib. 3. Nec prędictis
13 obſtat † tex. in l. libertus. §. ꝑſcriptio. ff. ad munic.
vbi locus originis ꝑfert loco domicilij: qa ille tex. procedit reſpectu obligationis cõtractę ad operas, ſeu quoad onera perſonalia ſubeũda: nam cum illa prius fuerit cõtracta apud locũ originis, meritò ꝑferri debebit loco domicilij poſteà acquiſiti, ꝙ cũ in obligatione operarũ cõſideretur prioritas tẽpo

ris,quo obligatio ipſa fuit contracta, ita notabili-
ter rñdet Bal.in l.1.C.de municip.& orig. libr.10.
quam ſolutionem approbat Alex. in prędicto cõſ.
101.ex quibus ergo manifeſtè patet eligendos fo-
re ſcholares Regienſes nõ ratione originis tñ,ſed
ratione domicilij.Ideò cum præfatus magiſter trã
ſtulerit domicilium de ciuitate Regij ad ciuitaté
Bononiæ non amplius dicetur Regienſis, & ſic in
eo non verificabitur diſpoſitio teſtatoris, electio
ergo de eo facta fuit nulla, ac ſi de penitus extra-
neo fuiſſet facta. potuit ergo fieri ſecunda electio
non obſtante iſta,vt prædictum eſt.

Confirmatur hoc fundamentum alia ratione:nã
ideò teſtator voluit,vt Regienſes eligerentur ad di
ctum collegium:quia habuit affectionem ad patriã
14 ſuam,cui voluit prouidere de viris literatis,† qbus
maximè noſcitur indigere vnaquæque Reſpublica
& eccleſia.§.fin.in procę.inſti.c.cum ex eo. de ele-
15 ctio.lib.6. † & nulla alia ratio pôt excogitari quæ
mouerit teſtatorem ad ſic diſponendum, niſi iſta,
habetur ergo pro expreſſa talis ratio, iuxta Gl.in l.
quanuis.C.de fideic.pro qua eſt bonus tex.in c.ſu-
geſtum.de appel.ponderatus ibi à Philip. ſed iſta
ratio ceſſat in iſto magiſtro, quia ante electionem
de eo factam per plures annos tranſtulit domici-
lium in ciuitate Bononię, & ſua doctrina medici-
nalis non poteſt amplius prodeſſe primæ: ergo ele
ctio de eo facta veluti de alia perſona,de qua teſta-
tor non diſpoſuit uiribus nõ ſubſiſtit,meritò potuit
reuocari.& hoc fundamentum ſufficeret pro victo
ria obtinenda per pręfatum D.Io.Baptiſtam, & ex
iſto fundamento tolluntur omnia adducta pro par-
te cõtraria:quia illa procedunt qñ electio legitimè
facta fuit, ita q potuit effectũ ſortiri: qa tunc verũ
eſt uariationẽ nõ eſſe pmiſſam, ſed ſi ex aliqua cau
ſa nulla ſit electio,alia fieri pmittitur, vt dictũ eſt.

Secundò principaliter pro eadẽ concluſione cõ-
ſidero aliud fundamentum,& pręſuppono in facto
q pręfatus Magiſter electus in rectorem vniuerſita
tis,attriſtatum iurauit ſeruare ſtatuta vniuerſitatis,
& in vno ex dictis ſtatutis continetur,q rector ipſe
teneatur viuere proprijs ſumptibus,infero ergo ex
præmiſſis,q dictus teſtator ſic iurando cenſetur re
nuntiaſſe electioni de eo factæ,& omni iuri ſibi cõ
petenti in dicto collegio:qa ſi vellet viuere de redi
tibus dicti collegij,nõ diceretur viuere ſumptibus
proprijs,prout iurauit, & ſic incurreret periurium,
vt ergo euitetur crimen periurij dicamus ipſum vo
16 luiſſe tacitè renuntiare prædicto iuri. † Cum oĩs
pręſumptio delicti excluſiuè ſit capienda.l.merito.
17 ff.pro ſoc.c.eſtote miſericordes.de reg.iur. † & q
vult cõſequẽs vr velle oẽ neceſſariũ antecedens ad
illud c.prętereà.de off.deleg.& l.ad rem mobilem.
ff.de procu.Si ergo iuri ſuo cenſetur renuntiaſſe,nõ
18 admittitur ad illud petendum: † quia remittenti-
bus iura ſua non datur regreſſus.l.ſequitur.§. ſi uen
ditor.ff.de ędil.edict.c.quam periculoſum.7.q.1.
19 Prætereà iſte ſic † agendo incidit in periurium,
ideò repelli debet à limine iudicij.Gl. ĩ c.paruuli.
22.q.5.Spe.in tit.de acto.§.1.ver. itẽ quod eſt per-
iurus.D.Ant.de But.ĩ c.ĩtelleximus.circa fi.de iud.

Tertiò & ultimò comprobo hanc concluſionẽ,
& conſidero,q pręfatus D.Io. Baptiſta auctoritate
electionis de eo factæ per D.Epiſcopum fuit in bo
20 na fide, † pręſuppoſito etiam q inualida fuiſſet ele
ctio de eo facta,ideò fructus & reditus quos perce-
pit fecit ſuos,nec ad illorũ reſtitutionem compelli
poteſt.l.bonæ fidei.in prin.ff.de acq.rer.dom.l.ſed
& ſi lege.§.quod autem.ff.de petitio.hered.notan-
tur per Bar.& Doct.in l.ex diuerſo. ff. de rei uendi.
& per Gl.& Doct.ſcribentes latè in c.grauis. de re-
ſti.ſpolia. Quòd autem fuerit in bona fide patet ex
notatis per Bal.in l.1.col.ult.C.de fur.in uerſ.item
quæritur nunquid præſcriptio,ubi priuilegium di-
cit,q & priuilegium non ſunt contraria: quia præ-
ſcriptio poteſt eſſe cauſa præſcriptionis etiam ſi er
21 retur in iure: † quia auctoritas ſuperioris inducit
bonam fidem,licet ſit inualida.l.generaliter. ff. de
noxal.& l.fi.C.de ijs,qui à non domino manumit.
& dicit idem Bal.in l.ſi aquam.col.11.uerſi. & no-
22 ta.C.de ſeruitut.& aqua,q † error iuris uel facti
iuſtificat poſſeſſionem quo ad bonã fidem, & quo
ad fructus lucrandos.l.ſed & ſi lege.§.ſcire. ff.de pe
tit.hęredit. l.ſi fur. ff.de uſucap.l.2.C. ſi quis igno.
rem mi.ex quibus indubitanter concludendum pu
to pręfatum D. Io. Baptiſtam fore abſoluendum à
petitis.Dico etiam pręfatum eius aduerſarium nõ
petere melioramenta facta per eum in bonis dicti
collegij: quia fructus per eum prçceptos cum illis
compenſare tenetur, de hoc caſus expreſſus in l.
ſumptus.ff.de rei uendic. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Debitor an licitè poſſit ſoluere, trãſigere, & paciſci cum creditore cedente, alicui rationes, et ipſi nõ denunciãte.*
2 *Sententia lata contra cedentem quando noceat ceſſionario.*
3 *Mandati amiſſio probata quam fidem faciat.*
4 *Sciens aliquem in iudicio agere nomine ſuo, non contra dicens, uidetur eum procuratorem in prædicta cauſa conſtituiſſe.*
5 *Solutione omnis actio & obligatio tollitur, etiam ſi alteri fiat mandato creditoris, uel eo poſteà ratificãte.*
6 *Cedens non poteſt in ceſſionarium transferre id quod ſibi competit.*
7 *Exceptionis non oppoſitæ in iudicio non eſt quærendum, nec iudex ſupplere poteſt.*
8 *Iudex poteſt ſupplere, quando ex actis eſt aliquid ſibi notum, parte non allegante.*
9 *Teſtes examinati in vno iudicio, quando in alio fidem faciant.*
10 *Ceſſionarius ſubrogatur in locum cedentis, & cenſetur eadem perſona cum illo.*
11 *Ceſſionario obſtat, quod obſtat cedenti.*
12 *Cedens dicens ceſſionarium in locum ſuum ponere, non poteſt exigere, nec agere contra debitorem.*
13 *Debitor ſoluens cedenti poſt ceſſionem per eum factam an liberetur.*
14 *Nemo ſine actione experitur.*
15 *Nihil refert quid ex æquipollentibus fiat.*
16 *Cedens non poteſt auferre ius acquiſitum ceſſionario, nec illi ex facto ſuo præiudicare.*
17 *Iudicium non benè agitatum nullum parit effectum.*

18 Negatiua

18 *Negatiua per inſpectionem actorum probatur.*
19 *Mandatum quando per teſtes probari poteſt.*
20 *Teſtes deponentes de ueritate inſtrumenti differunt à deponentibus de tenore.*
21 *Teſtes quales eſſe debeant ad probandum tenorem inſtrumenti.*
22 *Teſtis deponens per uerbum credo, non probat, etiam ſi pro certo credere dicat.*
23 *Iuramentum in ſupplementum non defertur ad probandum mandatum.*
24 *Iuramentum ſuppletorium nõ defertur in cauſa magna.*
25 *Diſpoſitum in cauſa principali complectitur quidquid illam cauſam quocunque modo tangit.*
26 *Teſtibus aſſerentibus ſe habere qualitatem in eis requiſitam à lege ad teſtificandum non creditur.*
27 *Teſti aſſerenti ſe eſse peritum an ſit credendum.*
28 *Teſtes deponentes ſuper morte quales eſſe debeant.*
29 *Qualitas ꝙ teſtis ſit notarius, uel legum doctor non præſumitur niſi probetur.*
30 *Inſtrumentum ſolum probat in eo diſpoſitiuè contenta, non autem enuntiatiuè prolata.*
31 *Ciuilitas per uerba enunciatiuè prolata non probatur.*
32 *Ceſſionarius procurator in rem ſuam dicitur.*
33 *Velle nemo præſumitur quod non poteſt.*
34 *Acta & atteſtationes non nocẽt cui ſentẽtia non nocet.*

CONSILIVM LXXXIII.

PERSPECTIS ſcripturis, & toto ꝓ
ceſſu cauſæ vertẽtis inter Magiſtrũ
Albertum Aromatarium ciuẽ Fa-
uentinum agentẽ parte una, necnõ
Bartholomęũ Molũ de Roſuo reũ
conuẽtum parte altera, viſo quoq;
conſilio in præſenti cauſa edito per eximiũ iuriſcõ
ſultum D. Bertinum Bagarolum conſulentem in fa
uorem dicti Bartholomæi, viſum fuit prima facie
dici poſſe pronunciandũ fore per D. Iudicem con-
tra Magiſtrum Albertum actorẽ, & ſic aſſertum Bar
tholomęũ reum conuentum à petitis fore abſoluẽ
dum, per rationes de quibus in præmiſſo conſilio,
quas ſummatim referam, vt illis eo ordine quo re-
feruntur congruum detur reſponſum, oſtẽdendo a-
pertiſſimis rationibus veritatẽ eſſe in contrarium,
& ſic Magiſtrum Albertum fouere iuſtitiam.

Prima ergo rõ adducta per D. Conſulentem eſt:
quia licet proceſſus agitatus & ſnĩa abſolutoria la-
ta in fauorem prædicti Bartholomęi emanauerint
ceſſione iã facta præfato Alberto, attamen ex quo
ceſſionarius non denunciauit debitori, uel cum eo
litem non fuit conteſtatus, uel ab ipſo aliquid non
1 accepit, iuxta tex. in l. 3. C. de nouat. † debitor ipſe
licitè potuit ſoluere, tranſigere, & paciſci cum ipſo
creditore cedente, hoc operante uirtute directarũ
actionum, quæ remanſerunt penes ipſum cedentẽ,
& quæ ab eius oſſibus euelli non potuerũt, ꝓut de-
clarant Barto. & ſcribẽtes in l. facta. §. ſi hæres. ff. ad
Trebel. & in l. fi. ff. de tranſaction. Bal. & Saly. in l. 1.
C. de actio. & oblig. cum ſuis concordantibus.

Secunda principalis rõ eſt, quia mouetur conſu-
2 lens: quia fuit † lata ſnĩa abſolutoria in fauore Bar-
tholomęi, qua dicit competere exceptionẽ rei iudi
catæ contra dictũ ceſſionariũ, ex quo eſt eadẽ quã-
titas, & eadem cauſa petendi, & eadem conditio ꝑ
ſonæ interpretatiuè ſaltẽ, l. cũ quæritur. cũ l. ſequẽ-
ti, & l. & an eadẽ, in prin. ff. de excep. rei iud. nam ex
quo in iudicio fuit citatus D. Ludouicus cedens, &
per procuratorem uſque ad finem iudicium proſe-
quutus fuit & exinde ſequuta fuit ſententia contra
dictum D. Ludouicum, & appellatio interpoſita ꝑ
eius procuratorem demũ fuit deſerta, ꝓculdubio
dicta ſententia lata contra ipſum cedentẽ nocebit
Magiſtro Alberto ceſſionario: prout declarat Bar.
in l. cũ filius, in prin. ff. de uerbo. obl. & Alex. latè in
l. ſæpe, in 2. col. ff. de ſenten. & re iudic. Nec dicatur
præfatum D. Ludouicum nõ fuiſſe citatum, nec cõ-
paruiſſe unquam in iudicio: quia imò fuit citatus,
maximè eius procurator dominus Pet. Gentilis de
cuius mandato conſtat ex probationibus factis. De
mum ẽt iudiciũ fuit agitatum interueniente Fran-
ciſco Guarino, ex quibus euidentiſſimè cõſtat ſen-
tentiam latam aduerſus præfatũ D. Ludouicum re
ctè & ritè fuiſſet latam & ſic præiudicaſſe D. Alber-
to ceſſionario iuxta tex. in d. l. 3. C. de nouat.

Nec dubitandũ eſt de mandato ꝑfati Do. Petri
Gentilis, nec nõ de mãdato procuratoris ab eo ſub
ſtituti, eo, quia † per teſtes probata eſt productio
3 mandati Do. Petri; quia ponit dictum inſtrumentũ
mandati, & promiſit illum reſtituere & non fuit re-
ſtitutũ: quæ omnia arguunt iudicium legitimè fuiſ-
ſe agitatũ cum procuratore dicti D. Ludouici & hu
iuſmodi probatio ſufficit ad faciendum fidem de
mandato, etiã ſi de eius tenore non conſtaret, ex
quo interuenit dolus aduerſarij, ut dicit Bar. in l. ſi
cut. C. de fide inſtrumento. & in l. ſi de poſſeſſione.
C. de probatio. & in l. aufertur. §. 1. ff. de iure fiſci.
Abb. in c. cum olim, col. 3. de priuil. Bar. in l. teſtiũ
in fi. C. de teſtib. quanto ergo magis in caſu noſtro
ex prædicta probatione fieri fides de mandato: ex
qua etiam conſtat de tenore ipſius mandati.

Cõfirmatur hoc: quia ẽtſi nõ cõſtaret de aliquo
mãdato, † tñ ex quo Do. Ludouicus ſciuit cauſam
4 agi nomine ſuo & nõ cõtradixit, uĩ procuratorem
in prædicta cauſa conſtituiſſe. Ita uoluit Inno. in c.
ex parte decani. & ibi Fel. col. 2. de reſcr.

Tertia principalis rõ adducta per D. Conſulen-
tẽ eſt, quæ ſecundũ eum indubitanter in hanc par-
tẽ ꝑcipitẽ reddit: quia agenti obſtat exceptio ſolu-
tionis factæ D. Ludouico cedenti priuſquã per eũ
fieret ceſſio de certo credito ꝑfato Magiſtro Alber
5 to † uirtute cuius ſolutionis oĩs actio, & obligatio
fuit ſublata. inſti. quib. mod. tolli. oblig. in prin. l. ſi
pupillus. ff. ad leg. Falcid. quod procedit etiam ſi ſo
lutio fuiſſet alteri facta mandato creditoris, uel eo
poſtea ratificãte. l. ſolutum. §. ſolutam, ubi Bar. col.
2. ff. de pigno. ac. & in l. inuito. C. de ſolu. & in l. ſi li-
6 ber homo. ff. de nego. geſt. Nõ potuit ergo † D. Lu-
douicus cedens trãſferre in ceſſionariũ id quod ſi
bi nõ competebat. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur.
c. quod autẽ de iure patr. cum ſuis concordantibus.
Ita de ſolutione enim facta ante dictam ceſſionem
patet: quia ceſſio ipſa facta fuit de anno 1505. ſolu
tionis autem de anno 1501. merito agenti obſtat
exceptio ſolutionis.

7 Nec obſtat ſi diceretur † ꝙ iſta exceptio nõ fuit
oppoſita in iudicio, ideò de ea nõ eſt q̃rendũ, nec

iudex in hoc pōt ſupplere, ex quo à parte non fuit petitū, l.4.§.hoc autem iudicium, ff.de dam.infec.
8 quia reſpondendo dico, † ꝙ ex quo mota eſt talis exceptio iudici, cum de illa conſtat ex actis, iudex ſupplere poteſt, ꝓut uoluit Abb.in c. bonæ, col.3. de poſtula.prælato.& in c.Raynaldus. in notabilib. de teſta.Bar.in l.ſi unus.§.pactus ne peteret, in ver. ſed contra prædicta.ff.de pact.& tanto magis quādo pars aduerſa locupletaretur cum aliena iactura l.planè.& l.fi.ff.de pet.hære.

Nec obſtat etiam ſi diceretur teſtes deponentes de ſolutione non facere fidem contra Magiſtrū Al
9 bertū, † quia examinati in alio iudicio, ꝑ ea quæ notantur in l.is apud quem.C.de eden.& per Bar.ī l.cū lite mortua, ff.de iudic.ſol.quia reſpōdetur id procedere quādo ꝑſonę eſſent penitus diuerſę: ſecus quādo loco eiuſdem haberentur. nam tunc facerent fidē teſtes ipſi in alio iudicio. Ita dicit Bar.
10 in d.l.cū lite mortua. † in caſu noſtro ceſsionarius ſubrogatur in locū ipſius cedētis, in tali iure ceſſo, ratione cuius ſubrogationis cenſetur eadem perſona cum illo, c.denique.7.q.1.& l.ſi donatæ.§.1.ff.
11 de don.inter uir.& uxo. † quod ergo obſtat cedēti obſtat ei us ceſsionario, ueluti ſucceſſori: arg. l.fin. §.1.ff.ad Velleia.& notat Bar.in l.ſi qnis rem. ff.de procur.& in l.eius.C.de compenſa.& in l.apud Celſum.§.ſed cum legitima.ff.de excep. doli. Paul.de Caſt.in conſi.48.inci.in cauſa quæ uertitur. Alex. in l.ſi cū dotē.§.ſi patri.ff.ſolu.mat.ex quibus ergo rōnibus ſummatim relatis iuridica uī fuiſſe cōcluſio præfati D.Conſultoris, qui conſuluit dictū Bartholomęū Molum reum conuentū à petitis per Magiſtrum Albertum fore abſoluendum.

Quibus tamen nō obſtantibus, cōtraria opinio omnia maturè, & deliberatè cōſideranti, potior uiſa fuit: concludendū ergo eſt prefatum Magiſtrum Albertum in præſenti cauſa fouere iuſtitiam, & prefatum Bartholomęum Molum reum cōuentum in petitis per eum fore condemnandum.

Et pro hac cōcluſione in primis conſidero, ꝙ in inſtrumento ceſsionis factæ ꝑ D.Ludouicū prętato Magiſtro Alberto cōtinetᷣ qualiter dictus D.Ludouicus ponebat in locū ſuū præfatum Magiſtrū Albertū, ideò uirtute dictorū uerborū dico fuiſſe mādatū exercitiū directarū actionū ipſi Magiſtro Alberto, prout declarat Bart. ſingulariter in l.in prouinciali.§.ſi ego.ff.de noui ope.nunc.& in terminis noſtris decidit Ange.in l.ſi cum emptore. ff.de
12 pac. † ꝙ qñ in ceſsione actionum dr̄ qualiter cedēs poſuit ceſsionariū in locū ſuum, tunc non poteſt cedens exigere, nec agere contra debitorē, licet ceſſionarius nihil fecerit de illis tribus quę ponuntur in l.3.C.de nouati.& dicit ſe ita de facto conſuluiſſe, & obtinuiſſe, & ſubdit ꝙ notarij in omni inſtrumento ceſsionum ſemper apponunt illa uerba, ponens eum in locum ſuum, & iſtud eſt quotidianum. hæc ſunt formalia uerba Ang.in pręallegata l.ſi cū emptore.& hoc dictū Ang.pro multum notabili refert, & ſequitur Franciſcus Aret.in l.cū filio, col.9, in uerſi.in Gl.ſequenti.ff.de leg.1.Et ex iſto fundamēto tollitur obiecto quæ fit de leg.3.C.de nouat. eo, quia cum ceſsionarius fuerit poſitus in locū ipſius cedentis, prout patet ex tenore inſtrumenti, in quo ceſsio ipſa cōtinetur, non fuit neceſſe ꝙ aliqd eorum de quibus in d.l.3.interuenerit, ad hoc vt ipſi cedenti eſſet adempta facultas agendi contra debitorem, vel ab illo exigendi: quia ſtatim abſque vllo facto propter exercitiū directarum actionū quæ cenſentur fuiſſe mandatæ ceſsionario uirtute uerborū, ponens eum in locum ſuum, fuit interdicta facultas cedenti agendi contra debitorem, & ab illo exigendi, & ex iſto fundamēto euertuntur oīa quæ fuerunt adducta in contrariū per D.Conſulentem, ad q̄ tamen inferius particulariter reſpondebitur.

Confirmantur ꝑmiſſa ex ijs, quæ habentur ꝑ Sa-
13 ly.in l.1.in 12.q.C.de act.& obli.ubi q̄rit, † an debitor ſoluens cedenti poſt ceſsionē per eū factam liberetur? & diſtinguit hoc modo. Aut penes cedētē nihil remanſit, ꝓut in caſu noſtro, per dicta uerba ponens eū in locū ſuū, & tunc debitor liberatur. Aut actio penes eū remanſit. & tunc debitor liberatur ſi ſoluat ignoranter: quia excuſatur ſic ſoluendo pp cauſam probabilē ignorantiæ: arg.l.cū quis. §.1.& quod ibi notatur.ff.de ſolu.& arg.eius quod notatur per Gl.in l.procuratori falſo.ff.de cond.ob cauſ.& iſta dicta Saly.ſequitur D.Maria. Soci.in cōſilio 18.incipien.proſequendo ordinem prædictarū quæſtionum, col.6. ubi pulchre loquitur in hac materia. Et ex prædictis uerbis Salyc. infero ipſum uelle, ꝙ in caſu in quo nihil remanſit penes cedentē, tunc debitor ſoluens cedenti ignoranter nō liberatur ēt ſi probabilis fuerit eius ignorantia. & ꝙ iſtud uelit Saly.patet: quia dum dicit ꝙ ſoluens cedenti poſt iura ceſſa non liberatur ſi nihil remanſit penes cedentē, ſimpliciter loquitur, & indiſtincte, in ſecundo uero caſu qñ actio remanſit penes decentē, diſtinguit inter debitorem ſoluētem ignoranter ipſi cedēti, & inter debitorē ſoluentē ſcienter. uult ergo in primo caſu, in quo non fit talis diſtinctio ꝙ debitor ſoluens cedēti non liberetur, cū nihil remanſerit penes ipſum cedentem.

Eſt uerum, ꝙ reſpectu ſolutionis Ange.in l.3.C. de nouat.tenuit contrarium, & cōtrariū ſentit Bar. & ibi expreſsius Paul.de Caſt.quē inferius referam in l.pacta.§.hæres.ff.ad Trebellia. ſed de hoc non eſt curandum ad caſum, de quo agitur, prout paulo inferius oſtendemus, & ex prædictis rōnibus ſatis & ſuper patet fundatam eſſe intentionē ꝑfati Magiſtri Alberti ceſsionarij, de cuius iure aptius conſtabit ſublatis ijs q̄ adducta fuerūt in ꝯtriū: qā cū in eū fuerīt trāslatæ utiles actiones & exercitiū directarū in ipſum ceſsionarium, nihil remanſit penes
14 cedentem, uirtute cuius poterit agere, † cum nemo experiatur ſine actione, l.ſi pupilli.§.uideamus ff.de nego.geſt.l.quoties.§.item ſi temporali, & l. tutores.in prin.ff.de admi.tuto.& l. ſi quis §. illud ff.de pet.hær.& ita in terminis noſtris infert D.Marian.in prævallegato conſi.18.col.6.

Cōprobatur & tertiò ꝑmiſſa concluſio: nam in prædicto inſtrumento ceſsionis dicitur qualiter D.Ludouicus ceſſit & mandauit Magiſtro Alberto omnia iura, & actiones reales, ꝑſonales, prætorias, mixtas, utiles, & directas quæ, & quas ꝑfatus D.Ludouicus habet habebat, & habere poterat ſibiq́ue competebant, competunt, & competere poterāt, & poſſunt, contra & aduerſus Bartholomęū de Molis

eiuſq; hæredes. Demum ſubdit in inſtrumento cõſtituens eundem procuratorem in rem ſuam, & ponens ipſum in locũ, & in uniuerſum ius ſuum, ex qbus uerbis infertur exercitium directarũ actionũ fuiſſe mandatum & ceſſum pfato Magiſtro Alberto: & ſic facultatem agendi non competiuiſſe Do. Ludouico cedenti, licet nõn interuenerit unum ex iis quæ ponuntur in d.l.3. C. de nouat. Ita decidit Tancred. de Corneto in quodam ſuo tract. iudiciali in ultima par. q.12. quẽ refert, & ſequitur D. Bartholo. Veronen. in ſuis cautelis char.262. fol.26. & licet uideãtur præfati Doctores ponere alia verba in præmiſſa quæſtione, dum dicunt ꝙ in inſtrumento debet exprimi ꝙ cedens transfert omnẽ actionem, omnem ſpem, & exercitium actionis, ita ꝙ apud cedentem non remaneant reliquiæ actionis, nihilominus idẽ tamen dicendũ eſt in caſu noſtro: quia uerba de quibus in dicto inſtrumento: adeò uniuerſaliter, & adeo enixè prolata æquipollẽt uerbis de quibus per dictos Doctores in quæſtione p
15 eos propoſita. † nihil ergo refert quid ex æquipollentibus fiat. l.3. C. de inſti. & ſubſt. & l. mulier. §. 1. ff. ad Trebel. c. licet ex quadam. de teſtib.

Quartò pro eadẽ concluſione adduco notata p Pau. de Caſt. in l. facta. §. ſi hæres in ultimis uerbis. ff. ad Trebel. ubi dicit ꝙ in caſu in quo penes cedẽtem nihil remanſit, prout in caſu noſtro; ſi cedens faciat pactum, uel confiteatur debitorem nõ debere: iſta non proſunt debitori nec nocẽt ceſſionario ſiue debitor ſciuerit ſiue ignorauerit ceſſionẽ eſſe
16 factam: † quia non põt cedens auferre ius acquiſitũ ceſſionario, nec illi ex facto ſuo præiudicare. l. ſi partẽ. §. fi. ff. quemad. ſeruit. amitta. l. fin. ff. de pact. qua ergo rõne non potuit præfatus Do. Ludouicus pacto, confeſſione, uel alio facto ſuo præiudicare Magiſtro Alberto ceſſionario, ſic eadem rõne non potuit illi præiudicare agendo contra præfatũ Bartholomæũ debitorẽ patiendo contra ſe ferri ſentẽtiã, dato ꝙ in ueritate ipſe, uel alius eius nomine legitimè iudiciũ fuiſſet proſequutus: eo, quia in terminis iſtis pactum, tranſactio, & ſententia æquiparantur, ſecundum Bartol. in dicta l. facta. §. hæres. in ultimis uerbis.

Deuenio igitur ad reſponſionem eorum quę in contrarium adducta fuerunt. Ad primum igitur in quantum dicebatur ꝙ potuit Do. Ludouicus cedẽs agere contra debitorem ſuũ, & ſic pręuenire ceſſionariũ, ex quo non interuenit unũ de iis quæ habẽtur in l.3. C. de nouat. reſpondetur, ꝙ illud procedere poſſet. qñ ſimpliciter iura fuiſſent ceſſa pdicto Magiſtro Alberto: ſed in caſu noſtro in quo nihil remanſit penes cedentem uirtute dictorũ uerborũ ponens eum in locum ſuum, & aliorũ uerborũ quæ ſupra retuli. non fuit opus ꝙ aliquid prædictorum interuenerit: prout dixi ſtatim fuit adempta facultas ipſi cedenti agendi & exigendi ab ipſo debitore, cum nemo experiatur ſine actione, iuribus ſuperius allegatis. Sequitur ẽt ex hoc ꝙ iudiciũ agitatũ per D. Ludouicũ contra Bartholomæũ Molum ueluti agentem ſine actione fuit nullum & ſic non potuit præiudicare ceſſionario, dato non tñ conceſſo ꝙ prædictum iudiciũ legitimè fuiſſet agitatum per præfatum D. Ludouicum aut eius legitimum procuratorem: quia cũ exigendo aut paciſcendo non potuerit pïudicare ipſi ceſſionario, ẽt ante denunciationẽ factam per ipſum debitori, ut prædixi, nõ potuit, etiam agendo illi præiudicare: quoniam pactum, confeſſio, & ſententia in terminis iſtis æquiparantur, prout dixi ſupra in fundamentis concluſionis adducendo Bar. in d. §. hæres.

Secundò reſpondetur ꝙ pdictũ iudiciũ agitatũ inter D. Ludouicum cedentem, & Bartholomæum
17 debitorẽ fuit nullũ, & † nullum ergo operatur effectũ, nec ſuper eo fieri poſt fundamẽtũ: arg. l.4. §. condemnatũ, ff. de re iud. & l. non putauit. §. non q̃uis. ff. de bon. poſſ. cont. tab. Quòd ãt fuerit nullum paret: quia præfatus D. Ludouicus tale iudiciũ non fuit proſequutus nec alius habens ab eo mandatũ:
18 quod † oſtenditur: quia in actis non conſtat de tali mandato, & euidẽs probatio huius negatiuæ probatur ex inſpectione actorũ in quibus non apparet aliqua ſcriptura de eo, de quo quæritur. l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & ibi Bar. & Bal. notant Bart. in l. 2. C. ſi tutor uel curator interuenerit. & notatur, in l. fi. C. de reb. cred. & in l.a. C. de erro. aduoc. p Bar. & Doct. in l. Titiæ teſtores. in prin. ff. de leg. 1.
19 Nec obſtat ꝙ † per teſtes pbetur de tenore inſtrumenti ipſius mandati, & mandatum, ſecundũ cõiter Docto. in l.2. C. de procur. quia ad hoc rũdendo dico, ꝙ Do. Conſulens in hoc æquiuocauit, quia uerũ eſt ꝙ per teſtes põteſt probari mandatũ, licet tales teſtes non ſint notarii, aduocati, uel doctores, qñ deponerent de ueritate rei: ut quia fuerunt præſentes conſtitutioni ipſius mandati. Secus qñ deponerent de tenore inſtrumenti, non de ueritate ipſius rei: quia tunc, ut ſtatim dicam, alia pro-
20 batio requiritur: † & iſta duo ſunt diuerſa, ut elegãter declarat Abb. Panor. i c. cũ olim, ſup Gl. fi. extra de priuileg. ex uno ergo ad aliud non rectè infertur, l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de uerb. oblig. l.
21 Papinianus exuli. ff. de minorib. Dico ergo ꝙ † cũ in caſu noſtro agatur de probando tenore inſtrumẽti, teſtes per quos fieri dẽt talis probatio debẽt eſſe magni aduocati, doctores, uel notabiles notarii, c. cũ olim, de priuile. p quẽ tex. iſtud uoluit Bar. in l. ſicut iniquũ. C. de fid. inſtr. Bar. & Doc. in auct. ſi quis in aliquo. C. de eden. ſed teſtes p quos reprobatur tenor inſtrumẽti mãdati Do. Petri Gentilis non ſunt tales igitur eorũ probatio nõ eſt idonea.

Et ſi diceretur duo ex pdictis teſtibus hẽnt qualitatẽ à iure requiſitã: quia unus ipſorum eſt, notarius, & alter eſt legũ doctor, ergo ſufficit talis probatio. l. ubi numerus. ff. de teſtib. c. i omni negotio de teſtib. ad hoc reſpondeo ꝙ pfatus D. Petrus Gẽ
22 tilis † qui deponit per uerbum credit, non probat, ſecundum Gl. & Doctores, in l. teſtium. C. de teſtib. Gl. in l.2. §. pen. ubi Bar. ff. de aqua plu. arcen. & in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbit. Moderni in l.1. in prin. ff. de iuſti. & iure. quod procedit etiam ſi teſtis diceret ſe pro certo credere. nã adhuc non probat eius dictum c. tertio loco, de præſump. per quem tex. ita dicit Bal. in l. ſiue poſſidetis. col.2. C. de proba. Remanet ergo ſolum dictum notarij habẽtis qualitatem requiſitam à lege circa probationem inſtrumenti ipſius mandati, & cũ ſit ſolus non probat, nec deferri põt iuramentũ in ſupplemẽtũ

pro-

23 probationis duplici rõne. Prima eſt: quia † quando agitur de probando mandato non eſt locus tali iuramento, ſecundum Bal. & Ang. in l. non ſolum, §. qui alieno. ff. de procur. Ludo. Roma. in l. admonendi, in 22. col. in 3. fallen. ff. de iureiur.

24 Secunda ratio eſt: † quia cauſa eſt magna habita conſideratione dicti Bartholomęi, ideò huiuſmodi iuramentum ei deferri non debet, iuxta tradita per Gl. & Bar. in d. l. admonendi.

Et ſi diceres, iſtud procederet ſi iuramẽtũ eſſet deferendum ſuper quantitate debiti, quæ diceret ſoluta per ipſum Bartholomæum, ſed cum hic agatur de probatione alterius actus, ſecus dicendum eſt: ad hoc reſpondeo, ꝙ ſicut iuramentum non poteſt deferri ſuper principali cauſa, quia magna ſit, etiam deferri non poteſt ſuper aliquo articulo in-
25 cidẽti in ipſa cauſa: quia † quod diſpoſitum eſt in cauſa principali, complectitur quidquid illam cauſam quocũque modo incidenter tangat, iuxta doctrinam Bar. in l. ſolent. circa fi. ff. de alimen. & cibar. legat. Bal. in l. ſi quando. C. de teſti. ꝑ illũ tex. Paul. de Caſt. in l. cum hi, in prin. ff. de tranſact.

Põt ẽt alio modo reſponderi ꝙ prędicti teſtes non probant tenorem mandati: quia ut dixi, certa qualitas requiritur ĩ ipſis teſtibus, uidelicet ut ſint notarij, aduocati, uel doctores. iſta ergo qualitas
26 fuit probanda legitimè ꝑ alios teſtes, † nec ſtatur dicto ipſorum teſtiũ aſſerentiũ ſe habere qualitatẽ in eis requiſitã à lege ad teſtificãdũ in aliquo actu. Iſtud colligitur ex dictis Bar. in l. decem, ff. de uerbo. oblig. in 2. col. qui ad hoc ſubtiliter inducit ea q̃ habẽtur in auc. ſi dicatur. C. de teſti. & idẽ tenet D. Alex. in conſi. 64. circa fi. inci. uiſo themate. lib. 1. Iſtud ẽt patet ex dictis Bal. in c. 1. §. ſi inſtrumentũ, in tit. de notis feudorũ. quem rẽfert, & ſequitur Aret. in c. propoſuiſti. col. 3. de prob. Nã dicit ibi
27 Bal. † ꝙ ſi teſtis ĩterrogetur an ſit peritus, & reſpõdeat ꝙ ſic, non ſtabitur ſuæ aſſertioni, niſi habeat aliũ conteſtẽ deponentẽ de eius peritia. & ſic ipſi ſoli non creditur. iſtud ẽt patet, & primo ex notatis per Ang. & Io. de Imol. in l. 1. §. ſi quis neget. ff.
28 quemad. teſta. aper. ubi dicunt, ꝙ ſi diſponit † ſtatutũ ꝙ teſtes per quos probetur mors alicuius, debeant eſſe optimę opinionis, certè nõ erit probata mors niſi probetur tales teſtes ſic deponentes eſſe optimæ opinionis, & famæ: quia licet quis præſumatur bonus & idoneus, nõ tñ p̃ſumitur optimus, & ſic qualitas quæ non præſumitur in teſte, per a-
29 lios teſtes probanda eſt, ſed iſta qualitas † ꝙ teſtis ſit notarius uel legũ doctor nõ præſumitur cũ non inſit à natura, ſed ueniat ex accidenti. iux. Gl. in c. ſi forte, de ele. lib. 6. & in l. ſi uero. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. illa ergo fuit per alios teſtes probanda.

Præterea uerba enũciatiua de q̃bus in dictis atteſtationibus, in quibus dr̃ ꝙ D. Petrus Gẽtilis eſt legũ doctor, & Ser Petrus Maria eſt notarius, non
30 probãt iſtã qualitatẽ, eo, quia † inſtrumẽtum ſolũ probat ea quæ in eo diſpoſitiuè continentur, non ea quæ enũtiatiuè in eo prolata ſunt. Ita dicit Bal. in c. cum uenerabilis. col. pen. de excep. adducens pro hoc tex. in l. Aurelius. §. fi. ff. de lib. leg. ex quo dicto infert D. Alex. in conſi. 16. inci. in cauſa & li
31 te uertente. col. 3. lib. 5. † ꝙ inſtrumentũ in quo dr̃ Sempronius ciuis Regienſis &c. non probat eius ciuilitatem, ut ibi per eum.

Non obſtat dum dictum fuit ꝙ ex quo ſciuit D. Ludouicum cauſam ſuam agi ur̃ dediſſe mandatũ &c. ad hoc. n. rñdeo omiſſis multis ſolutionibus q̃ poſſunt dari, ꝙ dictus Inno. in eo loquitur qui ſcit cauſam ſuam agitari, & ſic cauſam cuius commodum & incommodum ad eum ſpectat, ſed in caſu noſtro commodum cauſæ & incõmodũ ſpectat
32 ad Magiſtrum Albertum † ceſſionariũ qui dr̃ procurator in rem ſuam. c. 1. de procur. lib. 6. l. illã. C. de dona. ergo cauſa dr̃ propria ipſius Magiſtri Alberti. l. 1. §. in propria. ff. q̃ñ appellã. ſit. Præterea non potuiſſet ipſe D. Ludouicus cedens agere: q̃a nulla actio penes ipſum remanſerat, ut dictũ eſt: & nemo ſine actione experitur: nec ẽt ad hoc potuiſſet expreſsè procuratorẽ conſtituere, cũ nulla actio ſibi cõpeterit, igitur nec patiendo ur̃ ad hoc dediſ-
33 ſe mandatũ: † quia nemo præſumitur uelle id qđ non põt. c. à nobis. de ſent. excom. ubi Abb. l. Lucius Titius. §. pen. ff. ad munici. in uerbo cum ad ea quæ mãdari poſſunt, uoluntatem dediſſe uidearis. not. Bar. in l. ſub conditione, ff. de cond. inſt. Bald. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.

Nõ obſtat ultimũ fundamẽtũ de ſolutiõe facta ante ceſſionẽ D. Ludouico: quia dico ꝙ illa nõ fuit probata nec ꝑ teſtes, nec ꝑ inſtrm̃: ꝑ teſtes nõ fuit probata: quia nullũ fuit iudiciũ rõnibus p̃miſſis, & ꝑ cõſequẽs ſñia fuit nulla, nec potuit obeſſe Magiſtro Alberto ceſſionario. igitur nec ei nocebunt atteſtationes: quia cui nõ nocet ſñia, nõ nocẽt etiã acta nec atteſtationes. Ita Bar. in l. cũ lite mortua. col. 3. ff. iudic. ſolui. & in l. ſi mater. §. ulti. ff. de excep. rei ind. & in l. 2. C. de eden. Ludo. & Moderni ĩ l. ſed ſi poſſeſſori. §. fi. ff. de iureiur. Inſtrm̃ ẽt nõ ꝓbat ſolutionẽ: quia nõ apparet ꝙ Laurẽtius de Pritelis, cui ſoluitur certa quãtitas pecunię ꝑ pręfatũ Bartholomęum noĩe dñi Ludouici eſſet creditor ipſius D. Ludouici, nec ẽt apparet legitimè ꝙ mãdato ipſius D. Ludouici iſta ſolutio ſeu ꝓmiſſio de ſoluẽdo facta fuerit: igitur tale inſtrm̃ non probat ſolutionẽ legitimè factã, ita qđ ex ea p̃fatus Bartholomęus fuerit liberatus: nã ſaltẽ debuit legitimè probari ipſum D. Ludouicũ fuiſſe debitorẽ dicti Ser Laurentij. l. ſoluendo. cũ ibi nota. ff. de neg. geſt. & in l. ſolutũ. §. ſolutũ. ff. de pig. actio. de quo cũ minime cõſtet, ſequitur ꝙ non eſt probata ſolutio q̃ liberauerit ipſum Bartholomęũ à p̃dicta quãtitate: ex quib. ꝯcludo pronũciãdũ fore in fauorẽ Magiſtri Alberti, & credo ꝙ ſi D. Conſulens prædicta conſideraſſet, non ita conſuluiſſet in fauorem prædicti Bartholomæi. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Principis ſtatutũ & diſpoſitio emanans cum clauſula non obſtantibus, non intelligitur diſpoſitioni iuratæ derogare.*

2 *Saluiconductus conceſſi à Principe debitori, non extenduntur ad debitum iuratum.*

3 *Statutum nihil poteſt deſeruire etiam in ſpecie ſuper actu iurato.*

Nemo

4 *Nemo præſumitur uelle comprehẽdi in diſpoſitione ſua generali id, de quo in ſpecie diſponere non poteſt.*
5 *Debitor renuntiare poteſt ſtatuto quod in ſui fauorem emanauit.*
6 *Debitor beneficio ceſſionis poteſt renuntiare.*
7 *Ratio generalis omnes caſus comprehendit, licet maior ratio ſit in uno quàm in alio.*
8 *Diſpenſatio facta per Principem cum illegitimo ut ſuccedat qualitercunque, & ex quocunque coitu natus ſit uidetur tollere oẽs defectus legitimitatis quotquot ſint.*
9 *Renuncians omni legum & iuris auxilio, intelligitur renuntiaſſe beneficio l. de ijs. ff. de tranſactio. maximè quando iuramentum fuit appoſitum.*
10 *Iuramentum uim habet expreſſi.*

CONSILIVM LXXXIIII.

CAPTVRA facta de Gabriele de Fanganno ciue Bononiẽſe infringi poſſe vr̃ ex diſpoſitione ſtatuti poſiti ſub rubrica quõ, & qualiter forenſibus agentibus ius reddatur, in ver. adijcientes. vbi diſponitur, ꝙ aliquis ciuis Bononiæ, incola, vel habitator cũ eius familia non poſsit quoquo modo pſonaliter capi, vel detineri pro aliquo debito, ſeu obligatione ciuili, ſeu vigore vel occaſione alicuius debiti ꝯtus obligationis, ſeu ſententiæ vel præcepti, ẽt quoquo modo contracti cum aliquo, qui tempore talis debiti contractus, vel obligationis non fuerit ciuis, uel obligationis ciuitatis cum eius familia, &c.

Sed pmiſſo ſtatuto nõ obſtãte, & alijs ſimilibus ſtatutis, dico capturam prædictam viribus ſubſiſtere: eo, quia huiuſmodi ſtatuta non cõprehendunt caſum noſtrum: & hoc urgenti ratione. Nam obligatio contracta ex parte dicti Gabrielis eſt iurõ firmata, ad eam ergo non ſe extendit uirtus præ-
1 miſſi ſtatuti: eo, † quia diſpoſitio etiã Principis emanans cum clauſula, non obſtantibus, non intelligitur derogare diſpoſitioni, ſuper qua interpoſitũ fuit iuramentum. Gl. in Clem. dudum. §. pen. ſuper uerbo, pacta de ſepult. & Gl. in c. cum non deceat. de elect. lib. 6. quã Glo. pro ſingu. notat & ſequitur Rom. in ſing. 7. idem Roma. in conſ. 393. inci. præſens conſultatio. circa fi. & in conſ. 436. inci. quòd indultum Petri. col. 3. Et ex prædictis infert D. Alexan. unam deciſionem quæ optimè deſeruit caſui noſtro conſ. 205. inci. viſis ijs quæ narrantur in themate. circa fi. in 2. lib. & in conſ. 38. inci. uiſa peti-
2 tione. lib. 3. † ꝙ literæ ſalui conductus conceſsi à Principe debitori non extenduntur ad debitum iuratũ, maximè qñ de tali iuramento nulla facta fuit mentio, adducit pro hoc tex. in c. conſtitutus, extra
3 de reſcrip. Confirmatur, † quia ſtatutum nihil põt deſeruire ẽt in ſpecie ſuper actu iurato: ut per Bar. latè in l. omnes populi. in 3. q. prin. ff. de iuſt. & iur. & latè per Imol. in l. ſi quis inquilinus. §. fi. ff. de leg. 1. & latè Alex. in d. conſ. 38. ubi adducit concordantes. ergo nec in genere uidentur & ſtatuentes in pdicta conſtitutione uoluiſſe comprehendere obli-
4 gationẽ iuratam, † cũ nemo præſumatur uelle cõprehendi in diſpoſitione ſua generali id de quo in ſpecie diſponere nõ poteſt. c. tua, de decim. c. à nobis, quem ibi ad hoc not. Abb. Moder. extra de ſenten. excom. Bar. in l. ſub conditione. ff. de condi. inſti. Bar. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.

Præterea & ſecundò, in inſtrumento obligationis dicitur ꝙ prædictus Gabriel poſsit cogi & conueniri ubique, & coram quocunque iudice competenti uel incompetenti, renuncians omnibus & ſingulis legibus, & iuribus, conſtitutionibus, ritibus, conſuetudinibus, & obſeruantijs, quibus & per quę præmiſſa, uel aliquid pręmiſſorum poſſent infringi uel aliquo modo impugnari, ex quibus uerbis dico
5 eſſe renuntiatũ beneficio dicti ſtatuti, † quod emanauit in fauorẽ ipſorum debitorũ, ideò illi potuit renuntiari. l. pe. C. de pac. c. ad Apoſtolicam. de regularibus, pro quo faciũt notata per Frider. de Sen. in conſ. 60. & p Ang. Ludo. Roma. & D. Alex. in l. a-
6 lia. §. eligantur. ff. ſolu. mar. ubi concludunt, † ꝙ debitor poteſt renunciare beneficio ceſsionis, licet ĩ quãdam conſequentiã uideatur ſe arctare ad carceres: quia huiuſmodi beneficiũ ceſsionis à lege fuit introductum in fauorem debitoris, ideo illi poteſt renuntiari.

Et ſi diceretur ꝙ beneficio talis ſtatuti non cenſetur renunciatum, quia de eo renuntiato nulla fit expreſſa mentio, ad hoc rñdetur, ꝙ imò uirtute dictæ gñalitatis cenſetur renuntiatũ præmiſſo ſtatu-
7 to, † cũ ratio generalis omnes caſus comprehendat, licet maior ratio ſit de uno q̃ in alio l. in fraudem. §. fi. ff. de mili. teſta. l. obligari. ff. de aucto. tuto. Pro quo adduco not. per Paul. de Caſt. in conſil.
8 221. inci. ſuper pũcto iſto. in fi. ubi dicit, † ꝙ diſpẽſatio facta per Principem cum illegitimo ut ſuccedat qualitercũque & ex quocunque coitu natus ſit, uidet tollere omnes defectus illegitimitatis quotquot ſint: quia uidetur Princeps implicitè per illã generalitatem cogitaſſe de omnibus defectibus q eſſent ĩ eius origine, uel eſſe poſſent: illos ergo omnes tollere uoluit, & poſito ꝙ ignorauerit qui & quales eſſent tales defectus, tamen ex quo fuit huius propoſiti oẽs tollere ſi ſciuiſſet, oẽs cenſentur ſublati. l. qui iure militari. de milit. teſt. Ita Pau. de Caſt. formaliter in prælallegato conſi. cuius dictum optime deſeruit caſui noſtro: quia licet dictus Gabriel in ſpecie nõ cogitauerit de dicto ſtatuto, ĩ genere tamen propter dictam renuntiationẽ multum gñalem de illo cogitauit. Ideò uirtus renuntiationis extẽdit ad bñficia dicti ſtatuti: & tanto magis hoc procedit, cũ ſit ꝙ ſuper dicta obligatione & alijs contentis in inſtrumento ſit interpoſitũ iurñi, uirtute cuius cenſetur renuntiatũ diſpõni legis uel ſtatuti ẽt requirentis ſpecialem renuntiationem. Iſtud uoluit D. Alex. in cõſ. 11. inci. uiſo, & ut opor
9 tet cõſiderato. lib. 2. col. 4. ubi dicit † ꝙ per iſta uerba omni legum & iuris auxilio, dicetur renuntiatũ beneficio legis de ijs. ff. de tranſa. maximè quando iuramentum fuit appoſitum. Adducit not. per Bar. in auct. matri & auiæ. C. quãdo muli. tute. mu. fung.
10 opot. & in l. ſub cõditiõe. ff. de teſta. tute. † iuramẽtum. n. habet uim expreſsi. Bal. in l. 1. C. commodati. Ex quibus concludo dictam capturam ſubſiſtere nec infringi poſſe uirtute dicti ſtatuti, ſeu aliorum ſimilium ſtatutorum. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Agentis intentio per inſtrumenti productionẽ conſtat.*
Inſtrumentum in actis productum facit rem notoriam pro producente.
2 *Reus in exceptionibus dicitur actor,*
3 *Sententia ferenda eſt pro actore fundante intentionem ſuam niſi reus clarè illam confundat.*
4 *Religioſus non poteſt niſi cum licentia ſui ſuperioris in cauſa teſtificari.*
5 *Verbis enunciatiuis non ſtatur, neque creditur.*
6 *Inſtrumẽto, in quo notarius atteſtatur iudicẽ interpoſuiſſe decretũ in contractu minoris, non eſt præſtãda fides.*
7 *Teſtis præſumitur iuratus, ſi in actis reperitur ſcriptum teſtis iuratus. &c.*
8 *Teſtis partim uerè & partim falſè deponens in totum uitiatur,*
9 *Teſtis unicus & ſingularis non probat, etiam ſi dignitate & ſanctimonia præfulgat. & nu. 23.*
10 *Confeſſio abſente parte facta per duos teſtes probari debet, ut ſemiplene probet.*
11 *Plures ſemiplenæ probationes unius ſemiplenę nõ cõiunguntur, ut & ex eis conſtituatur ſemiplena probatio.*
12 *Teſtes plures ſingulares loco & tempore non probant.*
Teſtibus ſingularibus iuramentum non defertur in ſupplementum probationis.
13 *Teſtes mille ſingulares minus ꝓbant, quàm unus tantũ.*
14 *Solutio facta alio quàm creditori ſine eius uoluntate, nõ liberat debitorem.*
15 *Pater filiam dotare tenetur.*
16 *Extraneus dans dotem mulieri qui ſtipulatur eam reddi ſimpliciter, uidetur ſtipulatus ſibi & non alteri dotem reſtituendam eſſe.*
17 *Procurator faciens actum non dicendo procuratorio nomine, nomine proprio & non domini agere uidetur.*
18 *Principis determinatio diſponens contra ius commune iniqua cenſetur.*
19 *Reſcripti uerba debent conformari æquitati, etiam ſi natura uerborum hoc non patiatur.*
20 *Non ueriſimile eſt quædam falſitatis imago.*
21 *Ius alicui acquiſitum ex ſubſequenti declaratione auferri non poteſt.*
22 *Papa declarãs qualis ſua intẽtio fuit in cõceſſione, ſi declaratio uerbis nõ cõſonat, pro circumuento habetur.*
24 *Reo probanti ſemiplenè exceptionem ſuam non defertur iuramentum in ſupplementum probationis, in caſu in quo actor plenè probauit intentionem ſuam per teſtes ſeu inſtrumentum.*
25 *Iuramentum in ſupplementum probationis nõ defertur non certo de facto de quo iurat.*
26 *Anceps periurium non eſt ſubeundum.*
27 *Iudex appellationis ex officio iuramentum in ſupplemẽtum probationis non poteſt deferre.*
28 *Teſtiũ dicta iurata ſine præſentia partium non probãt.*

CONSILIVM LXXXV.

IN cauſa vertente inter Dominam Magdalenam, de qua in actis agentem, & Bartholomeum Griſulphũ reum conuentum, ſolum uidendũ eſt an pro parte dicti Bartholomei probent exceptiones per eum oppoſitas, ita ꝙ ex illis legitimè probatis, ueniat abſoluendus à petitione contra eum porrecta: & concluſiuè procedendo, dico illum eſſe condemnan-
1 dum: † quia de intentione agentis apertiſſimè cõſtat per inſtrumentum de quo in actis, quod conſtituit rem notoriam. c. olim. de uerbo. ſig. l. cũ precibus. C. de proba. Bart. & Doctores in l. 1. in prin. ff. de noui ope. nunc. in uerſ. uenio ad quæſtiones. ubi dicit, ꝙ nunciatio noui operis ſperni poteſt quando certum eſt nuncianti non cõpetere ius nunciandi, & iſtud poteſt eſſe certum ex aliquo inſtrumẽto confecto inter nunciantem, & eũ cui fit nunciatio, reus ergo conuentus ad eludendã intentionẽ agentis debuit clarè & apertè ꝓbare exceptiones ꝑ eũ
2 oppoſitas, † cũ in exceptionibus reus dicatur actor. l. 1. ff. de except. ideò dixit Abb. Panor. notabili. in c. in ꝓſentia. in notabilibus, extra de probati. & in
3 c. per tuas. de cond. appoſi. ꝙ † qñ actor fundauit intentionẽ ſuam pro eo eſt ferenda ſnĩa, niſi reus clarè illam confundat, nec ſufficit ꝙ per eius probationẽ illã ofuſcet. iſtud probat per illum textum in quo mulier probãdo ſponſalia & copulã, fundauit clarè intentionem ſuã, ideò obtinuit nõ obſtãte exceptione uiri quæ penitus non euacuauit illã ꝓbationẽ. licet aliquatenus redderet illã obſcurã.

Videamus ergo an per teſtes quos produxit reus ſint apertè probatæ eius exceptiones, & dico ꝙ non, & ſequendo ordinem ipſorum teſtium examinatorum.

Capio primũ teſtem, uidelicet fratrẽ Bernardinum ordinis minorum: huius. n. atteſtatio non opitulatur producenti multiplici ratione.

4 Prima eſt, † quia religioſus nõ põt teſtificari in cauſa, niſi de licẽtia ſuperioris ſui, cum ſine illo nõ habeat uelle nec nolle. c. ſi abbatẽ, & c. ſi religioſus de elec. lib. 6. & licet in clerico ſeculari aliter forte ſit dicẽdũ, ꝓut uoluit Abb. in c. cũ nuncius. de teſtibus tamen in religioſo uerius dicendum eſt, ꝙ requiritur licentia ſuperioris, prout optimè declarat Franciſ. Are. in d. c. tã nuncius. circa fi. de teſtib.

Nec illa uerba de quibus in actis, cum licẽtia & auctoritate. n. probant licentiã interueniſſe cum
5 ſint † enunciatiua uerba, quibus nõ ſtatur, neq; creditur. c. ſi Papa. de priuil. in 6. faciunt not. per Pau. de Caſt. in conſi. 91. incip. ſuper eo quod quæritur.
6 ubi dicit, ꝙ † non ſtatur uerbis inſtrumenti in quo notarius dicit iudicẽ interpoſuiſſe decretũ rei minoris adhibita cauſæ cognitione, cum ſit talis ſolẽnitas quæ non potuit adhiberi tẽpore quo inſtrumẽtum celebrabatur: quia requirebatur temporis interuallum, ut ibi latius per eum. Sed fortè poſſet dici, ꝙ illa uerba probant licentiam interueniſſe, per ea quæ uoluit Bar. in l. Theopompus. in primis uerbis. ff. de dot. præleg. & Doctores omnes in l. iu-
7 riſiurandi. C. de teſti. ubi dicunt † ꝙ ſi in actis dicatur teſtis iuratus depoſitus &c. per hæc uerba enunciatiua, patet teſti fuiſſe delatum iuramentum; cũ iſta ſit quædã ſolennitas quæ potuit tunc adhiberi: quia non requirit temporis interuallũ. Ideo alia ratione infringi poteſt dictum iſtius teſtis: quia deponit qualiter ſoror Ioãna pro cõplemento librarum centum in quibus tenebatur Chriſtophorus olim eius filius traderet. Nã iſte teſtis deponit de debito librarum centũ, & tñ ex inſtrumento, de quo in

actis

actis conſtat promiſſionem fuiſſe factam Magdalenæ in libris ducentum. Cum ergo in uno uitiatur, ĩ
8 alijs ſibi fides adhiberi nõ dẽt: † quia dictũ teſtis qui partim uerè partim falſè depoſuit, in totum uitiatur. 9. diſt. ſi ad ſcripturas. & c. purè. 3. q. 9. Innoc. in c. fraternitatis. de hære. Oldr. in conſi. 37. incip. ad primam quæſtionem. in primo dubio. Alexand. in conſil. 134. incipien. in cauſa uertente. lib. 2. columna penulti.

9 Præterea iſte teſtis, † non habet cõteſtẽ pro ſuo teſtificatu, quinimò eſt unicus & ſingularis, ideò nõ probat, quanquam dignitate & ſanctimonia præfulgeat. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. c. licet ex quadam. extra eo. ibi ẽt ſi dignitate pſidali præfulgeat. Nec ẽt eius dictum probat in quantum dicit ꝙ Magdalena confeſſa fuit ſe habuiſſe & recepiſſe ſummam pecuniæ, de qua in actis: quã per ipſum ſolũ patet ipſa confeſſio quæ fuit facta abſente parte, ideò ex hoc non conſtituitur ſemiplena probatio.

Capio ſecundum teſtem, uidelicet magiſtrũ Auguſtinum Canelium, cuius dictũ, nec ẽt probat intentionem rei conuenti, eo quia in quantũ deponit qualiter Petronius maritus pfatę Magdalenæ acceſſit ad eũ rogans, ut uellet operari ꝙ Bartholomæus Grixulphus ſolueret libras cẽtũ in quibus reſtabat ipſe debitor, uř in effectu deponere qualiter pfatus Petronius cõfeſſus fuerit ipſi teſti dictũ Bartholomęũ ſolũ reſtare ſibi debitorem in libris cẽtum, & non in maiori quantitate, & cũ iſta cõfeſſio facta fuerit abſente parte, & per hunc ſolũ teſtẽ pbatur qui eſt unicus & ſingularis, ex hac confeſſione non dicetur probata, nec plenè nec ſemiplenè
10 intentio ipſius rei: † quoniam ut cõfeſſio facta abſente parte probet, ſemiplenè probari debet, ſaltẽ per duos teſtes, nec per unum probata conſtituit ſemiplenam probationem: prout notant Bar. & Doc. in l. admonendi. ff. de iureiur. Quinimò uoluit inſignis doctor D. Io. Petrucius in d. l. admonendi. ꝙ licet duæ ſemiplenæ probationes coniungantur ut
11 ex eis conſtituatur plena probatio, † plures tamen ſemiplenæ probationes unius ſemiplenæ non coniunguntur, ut ex eis conſtituatur ſemiplena probatio, uerbi gratia quidam abſente parte cõfeſſus eſt extra iudiciũ ſe debere Caio, & iſta confeſſio probatur per unum teſtem, reperitur etiam & alius teſtis probans eiuſdem confeſſionem diuerſo tamen tempore & loco factam, certè iſti duo teſtes quorũ quilibet facit ſemiplenam probationem, unius ſemiplenæ non poſſunt coniungi, ut ex eorum dictis conſtituatur una ſemiplena probatio, & ſic non erit locus delationi iuramenti in ſupplementum probationis. & ratio ſecundum eum eſt: quia non reperitur iure cautum ꝙ poſſit fieri iſta coniunctio. Item quã iſti teſtes ſunt ſingulares loco & tẽpore, nec ab iſta opinione diſſentit ibi Do. Io. Bapt. de S. Seueri. col. 8 r. niſi in caſu, in quo teſtes per quos probantur dictæ confeſſiones eſſent plures numero, & multum legales, & fide digni, quæ nõ cõcurrunt in caſu noſtro. Nec ẽt dicatur ꝙ confeſſio iſtius magiſtri Auguſtini cõiungi debeat cũ confeſſione teſtis pcedentis: quia cũ dicta confeſſio ẽt probetur per unum teſtem, non poteſt fieri dicta coniunctio.

Præterea eſto, ꝙ unaquæque cõfeſſio probaret
12 per duos teſtes, ex quo tamen non eſt eadẽ: † quia facta diuerſo loco, ſeu tẽpore per eos nõ probatur intentio rei cõuenti: quia tales teſtes ſunt ſingulares loco & tẽpore. Ita notabiliter decidit Do. Ant. de Butri. in c. licet ex quadã. in pen. col. in uer. & ꝓ hoc decidit. de teſti. Idẽ D. Ant. in rẽpe. c. ſi. col. antepe. extra de cõſue. & ex hoc infertur, ꝙ ſtãte dicta ſingularitate teſtiũ deferri nõ poſſit iurm in ſupple
13 mẽtum probationis: † quia minus probãt mille teſtes ſingulares ꝗ̃ unus tm̃: & ita decidit Bal. in l. de quibus. col. antepe. ff. de legi. Moderni in d. l. admonendi. D. Lanfrancus de Oria. in cõmento. c. qm̃ ɔ̃ falſam. ſup uerbo teſtium receptiones. de probat.

Capio aliũ teſtẽ, uidelicet dñ Matthæũ, de quo ĩ proceſſu, nã & eius dictũ non ſuffragatur intentio-
14 ni pducẽtis: qm̃ † ſolutio facta alij ꝗ̃ creditori, nõ liberat ipſum debitorem, niſi fiat de eius uolũtate ſeu mãdato: arg. l. ſi unus. §. ante oĩa. ff. de pact. facit tex. in l. uero procuratori. ff. de ſoluti. ibi, ſtipulatio certã formã habuit, ꝗ inuito ſtipulatore immutari nõ potuit. Nec obſtat ſi diceret ꝙ imò debitor fuit liberatus mediãte ſolutione facta patri pdictę D. Magdalenę ueluti eius legitimo adminiſtratori. l. 1. de bon. mat. quia ad hoc rñdetur ꝙ pcederet in caſu in quo ei fuiſſet facta ſolutio tanquàm legitimo adminiſtratori. Sed cũ hoc expreſsè nõ conſtet ſed ſimpliciter ei facta fuerit ſolutio pſumit ei fuiſſe facta, potius noĩe pprio ut ipſe ſubleuaretur ab
15 onere dotandi filiã, † quod pri incumbit ex diſpõne legis. l. ſi. C. de do. promiſ. l. qui liberos. ff. de rit. nup. ꝗ noĩe alieno, uidelicet pfatę Magdalenæ eius filiæ. arg. l. & magis. ff. de ſolu. pro quo faciũt nota. per Io. de Imol. & Raph. Cuma. in l. poſt dotẽ. ff. ſo-
16 lu. matr. ubi dicunt, † ꝙ ſi extraneus qui dat dotem pro muliere, ſtipuletur eã reddi ſimpliciter, uř fuiſſe ſtipulatus ſibi & nõ alteri iſtã dotẽ reſtituẽdam: quia ĩ ſtipulatione nõ ſubintelligitur pſona extranea. l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerb. obl. ꝓ hoc ẽt faciunt not. per Bart. in l. 1. §. nũtiatio. ff. de nõ. oper. nũnc. cuius doctrinã ſequuntur ibi cõi-
17 ter ſcribẽtes ubi dicit, † ꝙ procurator faciens actũ non dicendo procuratorio nomine, uidetur illum facere nomine proprio, non nomine domini, per iura de quibus ibi per eum. & Alex. in conſi. 134. in 2. lib. uerſi. Iacobus Pirotus.

Iſtud ẽt in terminis nřis eſt de mente D. Alex. in conſi. 76. incip. ponderatis his, col. 3. lib. 3.
18 Nec obſtat determinatio Illuſtris Principis, † q̃ dixit ꝙ ſufficiat pbare ſolutionẽ fuiſſe factã pri pfatæ Magdalenæ: quia intelligenda eſt de ſolutione ei facta ut legitimo adminiſtratori, prout diſponit ius cõe, aliãs eſſet iniqua illa determinatio: argu. l. ex facto. ĩ pri. ff. de uulg. & pup. ſubſt. & c. cãm q̃. de
19 reſcr. † pro quo facit Glo. in c. paratus. 23. q. 1. quæ dicit ꝙ uerba reſcripti dẽnt cõformari æquitati, ẽt ſi natura uerborũ hoc non patiatur. de qua Gl. meminit Oldr. in conſi. 268. incip. quæſtio eſt Mod. in d. l. ex facto. Fely. in c. cauſam quæ. in uerbo interpretatio priuilegii. de reſcr.

Præterea nihil concludit alia rõne dictum eiuſdem teſtis: quia eſto ꝙ ſolutio fuiſſet facta Magdalenę ſeu eius patri ut legitimo adminiſtratori, adhuc per eã non diceretur liberatus ipſe debitor: eo

quia deponit ꝙ D.Ioanna mater debitoris ſimpliciter ſoluit quãtitatem pecuniæ, de qua in actis nõ expreſsit ꝙ nomine filij ſoluebat dictam pecuniã, cenſetur ergo in dubio ſoluiſſe nomine ſuo, & non nomine filij, ut exerceret officium quoddam pietatis erga dictam Magdalenam, quam ſciebat fuiſſe ſtupratam ab eius filio, & quæ erat nata ex optimis parentibus: argu. l. magis. de ſolu. & l. Papinianus. ff. manda. & notatorum per Bar. in d. §. nunciatio, quem ſupra retuli, uerisimiliter. n. eſt ꝙ ſi dicta mulier uoluiſſet dictam ſummam pecuniæ quam ſoluebat cedere ad commodum filiæ, illam non ſic ſoluiſſet ſecretè: cum obligatio filij eſſet notoria: quia de illa conſtabat per inſtrumentum quod cõſtituit
20 rem notoriam ut prædictum eſt. † & quod non eſt veriſimile eſt quædã imago falſitatis. l. non eſt ueriſimile. ff. quod metus cauſa. Bal. in l. 1. C. de fur. ſeu de ſeruis fugiti. nec licuit prædictæ D. Ioannæ poſteà exprimere cauſam propter quam ſoluit dictã quantitatem pecuniæ, licet tẽpore ſolutionis hoc potuiſſet declarare. l. 1. ff. de ſoluti. & ratio eſt, quia
21 † ius fuit acquiſitum prædictæ Magdalenæ ſeu eius patri in dicta pecunia ſic ſoluta noĩe prædictæ Do. Ioannæ ſoluentis ut dictum eſt, ergo hoc ius nõ potuit eis auferri ex declaratione ſubſequenti: argu. l. ſi. ff. de pact. & l. ſi partẽ. §. 1. ff. quemadmo. ſerui. amit. Suadetur iſtud ex his quæ decidit Paul. de Caſtro in l. hæredes palàm. §. ſed ſi quid. col. 4. ff. de teſta.
22 ubi dicit † ꝙ ſi ſummus Pontifex declaret qualis fuit ſua intentio in aliqua conceſsione, ſed illa declaratio non conſonet uerbis declaratis, habendus eſt Pontifex pro circumuento, cum tollat hæc declaratio ius parti acquiſitum. & dicit Do. Fely. in c. cum olim de reſcr. col. 3. ꝙ ſæpe fuit vſus hac doctrina Pau. de Caſt. eam allegando inter Dominos de Rota in hoc non diſſentientes.

23 Prætereà & tertiò prædictus † teſtis eſt unicus, ideò ei credi non debet, licet ſit ſacerdos & Epiſcopus, ſeu alia quacunque dignitate præfulgeat. l. iuriſiurandi. C. de teſtib. c. licet ex quadã. extra eo. nec locus eſt delationi iuramenti in ſupplementum ꝓ-
24 bationis, eo, † quia in caſu in quo actor plenè probauit intentionem ſuam per teſtes ſeu inſtrumentum, reo probanti ſemiplenè exceptionẽ ſuam, non defertur iuramentum in ſupplementum probationis. Ita uult D. Ant. & Abb. in c. ſi. col. ult. de iureiu. Bal. in l. Imperator. ff. de ſtat. homi. Saly. in l. ſi quis adulterii. C. de adult. D. Ant. in c. ut noſtrũ. a. de off. archidia. Iſtud tamen non audeo formare, quia contrarium tenet Bar. in d. l. admonendi. col. 10. quem ſequitur D. Alex. in conſ. 133. ſuperius relato. & D. Io. Baptiſta de S. Seuerino in d. l. admonendi. col. 92. ubi dicit, ita eſſe intelligẽdum. quod not. Spec. in tit. de teſti. §. poſt, quàm uer. quid ſi alter. & ſubdit ꝙ hmõi doctrina faciet millies honorem. Ideò dico ꝙ alia ratione non poteſt reo conuento defer-
25 ri dictum iuramentum: † quia non eſt certus de facto, de quo iurat. Ideò non eſt ei deferendum tale
26 iuramentum: † quia anceps periurium non eſt ſubeundum. l. Marcellus. ff. rer. amota. Bart. in l. maritus. ff. de quæſtionibus.

27 Prętereà † non potuit iudex appellationis deferre dictũ iuramentũ reo ex officio ſuo, cũ hoc à parte nõ fuerit petitum, per regulam, l. 4. §. hoc aũt. ff. de dam. infect. & iſtud uoluit Bar. in d. l. admonendi. col. ult. ff. de iureiur. & ibi D. Iaſ. char. antepen. qui dicit opinionẽ Bar. eſſe ueram, & communem. & eam comprobat rõnibus, de quibus ibi per eum, & ſubdit ꝙ miratur multum de D. Alex. qui non faciens mentionẽ de Bar. tenuit contrarium in conſ. 53. col. ult. Alijs ẽt rationibus non eſt locus delationi iuramẽti, de quibus in allegationibus eximij doctoris. Dico etiã ꝙ per ea quæ dicta ſunt ſuperius infringi poſſunt atteſtationes aliorum teſtium.

Vltimò aduertendum eſt, quia alio fundamento generali poſſunt infringi omnia dicta teſtium: quia
28 non apparet ex proceſſu, ꝙ tempore † quo teſtes iurauerunt aliqua partium eſſet præſens, ex hoc ergo defectu uitiantur dicta teſtiũ, pro hoc eſt Gl. ſingularis in l. ſi quando. C. de teſtib. per quã dicit Raph. Fulg. in l. 1. C. qũo & quando iud. ꝙ in ciuitate Patauina irritauit mille proceſſus & mille dicta teſtium, & idẽ tenet prædictã referens D. Lanfrancus de Oriano in c. qm̃ contra falſam de proba. uerſ. teſtium receptiones. q. 6. Ex quibus concludendum eſt partes D. Iudicis fore in pronunciando in fauorem ꝑdictæ D. Magdalenæ, & ſic ſententiam latam à Do. Martino iudice appellationis perperam & iniuſtè fuiſſe latam. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Vſuræ de iure canonico & ciuili ſunt prohibitæ.*
2 *Pœna adiecta dationi quantitatis exigi non poteſt, uelu ti adiecta in fraudem uſurarum.*
3 *Vſuras non poteſt indicere teſtator hæredi non ſoluẽti legatum.*
4 *Iuramentum quando in contractu continente pœnam appoſitam dationi, eſt appoſitum, pœna illa peti poteſt uſque ad quadruplum.*
5 *Pęna adiecta dationi quantitatis, continens exceſſum intolerabilem, in fraudem uſurarum adiecta præſumitur, & peti non poteſt.*
6 *Opinio communiter approbata ſequenda eſt in iudicando & conſulendo.*
7 *Factum in fraudem legis alicui prodeſſe non debet.*
8 *Lex quælibet ſic interpretari debet, illius etiam facta extenſione de caſu ad caſum, ne ſit eluſoria, uel ne eidem magna plaga inferatur.*
9 *Non adimplens id ad quod ipſe tenetur, conſequi nõ poteſt ab aduerſario quod ipſum dare oportet.*
10 *Contractus ratificatio ꝙ facta non ſit, quomodo probetur.*
11 *Solennitas iudicialis interueniſſe probatur per actorũ inſpectionem, ſi ſcripta apparet, & ſi ſcripta non reperitur, non præſumitur interueniſſe.*
12 *Negatiua dico ſententiam fuiſſe latam me non citato, ſeu non precedẽte cauſæ cognitione, qualiter probanda ſit.*
13 *Non deſcriptus in matricula patet non matriculatus.*
14 *Donationem non eſſe factam communi quomodo appareat.*
15 *In omnibus contractibus in quibus ultro citroq; promittitur, quis non tenetur ad pęnam cum effectu, ſi per aduerſarium omnia non ſunt adimpleta.*

CONSI-

CONSILIVM LXXXVI.

IN præſenti cauſa uidendum eſt an
pęna mille ducatorum, de qua in
inſtrumēto tranſactionis initę in-
ter Ioannem Galeatium Miraldū
de Parma parte vna, & Carolum &
eius fratrē,de Zambecharijs parte
altera,ſit exigibilis uel ne, ita ꝙ occaſione ꝑdictæ
pęnæ potuerit dictus Carolus nomine ſuo & fratris
apprehendere tenutam bonorum Do.Io. Galeatij.
In quo articulo cōcluſiuè ꝓcedendo, & omiſſis
argumentis dico prædictā pęnam non fore exigibi
lem,& hoc duplici ratione. Prima eſt, quia hæc pœ
na mille ducatorum fuit adiecta dationi quantita-
tis,ideò præſumitur fuiſſe appoſita in fraudē uſura-
1 rū,q̄ hodie in totū ſunt prohibitæ, † tā de iure ciui
li,quàm de iure canonico, & ꝙ de iure canonico
ſint uſuræ prohibitæ,patet in c.1.& 2.de uſu.& 14.
q.2.per totū de iure ciuili probatur per Gl.in auct.
ad hæc.C.de uſu.& in auct.de eccleſiaſti. titul. §.1.
& per l.3.C.de ſum.Trini.& fide catho. ubi appro-
bant quatuor cōcilia,& in uno ex ipſis uidelicet in
alio Niceno uſuræ fuerunt prohibitæ.c. qm̄ multi.
2 47.diſt.& ꝙ talis pęna † adiecta dationi quātitatis
exigi non poſſit ueluti adiecta in fraudē uſurarum,
firmant Ang.Io.de Imol.& ibi latè D.Alex.allegās
concordantes in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uer-
bo.obl.Io.de Imol.in l.cum ſeruus. ff.de condit.&
demon.Lud.Roma.in conſi.510.incip.quoad pri-
mū conſultationis articulum.in 2.col. ubi dicit, ꝙ
ſicut olim peti non poterat pęna quatenus excede-
bat legitimas uſuras.l.cū allegas.C.de uſur.& l.Iu-
lianus.§.idē Papinianus.ff.de act.emp.ita ꝙ hodie
totaliter pęna adiecta dationi quantitatis peti pro
hibetur.Cū uſuræ totaliter ſint prohibitæ.Et ꝓ iſto
fundamēto Rom.optimè diſcernit dictū Bart. in l.
2.ff.de his,qui pęnæ nom.& in l.3.§.fin.ff.de annu.
3 lega.per illum textum,ubi dixit † ꝙ ſicut teſtator
non poterat de iure ciuili imponere uſuras ultra le
gitimum modum,ita hodie cum in totum ſint pro-
hibitæ uſuræ,nullam quantitatem uſurarum pote-
rit imponere:ut quia diſponit ꝙ ſi hæres non ſolue
rit legatum infra menſem, ſoluat tantum nomine
uſurarum,eandem autem concluſionem tenet Do.
Anto.de Prato ueteri in conſi.49.inci.paucis utar.
quod eſt inſertum in quarto uolu.conſiliorum Do.
Alex.idem proſequitur ibi Do.Alex.in conſil.ſeq.
Nec hoc caſu curandum eſt de iuramēto interpoſi-
to ſuper dicto contractu,per ea quæ decidit D.An-
to.in d.conſi.49.col.6.Eſt uerum,ꝙ Pet. de Anch.
4 in conſi.147.inci.apud antiquos concludit † ꝙ qn̄
in contractu continente pęnam appoſitam dationi
eſt appoſitum iuramentum,tunc ex diſpoſitione.l.
ſi quis maior.C.de tranſact.illa pęna poteſt peti uſ
que ad quadruplum. & tanto magis hæc concluſio
ꝓcedit in caſu nſo,ubi fuit adiecta pęna multū ex-
ceſſiua habita conſideratione ad ſortē,per ea quæ
uoluit Bald.in l.cū allegas.circa fin.C. de uſur.qui
5 dicit, † ꝙ ubi pęna adijcitur dationi quantitatis &
continet exceſſum intolerabilem,pręſumitur adie
cta in fraudem uſurarum,& ſic peti non poteſt. Et
hęc opinio procedit etiam in caſu in quo pęna fuiſ
ſet adiecta facto:ut quia mutuauit aliquis pecuniā
quā ſtipulatus eſt ſibi reſtitui, & niſi infra certū ter
minū debitor aportet pignora aurea,uel argentea,
uel niſi cōpareat tali die corā iudice ad ſuſcipien-
dū præceptū de ſoluendo teneatur ſoluere debitor
ipſe certum quid nomine pęnæ,prout fit Bononiæ.
Nam & hoc caſu hæc pęna ur̄ adiecta in fraudē uſu-
rarū.ideò peti non pōt.Ita tenuit Cy.poſt Iaco. Bu
trig.in l.cū allegas.C.de uſur.Ioannes Andr.in tit.
de obliga.& ſoluti.§.ante omnia.ſuper uerſ.ſequi-
tur.in add.Spec.Idē tenent Ang.& Io. de Imola.in
l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uerb.obl.D.Card.Flo
ren.in c.dilecti de arbit.ubi reprobat practicā quæ
ſeruatur Bononiæ.Cy.in l.cū ſeruus.ff.de condi.&
demon.in addit.qui dicit ꝙ D.Thadęus de Pepulis
qui fuit Doctor & Dominus Bononiæ reprehende
bat patrem ſuum, qui faciebat talia pacta apponi:
quia uidentur talia pacta fieri in fraudem legis, &
uſurarū.huic opinioni etiam adhæret Barto.in d.l.
cum ſeruus.niſi quādo tale pactum fieret ex inter-
uallo,& iſta opinio Ange.& Io.de Imol.in d.l.cum
6 ſeruus.& Aret.in §.omnes.inſti.de actio. eſt † com
muniter approbata,ideò ſequēda in iudicando &
conſulendo.c.ne innitaris.de conſtitu.l.1.ff.de of.
quæſto.in uerbo, crebrior apud ueteres. Hæc
opinio de iure etiam uerior eſt: quia negari
7 non poteſt,quin hoc ueriſimiliter † ſit factū in frau
dem legis,ideo non debet prodeſſe:argum.l.hæres
meus.§.fi.ff.de condi.& demonſt.item quia potius
attendi debet datio quæ principaliter uerſatur in
obligatione,quàm factum,cum eius gratia ſit adie
cta obligatio ipſius facti.Probatur etiam hæc opi-
nio alia urgenti ratione: nam ſi facto pęna adijci
poſſet quæ eſſet exigibilis,iura quæ diſponūt,quod
pęna adiecta dationi quātitatis non poſſit peti red
derentur eluſoria:quia quilibet faceret ſibi promit
ti factum poſt obligationem quātitatis, cui poſtea
8 pęnam adijceret. † quælibet autem lex ſic interpre
tari debet,etiam illius facta extenſione de caſu ad
caſum,ut non fiat eluſoria, uel ne eidē magna pla-
ga inferatur,c.ſi ciuitas.de ſenten.excommu.in 6.
l.1.§.pecuniam,ff.de calumniato.Do. Anto. in di-
ſputatio.incipien.Bononienſes.Glo.in c.quando-
que circa finem.de uſur.Moderni in l.1.§.ueteres.
ff.de acquiren.poſſeſſio. & ultra ſuperius adducta
hanc opinionem ſequitur D.Anto.in conſilio ſupe
rius relato,& D.Alex.in conſi.ſequenti.
Secunda principalis ratio eſt. Nam in inſtru-
mento dictæ tranſactionis expreſsè pacto caue-
tur quòd dictus Ioannes Galeatius non teneatur,
nec cogi, aut compelli poſſit ad ſolutionem pe-
cuniarum debitarum, uel alicuius partis earum,
niſi prius Franciſcus frater præfati Caroli ſolen-
niter & ualidè ratificauerit & approbauerit præ-
ſens inſtrumentum,& omnia,& ſingula in eo con-
tenta,&c.
Virtute ergo dicti pacti non fuit dictus Io. Ga-
leatius in mora conſtitutus circa ſolutionem prædi
ctæ ſummæ pecuniarum ante dictā ratificationē:
9 † quia non adimplens id ad quod ipſe tenetur,
conſequi non poteſt ab aduerſario quod ipſi m
dare oportet.l.Iulianus.§.offerri. ff. de act. empt.
l.quæro.§.inter locatorem.ubi Bart.ff.loca.Bal.in

c.1.in tit.qualiter dominus feudi proprietate pri-
uetur.in uſib.feud.Cũ ergo non ſecura fuerit ratifi
catio dicti contractus ex parte dicti Franciſci,non
fuit in mora cõſtiturus præfatus Io.Galeatius,& ſic
pęna ꝑdicta nullo modo ab eo exigi põt.l.lecta. ff.
19 ſi cer.pet.cum ibi not.Et iſta † negatiua ꝙ ratifica
tio prædicti contractus facta nõ fuerit,patet ex in-
ſpectione proceſſus ſeu actionum,in quibus nõ cõ-
ſtat de dicta ratificatione.c.cum ad ſedem. ubi D.
Anto.de reſtit.ſpol.Abb.in c.1.in 3.notab.de litis
11 conteſta.ubi dicit,ꝙ † per inſpectionem actorum
patet ſolennitatem iudicialẽ interueniſſe, ex quo
dẽt ĩde cõfici ſcriptura,& ſi nõ apparet ſcriptura di
cta ſolennitas,nõ ꝑſumitur interueniſſe,idẽ uoluit
Barto.in l.hi qui ad ciuilia.C.de appella.ubi dicit
12 † ꝙ iſta negatiua, dico ſnĩam fuiſſe latam me non
citato, ſeu nõn præcedente cauſæ cognitione, pa-
tet per inſpectionem actorum in quibus non conti
netur citatio,neq; terminus ad probandũ, per tex.
in l.fi.C.de reb.cred.per quẽ tex. decidit ibi Bald.
13 † ꝙ non deſcriptus in matricula patet non matricu
latus.Ad idem faciunt nota.per Bar.in conſ.80.in-
cip.Martinus Forniconis de Eugobio. ubi dicit ꝙ
14 iſta negatiua,uidelicet † ꝙ donatio talis non fuit
facta communi,patet ꝑ inſpectionẽ certorũ libro-
rũ,in quibus continentur donationes factæ cõi, &
in illis non reperitur deſcripta donatio,de qua agi
tur.Multa alia ad hoc propoſitum poſſunt adduci,
quæ adducuntur per D.Pet.Philip.Corne. in conſ.
221.inci.quia ſupra.circa fi.in 1.parte conſiliorũ.
Cũ ergo de actis Fran.quæ iudex tenetur iudicare
confici debeat ſcriptura.c.qm̃ contra falſam. de ꝓ
ba.& in illis non reperiatur prædicta ratificatio,ex
hoc probatur illã non fuiſſe ſubſecutam, & per con
ſequens dictum Ioannẽ Galeatiũ, cui nõ fuit adim
pletum per partẽ aduerſam id quod per eam fuerat
adimplendũ non fuiſſe in mora conſtitutũ, qm̃ ut
15 dicit Bar.in d.l.quæro.§. inter locatorẽ. † in omni
bus contractibus in quibus ultro citroq; aliquid ꝓ
mittitur quis nõ tenetur ad pęnam cũ effectu,ſi per
aduerſam partem omnia non fuerint adimpleta,
quæ per eam ueniebant adimplenda. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Plenitudo adiectione non indiget.*
2 *Libellans aſſerens à poſſeſſione fuiſſe ſpoliatum, ſpolium*
& poſſeſſionem probare debet.
3 *Agendi modus per actorem deductus inſpiciendus eſt.*
4 *Poſſeſſio defuncti ſicut non continuatur in hæredem ex-*
traneum ante actualem apprehenſionem,ſic non con-
tinuatur in filios,licet ſint ſui hæredes patri.
5 *Poſſeſſio licet in hæredibus continuata ſit, non tamẽ re-*
medium recuperandæ competit.
6 *Hæredi remedium adipiſcendæ tantum, uel interdictum*
quorũ bonorũ competit, quãdo ex ſtatuto poſſeſſio de
functi continuatur in hæredem abſque noua appreben
ſione,& bona hæreditaria per tertium detinentur.
7 *Hæres non dicitur perfectè poſſeſſionem habere,niſi cor*
poralem fuerit proſecutus detentionem.
8 *Hæredi non cõpetit remediũ recuperandæ ante actua-*
lem apprehenſionem.
9 *Actor deducens unum in libello,& aliud probans ſuc-*
cumbere debet.
10 *Habens ius agendi ex cauſa habili,agendo ex capite in*
congruo obtinere non poteſt.
11 *Actor male agens bene tamen probans ſuccumbere de*
bet,nec ei prodeſt apta probatio.
12 *Apta probatio non ſuffragatur ineptæ petitioni.*
13 *Clauſula ſuper quibus &c. appoſita in libello non ope-*
ratur ubi contrarietas reſultat.
14 *Appellari poteſt ad ſummum Pontificem à ſententia*
interlocutoria.
15 *Impeditus timore ſi ualens impedimentum remouere,&*
non remouet,ſibi imputari debet.
16 *Guerra generalis patriæ an excuſet à comparendo.*
17 *Sententia lata contra abſentem nocet tertio,quando cõ*
ſtat eum fouere cauſam iniuſtam.
18 *Cadentibus à poſſeſſione ex facto ſuo non cõpetit reme-*
dium reintegrandæ.
19 *Non appellans à ſententia contra ipſum lata, tacitè il-*
lam approbaſſe cenſetur.

CONSILIVM LXXXVII.

SI uera ſint ea quæ in facto proponũ
tur,ueriſſimam arbitror concluſio
nem Dominorum conſulentium ĩ
fauorem Do.Io.Franciſci,& Seba-
1 ſtiani fratrum de Aldrouandis, † &
licet plenitudo adiectionẽ nõ indi
geat,ut inquit tex.in c.bene quidẽ.96.diſt.nihilo-
minus ne uidear in præſenti cauſa uoluiſſe labori
parcere,& amico honeſta petenti non ſatisfacere,
aliqua pro confirmatione eorũ quæ adducta fuerũt
per præfatos excellentiſſimos Dominos Conſulen
tes in medium adducere propoſui. Præſupponitur
ergo in facto illos de Maluitijs agentes deduxiſſe ĩ
libello qualiter ipſi poſt mortẽ patris ceciderunt
ſeu ſpoliati fuerũt poſſeſſione ꝑdij, de quo agitur,
2 † & ſic deduxiſſe uidentur ſpoliationẽ de eis factã,
potuit ergo eos probare ad eorum intentionẽ fun-
dandam duo extrema,uidelicet poſſeſſionẽ. Item
& ſpolium,l.1.§.interdictũ autem hoc.ff.de vi & ui
arma.c.olim.el 3.ubi Abb.extra de reſtit. ſpol.ſed
iſta extrema non fuerunt probata,quinimò nec ue
rè probari potuerunt cũ nunquã poſſederint,igitur
3 ſuccumbere debent, † quia modus agendi dedu-
ctus per actorem inſpici dẽt.l.habebat in pręſenti.
de inſti.c.examinata.de iudi.Gl.notabilis in c.hęc
quippe.in Gl.1.in 3.q.6. Nec dicatur ꝙ ex poſſeſ-
ſione patris quæ in ipſis fuit continuata rõne ſuita
tis, abſq; alia apprehenſione potuerint præfati de
Maluitijs intentare remedium reſtitutorium, ſeu
recuperandæ poſſeſſionis,per eã quæ tradit Glo.in
l.in ſuis.ff.de libe.& poſth.& in §.ſui.inſti.de hęre.
4 qualita.& differen.eo quia † ſicut non continuatur
poſſeſſio defuncti in hæredem extraneũ ante actua
lem apprehenſionem.l.cum hæredes.in princ.ff.de
acqui.poſſ.ſic etiam non continuatur in filijs, licet
ſint ſui hæredes patris ratione patriæ poteſtatis.l.
de eo.§.fi.ff.ad exhib.& ita reprobantur Gl. prædi
ctæ ꝑ Doc.in pręalleg.l.ad hr̃des.ubi Ludo.Roma.
contra pręd ictas Gl.adducit bonas rationes, quas
breuitatis cauſa nũ refero. Pręterea dato nõ tamẽ
concesso

5 conceſſo ꝙ † in ipſos de Maluitijs poſſeſſio patris fuiſſet continuata adhuc remedij per eos intentati non poſſunt obtinere, ex quo nunquam fuerunt in actuali poſſeſſione rei, de qua eſt contentio, & ꝓ hoc adduco nota. per Pet. & Cyn. in l. ea lege. C. de condit. ob cauſ. quos ſequitur Paul. de Caſtr. in l. ſi
6 ſorori. C. de iure delib. vbi dicit ꝙ † ſi ex forma ſtatuti poſſeſſio defuncti cõtinuetur in hæredẽ abſq; noua apprehenſione, ſi contingat, ꝙ bona hæreditaria detineantur per tertium non competit hæredi remedium recuperandæ poſſeſſionis, ſed cõpetet remedium adipiſcendæ, vel interdictũ quorum
7 bonorũ: quia † nõ dicitur hæres habere pfectè poſſeſſionem quouſq; conſecutus fuerit corporalem
8 detentionem, ideò ante † dictam apprehenſionem actualem non competit remediũ recuperandæ: argu. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. & poſtlimin. reuerſ. & idẽ tenent Moder. in d. l. ſi ſorori. & D. Alex. in conſ. 81. incip. uiſa facti narratione. col. 3. lib. 2. & Bald. in auct. defuncto. in 2. colum. C. ad Senat. conſul. Tertullia. Pro hoc etiam faciunt not. per Bald. in l. 1. in fi. C. de appell. ubi dicit non eſſe uerum ꝙ exiſtẽtia ſui hæredis transferat poſſeſſionem ipſo iure in filium niſi apprehẽdatur, ideò nõ uſ propriè ſpoliatus ſi dicitur non adipiſci, & ſic datur remedium adipiſcendæ poſſeſſionis, & licet quidam dicant ꝙ in hæredem ſtatim ꝙ ſe immiſceat paternæ hæreditati transferatur ciuilis poſſeſſio; quia nullum datur remedium inter mortem patris & poſſeſſionem filij, & factũ hoc filio competeret interdictum unde ui, attamẽ dicit Bal. ꝙ prima opinio uerior eſt, cui ẽt inhæret Io. Fab. in §. ſui. inſt. de hære. qualita. & differen. & nihil prodeſt præfatis de Maluitijs, ſi per ipſos probatæ fuerint ſpolia
9 tio patris, & eius poſſeſſio: quia † unum deduxerũt libellando, uidelicet ꝓpriam ſpoliationem, licet aliud probauerint, ex quo potuiſſent obtinere ſi illud per eos fuiſſet deductum, nihilominus ſuccumbere debent, & ſic rei conuenti ueniunt abſoluen-
10 di. de hoc eſt † tex. in l. Bebius. ff. de pact. dotal. lib. ꝙ tex. probat ꝙ habens ius agendi ex cauſa habili, ſi agat ex capite in congruo obtinere poteſt. & dicit Ang. in l. Claudius. ff. qui potio. in pign. habean. ꝙ Bal. ſæpius habebat in ore illum tex. Ideò dixit idẽ
11 Bal. in l. 1. C. de pignorati. actio. circa fi. ꝙ † ubi eſt malè actum & bene probatum ſuccumbere debet actor, nec ei prodeſt apta probatio: quia ut uoluit
12 ipſemet Bal. in l. edita. col. 11. C. de eden. † apta ꝓbatio non ſuffragatur ineptæ petitioni: quia mediũ eſt ſine fine. pro quo plura alia poſſunt adduci, quæ
13 omitto. Eiſdem † etiam non prodeſt clauſula illa generalis, ſuper quibus &c. de quibus in libello: quia illa non operatur ubi reſultat contrarietas. Ita decidit Bal. in l. 2. C. de prob. Alex. in conſ. 110. in ci. attentis. lib. 5. & iſtud ſolum fundamentum iuſtificat cauſam prædictorum de Aldrouãdis, ita ꝙ ſine dubio ueniunt abſoluendi.

Præſupponitur & ſecundò in facto, ꝙ lis uirtute cuius illi de Aldrouandis obtinuerunt ſententiam aduerſus Ioannem de Maluitijs patrem agentium fuit inchoata ante eius diſceſſum à ciuitate Bononię, & in ea ſæpius cõparuit ꝑ ſe, uel ꝑ procuratorẽ, quo præſuppoſito pro uero, dico dictã ſniam quæ tranſitum fecit in rem iudicatam, nullo modo poſſe impugnari ꝑ dictos agentes aſſerendo illã fuiſſe nullam: quia notoriũ erat locum in quo iudicium agitabatur eis non eſſe tutũ pp tyrannidem Bentiuolorũ. nam ſi præfatus Ioannes de Maluitijs timebat uim inferre cauſæ & eius pſonæ, poterat ſibi ꝓuidere de opportuno remedio, uidelicet appellan
14 do ab aliqua † ſnĩa interlocutoria ad ſummum Põtificem quæ indiſtinctè promiſſa eſt de iure canonico. c. de appellationibus. extra de appella. uel procurando ꝙ cauſa aduocaretur per ſummum Ponti-
15 ficem, & committeretur in Curia Romana. † Cum ergo potuerit remouere impedimentum timoris adeundo ſuperiorẽ & hoc nõ procurauerit, ſibi imputari debet. l. 3. §. quid ergo. ff. de contra. iudic. tu rel. Franciſ. Aret. in l. apud Iulianũ. in §. conſtat. ff. de legat. 1. pro quo faciunt nota. per Dominos de Rota deciſi. 318. in nouis deciſionibus, quos ſequũtur D. Ant. Io. de Ana. & Aret. in c. ueniens. de ac-
16 cuſa. ubi concludunt † ꝙ quis non excuſatur à comparitione propter guerram generalem patrię, ſi nõ procurauit habere ſaluum conductum à Principe fieri illius patriæ, uel inimicorũ faciẽtiũ guerram, qñ talis ſaluusconductus alijs concedebatur, dicendũ ergo eſt, ꝙ pſatus Ioãnes de Maluitijs noluit appellare, nec procurauit cauſam iſtã aduocari, & cõmitti in Curia Romana: qa diffidebat de iure ſuo, ꝓut in ueritate eius cauſa erat iniuſta, ideò nocuit ei talis ſnĩa, licet in eius cõtumaciã fuerit lata: qa pſumitur potius fuiſſe lata ex eo ꝙ illi de Aldrouãdis habeant ius agendi contra eum, & ſi cauſa illorum erat iuſta, q̃ ex eo ꝙ præfatus Ioannes de Maluitijs eſſet contumax: argumento eius quod uoluit Gl. notabilis in l. 2. in uerbo, abſens. C. de contra. iu
17 dic. tute. quæ uult, † ꝙ ſententia lata contra abſentem, ut puta emptorem, noceat tertiò ueluti uenditori, quando conſtabat eum fouere cauſam iniuſtã: & ſic limitatur lex & ideò. de euictio.
18 Præterea & tertio, † iis qui ceciderunt à poſſeſſione ex facto ſuo non competit remediũ reintegrandæ. c. reintegranda, nec aliud remedium reſtitutoriũ. Ita not. Inno. Calder. & alij in c. cũ ad ſedem. de reſti. ſpol. Lap. allegatio. 52. cũ ſuis concordantib. Sed præfatus Ioannes de Maluitijs cecidit à poſſeſſione ex facto ſuo, ut probabitur ergo ipſis & ꝑ conſequens nec eius hæredibus competere põt pdictũ remedium. Quod aũt ceciderit ex facto ſuo patet; nã pſatus Ioannes de Maluitijs ſciebat iudiciũ contra ipſum fuiſſe inchoatũ per illos de Aldrouandis, ſciebat ẽt ꝙ ſe non defendendo ſnĩa contra ipſum erat ferenda, & infra tẽpus ſtatuti ciuitatis Bono-
19 niæ præfigentis inſtantiam cauſis, † cũ ergo nõ appellauerit ab hmõi ſnĩa, nec aliquid ſup hoc fuerit ꝓteſtatus, uſ tacitè illã approbaſſe. l. ab eo. C. quomodo, & quando iudex. c. quod ad conſultationem extra de ſenten. & re iudi. cecidit ergo à poſſeſſione ex facto ſuo, igitur &c. Et ex iſtis & alijs rõnib. ſubtiliter adductis per Dominos Conſulentes eorũ ſententiam libenter amplectens tanquam uerã & iuri conſonam, concludo præfatos de Aldrouandijs reos conuentos fore abſoluendos à petitis per partem aduerſam. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamenti tenor inſpicitur, ubi de interpretanda teſta
toris uoluntate agitur.*
2 *Stipulationis tenor eſt in conſideratione, ubi de eius agi
tur interpretatione.*
3 *Verba omnem & totam portionem &c. in teſtamento
quid importent.*
4 *Interpretatio reſtrictiua fieri non poteſt, niſi ſalua ratio
ne recti ſermonis.*
5 *Pactum de non petendo generale reſtringitur ad quanti
tatem non ſolutam.*
6 *Declaratio l.Paulo.§.Pomponius.ff.de leg.3.*
7 *Ius accreſcendi cauſatur mediante uoluntate teſtatoris.*
8 *Inæqualitas quã Io inter filios uideatur facta à teſtõre.*
9 *Diſpoſitio quælibet interpretanda eſt ſecundum qualita
tem perſonæ ad quam uerba referuntur.*
10 *Vocati in teſtamento uno & eodem ſermone uerbis ſal-
tem dicuntur coniuncti.*
11 *Scriptura præcedens declarat ſequentem, & ab illa de-
terminationem recipit.*
12 *Teſtator quos prædilexit in prælegato, cenſetur prædi
lexiſſe in ipſius translatione, eos prius uocando.*

CONSILIVM LXXXVIII.

SPECTABILIS Vir D.Io.de Bo-
logninis in ſuo teſtõ quinque eius
filijs uidelicet Thadeo, Iulio, Fran-
ciſco, Ioanni Baptiſtæ, & Hierony-
mo prælegauit capitale quodã, &
nonnulla alia, de quibus in dicto p̃-
legato. Deinde idẽ teſtator excellẽtisſimo Iuriſcõ
ſulto D.Ludouico eius filio prælegauit libros in iu
re ciuili, & in iure canonico, & ducatos quingentos
prædictosq́ue filios omnes æqualiter hẹredes inſti
tuit, demũ pp mortẽ quæ ab eo uiuente ſecuta fuit
de dicto Ioanne Baptiſta in alia ultima uoluntate
ſic diſpoſuit formaliter. Itẽ idẽ teſtõr pp occurſum
casũ obitus dilectisſimi filii ſui Io. Baptiſtæ dicẽs
& aſſirmans ſibi neceſſariũ fore circa portionẽ quã
ipſe teſtõr in dicta ſua diſpõne legauerat, ſeu in ea
inſtituerat dictum Ioannem prouidere, ideò idem
teſtator omnem & totam dictam portionẽ ratam,
& partẽ dicti Io. Baptiſtæ reliquit iure p̃legati ſeu
inſtitutionis ipſius teſtõris filijs, uidelicet D.Ludo
uico, Thadeo, Iulio, Franciſco, & Hieronymo, &c.
Ex prædictis ergo dubitatur, an uirtute hmõi di
ſpõnis D.Ludouicus ſeu eius hæredes admitti de-
beant ad partẽ hæreditatis in qua fuerat inſtitutus
p̃fatus Ioannes Baptiſta, uerũ ẽt admitti debeat ad
partẽ dicti prælegati eidem facti pro quinta parte.
In iſta quæſtione conſideratis uerbis quib. uſus
fuit teſtõr in prædicta ſua ultima uoluntate, uĩ abſ-
que dubio dicendum præfatum D. Ludouicum ad
partem dicti prælegati cũ alijs fratribus æqualiter
1 fore admittendũ: † quia ubi agitur de interpretan
da uoluntate teſtõris tenor teſtamenti inſpiciẽdus
eſt.§.nos igitur in auct.de reſti.fideicom.ibi teſta-
2 mentum ſubtilius conſiderantes. Facit † etiam ubi
agitur de interpretãda ſtipulatione ad eius tenorẽ
confugimus.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ aut Pam-
philum, in prin.ff.de uerb.obli.l.fideiuſſores magi
ſtratuũ.ff.de fideiuſ.in uerb.lecta pro Aurelio ſub-
ſcriptione, ſed ex tenore teſtamenti aperte conſtat
teſtatorẽ noluiſſe partẽ dicti prælegati deferri Do.
Ludouico unà cum aliis eius fratribus: igitur &c.
Iſtud ultimum oſtẽditur ex uerbis dictæ ultimę uo
3 luntatis, dũ dixit teſtator † omnem & totam por-
tionẽ, ratam, & partẽ dicti quondam Io.Baptiſtæ re
liquit, &c. quæ quidem uerba ſunt multũ gñalia, &
ſic comprehendũt quidquid, quoquo modo fuerat
relictũ, ſiue iure prælegati, ſiue iure inſtitutionis p̃-
dicto Io.Baptiſtæ.l.à procuratore.C.manda.& l.Iu
lianus.in princ.ff.de lega.3. Nec prędictorum uer-
borum fieri poteſt reſtrictio, ut comprehendãt ſo-
lum portionem relictam prædicto Io.Baptiſtæ iure
4 inſtitutionis: † quia ſalua rõne recti ſermonis talis
interpretatio reſtrictiua fieri non põt, ideò reijciẽ
da eſt, l.ſub prætextu.C.de tranſact.l.fin.in fi. C.de
dot.promiſ.ubi Imperator monet, ne quis utatur
uerbis generalibus, ſi non uult in promptum ſui in-
cidere periculum. Et pro hoc adduco not.per Cyn.
5 in l.ſi ex maiore. C.de excep.ubi dicit, † ꝙ ſi debi-
tor meus ſoluat mihi partẽ debiti, & faciat ſibi pa-
ctum generale de non petendo occaſione cuiuſcũ-
que debiti, iſta generalis liberatio extẽditur etiam
ad partẽ debiti non ſolutam: quia ſalua rõne recti
ſermonis reſtringi nõ poſſunt prædicta uerba, ut cõ
prehendant ſolũ partẽ debiti ſolutã: pro quo dicto
Moder.in l.ſi de certa. C. de tranſa. adducunt alias
deciſiones, quas omitto breuitatis cauſa.
6 Secundò pro hac parte † urget tex.in l. Paulo.§.
Põponius.ff.de leg.3.ubi teſtator filiũ inſtituit ĩ do
drãte, filiã in quadrãte, & ſingulis prælegauit certa
prędia, & filio moriẽte ſine liberis iusſit filiæ præ-
ſtari aliam poſſesſionem, demum poſt teſtamentũ
factis codicillis filiæ legauit certa prædia, quã iuſ-
ſis eſſe cõtẽta pro omni hæreditate, & pro omni eo
quod ſibi reliquerat in teſtõ ſuo, quæritur ibi, an p
prædicta uerba in totũ ſit receſſum à priori uolun-
tate, dicit ibi Iuriſconſultus, ꝙ ſic uirtute uerborũ
generaliũ quæ protulit teſtator, licet ex humanita-
te quadã fiat interpretatio, ut ea ſola uideãtur adẽ
pta, quæ ſoror uiuente fratre erat habitura, nõ illa
quæ poſt eius mortem: ſed in caſu noſtro nõ ſubeſt
aliqua humanitas, pp quam fieri dẽt dicta interpre
tatio, cum agatur de admittendo D.Ludouicũ filiũ
teſtõris ad dictum prælegatum, & ſic perſonã non
extraneam, igitur ceſſabit iſta interpretatio. Præte
rea ſecundum Bar.in l.fideicommiſſa, §.ſi quis ita.
ff.de leg.3.in alia ratione fit interpretatio illa in d.
§.Pọmponius.de qua ibi per eum.
Sed præmisſis non obſtantibus contrariũ de iu-
re arbitror eſſe uerius; cõcludo ergo in hac q̃ſtio-
ne D.Ludouicũ eſſe excluſum in totum à dicto præ
legato, nec ipſi nec eius hæredibus competere ius
quoquo modo illud petendi. & pro fundamẽto hu
ius concluſionis præmitto, unũ qđ præſupponitur
in facto, uidelicet ꝙ prẹlegatũ factũ Do.Ludouico
erat maioris æſtimationis, quã portio prælegati fa
cti unicuiq; eius fratris, teſtõr ergo in dicta ſua ulti
ma diſpõne nõ præſumitur uoluiſſe uocare D. Lu-
douicũ ad partẽ huius p̃legati: ſed illã p ius accre-
ſcendi puenire ad alios eius filios cõiunctos in di-

cto

7 ᵭo prȩlegato virtute iuris accreſcendi, † quod cã-
tur mediante voluntate teſtatoris. l. ſi in teſtõ.vbi
8 Bart.ff.de vulg.& pup.ſubſt. † non prȩſumitur teſta
tor voluiſſe inter filios ſeruare quandam æqualita-
tem,& ſic ꝙ portio vnius non ſit maior portione al
terius.l.illud.in fi.C.de colla.l.fi. C.cõia vtriuſ.in-
dic.l.cũ pr̃.§.euictis.ff.de leg.2.Are.ĩ cõſ.1.col.vlt.
Prȩtereà & ſecundò eadem concluſio patet alia
9 ratione. † Nã quælibet diſpoſitio interpretãda eſt
ſecundum qualitatem perſonȩ ad quam verba refe
runtur.l.plenum.§.equitij.ff.de vſu.& habita.l.ſed
& ſi ſuſceperit.§.1.ff.de iud.Bal. in l. 1. C. de lega.
dũ ergo teſtator reliquit Do.Ludouico & alijs eius
fratribus omnem portionem Ioannis Baptiſtæ qui
deceſsit ante teſtatorem, cenſetur reliquiſſe por-
tionem hȩreditariam ei relictam, non autem por-
tionem prælegati facti de dicto capitali. præſumi-
tur ergo voluiſſe illud remanere in ſuo robore, &
in aliquo ei non derogare, eo, quia doctori non cõ
uenit tale prælegatũ qui ſe non exercet in actibus
mercantilibus, ſed in reuolutione chartarum.
Tertiò eadem concluſio patet alio fundamento,
& hic eſt aduertendũ: quia per illud deciditur dif-
ficultas huius quæſtionis: nam præfatus teſtator ꝑ-
dictis quinque filijs fecit prædictum legatum, & vt
10 patet ex tenore huius prælegati, ipſi † fuerunt uo-
cati ſimul ad illud in eadem oratione, & ſic ad mi-
nus dici poteſt illos eſſe coniunctos uerbis.§.ſi ea-
dem.Inſtit.de leg.& l.re coniuncti.ff.de leg.3.& ra
tione huius coniunctionis pro vno corpore haben
tur.l.planè.in prin.ff.de leg.1.D.autem Ludouicus
in prælegato ſibi facto ſeparatim fuit vocatus, tunc
ſic dato non tamen conceſſo, ꝙ per verba ſuperius
relata dicetur teſtator voluiſſe diſponere de nouo
circa prælegatum relictum dictis quinq; filiis de ip
ſo capitali & de alijs in eo contentis, dico tñ Iuliũ,
Thadeum, Franciſcum, & Hieronymum cõiunctos
fore prȩferendos D.Ludouico, qui non reperitur
coniũctus in hoc prælegato: arg.tex.in l. cohȩredi.
§.qui diſcretas.ff.de vulg.& pup.ſubſt. ubi ſi teſta-
tor ad inuicẽ ſubſtituat hȩredes ſuos cõiunctos pri
mo loco uice mutua ſubſtituere vr̃ quibus nõ agno
ſcentibus ad partes inſtitutionũ cȩteri oẽs cohȩre-
des admittũtur, ideò dicũt ibi Bar.Bal.Imol.& Mo
11 der. † ꝙ ſcriptura præcedens declarat ſequentẽ &
ab illa recipit determinationem, quod ẽt patet in
l.legatorum.§.fi.ff.de leg.2.& in l.qui non milita-
bat.§.1.ff.de hȩr.inſt.Dicendum eſt, quòd teſtator
qui partem prælegati facti Ioanni Baptiſtæ in præ-
dictos quinq; eius filios tranſtulit, dicatur uoluiſſe
Thadeum, Iulium, Franciſcum, & Hieronymum, cõ
iunctos ad dictam portionem primo fore admittẽ
dos quibus non agnoſcentibus portiones ſuas, tunc
voluit Do. Ludouicum ad dictum prȩlegatum fore
12 admittendum & non prius, maximè, † quia quos
prȩdilexit in prælegato cenſetur ẽt prȩdilexiſſe in
tranſlatione prȩdicti prælegati, eos prius uocando.
l.j.cum ibi no.C.de impub.& alijs ſubſt. Concludẽ
dum ergo eſt, ꝙ in prædicto prælegato nullum ius
competat D.Ludouico ſeu eius hȩredibus. Addu-
cta in contrarium ex ſupradictis remanent ſoluta,
ideò aliter in ſpecie illis non rñdeo. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio ex quibus actibus tacitè facta uideatur.*
2 *Declaratio.l.pen.& fi.ff.de inoffi.teſta.*
3 *Declaratio.l.ſolutionem.C.de re iudic.*
4 *Subſcribens ſe non ut teſtis, dicitur cõſentire, & iuri ſuo renuntiare.*
5 *Voluntas per actus geminationem magis oſtenditur in renuntiante.*
6 *Res inter alios acta tertio non prodeſt, nec obeſt.*
7 *Renuntiatio facta de re contemplatione unius perſonæ cui res alienari debuit, non obeſt renuntianti, ſi alteri alienatio huius rei facta fuit.*
8 *Filius conſentiens alienationi rerum paternarum factæ per patrẽ, non cenſetur renuntiaſſe hypothecæ ſibi cõpetenti pro dote materna in alijs bonis non alienatis.*
9 *Pactum factum per ſororem uni ex fratribus qui illam nuptui tradidit, de non petendo hæreditatem paternam, alijs fratribus nõ prodeſt, quin aduerſus eos poſſit ſoror pro eorum rata experiri.*
10 *Actus taciti ſeu uoluntas tacita non ſic latè ſunt interpretandi ſicut expreſſi, ſed eatenus quatenus extendũt actus ex quibus reſultant.*
11 *Hæreditatis expreſſa renuntiatio, ſeu bonorum poſſeſſionis, magis nocet quàm tacita inſurgens ex lapſu temporis dati ad agnoſcendum bonorum poſſeſſionẽ.*
12 *Renuntiatio ſeu remiſſio abſenti facta etiam ſi expreſſè fiat non ualet, niſi aliquis eam recipiat nomine ipſius abſentis.*
13 *Iuramenti remiſſio facta debitori abſenti an ei proſit ne periurium incurrat.*
14 *Præſtans patrocinium actori rem uendicanti, non cenſetur renuntiaſſe dominio ſibi competenti in ipſa re.*
15 *Fideiubens iuri ſuo non cenſetur renuntiare.*
16 *In æquiparatis par ratio habetur.*
17 *Appellationis renuntiatio ex actu qui fuit ſortitum effectum non inducitur, quæ fuiſſet inducta ſi actus ipſe ualuiſſet.*
18 *Querela inofficioſi teſtamenti renuntiatio non inducitur ex petitione legati, ſi filius legatum non obtinuit, ſecus ſi obtinuit.*
19 *Crimen iudicis accuſati in ſyndicatu de pecunia recepta, non probatur per petitionem quæ reijcitur.*
20 *Damnari nemo poteſt ex reprobata confeſſione.*

CONSILIVM LXXXIX.

VISO puncto cauſæ vertentis inter egregium uirum Ioannem de Leonibus parte vna, & magiſtrum Ioãnem de Martinello locatorẽ datij confortinorũ parte altera, dubitatio quȩdã exoritur contra prædictum Ioan.de Leonibus, uidelicet cum ipſe tacitè videatur renuntiaſſe locationi ei factȩ de aſſerto datio per dictum Magiſtrum Ioannem, ex eo, quia fideiuſſor extitit cuiuſdam Caroli qui conduxerat dictum datium à regimine ciuitatis Bononiȩ, item ex alio, quia prȩdictus Carolus ceſſit iura dictȩ locationis cuidam D.Eliſabetæ pro qua ipſe Ioannes de Leonibus fideiuſſit, & tanquam idoneus fideiuſſor fuit approbatus prius in conſilio Magnificorum Dominorũ Quadraginta Conſiliariorum Ciuitatis Bononiæ.

In iſta

In iſta dubitatione vr̃ dicendum, ꝙ ex præmiſsis
1 †actibus cenſeatur prædictus Ioannes de Leonibus tacitè renuntiaſſe iuri locationis ſibi factę ꝑ dictũ
2 Magiſtrum Ioannem de Nouaria: † arg. l. pen. & fi. ff. de inoff. teſtam. vbi ſi filius exheredatus prę̨ſtiterit patrocinium petẽti legatum ex teſtamento pr̃is repellitur à querela inofficioſi teſtamenti: quia ex tali actu cenſetur approbaſſe iudicium defuncti, & ſic tacitè renuntiaſſe querelæ inofficioſi teſtamẽti.
3 Pro hoc & ſecundò adduco † tex. in l. ad ſolutionem. C. de re iud. vbi dicitur, ꝙ appellans qui petit à iudice à quo fuit appellatum ſibi dari terminum ad ſoluendum, tacitè videtur renuntiare appellationi per eum interpoſitæ.

Tertiò & vltimò adducitur tex. in l. fideiuſſor. §. ſi tibi. ff. de pign. & in l. ſicut. §. non vr̃. ff. quib. mo. pig. vel hypothe. ſolui. per quæ iura dicit Bar. in l. q̃
4 dotis, ar. fi. ff. ſol. mat. † ꝙ ſi aliquis ſubſcribat ſe nõ vt teſtis, dr̃ conſentire, & iuri ſuo renuntiare: ſic ergo in caſu propoſito. dicendũ eſt, ꝙ per iſtas obligationes fideiuſſorias dictus Ioannes de Leonibus aſſertæ locationi tacitè renũtiaſſe intelligatur, ma
5 ximè cũ geminata fuerit eius interceſsio: † ex qua geminatione magis oſtẽdit eius volũtas circa hũc actũ renũtiationis: arg. l. 1. §. debitũ. ff. de conſt. pecu. & l. ſi mulier. la ij. C. ad Sena. cõſ. Velleia. ꝓ quo multa adduci poſſent q̃ omittuntur breuitatis cã.

Sed pręmiſsis non obſtantibus contrarium de iure arbitror eſſe verius: & procedendo more conſueto pono hanc concluſionem, videlicet ꝙ locatio facta dicto Ioanni de Leonibus firma manet, & inuiolabiliter debet obſeruari, nec per ea quæ per ipſum geſta fuerũt, eidem locationi cenſetur renuntiatũ.

Et pro hac concluſione in primis conſidero, ꝙ licet dici poſſet, ꝙ per dictas fideiuſsiones diceretur ipſe Io. renuntiaſſe iuri, ſi quod ei competebat aduerſus dictum Carolum, cuius mandato pro eo interceſsit, ex iſto tamen actu argui nõ poteſt ipſum renũtiaſſe iuri locationis ſibi factæ per dictum M. Ioãnẽ de Nouaria cum quo huiuſmodi actus fideiuſſorij facti nõ fuerunt, per regulam vulgatam quę
6 diſponit, † ꝙ res inter alios acta tertio non proſit neq; obſit toto tit. C. res inter alios acta. c. quãuis. de ſent. & re iud. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.
7 Quinimò † renuntiatio facta de re contẽplatione vnius perſonę cui res debuit alienari, non obeſt renũtianti ſi alteri alienatio huius rei facta fuerit. de hoc eſt caſus in l. iubemus. C. ad Sena. cõſ. Velleia. per quem tex. Pau. de Caſt. in conſi. 118. inci. breuiter. decidit.
8 † ꝙ filius qui conſentit alienationi rerum paternarum factæ per patrẽ, non cenſetur renuntiaſſe hypothecæ ſibi competenti pro dote materna in alijs bonis non alienatis, & idem tenet Ludo. Roma. allegans prędictum tex. in conſi. 472. incip. in eo quod quæritur. poſt principium.

Cõprobatur hoc fundamentum, ex ijs quę notãt Bal. & Moderni. in l. ſi actione. C. de pactis. Paul. de
9 Caſt. ĩ l. planè. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. vbi dicũt † ꝙ ſi ſunt duo uel plures fratres quorũ vnus dat nuptui ſororem, & ita facit ei pactum de non petẽdo hęreditatem paternam, non proderit hoc pactum alijs fratribus quin aduerſus eos poſſit ſoror pro eorũ rata experiri. Multa alia ꝓ cõfirmatione huius fundamenti adduci poſſent, de quibus per Mod. in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pact.

Comprobatur, & ſecundò iſta concluſio. Nam ſi expreſſa renuntiatio non egreditur rem ſeu perſonam cui fit renuntiatio, multo minus hęc tacita renuntiatio quę dr̃ inſurgere ex dicta obligatione fideiuſſoria ꝓdeſſe poterit prę̨fato Magiſtro Ioãni,
10 cum ſit † ꝙ actus taciti ſeu voluntas tacita nõ ſic latè ſint interpretãdi ſicut expreſsi, ſed eatenus quatenus extẽdũt actus ex quibus reſultãt. l. 1. §. Iulius. ff. de itin. actuq; priua. Bar. in auc. qui rẽ, ar. fi. C. de ſacroſan. eccl. Pau. de Caſt. formaliter in conſi. 37. inci. viſa appellatione. col. 3. Adducẽs Gl. in Clem. ſępe. in fi. de verb. ſigni. & probatur etiam hoc vltra eum ex notat. per Gl. in l. 1. §. videndum. ff. de ſuc-
11 ceſſ. edic. quæ vult, † ꝙ magis noceat expreſſo renũtiatio hęreditatis ſeu bonorũ poſſeſsionis, quàm tacita quæ inſurgit ex lapſu tẽporis dati ad agnoſcendum bonorum poſſeſsionẽ, cũ ergo dictę obligationes fideiũſſoriæ non ſe extendãt ad Magiſtrũ Ioannem, de quo in eis nulla ſit mẽtio, ſic etiam ad illum non porrigitur virtus tacitę renuntiationis, ſi qua renuntiatio ex huiuſmodi actibus inſurrexiſſe dicatur, & iſtud eſt ſolidum fundamentum & ineuitabile iudicio meo.
12 Tertiò eadẽ concluſio patet alia ratione. † renũtiatio ſeu remiſsio facta alicui abſenti non valet et̃ ſi expreſſè fiat, niſi aliquis eam recipiat nomine ipſius abſentis. Ita Bart. in l. non ſolũ. §. liberationis verbo. ff. de libe. leg. D. Ant. in c. quanto. in vltimis
13 verbis. extra de iureiur. vbi dicit, † ꝙ remiſsio iuramenti facta debitori abſenti, ita demum prodeſt ei ne incurrat periuriũ ſi aliquis eam receperit nomine ipſius abſentis. Cum ergo prę̨fatus Magiſter Ioannes non fuerit prę̨ſens tempore quo prę̨dictus Ioannes de Leonibus fideiuſsit, nec alius eius nomine, non poteſt fundare ius ſuum ſuper dicta tacita renũtiatione, q̃a ſi et̃ expreſsè eidẽ abſenti fuiſſet facta nullius fuiſſet effectus, ꝑ ea q̃ dicta ſunt s̃.
14 Quartò pro eadẽ † concluſione adduco tex. in l. inter officium. ff. de rei vend. in quo tex. patet, ꝙ ſi quis prę̨ſtiterit patrocinium actori vẽdicanti, rem per hoc non cenſetur iſto renuntiaſſe dominio ſibi cõpetẽti in prędicta re. ideò dñium ſuum poterit vẽdicare. qui tex. procedit indiſtinctè, ſiue qs ſciẽs, ſiue ignorans patrociniũ præſtiterit, ſecundum Gl.
15 Bar. Ang. & cõiter ſcribentes ibi. † ergo qua ratione quis patrocinando non cenſetur iuri ſuo renuntiare, eadem ratione nec fideiubẽdo: nam hęc duo à iure ſunt ęquiparata. l. poſt legatũ. §. is verò, ff. de ijs, quibus ut indig. iuncta Gl. in verbo, fuerit.
16 quod † ergo in vno diſpoſitum eſt, procedit & in altero. l. qui neque. §. 1. ff. de reb. cor. Gl. in l. 2. C. de curat. furio. Bar. & Docto. in l. 3. ff. de legat. 1.

Poſtremò cõſidero, ꝙ locatio facta prędicto Carolo, & demum facta prę̨fatæ Dñæ Eliſabet nõ fuit ſortita effectum, ita præſupponitur in facto; & per conſequẽs nec fideiuſsio prę̨ſtita: ergo ex huiuſmodi obligationibus fideiuſſorijs induci non poteſt prędicta tacita renuntiatio ex parte dicti Ioan. de Leonibus ſuper qua ſe fundat pars aduerſa, iſtud patet ex notatis per Gl. 3. in c. cum veniſſent. extra de eo qui mittitur in poſſeſsio. cauſa rei ſeruã. quæ

vult

17 vult † ꝙ ex actu qui non fuit ſortitus effectum non inducatur renuntiatio appellationis interpoſitæ, q̄ fuiſſet inducta ſi ille actus effectum fuiſſet ſortitus. vt in caſu.l.ad ſolutionem.C.de ſent.& re iud. & ꝓ illa Gl.eſt text.quē ad hoc ibi notat Bal.in l. nihil.
18 §.1.ff.de inoff.teſt.ubi patet,† ꝙ ex petitione legati facta non inducitur renuntiatio querelę inofficioſi teſtamenti ſi legatum non potuit filius obtinere, vt quia prolati ſunt codicilli in quibus apparet de ademptione ipſius legati,& tam in caſu prędicto ſi legatum fuiſſet obtentū ceſſaſſet querela inofficioſi:quia illi tacitè cenſeretur renuntiatū. l.pen. & l.fi.ff.de inoff.teſtam.pro hoc ètiam faciunt nota.per Bal.in auc.ſed nouo iure,in pen.q. C. de pę-
19 na iud.qui malè iud.vbi dicit, † ꝙ ſi aliquis in ſyndicatu accuſet iudicem dicens, ꝙ ipſe dedit pecuniam,& eum corrupit, ſi hęc ſua petitio reijciatur, & ſic effectum non ſortiatur, ex ea non probabitur
20 crimen ipſius corrumpentis: † quia nemo poteſt damnari & cōfesſione reprobata,prout not. Inno. & ibi etiam Bal.idem tenet in c.mulieri.de iureiu. & Arc.in c.qualiter & quando.el ij.in prin.col.13. de accuſat. Ex quibus concludendum puto prædictas obiectiones non obſtare intentioni prędicti Ioannis de Leonibus. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Tenor priuilegij eſt inſpiciendus.*
2 *Verba diſpoſitionis quibus non congruunt, nec illos diſpoſitio illa complectitur.*
3 *Culpa ſeu delicto alterius, quis prægrauari non debet.*
4 *Poſſeſſio uera & propria per conſtitutum transfertur licet ficta ſit traditio.*
5 *Ciuilitas patris ratione originis tranſit ad eius filios & etiam ad nepotes natos auo adhuc ſuperſtite.*
6 *Pontificis declarationi ſtandum eſt, nec ea poteſt in dubium refricari.*
7 *Remedium competens principali competit eitam ſucceſſori.*
8 *Remedium recuperandæ poſſeſſionis ceſſat, ubi notoriè conſtat de non iure agentis.*
9 *Sententia conſtituit rem notoriam, & etiam acta iudicialia.*
10 *Committenti crimen læſæ maieſtatis ſtatim interdicta eſt prædij alienatio.*
11 *Requiſita ut remedium reintegrandæ poſſeſſionis competat.*
12 *Priuare aliquem facultate alienandi ſeu contrahendi eſt pœna.*
13 *Pœnam à lege impoſitam quis incurrere non poteſt, ex actu nullo & inualido.*
14 *Emphyteuta non priuatur iure emphyteutico ex alienatione inualida rei emphyteuticæ, facta ſine conſenſu directi domini.*
15 *Citatio illius cui ob timorem inimicorum non eſt tutus acceſſus non arctat citatum. & nu. 16. 17.*
16 *Proceſſus formatus ſuper citatione inualida nullius eſt cum omnibus inde ſecutis.*
17 *Citatus per arbitrum ad locum inhoneſtum comparere non tenetur.*
18 *Cuius famæ parcitur, multo magis eius uitæ parcendum eſt.*
19 *Confinati & exititij terrarum non tenentur comparere in loco unde ſunt exititij, neque per eorum territoria ambulare.*
20 *Crimen læſæ maieſtatis per ſententiam nullam probari non poteſt.*
21 *Confeſſio facit rē notoriā ſi emanauit in iudicio ualido. Cap. fina. de ui. & honeſta. clericorum quomodo procedat.*
22 *Poſſeſſio ex contractu nullo & inualido transfertur.*
23 *Rei per ſtatutum prohibitæ alienare in forenſem, per alienationem non transfertur dominium poſſeſſio uero ſic.*
24 *Alienatio bonorum facta ante ſententiam confiſcationis ob crimen læſæ maieſtatis quando ualeat.*
25 *Lex fin. C. ad leg. Iuli. maieſta. quomodo procedat.*
26 *Scientia in dubio non præſumitur niſi probetur.*
27 *Datio inſolutum facta creditoribus poſt crimē læſæ maieſtatis commiſſum an ualeat.*
Limitatio ad tex. in l. fin. C. ad leg. Iuli. maieſta.
28 *Intellectus ad Glo. in l. reos. ff. de ſolution. & in l. ex iudiciorum. ff. de accuſationi.*
29 *Verbalis denominatio non conſideratur, ſed potius effectus ſubſtantiæ contractus.*
30 *Donatio cauſa mortis facta pro ſe & hæredibus ſuis, eſt donatio inter uiuos.*
31 *Dominium directum per contractum cenſualem transfertur.*
32 *Crimen læſæ maieſtatis quo caſu committatur. Glo. in l. fallaciter. C. de abolitio. quomodo procedat.*
33 *Crimen læſæ maieſtatis, & crimē oppugnatæ patriæ ſunt ſpecies differentes.*
34 *Crimen læſæ maieſtatis non committitur propter ciuitatis oppugnationem.*
35 *Crimen ſeditionis quod dicatur.*
36 *Sententia lata facit ius.*
37 *Condemnatio facta per proceſſum non rite uel rectè formatum nulla eſt.*
38 *Sententia lata contra alienantem non facit ius contra emptorem cui ante ſententiam fuit alienatum, licet contra alienantem ius faciat.*

CONSILIVM XC.

FACTVM pręſentis cauſę breuiter proponam vt clarior fiat dubiorum reſolutio,de quibus inferius fiet mētio. Carolus Tartagnus de anno M.D.iiij.& de menſe Iulij vendidit Ser Thomę Victorio vnū prędium poſitum in territorio Imolę,ꝓ certa pecuniarū ſumma, quā dictus Carolus cōfeſſus fuit ſe habuiſſe à dicto Thoma. Poſteà de menſe Septēbris eiuſdem anni bona prædicti Caroli confiſcata fuerunt per Gubernatorē Imolę, & rōne huius confiſcationis Cōitas Imolæ apprehendidit tenutā dictorum bonorum, cōtra quam dictus Ser Thomas intētauit remediū, c.reintegranda,& ſpolium, & obtinuit ſententiam in eius fauorem,à qua fuit appellatū per partē aduerſam,ita ꝙ cauſa appellationis commiſſa fuit in ciuitate Bononiæ vni ex auditoribus Reuerendiſſimi Domini. Præſupponitur etiam in facto ꝙ per dictum Carolū fuit facta ſeditio in ciuitate Imolę,ex qua dicitur per eum contractum fuiſſe crimē lęſę maieſtatis:& poſt hoc crimen uēditio de dicto

prædio

prædio fuit facta afferto Ser Thomę, ante tñ forma tum proceſſum contra dictũ Carolũ. Adueniente Summo Põtifice ad ciuitatẽ Bononię inita fuit pax inter auctores dictæ ſeditionis, & alios de dicta ciuitate Imolę per Summum Pontificẽ, per quã tunc expreſsè declarauit Summus Pontifex, ꝙ volebat in illa pace comprehendi dictum Carolum.

Iſtis in facto præſuppoſitis duo dubia proponuntur in pręſenti cauſa,quæ intentioni prædicti Thomæ prima facie aduerſari uidentur.

Primum dubium eſt, an ſtante declaratione facta per Summum Pontificem de qua ſupra,debeat Carolus gaudere remisſionibus bonorum, & alijs indultis hominibus ciuitatis Imolæ conçesſis.

Secundum dubium eſt,an poſito ꝙ præfatus Carolus non gaudeat dictis beneficijs, an pręfato Ser Thomæ emptori competierit remediũ reintegrandę,ſtante hoc,ꝙ dictus Carolus proceſſerit ad venditionem dicti prædij poſt crimen læſæ maieſtatis per eum commiſſum.

Capio primum dubium,in quo vr dicendum, ꝙ prędictus Carolus non comprehendatur in dicta pace,nec potiri posſit capitulis ſeu remisſionibus de quibus ſupra:quia illa conceſſa reperiuntur his qui ſunt de ciuitate Imolæ rõne originis ſeu domicilij:ergo non comprehendent pręfatum Carolum oriundum in ciuitate Bononiæ:arg.l. ſi ſeruum. §.
1 non dixit prætor.ff.de acq.hær. † & quia tenor priuilegij eſt inſpiçiendus.c.recepimus.&c.porro.de
2 priuil.quibus.n.nõ cõgruũt † verba diſpõnis, nec illos diſpoſitio illa cõplectitur. l.4. §. toties. ff. de dã.infec.l.ꝙ conſtitutũ.ff.de mil.teſtam.cum vulg.

Et ſi diceretur pdicta procedere poſſunt ſi Carolus egiſſet ꝯ predictam ciuitatẽ prędicto remedio poſſeſſorio, ſed in Ser Thoma agente vt ſupra q nõ fuit reus criminis læſæ maieſtatis aliter dicendum
3 eſt,† cũ qs non dẽat culpa ſeu delicto alterius grauari,l.ſancimus.C.dę pœn.l.ſi quis in ſuo. §. legis. C.de inoff.teſt.ad hoc rñdetur,ꝙ cũ dictus Ser Thomas ſucceſſerit in ius ipſius Caroli vẽditoris de eo par ratio habẽda eſt,quæ haberi dẽt dę pręfato Carolo.l.fi.§.1.ff.ad Velle.l.2.C.de fruc.&lit. expen. maxime cum in ipſum Ser Thomam fuerit tranſlata poſſesſio quę erat penes dictum Carolũ mediante cõſtituto, per quod transfertur vera & propria
4 † poſſesſio,licet ficta ſit traditio. l. certè. §. 1. ff. de precar.Bar.in l.ab emptione.ff.de pac.& in l.ſi is q pro emptore.ff.de pac.in vlt.char.q.7. ff. de vſuca.

Sed iſtis non obſtantibus contrarium de iure arbitror eſſe verius,licet vt patebit ex reſolutione ſequẽtis dubij ſuperflua reddat hęc prima dubitatio.

Et pro hoc in primis moueor: quia ex verbis de quibus in dictis capitulis pacis dici poteſt, ꝙ præfatus Carolus in illis fuerit comprehenſus cum ſit ꝙ Excellentisſimus Iureconſultus D. Alex. ęius pr fuerit oriũdus de ciuitate Imolæ,& hoc ẽ notoriũ.
5 † Ciuilitas etiam patris per eum acquiſita ratione originis tranſit ad eius filios,quinimo & ad nepotes,dummodo nati fuerint auo adhuc ſuperſtite. ita decidit Cyn.in l.2.C.de iuriſd.om. iud. Bart.in l.aſſumptio.§.1.ff.ad munic.Gl.& Doc. in l. filios. C.ad municip.& origina.lib.10.

Præterea & ſecundò oĩs ambiguitas vr eſſe ſublata ex declaratione facta p Summũ Pontificem, quę dicitur fuiſſe legitimè probata,per quem declarauit ſe velle prędictum Carolum in prędictis capi
6 tulis pacis fore comprehenſum: † cui declarationi ſtandum eſt,nec ea poteſt in dubiũ refricari.Clem. 1.de prob.cum ibi not.l.fi.C.de leg. vbi dicit text. quis.n.tantę ſuperbiæ faſtigio tuendus eſt vt regalem ſenſum conterimat. maximè,quia dicta declaratio conſonat verbis declaratis,cum vt dixi præfatus Carolus ratione originis paternæ dici posſit Imolenſis,& ſic non poteſt dici, ꝙ Summus Pontifex fuerit circunuentus, per ea quæ ponit Paul. de Caſt.in l.hæredes palam.§.ſi quid.col.4.ff.de teſta. cuius doctrinam refert,& ſequitur, multa addendo Fel.in c.cũ olim.col.4.de ſent. & re iud. Et ex prędictis infertur,ꝙ pręfatus Carolus ſi fuiſſet ſpolia-
7 tus à prędicta ciuitate ei † competijſſet remedium reintegrandæ poſſesſionis: ergo & ipſi Ser Thomæ eius ſucceſſori competere debuit.l.Pomponius.§. cum quis.ff.de acq.poſſ.d.l.2.C.fruc. & lit. expen. Infertur etiam non obſtare id quod dicebatur, uidelicet,ꝙ ex tenore dictorum capitulorum cõſtat aſſertum Carolum in eis non fuiſſe comprehenſum:qm̃ iſtud eſt falſum:quia imò fuit comprehenſus tum ex verbis dictorum capitulorum, tum ex declaratione facta per Summum Pontificẽ: igitur remanet reſoluta hæc prima dubitatio, licet vt ſtatim dicetur, ſuperflua ſit,& in nihilo aduerſetur intentioni dicti Ser Thomæ.

Deuenio ad ſecundam dubitationem,in qua vr dicendum, ꝙ prędicto Ser Thomæ non competat remedium reintegrandę,nec aliud remedium poſ-
8 ſeſſorium: † quia ubi notoriè conſtat de non iure ipſius agentis,ceſſat remedium recuperandæ poſſesſionis.c.ad decimas.de reſt.ſpol. in 6. Innoc.in c.conſtitutus.de fili.pręsbit.c. ſignificauit.cum ibi notat.de diuor.Ale.in conſ.99. inci. viſis procesſibus.col.2.lib.6.ſed notoriè conſtat de non iure ipſius Ser Thomę agentis:ergo ipſi obijci poteſt exceptio repellens eum à remedijs poſſeſſorijs.

Notorietas huius non iuris ſui patet per ſententiam confiſcationis latam contra Carolum ob cri
9 men læſæ maieſtatis ab eo commiſſum, † ex qua cauſatur notoriũ.l.emptorẽ.in princ.ff.de ac.emp, Bar.& Doc.in l.is cui.ff.de verb.obl.Sicut ẽt & acta iudicialia conſtituũt notoriũ,c.olim.de verb.ſign..
10 Gl.in c.ſignificauerunt.de teſti.† & per conſequẽs notoriũ eſt ipſi ſtatim cõmiſſo crimine læſę maieſtatis fuiſſe interdictam facultatẽ alienandi prædictum prædium de quo agitur.l.pen.§.fi.& l.fi.C.ad leg.Iul.maieſt.Bar.& Doc.in l.poſt contractum. ff. de don.notoriè ergo conſtat de non iure ipſius Ser Thomę, quẽ patet manifeſtè habuiſſe cãm a dicto Carolo vendente, poſt crimen læſæ maieſtatis per eum cõmiſſo,& ſic facultatem alienandi nõ habuit uigore dicti criminis, iuribus ſuperius allegatis.
11 Sed hoc non obſtante teneo cõtrarium † ꝙ imò pręfato Ser Thomę competit prædictum remediũ, cum ex eius parte ſint probata extrema, videlicet eius poſſesſio antiquior ſeu anterior, & occupatio facta de dicto prædio per Communitatem Imolæ, iuxta ea quę latè habentur per ſcribentes in l. rem quę nobis.ff.de acq.poſſ.

Solum

Solum ſupereſt, vt præmiſſæ obiectioni reſpondeatur, quam dico nullo modo obſtare in caſu noſtro, & pluribus rationibus.

Prima ratio eſt, quia allegata confiſcatio ꝑ partem aduerſam, & ſententia lata contra prædictum Carolum fuit nulla vt probabitur, nullum ergo effectum debet operari, & ſic ex ea non poteſt dici fuiſſe ademptam facultatem præfato Carolo alienãdi prędictum prędium. & illius poſſeſſionem transferendi in prefatum Ser Thomam, c. non præſtat impedimentum. de reg. iur. lib. 6. l. 4. §. condemnatũ, ff. de re iudic. cum multis quæ copiosè adducuntur per Fel. in c. ex tenore. extra de reſcrip.

12 Comprobatur. † Nam priuare aliquẽ facultate alienandi, ſeu contrahendi eſt pęna. l. teſtõ Centurio. ff. de manumiſ. teſtam. l. ſi is qui hęres. §. fi. ff. de vulg. & pup. ſubſtit. quem ad hoc notat ibi Paul. de

13 Caſt. † ſed ex actu nullo & inualido, quis pęnam à lege impoſitam incurrere nõ poteſt, ſecundũ Bart. in l. nõ putauit. §. non quæ vis. ff. de bon. poſſ. cont.

14 tab. & Bal. in l. 2. C. de epiſ. audiẽ. vbi dixit, † quòd emphyteuta nõ priuatur iure emphyteutico ex alienatione rei emphyteuticæ factæ ſine conſenſu dñi directi, ſi inualida fuerit dicta alienatio: vt quia mulier alienauit ſine conſenſu propinquorũ, quorum cõſenſus requirebatur ex diſpoſitione ſtatuti.

Quòd autem dicta confiſcatio ſeu ſnĩa lata con-

15 tra dictũ Carolũ fuerit nulla probatur, quia † ipſi Carolo non patebat tutus acceſſus eo tẽpore ad ciuitatem Imolæ: quia ibi hẽbat inimicos contrariæ factionis, qui occiderant quoſdam de eius conſanguinitate, & expulſerant omnes de factione Gibelina, & ſi cõparuiſſet Imolæ fuiſſet ibi trucidatus, & hęc oĩa vt audio legitimè probãtur per teſtes dicti Ser Thomę: citatio ergo facta de ꝑdicto Carolo ad

16 ꝑdictũ locũ Imolę ipſum nõ potuit arctare, & † ſic fuit nulla, per cõſequẽs nullus fuit proceſſus, & oĩa inde ſequuta, hęc probantur ex notatis per Gl. in c. ſtatutum. §. cum uerò. ſuper verbo non audens. de reſcr. lib. 6. quę proprie loquit̃ in caſu in quo Gibelinus non audet comparere in loco, ex eo quia ibi ſunt Ghelfi qui ſunt prępotentes. & dicit ibi Dominic. ꝙ iſto caſu non poteſt citari aliquis, vt compareat in loco ad quem ſecurè non poteſt accedere. Et idem tradunt Doct. in c. ex parte extra de appel.

17 Pro quo ẽt adduco, † id quod pulchrè decidit Oldra. in conſ. 43. incip. quæritur vtrum citatio. in 2. col. vbi dicit expreſsè, ꝙ citatio facta ad locum nõ tutũ nõ arctat citatum, & ſic ex hoc nulla redditur citatio, & per conſequens nulla redditur ſententia,

18 & hanc deciſionem probat pulchra ratione. † Nã cum citatus per arbitrum cui ex conſenſu proprio obligatus eſt parere, non teneatur cõparere ſi citetur ad locũ inhoneſtũ. l. ſi cũ dies. §. pen. ff. de arbi. multo magis eũ nõ arctabit citatio facta ad eum locũ, in quo imminet periculum vitæ ſi compareret,

19 iux. legẽ dicẽtẽ † cuius famę parcitur, multo magis eius vitæ parcendum eſt. l. ſi quis adulterium cum inceſtu. §. liberto. ff. de adult. & idẽ in terminis nrĩs voluit Ang. in l. 2. §. quod dicimus. ff. ſi quis cautio.

20 dicẽs, ꝙ † confinati & exititij terrarum non tenentur comparere in loco vnde ſunt exititij, neque per eorũ territoria ambulare, & hoc tenebat Iacob. de Are. ſecũdum eum in l. Fulcinius. §. quid ſit lactitare. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. & ꝑ hoc dicit eſſe caſum in Clem. paſtoralis. de ſent. & re iud. patet er

21 go † ex ꝓmiſsis ſnĩam latã ꝯ ꝑfatũ Carolũ eſſe nullam, & ſic ex ea non poſſe probari crimẽ lęſę maieſtatis. d. l. 4. §. condemnatum. de ſent. & re iud. cum alijs ſuperius adductis. quibus addendo, id quod voluit D. Ant. de Butr. in c. ex parte. el j. col. vlt. extra

22 de verb. ſign. qui dicit, † ꝙ confeſsio ita demum facit rem notoriam, ſi emanauit in iudicio valido, & ita procedat tex. in c. fi. de vita & honeſt. cleric. ſed ſi fuerit facta in iudicio non legitimè promoto nõ inducit notorietatem, & pro hoc dicit eſſe Glo. ibi ſing. & hoc dictũ refert, & ſequitur Fely. in c. qualiter, & quando. §. licet autem. circa fin. de accuſa.

Præterea & ſecundò aduertendum eſt in hac dubitatione: quia poſito non tamen conceſſo, ꝙ dicta ſententia eſſet valida, & ſic ex ea probaretur crimẽ læſæ maieſtatis contra dictum Carolum, & ſic nulla fuerit venditio facta dicto Ser Thomæ, tamen negari non poteſt quin in ipſum fuerit tranſlata poſſeſ-

23 ſio † quæ ex contractu nullo & inualido transfertur, l. j. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſſ. ideò dicit Bal. in l. 2. circa fi. ff. de iuriſd. om. iud. ꝙ ſi ex forma ſtatuti prohibeatur ciuis alienare bona immobilia in forenſem, ex hac alienatione nõ trãsferetur dominium rei alienatæ transferetur tñ poſſeſsio, per tex. in d. §. ſi vir vxori. cum ergo ex dicta alienatione in prefatum Ser Thomam potuerit transferri poſſeſſio, quæ per eum legitimè fuit probata, illa potuit intentare remediũ poſſeſſorium, nec eſt opus probare dominium, iuxta tradita in l. rem quæ nobis. ff. de acq. poſ. & in alijs locis vulgaribus.

24 Prętereà vt premiſſum eſt, † hęc alienatio fuit facta ante ſententiam confiſcationis bonorũ latã cõtra pręfatum Carolum, fuit ẽt facta titulo oneroſo, ideò valida fuit hęc alienatio, licet poſt crimen lęſę maieſtatis commiſſũ inita fuerit. Ita dicit Ang. in

25 l. fi. C. ad leg. Iul. maieſt. vbi dicit illam † legẽ procedere in alienatione facta titulo lucratiuo, ſed nõ in alienatione facta titulo oneroſo, niſi fiat ſcienti

26 crimen lęſę maieſtatis fuiſſe cõmiſſum, † quæ ſciẽtia in dubio non pręſumitur niſi probetur. l. verius. ff. de prob. l. ait ꝑtor. §. ſi quis particeps. ff. de his, q̃ in fraudem credit. ſi ergo valida fuit dicta alienatio: q̃a titulo oneroſo facta & ignorãti præſumptiue ex ea fuit tranſlatum dominiũ & poſſeſsio in ꝑfatũ Ser Thomas, quibus inuitus priuari nõ debuit. l. id quod nrũm. ff. de reg. iur. l. fi. ff. de pac. ipſi ergo iniuſtè ſpoliatio competit remedium prędictum.

Quartò aduertendum eſt. Nã predicta alienatio dr̃ fuiſſe facta prędicto Ser Thomæ per dictum Carolum vt ei ſatisfaceret pro certa pecuniarum ſumma, in quibus Ser Thomas erat creditor ꝑdicti Ca-

27 roli, † neceſſaria ergo fuit hæc alienatio, & ꝑ conſequẽs ei fuit permiſſa poſt dictum crimen per eũ cõmiſſum: arg. l. alienationes. ff. fam. erci. & l. peto. §. prędium. ff. de leg. 2. per quæ iura expreſsè decidit Bar. in l. poſt contractum. col. pen. ff. de don. vbi ſic limitat tex. in l. fi. C. ad leg. Iul. maieſt.

Confirmatur hoc fundamentum. Nam licet iſte contractus ſonet in nomen venditionis, fuit tamen quędam adiudicatio in ſolutum facta per debitorẽ Ser Tho-

Ser Thomæ creditori, ideò etiam in caſibus in quibus interdicta eſt adminiſtratio delinquenti ex tẽpore commiſſi criminis, prout in crimine lęſę maieſtatis, permiſſa eſt datio inſolutũ facta creditoribus. Iſtud expreſsè dicũt Io. de Imo. & Lud. Rom.
28 in l. poſt contractum. ff. de don. dicentes † ꝙ Gl. in l. reos. ff. de ſolut. & in l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. ſunt intelligendæ, quãdo ipſis delinquentibus fieret ſolutio per debitores: quia hoc non permittitur in caſibus in quibus à die commiſſi criminis interdicta fuit adminiſtratio: ſed in caſu in quo delinquens ſatisfaciat creditoribus, ſecus dicẽdum eſt.

Nec obſtat, ꝙ iſte contractus fuerit celebratus
29 ſub nomine vẽditionis, qm̃ iſta † verbalis denominatio nõ eſt conſideranda, ſed potius effectus ſubſtantię ipſius contractus, ſecundum Bar. in l. eotem ferro. §. qui maximos, ff. de publ. & in diſput. inci. publicanus quidam, pro quo Moderni in l. non codicillum. C. de teſta. multa adducunt, quæ omitto. Sed vltra eos adduco pro confirmatione dictũ Bal.
30 in l. 2. C. de iure dot. vbi dicit † ꝙ ſi fiat donatio cã mortis alicui pro ſe & heredibus ſuis, hęc eſt donatio inter viuos conſiderato effectu: quia de hæredibus facta fuit mentio, & non verbali denominatione, optimè deſeruit etiam dictum Io. de Imol. in c. ad audientiam. col. 2. de reb. eccl. non alienan. qui
31 dicit, † ꝙ ſi in inſtrumento dicatur qualiter dñs cõceſſit talem rem in emphyteuſim trãsferens quidquid iuris ſibi competit in ipſa re, iſte dr̃ cõtractus cenſualis, per quem dñium directum transfertur, ſecũdũ Gl. in c. cõſtitutus. de relig. dom. nõ aũt diceẽ ꝯtus emphyteuticus, licet ita fuerit denominatus. Poſtremò aduertendum eſt, quia crimen hoc pro quo fuit inquiſitum, & lata ſententia contra dictũ Carolum non dr̃ crimen læſæ maieſtatis, ut probabitur, ſed fuit aliud crimen, quo non obſtante potuit facere quamcunque alienationem, niſi probaretur illam fuiſſe factam in fraudem. vt per Bar. &
32 Doc. in d. l. poſt contractum, & † ꝙ non fuerit crimẽ lęſę maieſtatis, dr̃ qñ patria proditur, vel oppugnatur vt Principi aut populo Romano auferatur, & ita procedat Gl. in l. fallaciter. C. de abolit. ſed ſi oppugnetur patria vel prodatur non ad finẽ vt principi auferatur, tunc ſecus dicendum eſt, quia hoc caſu non cõmittitur crimen lęſę maieſtatis. & ita notant Ang. & Sal. in d. l. fallaciter. C. de abolit. per il-
33 lum tex. vbi † crimen læſæ maieſtatis & crimen oppugnatæ patrię ponuntur vt ſpecies differentes, & de hoc eſt Gl. ordinaria q̃ expreſsè hoc firmat in l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſt. & idem vult Bar. in extrauaganti qui ſint rebelles. in verbo rebellando. vbi ẽt
34 vult, † ꝙ pp ciuitatis oppugnationem non dicatur committi crimen læſæ maieſtatis, & iſtud latè proſequitur D. Maria. Soc. in conſi. 22. inci. ſequendo ordinem prædictarum quæſtionum, in 1. & 2. col. ꝙ maximè procedit quando non agebatur de patria ſubuertenda, ſed de mutuis diſſentionibus, & partialitatibus, ut quia Ghelfi expullerunt Gibelinos de ciuitate. l. 2. §. iſdem temporibus. ff. de orig. iur. l. ſi quis ingenuã. §. in ciuilib. ff. de cap. & poſtli.
35 reuerſ. Iſtud ergo † potius dicetur crimen ſeditionis non crimen lęſę maieſtatis, de quo loquitur tit. C. de ſeditioſ. & ita decidit Nell. de Sãcto Geminiano in tractatu bannitorum in prima parte ſecũdi tẽporis. q. 16. vbi dicit ſe uidiſſe, ita conſultum ꝑ uiros magnæ auctoritatis, & ꝙ Bal. ita conſuluit ꝑ rationes de quibus ibi per eũ. & ita anno ſuperiori vidi conſultum per Excellentiſſ. Iuriſconſultum D. Io. Campegium in Ciuitate Forliuij, & cum cauſa fuiſſet commiſſa decidenda conſilio ſuo. idem conſului & ita fuit prounciatum. Infertur ergo ex ꝑmiſſis, ꝙ cum dictum crimen commiſſum per Carolum non dicatur crimen læſę maieſtatis, ſed crimen ſeditionis, potuit iſte alienare poſt dictum crimen & ante ſentẽtiam, maximè cum dicta alienatio fuerit facta titulo oneroſo, per ea quæ not. Bar. & ſcribentes in d. l. poſt contractum.

Et ſi diceretur fuit proceſſum contra dictũ Carolum tanquã reum criminis lęſę maieſtatis, & ſic ſu-
36 per dicto crimine cõtra † ipſum lata fuit ſententia, quę facit ius. l. ingenuum. ff. de ſtatu ho. ad hoc rñdetur, ꝙ iſte Carolus fuit condemnatus in cõtuma-
37 ciam, & ſic virtute factę confesſionis, † ideò cum proceſſus nõ fuerit rite nec rectè formatus, per ea quę dicta ſunt ſupra, nulla fuit dicta cõdẽnatio, ſic decidit Bal. ſingulariter in tit. de accuſ. §. & nota. ꝙ accuſatio. & in verſ. & nota, ꝙ vbi libellus in addit. ad Spec. Ang. Aret. in tractatu malefi. in uerbo. qui iudex uidens. in ver. quęritur an tale ſtatutum. Cum ergo fuerit nulla hęc dicta ſentẽtia cõdemnatoria non poteſt dici, ꝙ ipſa faciet ius. l. 4. §. condemna-
38 tum. ff. de re iud. Vel aliter poteſt rñderi, † ꝙ iſta ſententia, quę fuit lata contra prefatum Carolum in contumatiam, & ſic uirtute fictæ confesſionis, licet faciat ius quo ad ipſum Carolum, tñ quo ad ipſum Ser Thomam cui facta fuit alienatio ante ſententiam non operatur effectum, hęc ficta confesſio nec ſentẽtia lata eius pretextu, de hoc eſt caſus in l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci, & ita notãt Bar. & Doct. in l. cum filius. in prin. ff. de verb. obl. idem Bar. in conſi. 113. inci. ſtatuto Ciuitatis Peruſinę cauet. ꝑ tex. in l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inof. teſta. & in l. & ideò. in prin. ff. de euic. patet ergo ex reſolutione huius ſecundi dubij, ꝙ primum redditur ſuperfluum: quoniam Ser Thomas petijt ſe reintegrari ad poſſesſionem prædij, de qua agitur ex diſpoſitione iuris communis, ad quod admittitur ut probatum eſt. nõ autem vult admitti virtute capitulorum pacis de quibus ſupra facta fuit mentio, & licet illa deduxerit in libello ſeu in articulis, tamen hoc fuit factum ad abundantem cautelã adeò, non nocuit hmõi deductio ſtante illa clauſula non ſe aſtringens &c. de qua per Bar. in l. diuus. ff. de re iud.

Concludendum ergo eſt partes Do. Iudicis fore in pronũciãdo bene fuiſſe iudicatũ per D. Auditorem Imolę in fauorem dicti Ser Thomę, & in cõfirmando eius ſententiam, & in reponẽdo eum in ſtatu in quo erat ante ſentẽtiam latam per pretorem Imolæ contra predictum Ser Thomam. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Volũtatis quæſtio nõ admittitur, ubi ambiguitas nõ eſt.*
2 *Fructuum appellatione non ueniunt penſiones.*
3 *Intellectus ad l. hæres. ff. ad leg. Falcid.*

4 *Statuta*

4 *Statuta propriè & ſtrictè ſunt interpretanda.*
5 *Verbum duplicem habens ſignificatum in materia ſtrictè interpretanda, ſtrictè interpretari debet.*
6 *Hæreditas delata quot modis ſumatur.*
7 *Statutum de hæreditate delata mentionem faciēs, quo modo intelligatur.*
8 *Separatorum ſeparata debet eſſe diſpoſitio.*
9 *Obligationis qualitas non uariatur in hæredibus poſt mortem defuncti cui competebat obligatio, uel qui obligatus erat.*
10 *Succedens illi cui erat acquiſita poſſeſſio, poteſt illam propria auctoritate apprehendere.*
11 *Statuti uerba nō cōueniūt, cui eius diſpoſitio nō cōuenit.*
12 *Statuta à iure cōi interpretationem paſſiuam recipiunt.*
13 *Citandus is eſt, qui comparendo poteſt actum impedire.*
14 *Lex ſeu ſtatutum puniens delictum, & præſupponens aliud, non includit caſum, in quo illud preſuppoſitum non uerificatur.*
15 *Statuto uel conſtitutione ſtante, quòd non exequens defuncti diſpoſitionem infra annum, quòd omnibus beneficijs priuetur, & ſtatim teſtatoris bona reſtituat, ille, qui nunquam bona penes ipſum habuit, & non fuit executus, ea pœna teneri non debet.*
16 *Statuta pœnalia ſtrictè interpretari debent.*
17 *Nullitas actus dicitur pœna.*

CONSILIVM XCI.

VIſo puncto cauſa uertentis inter hæredes Dominę Collę parte vna & hęredes quondā Antonij de Ruffeno parte altera, dubitat an hæredes ꝑdictæ D. Collæ cogi & cōpelli poſſint ad reſtitutionem penſionū per eos habitarum ex quadā domo, de qua in proceſſu. & uidetur dicēdum, ꝙ ad prędictā cōpelli poſsint, attēto quodam ſtatuto poſito ſub rubrica de pœna officialium malè iudicantiū, cuius verba hęc ſunt.

Dicimus etiam, ꝙ nullus ingrediens tenutā alicuius rei immobilis, in qua ſint fructus pendentes uigore precarij uel pacti de ingrediēdo, uel uigore editi Diui Adriani, uel ad eius ſimilitudinē poſsit p ſe uel aliū exportari, uel exportari facere aliquos fructus dictę rei, niſi prius citato detētore, uel poſſeſſore, uel illo de cuius præiudicio agi uideretur.

Cum ergo hęredes dicti quondā Antonij de Ruffeno non fuerint citati, prout diſponit ſtatutū prędictum, ſequitur ꝙ compelli poſſunt ad reſtitutio-
1 nem prædictarum penſionum. † & cū in uerbis præfati ſtatuti non ſit aliqua ambiguitas, non admittitur uoluntatis quæſtio. l. ille, aut ille. §. cum in uerbis. & l. non aliter. ff. de legat. tertio.

Sed breuiter reſoluendo hanc dubitationē concludo contrarium, pro quo in pręmiſsis moueor: quia ſtatutum prædictum loquens eo modo quo dictum eſt, nō poteſt uerificari in perceptione penſionum; quod ſic patet: nam prædictū ſtatutum loquitur in caſu in qua aliquis ingreditur tenutam alicu-
2 ius rei, † in qua ſunt fructus pendentes quorum appellatione ueniunt pēſiones proprio ſumpto uocabulo. l. prędiorum. ff. de vſur. l. mercedes. ff. de peti. hæredita. in verb. loco fructuum ſunt, iūctis notatis per Glo. in l. merces. la 2. ff. de verborum ſignifi. & per Bar. in l. ſi maritus. §. 1. ff. de adulte. Et illud idē vult Bal. in l. ſi traditio. in ult. q. C. de acti. emptio.
3 ubi dicit, † ꝙ licet penſio largo modo dicatur fructus cum non ſunt naturales nec induſtriales, ſed induſtrioſiſsimi. & ita ſecundum eum loquatur tex. in l. hæres. ff. ad legem Falcidi.

Sequitur ergo ex præmiſsis, ꝙ in ſtatuto faciēte mentionem de fructibus, non comprehendunt pē-
4 ſiones: † qa in ſtatutis uerba propriè, & ſtrictè ſunt interpretanda, nō aūt longè. l. quidquid aſtringendę. ff. de verb. obli. l. non aliter. ff. de leg. 3. cū ſimil.
5 Confirmatur: † quia in materia exorbitāte, ſeu ſtrictè interpretanda, ſi reperiatur vnū uerbum habēs duo ſignificata, vnum ſtrictum & aliud latū, in ſtricto tamen intelligi debet. c. Rodulphus. de reſcri. l. ꝙ ſi nepotes. ff. de teſtam. tutel. Ex qua doctri-
6 na infert Matheſillanus in notabili 193. ꝙ † hoc uerbum hæreditas delata, cum poſsit ſummi duobus modis, ſtrictè & largè, ſtrictè quando hæres poteſt adire hæreditatem, & illam repudiare, ita ꝙ nullum impedimētum adeſt ex parte ipſius hęreditatis, nec ex parte hęredis. l. delata. ff. de verb. ſigni.
7 ſi ſtatutū diſponat, ꝙ omnis hæreditas delata tranſmittatur ad quoſcunq; hæres, etiam non adita hæreditate, habebit locum hoc ſtatutum ſolum in hæreditate ſtrictè delata, non in ea quæ largo mō fuit delata, uidelicet quando hæreditas purè ſe offert ex teſtamento uel ab inteſtato, impedimentum tñ eſt in perſona hr̄dis, ut quia ignorat, uel eſt infans, uel furioſus: prout ſumitur in l. infantis. C. qui admit. & in l. cum antiquioribus. C. de iur. deliberan.

Cōfirmatur hoc fundamentum, ex ijs quæ tradit Bar. in l. ex diuerſo. in 1. col. ff. de rei uendic. & in l. fi. ff. de iure fiſci. ubi ponit fructus & pēſiones tāquā ſpecies differentes, ideò ſtatutum loquens de uno
8 nō uerificatur in alio: † quia ſeparatorum ſeparata debet eſſe diſpoſitio. l. inter ſtipulātē. §. ſacrā. ff. de uer. obl. & l. ſi maritus. C. de dona. inter uir. & uxor.

Secundò principaliter pro hac concluſione cōſidero. Nam uirtute cuiuſdam laudi licuit Do. Collę uti domo, de qua in proceſſu, quouſq; eſſet in cōcordia cū hęredibus dicti Antonij de Roffeno, & ſic cōmoditas huius domus fuit ei conceſſa, & per conſequens eius hæredibus. l. pactum. ff. de ꝓbatio. uſq; ad tēpus, quo ipſa mulier eſſet in cōcordia cū ꝑdictis hæredibus, cū deceſſerit hæc mulier nondū facta concordia, facultas percipiendi commodū ex ꝑdicta domo fuit tranſmiſſa ad eius hæredes, abſq; citatione aliqua faciēda de hæredibus ꝑdicti quondam Antonij. Cum ex parte ipſius D. Collæ non eſſet opus aliqua citatione de pſona dictorū hęredū.
9 † non. n. uariatur qualitas obligationis in hr̄dibus poſt mortē defuncti, cui competebat obligatio, uel qui erat obligatus. l. 2. §. ex ijs. ff. de ver. oblig. l. cui fundus. in fi. ff. de condit. & demon. ſtatuta ergo præmiſſa intelliguntur, qn̄ aliquis de nouo uellet ingredi tenutā alicuius rei, quā nec ipſe nec defunctus
10 cui ſucceſſerat prius adeptus fuerat: ſed † qn̄ quis ſucceſsit alicui, cui erat acquiſita tenuta ſeu poſſeſſio, tūc pōt illā ꝓpria auctoritate apprehēdere abſque citatione alicuius: qa potius dicit continuare q̄ de nouo acquirere. §. diutina. Inſtitu. de vſuc. l. cū hæredes. in prin. cum ibi notat. ff. de acqui. poſſeſ.

Præterea & tertiò, ſtatutum prædictum loquitur

qñ aduerſarius detinet, uel poſsidet, ſed hæredes
dicti Antonij nõ detinebãt, nec poſsidebãt domũ
prædictam, igitur eis non competit beneficiũ ſta-
11 tutorum, de quibus facta fuit mentio: † quia eis nõ
conueniunt uerba ſtatuti, ergo nec eius diſpoſitio.
l.quod conſtitutum.ff.de mili.teſta.l.4.§.toties.ff.
de damno infec. ꝙ aũt prædicti hæredes non poſ-
ſiderent, patet: quia D.Colla & poſt ipſius mortẽ
hẹredes eius detinebãt prẹdictam domũ iuſtè vir-
tute laudi à partibus emologati: ergo hæredes p̃fa
ti Antonij de Roſſeno non poſſunt dici poſſeſſores
ſeu detẽtores: q.a qđ ego poſsideo impoſsibile eſt
aliũ poſſe poſsidere.l.3.§.ex contrario.ff.đ ac.poſ.
Quartò pro eadem cõcluſione adduci poteſt, ꝙ
in caſu iſto non fuerit neceſſaria citatio, alia ratio,
12 † nã ſtatuta recipiunt interpretationẽ paſsiuam à
iure cõi, l.2.C.de noxal. Bar. in l.omnes populi. in
6.q.prin.ff.de iuſti. & iure.& in l.1.§.lex Falcidia.
13 ff.ad l.Falcid. ſed de iure cõmuni is citãdus eſt, † q.
comparẽdo poteſt actũ impedire, alias ſecus.l.re-
cuſare.in prin.ff.ad Treb. Pau.de Caſt. in cõſ.216.
inci.circa primum quęſitum.col.4. ſed hẹredes p̃-
fati Antonij, qui nondum erant in concordia tem-
pore quo mortua fuit Domina Colla nõ potuiſſent
impedire hẹredes Dominę Collę apprehẽdere ſeu
potius continuare tenutam ſeu poſſeſsionem dictę
domus: ergo illa citatio non fuit neceſſaria.
Quintò alia ratione oſtendo, ꝙ præmiſſa ſtatuta
non poſſunt adduci in fauorẽ dictorum hæredum
Antonij, eo, quia dicit ſtatutum ꝙ ipſe poſſeſſor
uel detentor ſi ſatiſdationẽ præſtiterit de fructibus
prẹſtandis, fructus ipſi remanere debeant pẹnes ip
ſum donec deciſum fuerit, cuius eſſe debeant: prẹ-
ſupponit ergo ſtatutum ꝙ poſſeſſor conuẽtus ſit il-
le qui fructus percipiebat, dum dicit ſtatutũ ꝙ fru-
ctus remaneant penes ipſum detentorẽ ſeu poſſeſ-
ſorem: non uerificabitur ergo in caſu noſtro in quo
p̃dicti hẹredes Antonij non pcipiebant fructus ſeu
penſiones dictæ domus, quinimò pars aduerſa:
14 † quia qñ lex ſeu ſtatutum punit vnũ delictũ & prẹ
ſupponit aliquid aliud, nõ ĩcludit caſum in quo nõ
uerificatur illud præſuppoſitum, Gl.eſt in l. Manci
pia.C.de ſer.fugiti. ex qua infert Ludo.Roma.in
ſing.495. ſtatutũ ſeu lex puniens. Romẹ erat cõſti-
15 tutio, † ꝙ quicunque nõ exequitur diſpoſitionem
defuncti infra annũ priuet omnib. beneficijs ſuis,
& ſtatim debet reſtituere bona teſtatoris, quidam
relictus executor in teſtõ, nunquam habuit bona
teſtatoris penes ſe, ſed illa erant penes hẹredem, &
non fuit executus infra annum, certè iſte nõ debet
incurrere pœnam prædictã, cũ prẹſuppoſitũ ſtatuti
uidelicet ꝙ debeat reſtituere bona teſtatoris, non
verificetur in eo, quia illa nunquam habuit penes
ſe, & iſtã doctrinã ſequitur D.Maria.Soci.in conſ.
16 55. Et ſi diceretur prẹdicta loquũtur † ĩ ſtatuto pœ
nali; in quo ſtricta debet fieri iterpretatio.c.odia.
de regul.iur.lib.6. ad hoc reſpondeo, ꝙ præmiſſum
ſtatutum etiam eſt pœnale: quia annullatur iudiciũ
17 ipſius ſtatuti, forma nõ ſeruata, † ſed nullitas actus
dicitur pœna, l.fi.C.de poſthum. hæred.inſtituẽ.l.
Senatus.ff.de cõtrahen.empt.c.ſi religioſus.de ele
ctio.lib.6.Glo.in c.decet.de immuni.eccl. eo.lib.
Doctores in c.cognoſcentes. de conſtitutio.

Poſtremò dici poteſt dictos hẹredes fuiſſe citatos, cũ reuocato pacto precarij & adepta tenuta fuerint citati ad uidẽdũ produci petitionẽ ſuper adiudicatione in ſolutũ facienda de prædicta domo, ex quibus concludo pronuntiandum fore in fauorem hæredum præfatæ Dominæ Collæ. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio exorbitans à regulis iuris communis ſtrictè interpretari debet.*

2 *Beneficij vacatio cẽtur à morte naturali, non aũt ciuili.*

3 *Verba in dubio intelligi debent in naturali ſignificatu, nõ autem ciuili, etiam in materia longè interpretãda.*

4 *Caſus à diſpoſitione omiſſus pro omiſſo habetur, & diſpoſitioni iuris communis relinquitur.*

5 *In materia odioſa & ſtrictè interpretanda ſi à iure verus modus exprimitur per quẽ beneficium uacat, tunc expreſſio vnius modi alium includit, quando eadem ratio militat in modo uacationis non expreſſo.*

6 *Ratio vnica quando reddi poteſt, pro expreſſa habetur.*

7 *Mors ciuilis appellatione mortis comprehenditur in diſpoſitione iuris etiam ſtrictè interpretanda. & nu.8.*

8 *Pactum & diſpoſitio hominis aliquando extenditur, ut etiam mortem ciuilem comprehendat.*

9 *Ingreſſus religionem ſtatim non expectata morte naturali, bona fideicommiſſo ſubiecta, ſi deceſſerit ſine liberis, reſtituere tenetur.*

10 *Renuntiatio beneficij fraudulenter facta in detrimentum imperatoris beneficij, nulla eſt, & quomodo cognoſcatur fraudulenta.*

11 *Fraudulenta renuntiatio non eſt hẽda in cõſideratione.*

12 *Fraus & dolus ex coniecturis probatur.*

13 *Matrimonium contractum tempore mortis cum concubina non legitimat filios prius natos, extantibus filijs prioris matrimonij legitimis.*

14 *Emancipatio præſumitur facta in fraudem uenientium ab inteſtato, ſi pater emancipauit filiam tempore quo laborabat peſtifera infirmitate, & filia condito teſtamento in quo patrem hæredem inſtituit mortua eſt.*

15 *Regulę cãcellariæ licet ſtrictè interpretari debeãt, attamẽ attendi debent ad caſum in quo eadẽ ratio militat.*

16 *Extenſio in exorbitantibus fit de caſu ad caſum ex ſimilitudine rationis.*

17 *Conſtitutio exorbitans & pœnalis taxatiuè loquẽs extenditur ad caſum in ea non expreſſum ex rationis ſimilitudine.*

18 *Intellectus ad c.ſuſceptum.de reſcript.lib.ſexto.*

CONSILIVM XCII.

REgula Cãcellarię poſita ſub rubrica de publicatione faciẽda ĩ bñficijs reſignatis diſponit, ꝙ quęcũq; beneficia eccleſiaſtica ſiue in Curia Romana, ſiue extra eam cẽſeant vacare, non p reſignationẽ, ſed p obitũ, niſi infra menſem dictæ reſignationes publicatę fuerint, & poſſeſsio beneficij ab eis quos id contingit petita fuerit: & hoc quando reſignatio fuit facta extra dictam Curiam. ſtante prẹdicta regula contingit ꝙ quidam de complicibus Bentiuolorũ reſignauit beneficiũ in ciuitate Bononię, cuius publicatio

blicatio infra menſem facta non fuit, demũ adue-
niente ſummo Pontifice ad prædictã ciuitatem Bo
noniæ,ut eã à Bentiuolorum tyrannide liberaret,
prædictus reſignãs qui remãſerat in poſſeſsione di
cti bñficij illo fuit priuatus ob eius rebellionẽ, &
alteri per ſummum Pontificem fuit collatum. Ex
pręmiſsis ergo dubirari contingit, an prædicta re-
nunciatio uiribus ſubſiſtat,licet intra menſem pu-
blicata nõ fuerit, iuxta tenorem prædictæ regulæ?

In iſta dubitatione prima facie uidetur dicẽdũ,
ꝙ prædicta regula non obſtet ualiditati dictæ reſi-
gnationis.eo, quia loquitur qñ is qui renunciauit
bñficium deceſsit poſsidens ipſum beneficiũ, quo
caſu vult prædicta regula,ꝙ beneficium cenſeatur
1 uacare per eius obitũ,& cum illa † diſpoſitio ſit ex-
orbitans à regulis iuris cõis ſtrictè debet interpre
tari,nõ largè.c.quę à iure cõi.de reg.iur.lib.6.& l.
quod uero cõtra.ff.de leg. ideò uerificari debet in
2 uacatione beneficij,† quæ ſubſequetur ex mote na
turali non aũt ciuili, quæ cauſatur ex rebellione.l.
ex ea parte.§.inſulam.ff.de uerb.oblig.l.Statius.§.
Cornelio Felici.ff.de iure fiſci.& ita notat Domi-
nic. poſt Doctores per eũ relatos in c.ſuſceptũ.de
reſcri.lib.6.& Doctores in l.Gallus.§.& quid ſi tã-
3 tum.ff.de libe.& poſthu. Confirmatur: † quia ver-
ba in dubio ſunt intelligenda in ſignificatu natura
li,non autem ciuili,etiam ſi fuerint prolata in ma-
teria large interpretanda,l.fi.C. de ijs qui ueniam
ætа.impet.l.fideicommiſſum.ff. de cõdi.& demõ.

Pręterea & tertiò,in diſpoſitione ſtrictè interp̃-
tanda expreſſum vno modo per quem uacat benefi
cium,alij modi quibus beneficiũ vacare cenſet cẽ
ſentur excluſi.c.ſuſceptum.de reſcrip.lib.6.ſed prę
dicta regula ſtrictè eſt interpretanda, ut dictũ eſt:
ergo expreſſo caſu mortis,per quem beneficiũ cen
ſetur uacare, alij modi cenſentur excluſi. Caſus.n.
4 † omiſſus à diſponente habetur pro omiſſo,& relin
quitur diſpoſitioni iuris communis.l.ſi cum dotẽ.
in prin.ff. ſolu.matr.l.ſi extraneus.ff.de condi.ob
cau.dat.l.commodiſsimè.ff.de liber. & poſthu.

His tñ nõ obſtãtibus cõtrariũ de iure verius eſ-
ſe arbitror,itaque concludo in hoc articulo ꝙ vir-
tute dictæ regulæ prædicta renunciatio viribus nõ
ſubſiſtat,& ſic ualida fuit collatio de dicto benefi-
cio per ſummum Põtificem facta, & pro hac cõclu
5 ſione in primis moueor: quia † in materia etiam
odioſa & ſtrictè interpretãda, ſi à iure exprimatur
uerus modus per quẽ beneficiũ uacat,tunc exp̃ſsio
vnius modi includit aliũ, qñ eadem ratio militat ĩ
mõ uacationis nõ expreſſo;de hoc eſt Gloſ.in c.2.
in verb.renunciat.lib.6.quã ibi notant & cõmen-
dant Pet.de Anch.& Dominic.Idẽ Do.in c.ſuſce-
ptum,circa fi.de reſcrip.lib.6.ſed eadẽ ratio mili-
tat in caſu iſto,in quo beneficium uacauit propter
rebellionem iſtius reſignantis,ut probabitur:ergo
expreſsio vnius modi facta in prædicta regula, in-
cludet iſtũ modum: ꝙ autẽ ſit eadẽ ratio,patet ſic.
Nã dicta regula nulla alia rõne edita fuit, niſi ob
hoc ne impetrantes beneficia ignari reſignationũ
de his factarũ ſupplantentur:arg.tex.in c.tibi qui.
6 circa fi.de reſcrip.lib.6. † & cũ vnica ſit hæc ratio,
habet pro expreſſa,c.ſugeſtũ.de appell.quẽ ad hoc
not.ibi Philip.Peruſi.& eſt Gl. vulgata in l.quãuis.
C.de fideicomm.de qua Doctores in pleriſq; locis
faciunt mentionẽ. Cũ ergo iſta ratio ſupplantatio-
nis militet in caſu noſtro,illũ comprehẽdet diſpo-
7 ſitio p̃dictę regulę. Secũdò iſta cõcluſio patet. † Nã
in diſpoſitione iuris,etiã ſtrictè interpretanda,ap-
pellatione mortis ſeu obitus cõprehendit mors ci
uilis,ſi ex ipſa morte ciuili ĩſurgat idẽ effectus,quo
ad id de quo agitur,qui inſurgit ex morte naturali,
hęc eſt doctrina Cy.& Bal. in l.Deo nobis.C.de epi
ſco.& cleri. Bar.in l.ſi cum dotẽ.§.fi.ff.ſolu.matri-
mo.Imol.& Alex.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Tre
bel'ia.Bar.in l.ex ea parte.§. inſulã.ff.de verb.obl.
& Dominic.in d.c.ſuſceptũ. col. ult.& dicit Aret.ĩ
d.§.inſulam.ꝙ iſta doctrina eſt cõmuniter appro-
8 bata & uera.eo,† quia ſi pactum & diſpoſitio homi
nis aliquãdo extenditur, ut comprehẽdat etiã mor
tem ciuilẽ.l.Deo nobis.C.de epiſcop.& cle.l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib. & poſthu. cur non
extẽdetur diſpoſitio legis loquẽtis de morte ad ca
ſum mortis ciuilis,ex quo largo modo ſaltẽ appel-
latione mortis comprehendi poteſt mors ciuilis,l.
ſi necem.§.fi.ff.de bon.liber.l.1.§.fi. ff.de bonorũ
poſſeſſ.contra tabul. ſed idem effectus inſurgit ex
uacatione dicti beneficij quæ contigit ex iſta rebel
lione,& ſic ex morte ciuili,quæ ĩſurgit a morte na-
turali:qa vtroque caſu ipſo iure uacauit beneficiũ:
ut patet ex monitorio ſummi Põtificis. igitur prę-
dicta regula cãcellariæ loquẽs de morte uerificabi
tur etiã in hac morte ciuili, ex qua ut dictũ eſt, idẽ
effectus inſurgit quo ad caſum de quo agitur.

Confirmatur hoc fundamentũ ex ijs quę tradit
Gloſſ.in Clemen.ne Romani.in §.ſane. in Gloſ.in
verb. moriente. de electi. quæ vult, ꝙ ille tex.lo-
quens de morte procedat etiã in Pontifice cedẽti
Pontificatui,quia quo ad ſedẽ habetur pro mortuo
§.ecce.7.q.1.& quia eſt eadem ratio, & reſpondet
ad c.ſuſceptum.de reſcript.in 6. ut ibi per eum. &
illam Glo.ſequuntur ibi ſcribentes maximè Io. de
Imo. in 6.col. Faciũt etiam pro hoc tradita per D.
Alex.in conſ.23.inci.circa primum dubiũ.ubi poſt
9 Doctores per eum allegatos concludit. † ꝙ ſi quis
grauatus de hæreditate reſtituenda poſt mortẽ ſub
cõditione,ſi deceſſerit ſine liberis,ingrediatur re-
ligionẽ bonorum etiam in cõmuni incapacẽ ſta-
tim locus erit reſtitutioni fideicommiſsi nõ expe-
ctata morte naturali: quia idem effectus inſurgit
ex hac morte ciuili, quæ cauſatur ex ingreſſu reli-
gionis qui inſurgit ex morte naturali. & idem te-
net Maria.Soci.qui latè proſequitur hunc conſili.
92.incip.circa primum.in.1.& 2.colum.

Prętereà & tertiò dici poteſt,& uerè ꝙ prædicta
10 renuntiatio fuerit fraudulenta,& † ſic nocere non
poſsit ei cui per ſummum Pontificẽ collatum fuit
hoc beneficiũ de quo agitur. c.2.de renũc.lib.6.&
ꝙ fuerit fraudulenta hæc renunciatio, patet ſic, &
præmitto in facto ꝙ hęc renunciatio facta fuit poſt
diſceſſum ſummi Pontificis ab vrbe Romana ad ci
uitatẽ Bononię ut expelleret Bẽtiuolos,quorũ p̃di
ctus renũciãs erat cõplex,& ꝓ qbus iam ſumpſerat
arma ꝯ ſummũ Põtificẽ. & iſtud eſt certo certius,
dubitãs ergo ne expulſis Bẽtiuolis dicto beneficio
priuaretur p ſummum Pontificem renũciauit huic
beneficio,& ſic animo fraudãdi impetratorẽ dicti

11 beneficij per eum facta fuit renũtiatio, † ideò illa non eſt habenda in cõſideratione, d.c.2. de renũc.
12 in 6. † & cum fraus & dolus probetur ex coniecturis. l. dolũ. C. de dolo. & d.c.2. de renunc. ſatis & ſuper ex prædictis de prædicta fraude cõſtare poteſt, & pro hoc faciunt not. per Bar. in l. poſt cõtractum. ff. de donat. in 1. & 2. col. Pro quo etiam adduco id quod uoluit Ang. ĩ l. nuper. C. de natural. liber. ubi
13 dicit, † ꝙ licet matrimonium contractum tempore mortis cum concubina ſit ualidum, tñ per ipſum non legitimantur filij prius nati, ſi extarẽt filij prioris matrimonij legitimi, quia non eſt fauendũ matrimonio fraudulento. Pro quo etiam adduco notabile dictum Pet. de Anch. in conſ. 430. inci. fuiſſet
14 expediens. ubi dicit, † ꝙ ſi pater emancipauit filiã tempore quo laborabat graui & peſtifera infirmitate, & ipſa fecit teſtamẽtum in quo patrem inſtituit hæredẽ, & demum mortua ſit filia, iſta emãcipatio præſumitur eſſe facta in fraudem uenientiũ ab inteſtato, ideo eis nõ nocet quo minus bona huius mulieris ueluti ab inteſtato defunctę cõſeq. poſſint, & ꝑ hoc adducit tex. in l. filię meę ęgrę. ff. ſolu. matri. & tex. in d.c.2. & pro hoc plura alia adduci poſſent, de quibus per D. And. Barba. in c. in pñſentia. col. 24. de prob. ex quibus concludendum puto collationem per ſummum Põtificẽ de prędicto beneficio factam viribus ſubſiſtere, nec impugnari poſſe prætextu dictæ renunciationis.

Non obſtant adducta in contrariũ. Nam ad pri
15 mum & ſecundum fundamentum reſpondetur, † ꝙ licet in regulis cãcellariæ ſtricta fieri debeat interpretatio, attamẽ extẽdi debẽt ad caſum in quo militat eadẽ ratio, per ea q̃ ſuperius dicta ſunt. Facit tex. in c. cum dilecta. §. nos igitur. de confirma. uti.
16 uel inutil. ubi † in exorbitantib. fit extenſio de caſu ad caſum ex rationis ſimilitudine. Ad idẽ tex. in l. 1. §. ꝙ ſi patris. ff. ad Senat. cõſul. Tertull. Abb. in c. fi. de reſcrip. & ĩ c. trãſlato. de cõſtitutio. Quinimò
17 conſtitutio exorbitans & pœnalis loquẽs taxatiuè extenditur ad caſum in ea non expreſſum ex rationis ſimilitudine, Glo. eſt notabilis in l. fi. C. de reuocan. donatio. Alijs etiam modis poſſunt tolli obiecta quæ colliguntur ex præmiſſis fundamentis.
18 Nõ obſtat tertiò † tex. in c. ſuſceptum. de reſcri. eod. li. quia ille tex. loquit in interpretatione bñficij, in qua ſtricta fit interpretatio, tñ quia eſt ambitioſa, c. quanuis. de præben. lib. 6. tum illa eſt hominis diſpoſitio tñ expreſſo vno modo, per quem uacat beneficium, alius cenſetur excluſus. Sed ubi ſumus ĩ iuris diſpoſitione, tũc expreſſo vno modo uacationis, includitur alius ſi ſit eadẽ ratio, vt dixi in primo fundamento huius concluſionis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Voluntati creditoris quomodo ſatisfiat per debitorem, nihil refert.*
2 *Datio in ſolutum contractui emptionis aſſimilatur, & diſpoſitum in uenditione procedit & in adiudicatione in ſolutum.*
3 *Rei uenditæ periculum tranſit in emptorem, & rei in ſolutum adiudicatæ periculum ſpectat ad creditorem.*
4 *Hypotheca non cadit in re in qua quis dominium habet.*
5 *Ad agnoſcendã uim & naturã contractus, potius conſiderãdus eſt eius effectus, quàm verbalis denominatio.*
6 *Contractus cenſualis & non emphyteuticus dicitur, ſi concedens fundum in emphyteuſim, quidquid iuris ſibi competit, in accipientem transfert.*
7 *Contractus ad diſcernendam qualitatem, potius conſiderantur pacta in eo appoſita, quàm nomen expreſsè appoſitum.*
8 *Adminiſtrator alicuius datij quis elegi non poteſt, contra ius & nomen habentis dominiũ in reditibus ipſius datij.*
9 *Contractus in dubio ille cenſetur qui uerbis magis conuenit.*
10 *Vectigalis ſimplex conceſſio facta publicano, quomodo intelligenda.*
11 *Verba ubi clara ſunt exprimentia certum contractum, certo ſtatur, nec recurritur ad coniecturas.*
12 *Verba deputauit, aſſignauit, & expreſsè obligauit, dominium non important.*
13 *Verbum aſſigno, quando importet dominij translationẽ.*
14 *Inſtrumentum ſic interpretari debet, ne contradictionem contineat.*
15 *Confeſſio ita debet interpretari, ne contineat repugnantiam.*
16 *Aſſignatio redituum alicuius fundi quando uideatur facta cauſa demonſtrationis.*
17 *Fructuũ futurorũ renuntiatio non ualet ipſis non natis.*
18 *Conditio tacita differt ab expreſſa quo ad tranſmiſſionem legati.*
19 *Actio nec obligatio oritur ante euentum cõditionis expreſſæ: ſic ante euentum conditionis tacitæ ex contractu non oritur actio nec obligatio. nu. 20.*
21 *Ratio fructuum percipiendorum non conſideratur niſi in malæ fidei poſſeſſore.*
22 *Confirmans & approbans actum imperfectum, ille dicitur perficere & dare.*

CONSILIVM XCIII.

VIſo inſtrumento cõtractus celebrati inter Ser Laurẽtiũ quondam Nicolai de Abbatibus ciuem Mutinẽſem parte vna, nec non egregiũ virum Io. Matthæum Columbũ parte altera. Viſo quoque & maturè cõſiderato proceſſu agitato inter filios & hæredes pñfati Laurentij, & dictum Io. Matthęũ occaſione pñfati inſtrũ, ſola dubitatio ex prędictis inſurgere uidetur. An prædictum inſtrũ in quo patet prædictum Io. Mattheum recepiſſe ſummã ducatorum ducentorũ ab ipſo Ser Laurentio ſit executibile, necne?

In qua dubitatione prima facie dicendũ uidetur illud non fore executibile, cum ſit ꝙ ipſe Io. Matthæus adiudicauerit in ſolutũ pro dicta quãtitate per ipſum debita eius creditori, datiũ & introitum ipſius datij becariæ ciuitatis Mutinæ: rõne cuius adiudicationis in ſolutũ factę, cẽſetur debitor ipſe ab omni obligatione liberatus, cum nihil referat
1 qũo † uolũtati creditoris ſatisfiat ꝑ ipsũ debitorẽ. l. ſi rẽ aliená. §. oĩs. ff. de pig. act. Inſt. qb. mod. toll. obl. ĩ prin. & licet creditor ex pñdictis reditibus ſummã ſibi debitã cõſequi nõ potuerit, per hoc nõ ſequitur quin debitor ipſe cẽſeatur liberatus, & hoc duplici

2 duplici ratione. Prima eſt, quia † in ſolutũ datio aſſimilatur contractui emptionis, & ꝙ diſpoſitũ eſt in uenditione procedit & in adiudicatione in ſolutũ. l. libera. & ibi no. Bar. C. de ſenté. & interlo. om. iudic. l. litis. ff. de vſucap. pro empt. ſicut ergo poſt
3 † cõtractũ uenditionis periculum ſpectat ad ipſum emptorem. §. cum aũt. Inſtitu. de empt. & uendit. l. id quod. ff. de peric. & commod. rei vendi. ſic etiã poſt adiudicationem in ſolutum factam periculũ ſpectabit ad creditorẽ. Si ergo ex p̄dictis reditibus Ser Laurentius quãtitatem ſibi debitam nõ fuerit cõſecutus, eius erit damnũ, non debitoris, igiť &c.

Secunda ratio eſt: nam præfatus Ser Laurentius cui fuerunt deputati reditus dicti datij pro ſuo credito, uidetur emiſſe aliam rẽ, uel ſpẽ quandam, licet ergo nihil perceperit ex prædicto datio, uel minus perceperit quàm ſit quãtitas quę ei debebatur, per hoc nõ habebit regreſsũ contra ipſum debitorẽ: arg. l. qui actum. & l. nec emptio. ff. de cõtrahen. empt. Nec dicatur ꝙ iſte dici nõ debeat cõtractus adiudicationis in ſolutum: quia repugnare uidentur uerba de quibus in inſtro, in quo dicitur ꝙ dictus Io. Matthæus obligauit datiũ & introitũ ipſius
4 datij, † cum hypotheca non poſsit cadere in re in qua quis habet dominiũ. l. neq; pignus. & l. neque ex prætorio. ff. de reg. iur. Qm̃ non obſtantib. illis uerbis iſta deputatio ſeu aſsignatio redituum præ-
5 dicti datij dici debet adiudicatio in ſolutũ: † quia ad cognoſcẽdã uim & naturã cõtractus potius cõſiderãdus eſt eius effectus quàm verbalis denominatio. l. ubi ita donatur. ff. de dona. cauſ. mort. Bal. in l. 2. C. commoda. Bar. in diſput. inci. publicanus quidam. & in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. Io. de Imol. in c. ad audientiã. in 2. col. de reb.
6 eccleſi. nõ alienã. ubi uoluit, † ꝙ ſi in inſtro dicatur qualiter Titius conceſsit Sempronio fundũ in emphyteuſim transferẽs in eũ quidquid iuris ſibi competit in hoc fundo, iſte dicetur contractus cẽſualis nõ emphyteuticus, licet ita fuerit denominatus, & inſurget effectus, de quo per Gloſ. & Doctores in c. cõſtitutus. de religi. domib. & iſtud eſt quod cõſiderat Arch. in coſ. 160. in ſexto dubio. ubi dicit, † ꝙ
7 ad diſcernendã qualitatẽ cõtractus, ſiue eius eſſentiã potius ꝯſideranť pacta in eo appoſita, quàm nomen expreſsè appoſitum. l. inſulam. ff. de præſcrip. uerbis. Bal. in rubri. C. de iure emphyteut. & in l. 2. C. de re. permuta. ſed pacta de quibus in inſtro oſtẽdunt illum fuiſſe contractum adiudicationis in ſolutum: ergo talis cenſeri debet, cum dictum fuerit ꝙ ipſe Io. Matthæus obligaret reditus dicti datij dicto Ser Laurentio. Quòd autem pacta hoc demõſtrent, patet ex eodem inſtrumento, in quo cõtinetur qualiter dictus Ser Laurentius dixit ſe uelle exercere dictum datiũ per manus Thomæ Penelli,
8 eũ eligẽdo pro adiminiſtratore dicti datij. † quæ quidem electio fieri non potuit citra ius & nomen habentis dominium in reditibus huius datij: arg. l. ꝑ hærede. in prin. & l. ſi quis extraneus. ff. de acq. hær. ex iſto ergo pacto patet in creditorẽ fuiſſe trãſlatũ dñiũ, ꝑ cõſequẽs iſtũ cõtractũ dici & cẽſeri dẽre adiudicationẽ in ſolutũ, nõ autẽ cõtractum pignoris: ex hoc igiť dicẽdum eſt debitorẽ fuiſſe liberatum.

Præmiſsis tñ non obſtantibus, contrarium puto uerius. concludendum ergo eſt in hac dubitatione ꝙ debitor non fuerit liberatus, niſi quatenus apparet creditorem percepiſſe reditus ex ipſo datio, & non aliter, nec alio modo.

Et pro hac concluſione in præmiſsis cõſidero, ꝙ iſte contractus non poteſt dici adiudicatio in ſolutũ: qa uerba contractus hoc non importãt, ut ꝓbabit: ergo non erit huiuſmodi contractus: † qa ubi
9 inter partes geritur aliquod negotiũ in forma non expreſſo nomine contractus, ſi dubitetur quis contractus ſit ille, attendi dẽt proprietas uerborũ: & in dubio cenſebitur ille contractus qui uerbis magis conuenit, de hoc eſt caſus, ubi Doct. Moder. not. in l. ſi. ff. de cond. ob cauſ. facit tex. in l. ubi ita donať. ff. de dona. cau. mor. not. Bal. in l. 2. in prin. ff. ſi cer. pet. Confirmatur hoc aſſumptum ex ijs quæ tradũt Io. de Imol. & Roma. in l. cotem ferro. §. qui maxi-
10 mos. ff. de publica. ubi † dicũt, ꝙ ſi ciuitas conceſſit publicano uectigal ſimpliciter; qa tunc uerba ſunt dubia, & poſſunt intelligi ꝙ conceſsit locãdo uel uendẽdo, tũc attendi debet id qđ dicit ibi Bar. qa ſi annuatim fieri dẽat ſolutio uideť facta cõceſſio locãdo aliàs vnica p̄ſtatio fieri debeat, cenſebiť
11 facta conceſsio uendẽdo. † Sed ubi uerba ſunt clara exprimẽtia certũ contractũ, tũc certo ſtabimus, nec erit recurrendũ ad coniecturas: l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. ſed proprietas uerborũ, de quibus in inſtro nõ cõgruit adiudicationi in ſolutũ: ergo talis cõtractus cẽſeri nõ debet. Iſtud pa-
12 tet. Nã i inſtro diciť qualiter dictus Io. † Matthęus deputauit, aſsignauit, & expreſsè obligauit datium, & reditus dicti datij, certè nullũ iſtorũ uerborũ eſt aptũ importare dñium. iux. not. per Bar. in l. cũ pater. in §. pater plurib. ff. de leg. 2. ergo non põt dici cõtractus adiudicationis in ſolutũ: ex qua dñium
13 transferri poteſt. † Et licet verbum aſsigno, aliqñ ſoleat importare trãslationẽ dñij ſi pręcedat cã habilis ad illud trãsferẽdũ: prout nor. Bar. in l. ſi conſtãte. in 15. col. in verſ. ſecũdò quæro. ff. ſol. matri. attamẽ in caſu noſtro iſtud non poteſt importare pp uerba quę ſubſequũtur in eodẽ iſtro, in quo dr & expreſsè obligauit debitor datiũ, & reditus. ex quibus uerbis patet ꝙ uerbum, aſsigno, nõ poteſt importare tranſlationẽ dñij: quia obligatio pignoris repugnat, l. neque pignus. ff. de reg. iur. & ſic inſtrm̃
14 ſibimet contradiceret. Sed † interpretatio in iſtro fieri debet, ſi fieri poteſt, ne contineat repugnantiã ſeu contradictionẽ, ſecundũ Bar. & Doctores in l. ſi. §. itẽ quæſitum. ff. de condit. indebiti. Pet. Cyn. & Bal. in l. cum falſa. circa finem. C. de iur. & fac. igno
15 ran. ubi dicunt, † ꝙ confeſsio ſic debet interpretari ut non contineat repugnantiam. Et diceretur quem ergo contractum uoluerunt celebrare contrahẽtes per dictã aſsignationem ſeu deputationẽ factã de prædicto datio & eius reditibus? ad hoc reſpondeo ꝙ contrahentes uidentur uoluiſſe demonſtrare modũ per quem ſatisfieri poſſet de pecunia ſibi debita. Ideò ſi ex ipſis reditibus datij dicta pecunia debita nõ potuit ſolui, per hoc non dicetur liberatus debitor; ſed aliũde fieri debebit ſolutio ipſi creditori: iſtud patet ex doctrina quã tradit Bar. in l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ff. de verb. obl. Pau. de Caſt. in conſ. 53. inci. qa exceptiones. in 3.

col. ubi dicunt, ꝙ aliquãdo præcedet aliqua diſpoſitio ſignificans ꝙ ſolui debeant, demum ſubnectitur locus uel modus unde præſtatio fieri debeat, &
16 ſic ſunt duæ orationes, ut † quia dixit teſtator uelle dotem præſtari Titio quæ uolo ſibi ſolui ex reditu talis fundi, iſto caſu reditus ille uidet̃ appoſitus gratia demõſtrationis: & ſi nõ ſufficiat iſte reditus hæres aliunde cogetur præſtare quantitatem legatam. l. quidam teſtamẽto. in prin. ff. de leg. 1. l. Paulo Callimaco. §. fi. ff. de lega. 3. l. Lucius. de alimen. & cibar. lega. Aliquando apponitur vna oratio tantum, ſignificans quid & quãtum ſolui debeat: ut q. a dixit teſtator uolo ex fructibus talis fundi ſolui Titio 10. pro quolibet anno: & tunc uidentur fructus appoſiti gratia taxationis, eis ergo nõ exiſtẽtibus non poteſt hæres compelli ad ſolutionẽ, nec ultra quã petiãtur uires fructuũ. l. nomẽ debitoris. §. vni ex hęredibus. ff. de lega. 1. l. Lucius. §. ciuibus. ff. de legat. 2. In caſu igitur noſtro attentis uerbis inſtrumenti aſsignatio redituũ dicti datij cenſetur facta gratia demõſtrationis, ut ꝓbabitur: ergo debitor non fuit liberatus ex dicta aſsignatione, niſi probetur tot reditus fuiſſe perceptos per creditorẽ q. extenuent quantitatẽ debitã. Quòd aũt dicta aſsignatio dicatur facta gratia demõſtrationis oſtendunt uerba inſtrumenti in quo dicitur ꝙ Io. Matthæus ꝓmiſit ipſi Laurentio ſatisfacere & reſtituere dictam quantitatem auri, uidelicet florenorũ ducẽtorũ, demum ſubditur in alia oratione, uidelicet quia ex nũc ipſe Matthæus pro ſe & hæredibus ſuis deputauit, aſsignauit, & expreſsè obligauit datiũ & introitũ datij becarię ciuitatis Mutinę, cũ ergo ibi ſint duæ orationes, dico ꝙ illa aſsignatio dicitur facta gratia demõſtrationis, ideò ſi reditus non ſufficiunt creditori, ex hoc non cenſebitur liberatus debitor, per doctrinam ſuperius traditam.

Præterea eſto, ꝙ iſte ꝯtractus dici poſsit & denominari adiudicatio in ſolutum, dico tamen corpus quodam fuiſſe traditum inſolutũ, uidelicet reditũ eius qđ percipitur ex dicto datio, ideo reditibus
17 non perceptis, non ualet iſta datio in ſolutum, † ſicut non ualet renũtiatio facta de fructibus futuris ipſis non natis. l. nec emptio. ff. de contrah. empt. non aũt cenſetur uendita alia uel ſpes, cũ dicatur in ipſo inſtrumẽto ꝙ ſi accideret caſus in quo per totum menſem Septembris nõ eſſet integrè ſatisfactũ ipſi Ser Laurentio, adhuc liceret ei uti & frui dicto datio uſque ad integram ſatisfactionẽ. ex quibus uerbis apertè oſtenditnr ꝙ alia aut ſpes non fuit tradita in ſolutũ, iuxta ea quæ tradit Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. col. 2. ff. de publica. dici ergo debet quædã adiudicatio in ſolutũ facta ſub quadã cõditione, ſi fructus & pecunię percipiẽtur ex ipſo datio. l. interdũ. ff. de uerb. oblig. l. 1. §. fi. ff. de condit. & demonſtra. Ang. & Pau. de Caſt. in
18 l. diuortium. in prin. ff. ſolu. matri. Et licet † quo ad tranſmiſsionem legati differat hęc tacita cõditio ab expreſſa. d. l. 1. §. fi. & l. conditiones quę extrinſecus. ff. de condi. & demonſt. attamen quo ad alia nõ differt hæc cõditio tacita ab expreſſa. ideo ſicut an
19 te † euentũ conditionis expreſſæ nõ eſt orta actio nec obligatio. l. cedere diẽ. ff. de uerborũ obliga.
20 † ſic etiam ante euentum conditionis tacitæ ex cõtractu non oritur actio nec obligatio. l. ſi ſtipulatus abs te. ff. de uerb. obli. Bar. in d. l. interdũ. ff. eo. Cũ ergo nõ appareat ex ꝓceſſu, q. & quot redit⁹ fuerũt ꝑcepti, & ſic nõ cõſtet de impedimẽto cõditionis q̃ tacitè ineſt ꝑdictę adiudicationi inſolutũ factæ, dicere nõ poteſt debitor ſe uirtute illius fore liberatũ à quãtitate & ſumma florenorũ ducẽtorũ per eũ debita, nec ei prodeſt ꝙ ſit ꝓbatio facta de redi
21 tibus qui ueriſimiliter percipi potuiſſent: quia † ratio fructuum percipiendorũ non conſideratur niſi in malæ fidei poſſeſſore, qualis nõ eſt iſte creditor: prout nota. in c. grauis. de reſtit. ſpoliato. Hoſtien. in ſumma de pign. §. efficaciter. verſic. ſed nũquid. Ioan. de Anani. i c. 1. col. 3. de vſur. Ex quibus ergo concludẽdum puto partes Domini Iudicis fore in pronunciando dictum inſtrumẽtum mereri executionem aduerſus dictum Io. Matthæum debitorẽ.

Non obſtant adducta in cõtrarium, & ad primũ inquantum dicebatur, ꝙ aſsignatio redituum fuit quædam adiudicatio in ſolutum, reſpondeo hoc non eſſe uerum, ut ſupra probaui.

Præterea licet hoc eſſet admittendum pro uero tamen fuit contracta ſub quadam tacita conditione, uidelicet ſi reditus percipientur, cuius implementum non poteſt ut dictum eſt.

Non obſtat id quod dicebatur ꝙ Ser Laurentius elegit adminiſtratorẽ qui exerceret dictũ datium: quia reſpõdeo ꝙ potius illa fuit quædã nominatio facta de ipſo Thoma Penello, quã electio, cũ ſit ꝙ Io. Matthæus fuerit ille qui approbauit ipſum, & idoneum eſſe dixit, & qui præfato Thomæ promiſit mercedem, hæc ergo approbatio potius conſideranda eſt, quã nominatio facta per ipſum Ser Laurentiũ, per ea quæ uoluit Bar. & Doctores in l.
22 more. ff. de iuriſdi. omn. iudi. ubi dicit, † ꝙ cũ quis cõfirmat & approbat actũ imperfectũ, ille dicitur perficere & dare. §. iterim. in auct. de defenſo. ciuitat. Sed iſte actus nominationis uel electionis factę per Ser Laurentiũ fuit imperfectus: quia dixit ſe uelle dictum officium officiari facere per manus Thomæ Penelli, non autem dixit, ꝙ deputabat ſeu conſtituebat ipſum Thomam officialem: igitur iuxta nota. per Glo. Bar. & ſcribentes in l. ſerui electione. in prin. ff. de lega. 1. huius nominationis ſeu electionis non eſt habenda conſideratio. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Titulus allegatus probatur per diuturnam præſtationẽ.*
2 *Allegans titulum ſolennem illum probare poteſt ex decennali præſtatione ſibi facta.*
3 *Diſpoſitio l. cum de in rem uerſo. ff. de vſur. quomodo procedat.*
4 *Eccleſiæ propter multa priuilegia eis conceſſa, non debent comprehendi in diſpoſitione de eis ſpecifice non loquente.*
5 *Eccleſia iure cõi utitur, niſi priuilegiata reperiatur.*
6 *Fiſcus utitur iure communi, niſi in caſibus in quibus reperitur priuilegiatus.*
7 *Priuilegiatus cum agit cum priuilegiato, priuilegia confunduntur, & iuris communis diſpoſitio attenditur.*
8 *Allegans titulum ex diuturna præſtatione, neceſſario probare*

probare debet præſtationes fuiſſe ex cauſa, ſeu ex titulo deducto, alias diuturna præſtatio non prodeſt.

9 *Dominus an præſumatur habere titulum, ſi omni anno ruſticus illi dedit unum par caponum per decem annos & ultra.*

10 *Præſtatio facta nulla adiecta cauſa probat titulum donationis reſpectu eius quod ſolutum eſt præterito tempore, non autem futuro.*

11 *Actus uoluntarij ultra uoluntatem non extenduntur.*

12 *Priuilegia ita interpretanda ſunt, ut tertio non præiudicent. & nu. 22.*

13 *Priuilegium religioſis conceſſum ſuper decimis non ſoluendis, non extenditur ad decimas: in quarum poſſeſſionis perceptione reperitur eccleſia parochialis uel cathedralis.*

14 *Priuilegium exemptionis eſt ſtrictiſſimè interpretandũ.*

15 *Papa à ſolutione decimarum eximere poteſt.*

16 *Diſponentis enixa uoluntas ex uerbis generalibus oſtenditur.*

17 *Verba, eximimus, & prorſus liberamus, naturam præciſam habent.*

18 *Aduerbium totaliter, dictio eſt uniuerſalis omnia complectens.*

19 *Præſumptio plus operari non debet quam ueritas.*

20 *Interpretatio lata admittitur quatenus uerba ſonant in priuilegio ſtrictè interpretando.*

21 *Reſtrictio uerborum proprietate omiſſa fieri non debet, etiam in materia odioſa.*

23 *Tenor priuilegij inſpiciendus eſt.*

24 *Coniecturæ in claris locum non habent.*

25 *Papa ius alteri acquiſitũ auferre poteſt, & ſine cauſa.*

26 *Indefinita æquipollet uniuerſali ex interpretatione, non autem uerbi proprietate.*

27 *Priuilegium de non ſoluendis decimis habet etiam locum contrà exiſtentes in poſſeſſione percipiendi decimas priuilegij tempore.*

CONSILIVM XCIIII.

IN cauſa monialium Sanctæ Magdalenæ cum capitulo Sancti Petri ciuitatis Bononiæ duo diſcutienda ſunt. Primũ eſt, an diuturna pręſtatio quãtitatis frumẽti facta per ipſas moniales præfato capitulo probet titulũ allegatũ pro parte capituli. Secũdò uidendum eſt, an priuilegiũ conceſſum fratribus prædicatoribus, qđ uocatur Mare magnum, & bulla aurea Martini Quinti diſponens ꝙ loca ſuppoſita & ſupponenda dictis fratribus non teneantur ad aliquas præſtationes quibuſcunque prælatis, extendatur ad ipſas moniales quę nunc degunt ſub cura, uiſitatione, & correctione fratrum prædictorum.

1 Circa primum articulũ uidetur dicẽdum † ꝙ ex
diuturna pręſtatione facta per ipſas moniales pro
betur titulus allegatus: argu. l. ſi filius. C. de pet. hæ
redi. & l. cum de in rẽ uerſo. ff. de uſur. ubi habetur
2 † ꝙ ſi aliquis alleget titulum ſolennem illum pro-
bare poteſt ex præſtatione decẽnali ſibi facta: pro
quo multa adducũtur ꝑ Moder. in l. ſi certis annis.
C. de pac. & in l. q in aliena. §. 1. ff. de acquir. hære.
3 Nec dicatur † ꝙ diſpoſitio. d. l. de in rẽ uerſo. non
procedat in eccleſiis propter multa priuilegia eis
4 cõceſſa, propter quę nõ debẽt cõprehẽdi in † diſpo
ſitione quæ de eis ſpecificè nõ loquitur. l. itẽ apud
Labeonem. §. hoc edictum. ff. de iniu. c. quãuis de
p̄ben. lib. 6. qm̃ iſta obiectio non ſubſiſtet in iure,
cum ſit ꝙ illa diſpoſitio procedat ne dũ in priuato;
ſed etiam in eccleſia, ſecundum Saly. in d. l. cum de
5 in rem uerſo. in 7. q. mouetur: quia † eccleſia utitur
iure communi niſi reperiatur priuilegiata, Gl. in c.
6 peruenit. de cenſib. prout etiam dicitur † in fiſco,
qui utitur iure cõmuni, niſi in caſibus in quibus re
peritur priuilegiatus: ſecundũ Gl. in l. item ueniũt.
§. in priuatorum. ff. de pet. hæred. & in l. 1. C. eo. &
hãc deciſionẽ Saly. approbant Moder. in l. ſi certis
annis. C. de pac. quæ opinio maximè procedere de
bet in caſu noſtro, in quo eccleſia agit contra ec-
7 cleſiam. † & ſic priuilegiatus concurrit cum priuile
giato, quo caſu hæc priuilegia mutuo ſe cõfundũt,
& attenditur diſpoſitio iuris cõmunis. l. aſſiduis.
§. exceptis. C. q potior. in pig. hab. l. ſed & milites.
§. 1. ff. de excuſatio. tuto. Bar. in auc. quas actiones.
C. de ſacroſanc. eccle. Pet. de Ancha. in conſil. 36.
His tñ non obſtantibus, contrariũ in hoc primo
articulo concludendum puto, in quo aduertendum
8 eſt, ꝙ † ad hoc ut quis poſſit probare titulum alle-
gatum ex diuturna præſtatione, eſt neceſſe proba-
re ꝙ p̄ſtationes fuerint factæ ex cauſa ſeu ex titulo
deductis & allegatis, aliàs non prodeſt diuturna p̄-
ſtatio, nec ex ea patet titulus, iſtud uoluit Sal. in l. ſi
certis annis. ĩ ult. col. C. de pac. in uerſ. quęro. & clà
rius ibi in ult. q. Iſtud etiam eſt de mẽte Bar. in d. l.
cum de in rem uerſo. ff. de uſur. in ult. col. dũ quęrit
9 † ruſticus dedit omni anno unũ par caponũ per de
cẽ annos & ultra. uolo dicere ꝙ ipſe promiſit ſolue
re dictos caponos pro ſe ſuiſq; filijs, & hoc uolo ꝓ-
bare ex præſtatione iam facta ſpatio longi tempo-
ris an poſſum. diſtinguit ibi Bar. ſi quidẽ ruſticus il
le ſoluit ſimpliciter, non adiecta aliqua cauſa, tunc
præſumeretur titulus donationis reſpectu eius ꝙ
ſolutũ eſt, ſed qđ in futurũ præſtẽtur dicti capones
hoc nõ infertur ex titulo præcedẽti, ſed ſi non ſol-
uiſſet ſimpliciter, ſed reſpectu certę cãæ tunc bene
præſumitur titulus pro tẽpore futuro, ut ibi latius
per eũ. Et hanc doctrinã etiã tradit Salyc. in d. l. cũ
de in rem uerſo. in 1. & 4. q. ubi dicit huiuſmodi ꝓ-
bationem eſſe difficilem. idẽ tradit Alex. in conſi.
75. incip. uiſis, & põderatis &c. in ultimis uerbis.
lib. 4. cum ergo in caſu noſtro non ſit probatũ, ut iã
relatũ eſt. ꝙ hæc diuturna præſtatio fuerit facta ex
cauſa & titulo allegato: quia ſolũ fuerunt producti
libri in quibus apparet moniales ipſas præſtitiſſe
certam quantitatem frumenti ipſi capitulo: ex hoc
ſequitur qđ non prodeſt titulus per eos allegatus.
10 Prætereà † illa pręſtatio cũ ſit facta nulla adiecta
cauſa, probat titulum donationis reſpectu eius, ꝙ
ſolutum eſt. & ſic pro tempore prætetito: ſed non
pro tempore futuro; prout uult Bar. quem modo
retuli in d. l. cũ de in rẽ uerſo. col. ult. ff. de uſur. igi-
tur cõpelli nõ debent moniales ipſe ad præſtatio-
11 nem ullam ꝓ tẽpore futuro faciendã: † quia actus
noſtri uoluntarij non extenduntur ultra noſtrã uo-
luntatem. l. fi. C. ne uxor pro marito. Bar. in l. Titiũ
aut Mæuiũ. §. altero. ff. de adminiſ. tuto. & ex iſtis
patet reſponſio ad ea q̃ in cõtrariũ fuerũt adducta.
Capio ſecundum articulum, in quo uidetur di-

cendum

cendum ꝙ dictæ moniales non poſſunt ſe tueri uirtute priuilegij de quo ſuperius facta fuit mentio:
12 † quia priuilegia interpretãda ſunt ut ex eis tertio non inferatur piudiciũ.l.2.§.merito, & §.ſi quis à principe.ff.ne q̃d in loco pub.c.ſugeſtũ.de decim. maximè cũ Canonici ſunt in poſſeſsione percipiẽdi dictã pręſtationem ab ipſis monialibus,per ea q̃ ponit Oldra.in conſ.268. inci. quæſtio eſt,utrũ pri
13 uilegium.ubi concludit † ꝙ priuilegium conceſſum à Summo Põtifice quibuſdam religioſis ut ad præſtationem decimarũ de quibuſdã poſſeſsionibus minimè teneãtur, non intelligitur de decimis in quarum poſſeſsione illas percipiendi reperitur eccleſia parochialis,uel cathedralis. Allegat tex.in c.dudum.de priuileg.in c.2.de decim.lib.6. eſt.n.
14 † priuilegium executionis ſtrictiſsimè interpretãdum,ſecundum Ludo.Roman.in conſi.280.incip. ſi dimittimus.circa fi.ubi pro hoc multa adducit.

Sed ijs non obſtantibus, concludo contrariũ, ꝙ imò moniales poſſunt ſe tueri uirtute dicti priuilegij,nec non uirtute bullæ aureæ Martini Quinti,in qua eximit priores,ac fratres p̃dicatores præſentes & futuros,nec nõ quaſcũque ſorores,ac domos monaſteria,loca,& hoſpitalia quæcũq; q̃ ſub curã & regimine eorum fuerint pro tempore conſtituta; cũ omnibus iuribus & pertinẽtijs quæ in præſentiarũ obtinent,& in futurũ poterunt adipiſci,ab omni iuriſditione,dominio,ſubiectione, & poteſtate quorumlibet ordinariorum:necnon à ſolutione cuiuſcunque collectæ pedagij,aut cuiuſcunque alterius exactionis. Item à ſolutione decimæ annuo reditu, cenſu, procuratione &c.prout latius in dicta bulla Apoſtolica continetur.

Ex quibus uerbis patet priuilegiũ hoc fuiſſe cõceſſum in ampliſsima forma, nec dubitandũ eſt il-
15 lud taliter potuiſſe cõcedi à Summo Põtifice † q̃m poteſt eximere aliquẽ etiã à ſolutione decimarũ licet ſint de iure diuino.c. tua.de decim.& ita cõcludit Gl.in c.à nobis.in uerbo exẽptus.de decim. quã ſequuntur ibi Hoſtien.Io.And.& Abb.& ſicut Põtifex potuit cõcedere priuilegium exemptionis in forma de qua ſupra,ſic etiã uoluit,& de eius uo-
16 lũtate cõſtat ex uerbis generalibus,de † quibus in dicta bulla:ex q̃bus oſtenditur enixa uolũtas diſponentis.l.baliſta.ff.ad Trebel. Bart.in l.cũ ſimus.C. de agricol.& cenſit.lib.11.Bal.in l. nec dãnoſa.C. de precib. Imperator.offeren. Conſideranda etiã
17 ſunt illa uerba, † p̃rſus eximimus,& totaliter liberamus,habet.n.hæc dicta prorſus naturam præciſam.c.ſtatutum.§.promiſſurus.de reſcri.in 6.ibi,nihil prorſus exigat.c.præſentiã.§.pen.eo.lib.l.fi.C.
18 ad Macedonia.† Similiter illud aduerbiũ totaliter eſt dictio uniuerſalis omnia complectens, ut notat̃ in l.rectè dicimus.ff.de uerb.ſig.& not.per Gloſ.in l.ſed ſi ex meis.§.Proculus.de acquir.rer.domi.nõ eſt ergo dubium ꝙ uirtute dicti priuilegij cenſen̄ moniales ipſæ quæ nunc degũt ſub cura & regimine dictorum fratrum exemptæ & liberatæ à prædicta præſtatione annua,licet aliàs fuiſſent obligatæ
19 ratione curſus tẽporis,cum † plus non debeat operari præſumptio,de qua in d.l.cũ de in rem uerſo. quàm ueritas,l.qui ad certum.ff.locat. Et licet uerũ
20 ſit † ꝙ priuilegia exemptionis ſtrictè debent interpretari,tñ admittitur in eos lata interpretatio quatenus uerba ſonãt.quæ ſunt uniuerſalia & præciſa. Ita uoluit Ang.in l.fi.ff.de conſtitu.principum.Do. Anto.in c.olim tibi.de uerb.ſign.Iſtud patet rõne. Nã licet materia ſit odioſa, tñ uerba in ea expreſſa omnia includũt,quæ ex eorũ proprietate inclu-
21 dere poſſunt, † nec debet fieri uerborũ reſtrictio, eorũ proprietate omiſſa, de hoc eſt tex. quem ibi notat Aret.in l.cũ lege.ff.de teſta.& in c.ex parte. el 3.quẽ ad hoc not.ibi Abb.de decim. Idem uult Cald.in c.1.de cõſang.& affinit. dicens ꝙ licet diſpẽſatio ſit ſtricti iuris.c.1. de fili. præsbyterorũ.in 6. non tñ adeò reſtringenda eſt, ꝙ uerborum proprietas quæ in ea appoſita reperitur offendatur.

Ex quibus ergo concludendum eſt moniales ipſas fore immunes à dicta annua præſtatione uirtute dictæ bullæ,& uirtute dicti priuilegij, Mare magnũm,quod proculdubio eas tuetur.

22 Non obſtant † adducta in contrariũ, & primum inquantum dicebatur ꝙ priuilegium taliter debet interpretari ut alteri nõ præiudicet,reſpõdeo illud eſſe uerum in dubio:ſecus q̃ñ aliter conſtat de mẽ-
23 te concedentis ex tenore ipſius priuilegij † q̃ inſpiciendus eſt.c.porro.& c. recepimus.de priuile. hoc.n.caſu priuilegiũ habebit uires etiã in p̃iudi-
24 ciũ tertij:† quia in claris nõ eſt locus coniecturis. l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb. oblig. Et ita tenent Hoſtien. Do.Anto.& Abb. in cap. cum olim tibi.de uerbo.oblig.& pro hoc adducit ibi Domi. Anto.tex.in c.quia cunctis.§.ex parte de conceſſ.
25 p̃ben.in 6. † non.n.dubium eſt Pontificem poſſe auferre ius alteri acquiſitum,etiam ſine cauſa.Gl. in c.conſtitutus. in uerbo à quocunque iudice.de religio.domib. & in c. conqueſtus. 9.q.3. Alex.in conſi.216.nec arguendi ſumus.col.3.lib.2.

Nõ obſtat cõſiliũ Oldradi: q̃a in caſu ibi poſito per eum, uerba priuilegij non erant generalia,ſed indefinitè prolata,& in materia ſtrictè interpretã-
26 da indefinita non æquipollet uniuerſali:† quia indefinita æquipollet uniuerſali ex quadã interpretatione,non autẽ ex uerbi proprietate,ſic uult Bar.in l.ſi pluribus.ff.de leg.2.& in caſu noſtro uerba priuilegij ſunt multũ generalia & prægnãtia, igit̃ &c.
27 Præterea † priuilegium de nõ ſoluẽdis decimis habet etiam locum cõtra illos qui erãt in poſſeſsione percipiẽdi decimas tẽpore priuilegij. Ita uolũt expreſsè Io.And.& Cardinal.in d.c.dudum.reſpondentes ad illum tex.ꝙ debet intelligi q̃ñ priuilegiũ impetratum fuit ſpecialiter ſuper decimis nouatium:ſecus ſi priuilegiũ ſimpliciter fuiſſet impetratum ſuper decimis:quia tunc ualeret in præiudicium poſſeſſoris.rationem diuerſitatis ponunt ibi Doctores,quam aliter nõ proſequor:ex quibus clarè conſtet de non iure ipſius capituli, & præfatas moniales à petitis fore abſoluendas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſtipulari poteſt nomine filiæ dotẽ ei reſtituẽdam in caſu ſoluti matrimonij,uel quocunque altero caſu.*
2 *Actio dotis communis eſt patris & filiæ de iure cõi.*
3 *Dos eſt proprium patrimonium filiæ.& nu.6.*

4 *Filiæ*

4 *Filia in dote aduentitia & profectitia poteſt eſſe in iudicio ſine patris conſenſu, cum pater ſtipulatus eſt eam reſtitui ſoli filiæ.*

5 *Pater ſi ſtipulatus eſt dotem reddi ſoli filiæ, actio & exercitium actionis competit filiæ nedum poſt mortē mariti, ſed etiam in caſu non ſequuti matrimonij.*

7 *Pater ſimpliciter promittēs dotē pro filia bona propria habente, de proprijs facultatibus promiſiſſe dicitur.*

8 *Dos reſtituitur patri niſi in caſibus in quibus per conſolidationem actio eſſet effecta mulieris.*

9 *Pater uel extraneus ſimpliciter dotans mulierem ſi ſimpliciter ſtipulatur dotem reſtitui cui de iure debebitur, ei quæritur actio, cui ratio iuris permittit.*

10 *Exercitium actionis ad dotem conſequendam quando ſoli patri competat.*

11 *Pater in caſu in quo ſtipulatus eſt dotem reddi filiæ, licet non poſſit agere nomine proprio, poteſt tamen agere tanquam legitimus adminiſtrator ipſius filiæ.*

12 *Adminiſtrator bonorum mulieris ſimpliciter promittēs dotem, non cenſetur eam promiſiſſe de ſuo, ſed de patrimonio mulieris.*

13 *L.fin.C.de dotis promiſsione quomodo procedat.*

14 *Pater dotans filiam in primo matrimonio amplius etiā dotare non tenetur, ſalua reſpectu quantitatis dote pro qua mulieri competeret actio.*

15 *Pater quo caſu teneatur bis dotare filiam.*

16 *Hæredes primi mariti annum habent ad exigendum dotem conſiſtentem in rebus mobilibus.*

17 *Coniectura alia ubi capi poteſt quàm donationis, illa capienda eſt.*

18 *Fatuitas potius præſumitur in contrahente, quàm donatio.*

19 *Error iuris non nocet in damno euitando.*

20 *Parte non adimplente in obligatione mutua id quod debet, alia pars in mora non conſtituitur.*

21 *Pater pro filia conſtituens dotem, aut ipſa ſemetipſam dotans, incipit eſſe in mora ſoluendi dotem à die quo maritus onera matrimonij ſuſtinet.*

22 *Tempus datum emptori ad ſoluendum pretium non currit niſi à die traditionis factæ de re uendita.*

23 *Compenſatio fit etiā ſi ab homine nō opponatur, ubi agitur de euitatione pœnæ, & ne quis à iure ſuo cadat.*

CONSILIVM XCV.

EGregius vir Ser Auguſtinus de Zuginarijs Bononię & Ferrariæ Ciuis, promiſit noīe Catherinæ eius filiæ libras mille in dotem genero ſuo ſoluēdas, in terminis de quibus in ipſo inſtrō dotali: quam dotem ſtipulatus eſt reddi & reſtitui prædictę eius filiæ, uel eius hæredibus, in omnem caſum & euentū prædictæ dotis reſtituendæ. Demum poſt aliquot annos ſoluta parte dictæ dotis ipſi genero, deceſsit dictus gener ſuperſtite eius uxore & filia præfati ſer Auguſtini: qui prædictam eius filiā alteri tradidit nuptui eidem promittens libras mille nomine dotis, cum pactis de quibus in inſtrumento ſuper hoc cōfecto: iſtis ſic actis filia petit à parte ultra prędictas mille libras promiſſas pro ſecundo matrimonio, quantitatem dotis ſolutam primo uiro, pater recuſat, quæritur quid iuris?

In iſta quęſtione prima facie dicendū uidetur ꝙ
ius competat huic mulieri in cōſequendo quātita
1 tem prædictam, eo, quia indubitatum † eſt ꝙ pater
ſtipulari poteſt nomine filiæ dotem ei reſtituendā
in caſu ſoluti matrimonij, uel quocunque altero ca
ſu; uirtute cuius ſtipulationis ſoli filiæ quærit actio
2 pro dote conſequenda, licet † de iure communi
actio dotis ſit communis patris & filiæ. l.2. §. ꝙ ſi
3 in patris. ubi Bar. & Doctores. ff. ſol. mat. † eſt enim
hoc caſu dos proprium patrimoniū mulieris. l.3. §.
ſed utrum. ff. de minor. item & de bonis, & de patri
monio patris uidet diſcediſſe. l. pater filiā. in prin.
ff. ad leg. Falcid. l. fi. in fin. ff. de collat. dot. Ideò di-
4 cunt Doctores † ꝙ ne dū in dote aduentitia, quini
mo & in profectitia filia poteſt eſſe in iuditio ſine
cōſenſu patris, qū pater ſtipulatus eſt eā reſtitui ſo
li filiæ. Ita decidunt Bal. & Imol. in l.2. §. ꝙ ſi in pa-
tris. ff. ſolu. mat. Alex. & Moderni in auc. quod locū
C. de collat. circa fi. Ludouic. Roma. & D. Alexan.
per illum tex. in l. ſi extraneus. circa fi. ff. de cōdit.
5 ob cauſ. qui tex. etiam probat † ꝙ in caſu in quo pa
ter ſtipulatus eſt dotē reddi ſoli filiæ actio & exer-
citium actionis competit filiæ ne dum poſt mortē
mariti, quinimo competit etiā in caſu non ſequuti
matrimonij: quod reputat ibi ſingulariter notādū
Ludo. Roman. Cum ergo pater fuerit ſtipulatus di
ctam dotē reddi ſoli filiæ uel eius hæredibus, nulli
dubiū eſſe uidetur, quin huic mulieri cōpetat actio
ad conſequendam quantitatem prædictam, cū ſit
ꝙ eius pater promiſerit libras mille ſecundo gene
ro, nulla facta commemoratione prædictę quanti-
tatis. Comprobantur præmiſſa. Nam ut dixi uirtu-
te dictæ ſtipulationis per quā ſoli filiæ quæſita fuit
6 actio ad dotem conſequendam, † dos ipſa cenſetur
ipſius mulieris proprium patrimoniū. l. fi. in fin. ff.
7 de collat. dot. tunc ſic † ſi pater ſimpliciter pro filia
habente bona propria dotem promittit, dicitur ꝓ-
miſiſſe de proprijs facultatibus, non autem de bo-
nis filiæ: quia officium patris uerſatur in dotando
progeniem ſuam. l. fina. circa principiū. C. de dot.
promiſ. Quinimo ſi pater promittens dotē pro fi-
lia ſit diues, & promittendo dotē dicat, ꝙ ipſe dat
in dotem mille tam de bonis ſuis, quàm etiā de bo
nis ipſius filiæ, adhuc totam dotem cēſetur promi-
ſiſſe de bonis ſuis, & illa copula quæ diuidit, ſumi-
tur in uiriles ſecundum eius propriam vim. l. reos.
§. cū in tabulis, ff. de duob. reis. l. 1. C. ſi plures una
ſentēt. fuer. cōdemnan. ſpeciali fauore mulieris po
nitur pro diſiuncta, uidelicet ꝙ in defectū & caſu
quo bona patris non ſufficerent ad ſoluendum quā
titatē promiſſam in illo pluri, intelligatur facta ꝓ-
miſsio de bonis filiæ & non aliter, nec alio modo.
Iſtud patet in l. fi. circa fi. C. de dot. promi. & iſtud
dictū magni facit Bal. Iunior in tractatu de dote in
6. parte & in fine ſexti priuilegij, ubi dicit ſe ita ui-
diſſe conſultū per recolendę memorię Do. Ioannē
de mōte Sperelo apud Piſtorium, & ꝙ tunc ſe ſub-
ſcripſit illi conſilio. ex quibus concludendum uide
tur ꝙ præfatus Ser Auguſtinus q̨ eſt diues & ſoluen
do, non poſsit impedire filiam quin poſsit cōſequi
prædictam quātitatem, cū ipſi ſoli competat actio
uirtute ſtipulationis paternæ, & promiſsio dotis ꝑ
eum ſimpliciter facta ſecūdo genero, cenſetur pro
miſſa de proprijs facultatibus, non eius filię. d. l. fi.

C.de dot.promiſsio. igitur &c.
His tñ non obſtantibus,concludendum puto cõ
trarium,& ſic ꝙ præfatus Ser Auguſtinus intelliga-
tur promiſiſſe dicta mille ſecundo genero in illis
cõputata prædicta ſumma, & pro hoc in primis cõ
ſidero ꝙ in inſtr̃o dotali pater ſtipulatus eſt dotem
reddi filiæ,aut quibus ius dederit, quo caſu talis ſti
8 pulatio intelligitur ſecundum ordinem iuris,†qui
eſt ut dos reſtituatur patri,niſi in caſibus in quibus
pro cõſolidationibus actio eſſet effecta mulieris.
Ita concludit Bar. in l.uxorem.§.teſta.ff.de leg.3.
Pau. de Caſ.in l.eum qui ita.§.qui ſibi.ubi etiã Io.
de Imol.ff.de uerb.oblig.idẽ Pau.de Caſt.in conſ.
125.inci.uiſo dicto libello.col.3.idẽ uult Saly.in
l.auia.in 6. quæſtio.C.de iure dot.ubi dicit † ꝙ ſi
9 pater uel extraneus dotans mulierem ſtipulatus ſit
ſimpliciter dotẽ ei reſtitui cui de iure debebitur,
ei quærit̃ actio cui ratio iuris permittit:arg.l.ſi ſer-
uus cõmunis Mæuij. & caſtrenſis peculij.§.fi.ff.de
ſtipulat. ſeruor.ex quo infert ꝙ patri ex hac ſtipu-
latione nõ plus debetur quàm ei deberetur ſi nulla
10 ſtipulatio intercesſiſſet † quo caſu exercitiũ actio
nis ad dotẽ cõſequendam ſoli patri competit.l.2.
§.ꝙ ſi in patris.ff.ſolu. matri.Bar.in d.l.uxorem.§.
teſtam.ff.de leg.3.& ex iſto fundamento iſta diffi-
cultas eſſet ſublata.quod procederet ſi ſtipulatio
fuiſſet cõcepta uerbis de quibus ſupra, prout dicit̃
in quodã exẽplo ipſius inſtrumẽti.Sed in inſtr̃o au-
ctentico alijs uerbis reperit̃ cõcepta ſtipulatio: qa
pater ſtipulatus eſt reddi Dominę Catherinæ eius
filię,uel ſuis hæredibus, aut cui, uel quibus ius ſuũ
ceſſerit,uel donauerit & ſic ſoli filiæ,aut eius hære-
dibus actio q̃ſita eſt,nõ patri,igit̃ ceſſabit hoc fun-
damentũ.Confugiendũ:ergo eſt ad alias rationes.
conſidero ergo in fauorem præfati Ser Auguſtini
11 † ꝙ in caſu in quo pater ſtipulatus eſt dotem red-
di filiæ,licet non poſsit agere nomine proprio,põt
tñ agere tanquam legitimus adminiſtrator ipſius
filiæ,de hoc eſt Gl.in l.cum dos.ff.de pact.dotalib.
quam approbant Bar.& ſcribentes in l.2.§.ꝙ ſi in
patris.ff.ſolut.matri. ubi dicit Aret.ꝙ iſta opinio
Gl.Bar.& aliorum ſeruaretur in practica:quia com
12 munis rationis.ſic † qñ quis adminiſtrat bona mu
lieris & ſimpliciter promittit dotem, nõ cenſetur
eã promiſiſſe de ſuo, ſed de patrimonio mulieris,
quaſi gerat eius negotiũ.l.cũ poſt mortem.§.1.ff.
de adminiſtra.tuto.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.Gl.
in l.pater.in verbo, officiũ.C.de dot.promiſ.Et ſi
13 diceret̃ iſtud nõ ꝓcedit † patre dotãte filiã.l. fi.C.
de dot.promiſſ.ad hoc reſpondeo ꝙ illa lex proce
dit in patre promittente dotẽ pro filia in caſu quo
cogitur eam dotare.Iſtud patet ex illo tex.dum di-
cit neque.n.leges incognitæ ſunt,quibus cautũ eſt
omnino paternũ eſſe officium dotẽ pro ſua proge
14 nie dare,quæ qdẽ ratio ceſſat in caſu iſte. † in quo
pater filiã dotauit in primo matrimonio,& ſic am
plius eã dotare nõ tenebatur, cum ſalua eſſet dicta
dos reſpectu dictę quãtitatis,pro qua mulieri com
petebat actio,auc.quod locũ.C. de collat.& ibi no
tãt Doctores Sal.ĩ auc.ſed quãuis. circa fi.C.de rei
vxor.act.& iſtud expreſsè volũt Io.de Imol.Ludo.
Roma.& cæteri ſcribẽtes in l.ſi cum dotẽ.§.1.ff.ſo
15 lut.mat.vbi dicunt † ꝙ pater cogitur iterum dota-
re filiã ſi duo concurrant, videlicet, ſi dos incautè
fuerit ſoluta mulieri,& pater conſequi poſsit dotẽ
à marito,ſeu eius hæredibus qui ſunt ſoluẽdo:alias
ſi pater ſit remanſurus in damno non cogitur filiã
iterum dotare,niſi filia abſque culpa ſua dotẽ ꝑdi-
derit.patet ergo ex præmiſsis,ꝙ pater non cogitur
dotare filiam qñ ei conſultum eſt ex prima dote
quã habet,vel recuperare põt:qa debitor dotis ip-
ſius eſt ſoluendo:arg.l.qui actionem.ff.de reg.iur.
igitur dictus Ser Auguſtinus pater huius mulieris
promittẽs mille ſimpliciter pro dote ſecũdi matri
monij videtur illa promiſiſſe de bonis filiæ,non de
bonis ꝓprijs. & ſic vr̃ voluiſſe computare ſummam
ſolutã primo viro,pro qua huic mulieri cõpetebat
actio.Iſtud etiam oſtenditur ex alia coniectura:nã
eadẽ cauſa licet dotis fuit expreſſa in hac ſecũda ꝓ
miſsione facta ſecundo genero ; quæ fuit expreſſa
in prima promiſsione,ideò manifeſtè oſtẽditur p̃-
fatum ſer Auguſtinũ feciſſe hanc ſecũdam promiſ-
ſionẽ animo compenſandi in ea quãtitatẽ dotis ꝓ
qua huic mulieri competebat actio virtute ſtipula
tionis paternæ:arg.l.libertis quos.ff.de alimẽ.& ci
bar.leg.iuncto tex.ĩ l.quinquaginta.& quod ibi no
tatur.ff.de probat. & iſtud eſt quod conſiderat Ra-
pha. Cuma.in conſ.133.inci.D.Nicolaus in 1.col.
Preterea conſidero,ꝙ ideò dictus ſer Auguſtinus
pater huius mulieris ꝓmiſit dictã dotẽ pro ſecun-
do matrimonio:quia uoluit differre nuptias filię q̃
potuiſſent differri expectãdo tempus,quo dos fuiſ-
16 ſet exacta ab hæredibus primi mariti : † quibus à
lege annus indultus eſt ſi dos conſiſtat in rebus mo
bilibus.l. unica.§. exactio,C.de rei uxor.act.effe-
ctui igit̃ patris q noluit ex dilatione q̃ fieri potuiſ-
ſet ex ſolutione dictę dotis nuptias filię poſſe defer
ri indulgendũ eſt,ut dicatur promiſiſſe dictam do-
tẽ ſecundo genero in illa cõputata illa quãtitate,ꝓ
qua huic filię competebat actio uirtute ſtipulatiõis
paternę, maximè qa ſi aliter diceret̃ p̃ſumeremus
patrẽ uoluiſſe de nouo donare filię tantum quãtũ
17 capit ſũma ꝑdicta.† & ubi põt capi alia coniectura
q̃ donatiõis, illa capiẽda eſt.l.ſi cũ aurũ.ff.de ꝓba.
l.elegãter,§. qui reprobos.ff.de pig.act.Bal.in l.ge
neraliter.in 3,q.C.de non numera.pecu, ubi dicit,
18 † ꝙ potius præſumẽda eſt fatuitas in contrahẽte q̃
donatio.& profecto hæc concluſio iuri & æquitati
eſt cõſentanea, & ita ſecundũ eã millies iudicarẽ,
eo maxime:qa dici poteſt præfatus Ser Auguſtinus
promittendo dotẽ ſimpliciter, ideo illã ſic promi-
ſit:quia credit ex diſpoſitione iuris prædictã dotis
quantitatẽ ſolutam ĩ primo matrimonio in hac do
te promiſſa ſecũdo genero fore cõputandam, ideo
illi ſuccurrendum erit:argu.tex.in l.ſi. in prin.ff.de
excep.doli.ibi,cũ per errorem promiſiſſet: locum
19 fore doli mali exceptioni.Item † quia error iuris
non nocet quando agitur de damno euitando:pro-
ut in caſu iſto.l.error.C.de iur.& fact. ignoran.
Deuenio ad ſecundam dubitationẽ,in qua con-
cluſiue procedendo dico,ꝙ prædictus Ser Auguſti
nus non poteſt dici cecidiſſe à iure,quod habet in
prædio hypothecato pro dote promiſſa genero,li-
cet infra annum non ſoluerit libras quadraginta
promiſſas pro alimentis: & ꝓ hac cõcluſione con-
ſidero duas rationes prius p̃mittẽdo duo in facto.
Primum

Primum eſt,quia hæc ſumma librarum quadra-
ginta ,pmiſſa fuit pro alimẽtis,& nõ pro affictibus,
& prędictus Ser Auguſtinus pręſtitit alimẽta filiæ
per quatuor mẽſes anni quo dicta quãtitas ſolui de
buit.Secundo præmitto,ꝙ gener prædicti Auguſti-
nj exigit libras centum triginta ab hæredibus eius
primi generi,quæ ſunt pro illius quãtitatis pro qua
eius filiæ competebat actio,de qua in proximo du-
bio facta fuit mentio . Iſtis ſic præmiſsis deuenio
ad præmiſſam concluſionem pro ea adducendo ra
tiones,quarũ prima eſt.Nam annus præfixus dicto
Ser Auguſtino ad ſoluendum dictam ſummã libra-
rũ 40.incipit currere non à die celebrati cõtractus
ſed à die qua iſte incępit alimentare uxorẽ : qa ra-
tione huius oneris hæc ,pmiſsio cẽſetur facta,ideò
antequam ſubeat prædictum onus,non poteſt dici
ꝙ fuerit in mora conſtitutus ipſe Ser Auguſtinus,
20 † cum non fuerit adimpletum per partem aduer-
ſam id quod per ipſam fuerat adimplẽdum l. Iulia
nus.§.offerri.ff.de act.empt.l.quæro.§. inter loca-
torem.ubi Bart.ff.locat.Bal.in c.1.in tit. qualiter
dominus feudi propriet.priuet.in uſib.feud.
21 Pręterea † qñ pater pro filia dotem cõſtituit,aut
mulier ſemetipſam dotet,tũc iſti incipiunt eſſe in
mora ſoluẽdi dotẽ à die qua maritus ſuſtinet one-
ra matrimonij,& nõ prius.l.fi. in princip.ff. de ex-
cep.dol.Bart.in l.de diuiſione . ff. ſolut. matrimo.
22 Iſtud ſuadet alio ſimili : † Nã tẽpus datũ emptori
ad ſoluẽdũ pretiũ nõ currit niſi à die traditionis fa
ctæ de re uẽdita,& nõ prius.l.tali.in prin.ff.de iure
dot.Bar.in l.ſi cui legetur.in fi.princ.ff.de legat.1.
23 Secunda principalis ratio eſt.† Nã ubi agitur de
euitatione pœnę,quis nõ cadit à iure ſuo, & intelli
gatur oppoſita compenſatio ipſo iure,etiam ſi ab
homine nõ fuit oppoſita.Gl.& Doctores in l.ſi cõ-
ſtet.C. de compenſat. Ang. in l. ſemel mora.ff.ſol.
mat.Io.Fab.in §.in bonę fidei inſtitut.de act.Io.de
Imol.ĩ c.bonafides.col.7.extra de depoſit.Moder.
ĩ l.3.C.de iure emphyteut.q.19.cũ ergo gener Ser
Auguſtini exegerit libras cẽtũ triginta q̃ ſunt pars
ſummę dotis exactę à primo genero, de qua in pro
ximo dubio facta fuit mentio,cẽſetur cõſtitutus de
bitor occaſione dictę ſummę dicti Ser Auguſtini.&
ſic ipſo iure cẽſetur facta cõpẽſatio cũ debito.libra
rũ 40.in quibus reperitur ipſe Ser Auguſtinus debi
tor,& hoc ut euitet pœnã caducitatis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ſublocans alteri rem locatam, locaſſe uidetur quatenus conductor perſeuerat.*
2 *Vaſallus qui iurauit inueſtituram petere infra annum, intelligitur obligatus ſi durat uaſallus.*
3 *Pactum interpoſitũ cum Principe uim legis habet, & omnibus prodeſt.*
4 *Promiſſa non ſeruans non admittitur ad agendum.*
5 *Obligatio ex cauſa confirmante ſortitur effectum.*
6 *Mulier ingreſſa religionem ſine licentia uiri, ſi poſtea uiro cõſentiẽte contradicat,non põt exire religionem.*
7 *Delegatio dotis facta per mulierem exiſtentem in poteſtate patris,confirmatur illa effecta ſui.iuris.*
6 *Cõtractus impedimẽto ĩualidus,eo ſublato recõualeſcit.*
9 *Contrariorum eadem eſt diſciplina.*
10 *Propoſitum idem operatur in propoſito,quod oppoſitum in oppoſito.*
11 *Carens nomine caret effectu nominis.*
12 *Virtus tacitæ renuntiationis non ita ſe extendit, ſicut ſe extendit uirtus expreſſæ.*
13 *Contractus celebratus cum Principe quod habeat uim legis qualiter procedat.*
14 *Patientia habens tractum ſucceſſiuum non ſufficit ſemel adhiberi,ſed eius perſeuerantia requiritur.*
15 *Dare uſumfructum intelligitur,deducens in fundum legatarium eumve patiens uti frui.*
16 *Statutum loquens de locatione rei immobilis non combendit rem mobilem.*
17 *Locatio quando cognoſcatur eſſe rei mobilis uel immobilis.*
18 *Locatio datij eſt ius percipiendi fructuum ſeu redituum ex ipſo datio.*
19 *Ius cum ſit quid incorporale non comprehenditur in diſpoſitione loquente de bonis immobilibus ſeu mobilibus.*
20 *Nomina debitorum non ueniunt, nec etiam ſeruitutes, appellatione bonorum mobilium,uel immobium facta in teſtamento.*
21 *Teſtamenta latę interpretantur.*

CONSILIVM XCVI.

SVperioribus diebus conſului in fa-
uorẽ egregij uiri Ioannis de Leo-
nibus in cauſa inter ipſum uerten-
te & Ioannem de Nouaria, in qua
cauſa de nouo proponuntur non-
nulla dubia per Dominum Iudi-
cem aduerſus præfatum Ioannem de Leonibus.
1 Primum dubiũ eſt,† quia dictus Io.de Nouaria
locans datiũ Ioanni de Leonibus intelligitur lo-
caſſe eatenus quatenus ipſe perſeueraret cõductor
dicti datij,per ea quę uoluit Bal.in l.ſolennibus.C.
de rei uẽdicat.Fely.in c.ne Dei,in ult.col.de Simo.
2 qui dicũt † ꝙ uaſallus qui iurauit inueſtituram pe-
tere infra annum intelligitur obligatus ſi durat ua-
ſallus : aliàs ſecus.cum ergo Ioanni conductori fue
rit ablatum dictum datium per legatum & regimẽ
Ciuitatis Bononiæ, & ſic deſiuerit eſſe conductor
huius datij, extincta cenſetur obligatio, qua tene-
batur huic Ioanni de Leonibus.
Secundũ dubium eſt,quia tacita renũtiatio quæ
inſurgit ex fideiuſsione facta per dictum Ioannem
de Leonibus in fideiubendo pro emptore datij, cũ
fuerit interpoſita apud Legatũ & regimẽ Ciuitatis
Bononię,nocere debet huic Ioanni quo ad alios:
3 † quia pactum interpoſitum cũ principe habet uim
legis & omnibus ,pdeſt.l.donationes.ubi Bar.C.de
donat.int.uir.& ux.Bar.ĩ l.ſi unus.§.pactus ne pete
ret col.ul.ff.de pac.Moder.in l.ciuitas.ff.ſi cer.pet.
Tertium dubium proponitur ꝙ Ioannes de Leo
4 nibus † non ſeruauit promiſſa ſoluendo mercedẽ,
nec pro eius parte aliquid fuit probatũ, igitur non
admittitur ad agendũ.l.quęro.§. inter locatorem.
ff.locati.l.Iulianus.§.offerri.ubi Bar.ff.de act.em-
pt.cum uulg.nec uidetur poſſe dici ꝙ Ioannes de
Nouaria non prępſtiterit patientiam attenta forma
ſtatuti poſiti ſub rub.de pœna uendentis rẽ alienã.

§.prætered.

§.pręterea,attento etiam iure communi: quia cū Ioãnes de Nouaria conceſſerit licentiã ipſi Ioanni de Leonibus exercendi dictum datium,nō oportet amplius ꝙ ipſe Ioannes aliquid faciat: ſed ſufficit ꝙ non faciat aliquid in contrarium, & ſic hæc patientia conſiſtit in non facto: quod non factum de iure præſumitur.l.in bello.§.factæ.ff.de capti.

Præmiſsis tamen dubijs non obſtantibus ueriſſima puto,ea quæ aliàs adduxi conſulẽdo in fauorem dicti Ioannis de Leonibus, quorum ueritas patebit ex reſolutione præmiſſorum dubiorum.

Primo igitur dubio reſpondeo, ꝙ aſſumptum partis aduerſę procederet qñ datium fuiſſet oblatum huic Ioanni de Nouaria,& illud poſtea nō fuiſſet conſequutus:quia tunc ratione talis impedimẽti eius obligatio effectū nō haberet. ſed cum ſit ꝙ dictus Ioannes conduxerit dictum datiū à regimine ciuitatis Bononię,& ſic ius illi de nouo ſuperuenerit,reaſſumet vires obligatio qua tenebat Ioãni de Leonibus, quę prius nō habebat effectum.l.ſi à Titio.ff.de rei uendic.& l.cū uir.ubi materia.ff.de
5 uſucap.† ſuperuenit.n.in perſonam ipſius Ioannis de Nouaria cauſa cõfirmãs eius obligationẽ,ideo illa ſortietur effectum.l.fi.ff.communia pręd.& l.p fundū.ff.de ſeruit.ruſtic.pręd.& pro hoc facit Glo. notabilis in c.mulier.33.q.5.in Glo.ult.quæ dicit,
6 † ꝙ ſi mulier ſine licẽtia uiri igrediatur religionẽ, quo caſu ingreſſus nõ tenet,ſi poſteà vir cõſentiat, & ipſa cõtradicat,nõ poterit exire religionem:qa vltimus cõſenſus pręſtitus per uirum cõfirmat conſenſum pręſtitum per mulierem, & ſic ex hac cauſa ualidatur ingreſſus qui erat nullus in principio.

Confirmãtur hæc ſolutio,ex his quę tradit Franciſ.Aret. in l.2.§.ꝙ ſi in patris.ff.ſolut. matrimo.
7 ubi dicit, † ꝙ delegatio dotis facta per mulierem exiſtentem in poteſtate patris confirmabitur illa effecta ſui iuris,per tex.in d.l.per fundum.ff.de ſeruit.ruſtico.prædio.facit etiam Glo.in l.conſtante. C.de donatio.

Præterea locatio facta p Io. de Nouaria fuit ualida,licet effectum non potuerit ſortiri ꝓpter ablationẽ eidẽ factam de prędicto datio per Regimen
8 ciuitatis Bononiæ, cum † ergo hoc impedimentū fuerit ſublatum,quia eidem facta fuit locatio de ipſo datio,uires habebit cõtractus initus inter dictū Ioan.de Leonibus & Io.de Nouaria ueluti ſublato hoc impedimento.l.pignori.ff.qui, & à quibus.& de hoc eſt doctrina Bart.in l.cum uir.col.ult.ff.de uſuca.Abb.in c.cum ex officij. de reſcript.col.ult.
9 Præterea † contrariorū eadem eſt diſciplina.c. hoſpitiolum.32.diſtinc.inſtit.de tutel. in princip. ſicut ergo obligatio non habuit effectū tẽpore quo dictus Ioannes de Nouaria deſinit eſſe conductor huius datij,ſic è contrà reſumere dẽt uires ſi cõdu-
10 ctor datij effectus fuerit, † cum idem operetur propoſitum in propoſito, quod oppoſitum in oppoſito.l. ius alimentorum.§.1.ff.ubi pupil.educa. debeat.& hoc quo ad primum dubium.

Secundo dubio reſpondeo,ꝙ pactum factum cū principe habet uim legis, & ſic omnibus prodeſt & nocet ſicut & lex, ſed hic nõ ſumus in pacto principis,ſed in fideiuſsione interpoſita apud principẽ & multum refert an princeps faciet pactum uel cõtractum: ut quia locet: uel donet: an uero aliquis contrahendo cū principe cum illo faciat aliquod pactum:quia hoc caſu huiuſmodi pactum,ſeu cõtractum non habet uim legis.quia non dicitur contractus principis: ſed contractus hominis priuati cele
11 brati cum principe,† & ꝙ caret nomine caret etiã effectu nominis.l.à nullo.C.de ferijs.

Præterea & ſecundò,eſto ꝙ expreſſum pactū ſeu expreſſa renuntiatio facta cum principe omnibus prodeſſet non tamen idem dicendum eſt in tacita renuntiatione,q̃ inſurgit ex dicta fideiuſsione præſtita apud regimen ciuitatis Bononię: quoniam ut
12 dixi in conſilio † non ita ſe extendit uirtus tacitæ renuntiationis,ſicut ſe extendit uirtus expreſſæ renuntiationis:ut per Paul.de Caſt.in conſi.27. cum
13 alijs ſuperius adductis.Reſponderi etiã poteſt † ꝙ id quod dicitur contractus habet uim legis,procedit qñ talis contractus fieret animo condendi legem, & ſic adhibita forma quæ requiritur in lege condenda:ut quia princeps,uel ciuitas condit ſtatutum diſponens,quod contractus ab eis celebrãdi habeant uim legis.Ita decidit Bal.in l.1. C.ne filius pro patre.Pau.de Caſ.in d.l.ciuitas.& in l.4.§. ſi actor.ff.de re iudic. Alex.in conſ.44. incip. uiſo themate.lib.1. ubi ſubdit ꝙ contractus principis habet uim legis quãtum ad hoc ut pacta & capitula quæ fient in tali contractu debeant ſeruari.q̃a nullus de populo poterit uenire cõtra:nõ quo ab obligãdo ſingulas perſonas:& ſic prædictam fideiuſsionem non poſsit dictus Io.de Leonibus impugnare, nec alius de populo:ſed ꝙ ex dicta fideiuſsione obligetur dictus Ioannes quo ad alium, cum quo nihil geſtum eſt.Iſtud eſt alienum ab omni iure,ratione, & æquitate, & ſalua pace Domini Conſulentis contrarium iſtud poterat cum honeſtate ſileri.

Tertio dubio reſpondeẽ, ꝙ imò dictus Ioannes adimpleuit omnia quę per ipſum erãt adimplẽda: & quia hoc cõſiſtit in facto,ideo aliter non inſiſto.

Nec uerum eſt, ꝙ de iure communi conceſſerit Ioannes de Nouaria licẽtiam exercendi dictum da
14 tiū eo:quia ipſe locauit hoc datium alteri,† & iſta patientia habet tractum ſucceſsiuum. ita ꝙ non ſufficit à principio præſtitiſſe patientiam: ſed eius perſeuerantia requiritur.Glo.Bar. & Doctores in l. corruptionem.C. de uſufruc.& Bart.in l.2.§.item in facto.ff.de uerbo.oblig.Nec eſt uerum,ꝙ patiẽtia conſiſtat in non facto; quia imo conſiſtit in facto,quod non præſumitur.d.§.factę. iſtud patet in
15 l.3.§. dare. ff. de uſufruct. ubi † quis intelligitur dare uſumfructum,ſi deduxerit in fundum legatarium eumve patiatur uti frui:& ſic opus eſt facto, uidelicet inductione facta in fundo & patientia & perſeuerantia,ut dicatur proprietarius potius præſtitiſſe patientiam uſufructuario de utendo uſufructu,& ſic iſta conſideratio Domini Conſulentis potius eſt capitalis quam iuridica.
16 Nec obſtat ſtatutū pręallegatum: † quoniam loquitur de locatione rei immobilis, ideò nõ cõprehendit caſum noſtrum ueluti omiſſum ab ipſo ſtatuto.l.ſi extraneus.ff.de conditio. ob cauſ.dat.& l. commodiſsimè.ff.de lib.& poſthu. Nec eſt uerum ꝙ ius percipiendi pecuniam ex dicto datio loca-
17 tum præfato Ioanni dicatur quid immobile, † cū ſit facta

ſit facta locatio non ad longum tempus ſed ad modicum, per ea quę tradit Sal. in l. iubemus. circa fin. princ. C. de ſacroſan. eccl. vbi dicit, ꝙ reditus ꝓueniens ex aliqua re immobili, exiſtimatur quid immobile, nec poteſt alienari per prelatũ: ſecus ſi ius ꝑcipiendi reditus ex re immobili locaretur ad tp̃s modicũ. c. fi. ne prelati vices ſuas. & idem vult Frideric. de Sen. in cõſ. 12. Pet. de Anch. ĩ Clem. exiui. de verbo. ſign. col. 8. vbi dicit, ꝙ annui reditus non computantur inter bona immobilia, qñ fuerunt re
18 licta ad tempus non longum. Confirmatur: † nam locatio facta de datio eſt quodam ius percipiendi fructum, ſeu reditum ex ipſo datio. Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. col. 2. ff. de publica. hoc er
19 go ius † cum ſit quid incorporale, non comprehenditur in diſpoſitione loquente de bonis immobilibus, nec ẽt mobilibus, hęc eſt doctrina D. Abba. in
20 cap. nulli. de reb. eccl. non alienan. † vbi dcit, ꝙ appellatione bonorum mobilium, vel immobiliũ facta in teſtamẽto non veniunt nomina debitorum, nec ẽt ueniunt ſeruitutes: quia verba propriè ſunt
21 intelligenda. † Et ſi hoc procedit in teſtamentis in quibus lata ſit interpretatio. l. in teſtamentis. ff. de reg. iur. idẽ & multo magis erit dicendum in ſtatuto quod ſtrictè interpretari dẽt. l. quidquid aſtringendę. ff. de verb. oblig. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Literę beneficiales ipſo iure nullę ſunt uitio ſubreptionis.*
2 *Lis pendere dicitur per ſolam partis citationem.*
3 *Clauſula, non obſtante quod beneficium eſſet litigioſum quid importet & num. 9.*
4 *Clauſula, promittens habere ratum & firmum, in mandato procuratoris, quid deſignet.*
5 *Verba generalia actum ſequentia, illius actus declarationem tantum operantur.*
6 *Beneficij poſſeſſio non transfertur, collatione nulla exiſtente & inualida.*
7 *Contractus principalis quando nullus eſt, virtute conſtituti poſſeſſio non transfertur.*
8 *Intruſus quis dicatur.*
10 *Papa in beneficialibus pleniſſimam poteſtatem habet, & conferre poteſt beneficium litigioſum mortuo vno ex litigantibus altero ſuperſtite, dummodo de eius uoluntate conſtet.*
11 *Confirmatio non extendit vires actus confirmati.*
12 *Confirmatio actus inualidi illi dat robur, & remouet impedimentum.*
13 *Iuramentum interpoſitum ſuper contractu, eius uires nõ ampliat, & tamen remouet impedimentum propter quod contractus nullus redditur.*
14 *Incerto de aduerſario non currit tempus datum ad proſequendum appellationem.*
15 *Sententia non minus tranſit in rem iudicatam in beneficialibus quàm in profanis.*
16 *Iudex in beneficialibus non poteſt alterare terminũ iuris datum ad proſequendum appellationem, niſi partes conſenſerint.*
17 *Sententia tranſit in rem iudicatam lapſo tempore dato à lege appellanti ad proſequendam appellationem.*
18 *In cauſa beneficiali morte alterius ex litigantibus non ponitur inſtantia, quatenus ſuperſtes uelit beneficium, imò & illo mortuo ſuper eadem inſtantia poteſt cognoſci & iudicari de iure beneficiali.*
19 *Legiſlator quod vult facile exprimit.*
20 *Diſpoſitum in vno caſu permiſſiuè, in altero cenſetur prohibitum.*
21 *Facti proprij non eſt probabilis ignorantia.*
22 *Ratione ceſſante ceſſat diſpoſitio.*
23 *Poſſeſſio nulla transfertur in intruſum in beneficio.*
24 *Clauſula appellatione remota, appoſita in commiſſione facta executoribus de beneficium conferendo, quid operetur.*
25 *Poſſeſſio beneficij uacat per mortem poſſidentis.*
26 *L. cum quæritur, cum l. ſeq. & l. & an eadem. in prin. ff. de excep. rei iud. qualiter procedant.*
27 *Succeſſor beneficij ſuccedit tanquam hæres.*

CONSILIVM XCVII.

CASVS pręſentis controuerſiæ talis eſt. Beneficium quodam certo modo dicebatur vacare, in quo Titius fuit intruſus. Demum Sempronius narrata tali vacatione & intruſione, obtinuit literas à ſummo Pontifice, quibus commiſſum fuit iudicibus, vt ſi ita eſt, cõferant & exequãtur amoto exinde Titio, & quolibet alio illicito detẽtore, & quavis appellatione remota, idẽ Sẽpronius citato Titio obtinuerit collationẽ, & adeptus fuerit corporalem poſſeſſionẽ huius bñficij, pręd̃ictus Titius conqueritur apud ſuperiorẽ de adeptione hmõi poſſeſſionis, ſuperior aduocat ad ſe poſſeſſionem abſque præiudicio vtriuſq; partis, dato iudice q̃ cognoſcere debeat ſuper poſſeſſorio. pręd̃ictus Titius etiã nititur ius ſuum initari vigore appellationis per eum interpoſitæ ab huiuſmodi collatione, & ab omnibus inde ſecutis, quã tñ nõ fuit proſecutus infra tp̃s à lege prefixum. demũ Sẽpronius obijt infra annũ à die dictę appellationis: ita, ꝙ Reuerẽdiſſ. D. Cardinalis cuius erat familiaris obtinuit à Põtifice ꝓuiſionẽ huius bñficij veluti vacantis ꝑ obitũ dicti Sẽpronij, nulla aliter facta mẽtione de lite, niſi ꝑ clauſulã gñalẽ, quatenus litigioſum eſſet, &c. & uirtute huius prouiſionis adeptus fuit poſſeſſionẽ bñficij illã cõtinuãdo, ex p̃dicto Themate eliciũtur hęc dubia. Primũ dubiũ, eſt an collatio facta Cardinali fuerit canonica vel ne, ita ꝙ defendi dẽat ĩ poſſeſſiõe huius bñficij.

Secundum dubium eſt, an per lapſum anni intra quem Titius non fuit proſecutus appellationem cẽſeatur, excluſus ab omni ſuo pręteñſo iure intermedia morte Sempronij.

Tertium dubium eſt, an pręſuppoſito, ꝙ hæc ſñia tranſiuerit in rem iudicatam, exceptio rei iudicatę competat præfato D. Cardinali contra Titium.

Capio primã dubitationem, in qua vr̃ dicendum collationem factam D. Cardinali nullam eſſe & in
1 ualidam, † eo quia literæ beneficiales ipſo iure nullę redduntur vitio ſubreptionis, c. ad audiẽtiam. & c. ad aures. de reſc. ibi, vires volumus obtinere. Sed prædictę literæ laborant vitio ſubreptionis, cum nõ fuerit facta mẽtio de pendentia litis, quæ vertebatᷣ ſuper huiuſmodi beneficio. c. 2. ut lit. pend. libr. 6.

2 igitur &c. Et in caſu iſto † lis dr̃ pendere per ſolam citationem factam de parte. Clem. 2. in prin. vt lit. pend. nec ſuffragatur D. Cardinali illa clauſula nõ obſtante, ꝙ bñficium eſſet litigioſum, eo, quia per
3 dictam clauſulã † appoſitam in executione gratiæ non ampliatur eius virtus & ptãs. Clem. 1. in fi. de conceſſ. pręb. Bar. in l. 1. circa 4. col. ff. de off. proc.
4 Cęſaris, vbi dicit, † ꝙ per iſta verba apposita in mã dato procuratorio promittens ratum & firmum ha bere, quidquid per procuratorem geſtũ fuerit, non
5 vr̃ eidem tradita libera adminiſtraratio, † quia ver ba generalia quę ſequũtur aliquem actum non ope rantur niſi declarationem illius actus pręcedentis. l. quoties. ff. fam. ęrciſ. l. legatorum. §. 1. ff. de leg. 2.
6 Et ex prędictis infertur † nullam poſſeſsionem fuiſ ſe tranſlatam in pręfatum D. Cardinalem eius col latione nulla exiſtente & inualida. l. fi. ff. de conſtit. pecu. Gl. in l. ſi patronus. §. patronum. ſuper verbo fauiana. ff. ſi quid in frau. patr. Facit dictum Bal. in
7 l. ex teſtõ. C. de fideic. qui dicit, † quod vbi contra ctus principalis nullus eſt, tunc non transfertur poſ ſeſsio virtute conſtituti in eo contenti: quia nullum eſt hoc conſtitutum, ſicut & contractus principalis: & hoc dictũ ſequũtur Alex. & Moder. in l. 1. §. ſi vir vxori. ff. de acq. poſſ. hoc tñ non obſtante ꝯrium de iure verius eſſe arbitror. Concludendũ ergo eſt in hoc primo dubio collationem prędictam eſſe vali dam, & ꝙ bñficiũ legitimè vacauit per obitũ dicti Sempronij: & pręſuppono in pręmiſsis in facto, ꝙ Titius in beneficio nullũ hẽt ius duplici de cauſa.
8 Prima, quia ipſe erat incapax huius beneficij † ob defectum ętatis legitimæ, ratione cuius poteſt dici fuiſſe intruſus in dicto beneficio ſaltẽ largo modo. c. veniens, de accuſ. vbi quis dicitur intruſus, ſi labo ret vitio propter quod beneficio priuari debeat, & ita notat Dominicus in c. ſi. circa fi. 20. diſtinctio.

Secunda ratio eſt, quia beneficium quod Titius impetrauit veluti certo modo uacans, nullo modo vacabat, ideò hac rõne dici põt intruſus in bñficio. c. fi. ſecundũ unum intellectũ. extra de exceſſ. pręla. ꝑ quem tex. hoc uoluit idem Dominic. in d. c. fi. 20. diſt. dicens, ꝙ is dr̃ intruſus in beneficio, qui eſt po ſitus in eo auctoritate ſuperioris habentis poteſta tem conferendi, tñ de facto ſpoliauit alium ſine cã legitima, & iuris ordine non ſeruato. vacauit ergo beneficium morte Sempronij legitimum in eo ha bentis titulum, valida ergo fuit collatio facta à Re uerendiſſ. D. Cardinali. Non obſtat, id quod dr̃ im petrationem prędictam iuribus non ſubſiſtere ſtan te vitio ſurreptionis, cum de pendentia litis nulla facta ſit mentio. Clem. 1. vt lit. pend. nam rñdetur,
9 † ꝙ huiuſmodi vitium ſurreptionis ſublatum cen ſetur per clauſulam non obſtante appoſitam in lite ris beneficialibus, dum fuit dictum non obſtante, ꝙ beneficium ſit litigioſum. c. nõ põt. de præb. lib. 6. eo maximè, quia dicta clauſula alium effectũ non põt operari, niſi inducat validitatẽ huius impetra tionis, licet ſup bñficio lis pẽderet, ꝑ ea q̃ vult Gl. declarans illum tex. in d. c. non põt. de præb. in 6.
10 Præterea † in bñficialibus pleniſsima eſt poteſtas Summi Pontificis, qui conferre põt beneficium li tigioſum mortuo vno ex litigatoribus altero ſup ſtite, dummodo cõſtet de eius voluntate, Clem. j. in fi. vt lit. pend. c. propoſuit. de conceſſ. præb. c. 2. de pręb. in 6. ſed in caſu noſtro conſtat de mente Pon tificis, ꝙ voluerit collationem factam de dicto bñ ficio effectum ſortiri apponendo dictã clauſulã, nõ obſtante, ꝙ bñficium ſit litigioſum, igitur non ob ſtabit validitati huius collationis pendentia litis.

Nõ obſtat ſecũdò, id quod dicebatur, videlicet ꝙ virtus conceſsionis nõ ampliabatur ꝑ clauſulã non obſtante. nam iſtud admittendũ eſt pro verò, nego tñ, ꝙ in caſu nr̃o amplietur virtus hu ius conceſsio nis, licet remoueatur impedimentum, videlicet li tis pendentia quod impediebat validitatẽ ꝓdictæ impetrationis, quo remoto, vnum tm̃ beneficium cõprehenditur in ipſa gratia. Iſta ſolutio patet opti
11 mo ſimili. Nam † confirmatio non extendit vires actus confirmati. l. Aurelius. §. teſtõ. ff. de libe. leg. Bal. & Paul. de Caſt. in l. 3. C. ſi aduerſ. rem iudic. & idẽ Paul. de Caſt. in conſi. 134. inci. notandũ eſt. &
12 tamẽ † confirmatio facta de actu inualido illi dat robur, & remouet impedimentum, ꝑꝑ quod actus nullus reddebatur. c. 1. de tranſact. Glo. in c. qui ad diuerſitatem. de conceſſ. præb. Bart. & Docto. in l.
13 more. ff. de iuriſdict. omn. iud. Similiter † iuramen tum interpoſitum ſupet contractu eius uires non ampliat. c. pen. de iureiur. & tamen remouet impe dimentum propter quod contractus nullus redde batur. c. quanuis. de pact. lib. 6. c. cum contingat. de iureiur. ex quibus patet, quòd licet impedimẽtum remoueatur, & diſpoſitio quę erat nulla fiet valida, per hoc eius uirtus non dicitut ampliari. & ex pręe dictis infertur, quòd ſtante validitate huius colla tionis poſſeſsio beneficij legitimè adepta fuit per pręfatum Reuerendiſsimum Dom. Cardinalem. & hoc quo ad primum dubium.

Capio ſecundum dubium, in quo vr̃ dicendum, ꝙ ſnĩa non tranſiuerit in rem iudicatam inter me
14 dia morte Sempronij: eo, † quia Titius non poteſt dici fuiſſe negligẽs in proſecutione appellationis. cum non ſit certus de aduerſario, in eo nõ curit ſi bi tp̃s datum ad proſequendam appellationẽ: arg. tex. in c. qui ad diuerſitatem. de conceſſ. præb. Sed hoc non obſtante concludo contrarium, & prę mit
15 to, † in beneficialibus ſententia non minus tranſit in rem iudicatam, quàm in cauſis profanis, vt per
16 Gl. ordinariam. in c. 1. de conceſ. præb. † licet non poſſit iudex in huiuſmodi cauſis alterare terminũ iuris datum ad proſequendam appellationem, niſi partes conſentiant, ſecundum Glo. in c. cupientes. §. ꝙ ſi per viginti. in verbo quindecim. de elect. in 6. D. Ant. & Imol. in Clem. 1. in fi. de appell. Philip. Peruſi. in c. cum ſit Romana. in fi. eo. tit. Hoc præ
17 miſſo, oſtendo aperta ratione, † ꝙ hæc ſententia, tranſiuerit in rem iudicatam per lapſum temporis dati a lege appellanti ad proſequendum appella tionem, & pro hoc adduco tex. in Cle. 1. ut lit. pen den. ubi patet manifeſtè, & ita not. etiam ibi Io. de
18 Imol. in 3. notabi. ꝙ † in cauſa beneficiali morte alterius ex litigantibus non punitur inſtantia qua tenus ſuperſtes velit beneficiũ, imò & illo mortuo ſuper eadem inſtantia poteſt cognoſci, & iudicari de iure beneficiali. & hoc ideò contingit ſecũdum eum: quia talis inſtãtia non ſolũ eſt cũ parte, ſed ẽt cum iudice propter publicam vtilitatem, quę eſt, vt

habens

habens ius in bñficio illud obtineat,& non habens
illud deſerat:arg.c.cũm nobis.de elect. & c.conſti
tutus.de appell. nullũ ergo fuit impedimentum in
ipſo appellãte,quin potuerit proſequi appellatio-
nem,licet interuenerit mors Sempronij: quia cũm
iudice potuit proſequi cauſam ſuam, ſuper eadem
inſtantia ad effectum publicæ utilitatis, prout de-
clarat Io.de Imol.in d.Clem.1.
Prætereà debuit iſte appellãs explorare,an alius
eſſet ſubrogatus in locũ Sempronij facta citatione
gñali,ex quo aduerſarius nõ erat certus.c.fi.cũ ſita
materia.de elect.lib.6.quód cũ per eũ factum non
fuerit ſibi dẽt imputari, nec hoc ꝑtextu dicere põt
in ſuſpenſo ſtetiſſe tp̃s datũ à iure ad proſequẽdũ
appellationẽ:arg.tex.in l.3.§.quid ergo.ff.de con-
trar.iud.tut.& eius quod notat Aret.i l.apud Iulia-
num.in §.conſtat.ff.de leg.j.& ex prędictis tollitur
argumentũ ſuperius adductum pro parte cõtraria.
Prętereà ſtatutũ ſolũ modo reperitur ,ut proro-
getur tp̃s datum à iure ad proſequendum appella-
tionem uſq; ad quatuor menſes in perſonam hęre-
dis appellantis,qui deceſſit pendẽte appellationẽ,
ne pp ignorantiam ipſi dãno afficiantur,c.fi.ſi pen
den.appella.mors interue.ergo mortuo appellato
ſuperſtite appellante nihil cenſetur immutatum re
ſpectu huius temporis,& hoc triplici rõne. Prima
19 eſt, † quia ſi legiſlator iſtud voluiſſet facile fuiſſet,
ei hoc exprimere.c.ad audientiã.de decim.l.vnica
§.ſin autem ad deficientis. C. de cad.toll.Secunda
20 ratio eſt, † quia diſpoſitũ in vno caſu permiſſiuè,
in altero cenſetur prohibitũ.l.maritus.C. de proc.
l.cum prętor.ff.de iud.Tertia ratio eſt,quia in ipſo
appellante ſuperſtite non verſatur ignorantia pro-
babilis,pp quam tp̃s datum ad proſequendum ap-
pellationẽ dẽt manere in ſuſpenſo, aut prorogari:
21 † quia facti proprij ignorantia non eſt probabilis,
22 l.fi.ff.pro ſuo.& ſic hoc caſu ceſſat, † ratio probabi
lis ignorantię,de qua in d.l.fi.qua ceſſante,ceſſabit
eius diſpoſitio.l.adigere.§.quãuis. ff. de iure patr.
c.cum ceſſante.de appel.ex quibus ergo patet prę-
dictã ſententiã feciſſe trãſitum in rem iudicatam.
Prius,quàm ueniam ad ſequentem dubitationẽ
duo non omitto pro victoria huius cauſę. Primum
23 eſt,† ꝙ ex quo dictus Titius fuit intruſus in hoc be
neficio,vt dictum eſt,nulla cenſetur in eum tranſla
ta poſſeſſio.Ita tenẽt Domini de Rota.deciſ.pen.
in tit.de cauſa proprie.& poſſeſſ.in antiquis.Fel.in
c.in noſtra.in 2. correlario.de reſcri.
24 Secundum eſt.Nam † de commiſſione facta exe
cutoribus,de conferendo beneficium Sempronio
fuit appoſita clauſula appellatione remota, virtute
cuius non debuit differri executio ſñię ipſorũ exe-
cutorum,& ſic potuerunt ipſi non obſtante appella
tione Titij exequi ſententiam ,& tradere Sẽpronio
poſſeſſionem prędicti beneficij expulſo Titio. Ita
tradunt Inno.& Doct. in c. paſtoralis. de appellat.
25 Lapus allega.84.circa fi.& allegat.121. † Cum er-
go Sempronius poſſideret beneficium eius morte
uacauit poſſeſſio.l.cum hæredes.in prin. ff.de acq.
poſſ.quæ legitimè potuit trãſferri in pręfatum Re-
uerendiſſimum D.Cardinalem.
Circa tertiũ dubium cõcludo,ꝙ exceptio rei iu
dicatæ opponi poteſt per D.Cardinalem contra Ti
tium ex quo eadem eſt res quæ petitur eadem cau
ſa petendi ex parte Titij , & eadẽ cõditio perſonæ
ſaltẽ interpretatiuè:quia ſucceſſit præfatus D.Car-
26 dinalis in dicto beneficio per mortẽ Sẽpronij † l.cũ
quæritur.cum l.ſeq.& l.an eadem.in prin.ff.de ex-
cep.rei iud.quæ iura procedunt,ne dum in vniuer-
ſali ſucceſſore,quinimò & in ſucceſſore in rem. l. ſi
à te.§.fi.ff.de excep.rei iud.quanto ergo magis il-
27 lud procedit in ſucceſſore in beneficio,† qui dr̃ ſuc
cedere tanquam hæres,licet propriè non ſit hęres.
c.1.cum ibi notatis.de ſolut. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Caſus à ſtatuto non comprehenſus iuris communis, diſpo ſitioni relinquitur.*
2 *Libelli concluſio ſola inſpici debet, nec alteratur ex narratione in ipſo facta,*
3 *Concluſio contractus eſt attendenda, non autem uerba quæ præcedunt.*

CONSILIVM XCVIII.

STATVTVM poſitum ſub rubrica
de appellationibus,in verſiculo prę-
tereà decernimus.
Diſponit, ꝙ à qualibet ſñia ſuper
poſſeſſorio lata , vel ferenda, liceat
vtranque partiũ ſemel tm̃ appellare,
modo quęritur,an hoc ſtatutũ allegari poſſit p Her
culem de Morbiolis,qui obtinuit duas ſñias in e-
ius fauorem , in hac dubitatione ur̃ dicendum , ꝙ
non ſit locus predicto ſtatuto:quia loquitur qñ fuit
intentatum poſſeſſorium,& ſuper eo fuit lata ſen-
tentia : ſed in caſu iſto fuit intentatum,per dictum
Herculem,nedum poſſeſſorium,quinimò & petito
rium,prout patet ex libello in quo dicit petias ter-
rę petitas pleno iure proprietatis,& poſſeſſionis ad
1 ipſum ſpectare,& pertinere, † igitur iſte caſus à ſta
tuto nõ cõprehenſus relinquetur diſpoſitioni iuris
cõis.l.ſi cũ dotem.in prin.ff.ſol.matr. & l.commo
diſſimè.ff.de libe.& poſth. Itẽ quia narrat locatio-
nem factam parti aduerſæ eſſe extinctam, & finitã.
tum propter lapſum temporis , tũ propter affictus
non ſolutos , ex quibus vr̃ intentatum petitorium
non poſſeſſorium:quia ratione priuationis ius agẽ
di competit ratione proprietatis.
Sed iſtis nõ obſtantibus,concludo contrariũ. ꝙ
imò virtute pręmiſſi ſtatuti non ſit permiſſa appel-
latio. Moueor,qm̃ licet in libello aliqua ſint narra-
ta,ex quibus videatur intẽtatũ petitoriũ,ne dũ poſ-
ſeſſoriũ,attñ concluſio libelli reſpicit ſolum poſſeſ
ſorium:quia petit actor partẽ aduerſam cogi & cõ-
pelli ad dimittẽdũ poſſeſſionẽ uacuã,liberã,& ex-
peditã,& ſucceſſiuè pronũciari,& declarari fructus
2 ſpectare ad ipſum Herculẽ, † q̃ quidẽ cõcluſio ſola
inſpici dẽt,nec alterat̃ ex narratiõe facta de ꝓprie-
tate.Ita tenet Bar.in l.Aurelius.§.Sticho.ff.de libe
ra.leg.D.Ant.& Abb.in c.ex parte.B.de for. cõp.p
illum tex.Idem D.Anto.& Arc.in c. fi. de iud. Bal.
in l.domum.C.de rei vend.Paul.de Caſt.in conſ.6.
incip.in cauſa quæ vertitur, prout etiam dicimus;

3 †in contractu cuius concluſio eſt attendẽda, nõ aũt
verba quę prçcedũt. l. ſi voluntate. C. de reſcin. vẽd.
Prçtereà ſententia etiam lata in fauorem Hercu
lis reſpicit poſſeſſorium, non autẽ petitorium: quia
iudex cõdemnat partem aduerſam ad dimittendũ
dictas petias terræ, & ad relaxandum illarũ poſſeſ-
ſionem vacuã & expeditam, ſumus ergo in caſu ſta-
tuti, & per conſequẽs non eſt permiſſa appellatio.
Non obſtant adducta in cõtrariũ: quia de verbis
narratiuis non eſt curandum, cum ſola concluſio li
belli ſit conſideranda, vt dictum eſt. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatio quo ſubreptionis uitio inualidetur.*
2 *Taciturnitas eorum, quæ ſi fuiſſent expreſſa Principẽ diffi iliorem ad concedendum reddidiſſent, gratiam vitiat.*
3 *Cauſa iuſta & probabilis in legitimatione requiritur.*
4 *Clauſula abſq; præiudicio uenientium ab inteſtato, in legitimatione appoſita, quomodo interpretetur.*
5 *Legitimatio uitiatur, ubi petens filium legitimari non exprimit ſe non poſſe habere concubinam ad matrimonium habilem.*
6 *Verba ad complacentiam prolata, non diſponunt, uel obligationem inducunt.*
7 *Approbans ſimpliciter legitimationem, cenſetur illam approbaſſe cum omnibus qualitatibus ſuis.*
8 *Conſenſum uenientium ab inteſtato niſi pateat interueniſſe in legitimatione, legitimationem nullam eſſe.*
9 *Geſta ab eo qui de iuribus ſuæ facultatis incertus eſt, nulla ſunt.*
10 *Legitimatio nati ex adulterio dicitur diſpenſatio, in qua citatio venientium ab inteſtato requiritur.*

CONSILIVM XCIX.

IN cauſa vertente inter Dorotheam
ſororem quondã Alberti de Glanq-
rinis parte vna, necnon inter Hercu
lem aſſertum filiũ dicti Alberti par-
te alia, aliàs memini fuiſſe pronũcia
tum per D. Nicolaũ de Baldis audi-
torem, tunc Reuerendiſſ. Dñi Gubernatoris, D. Vi
carium D. Poteſtatis Bon. & me eorũ minimũ in fa
uorem prædictæ D. Dorotheę, declarantes legiti-
mationem factã de prædicto Hercule fore nullã &
inualidã, & per conſequẽs hęreditatẽ dicti Alberti
ab inteſtato defuncti cõpetijſſe, & cõpetere pdictę
D. Dorotheę ſorori veluti ei proximiori: & quia ro
gatus fui, vt rõnes qbus tracti fuimus ad ita pronũ-
ciãdũ, ut ſupra in ſcriptis ederẽ, ideò vt morẽ gerã
amicis honeſta petentibus, illas breuiter exponã.
Prima ergo fuit ratio, per quam pronunciamus
1 dictã legitimationẽ eſſe inualidam: quia † laborat
hęc legitimatio vitio ſurreptionis, in illa enim non
exprimebatur qualiter dictus Albertus procurans
ipſam legitimationẽ hẽret ſororẽ & alios ſibi con-
iunctos q ei ab inteſtato poterãt ſuccedere, hęc. n.
taciturnitas vitiat legitimationem, ſecũdũ Iacob.
de Belu, in §. qm. in auc. quib. mod. natural. efficiũ-
tur ſui. colla. 7. Io. And. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta.
§. 1. in addi. ad Spec. D. Ant. in c. per venerabilem.
col. 17. qui fil. ſint legi. Pau. de Caſt. in conſ. 60. in-
ci. viſa legitimatione. col. pen. & Alex. in conſ. 25.
inci. circa primum. in 1. vol. col. 3. circa med. Et rõ
2 eſt, † quia taciturnitas eorũ, quæ ſi fuiſſent expreſſa
principem difficiliorem ad cõcedẽdũ reddidiſſet,
uitiat ipſam grãm. c. poſtulaſti, cũ ibi not. de reſcr.
ſed ſine dubio ſi legitimãti fuiſſet expreſſum, dictũ
Albertum habere ſororem, & alios agnatos, qs nõ
ſolum rñſa prudentium, ſed lex uocat legitimos fa
cit ſucceſſores, vt dicit tex. in l. fi. C. quor. bon. non
ita de facili proceſſiſſet ad hanc legitimationem.
Secunda fuit ratio. Nam ut inferior à principe
3 poſſit legitimare, eſt neceſſe, q † in ipſa legitima-
tione inſerat iuſtã & probabilẽ cãm, aliàs nõ tenet
ipſa legitimatio: quia habet naturã & uim cuiuſdã
diſpenſationis quæ non dr fieri ſine cauſa, 2. q. 7. §.
niſi. & eo tali. & ita in ſpecie notat D. Ant. de Butr.
in c. per venerabilem. col. 3. qui filij ſint legitimi.
D. Ant. de Roſel. in tractatu ſuę legit. in tit. de cau-
ſa formali. vbi reprobat hoc notandũ: quia pp hũc
defectum multæ legitimationes poterunt deſtrui,
& idem tenuit D. Alex. in conſ. 60. inci. viſa legiti-
matione. col. 4. in ver. ſi rationes. ergo. libr. 2. & in
conſi. 94. lib. 1. D. Franc. Cur. in conſ. 19. in fi. 2. q.
vbi dicit ſe ſæpius ita conſuluiſſe. Cum ergo in hac
legitimatione facta à D. Ioanne Bẽtiuolo, & ſic ab
inferiore à principe, nulla ſit viſa iuſta & pbabilis
cã, ex hoc defectu redditur nulla hęc legitimatio.
Tertia ratio eſt. Nam poteſtas legitimandi con-
ceſſa Do. Ioanni Bentiuolo eſt limitata, uidelicet
dummodo non fiat præiudicium ſucceſſoribus, &
aliis uenientibus ab inteſtato, prout oſtẽdit tenor
ipſius priuilegij, hacque facultate ſic limitata ſibi
conceſſa uſus fuit prçfatus Do. Io. legitimando di-
ctum Herculem, prout inſpici poteſt ex eius legiti-
matione, uirtute ergo dictæ clauſulæ nullum fuit, il
latum præiudicium prçfatę D. Dorotheę ſorori di-
4 cti Alberti: quia licet dicta clauſula † abſque præiu
dicio uenientium ab inteſtato, uariis modis à Do-
ctoribus ſoleat interprerari, tamen communis eſt,
interpretatio Doctorum, q uirtute dictæ clauſulæ
legitimatus ex teſtamento patri poteſt ſuccedere,
ab inteſtato uerò ita demum ſuccedet, ſi non extẽt
uenientes ab inteſtato, uel nollent ſuccedere, aliàs
ipſis extantibus & uolẽtibus ſuccedere excluditur
per eos legitimatus in ſucceſſione patre defuncto
ab inteſtato. & hoc modo interpretatur dictã clau-
ſulam Bal. in quodam conſi. inci. uerba ante ſucce-
dere ualeas. poſito inter conſi. Ang. poſt conſ. 264.
inci. Dominus Papa. & hanc interpretationem di-
ctæ clauſulæ tenet Ang. in quodam conſi. inci. uiſa
gratia apoſtolica. idem tenuit Do. Io. Petru. in l. fi.
C. de codicil. prout eum refert D. Nico. de Vbald.
in ſuo tract. ſucceſſ. ab inteſtat. in 1. parte. col. pen.
& hanc interpretationem ſequitur D. Franciſ. Cur.
in conſi. 73. incip. ſuper memorata. col. 10. ubi in-
quit, quòd iſta interpretatio eſt magis communis,
& uerior, ut illa clauſula operetur in fauorem ue-
nientium ab inteſtato, ut illi non excludantur per
legitimationem: quia ſatis operabitur ltimatio, q
poſſit pater in teſtamẽto ei relinquere, & q exclu-
dat legitimatus mortuo prẽ ab inteſtato eius uxo-
rem, fiſcum, & alios remotiores ultra quartum gra-
dum:

dū:vel cū ſucceſſori ab inteſtato nollent ſuccedere quibus caſibus tales legitimati poſſent, ne dum ex teſtō, quinimo & ab inteſtato pr̄i ſuccedere. & idē cōſuluit D.Soc.ſecūdū hāc interp̄tationē in quodā ſuo cōſilio nō īpreſſo, cuius originale apud me eſt, & dabit facultas iudicib. illud īſpiciēdi ſi opus erit, vbi pulcherrimè & ſubtiliter loquit ī hac materia.

Cū ergo dictus Albertus de Glauarinis deceſſerit ab inteſtato ſuperſtite ſorore, quę erat ei coniuncta ī ſecūdo gradu de iure ciuili, eius ſucceſsio ſpectabit ad prędictam mulierē excluſo Hercule filio legitimato, qui fuit habilitatus ad ſuccedendū pr̄i abſque tn̄ pręiudicio venientium ad ſuccedendum ab inteſtato, virtute cuius repellitur in ſucceſſione patris ab inteſtato defuncti extantibus eius agnatis vſq; ad quartum gradum, per ea quę dicta ſunt.

Quarta ratio, per quam impugnatur dicta legiti-
5 matio eſt, † quia non expreſſit dictus Albertus petens filiū legitimari ſe nō poſſe habere concubinā habilē ad m̄rimonium, & ſic per diſpenſationem filios legitimare, vel aliqua iuſta cauſa impediente. ob hanc ergo taciturnitatem vitiatur legitimatio, §.ſi quis ergo.in auct.quib.mod.natur.effic.legiti. & iſtud impedimentum legitimationis ponit Do. Prępoſitus diui Ambroſij nunc Card.Alex.in c.per venerabilem.col.18.qui filij ſint legiti.

Nec huic cōcluſioni obſtat id quod ſentio ex parte dicti Herculis fuiſſe articulatum, & fortè probatū, videlicet, ꝙ præfata D.Dorothea intellecta legitimatione facta de dicto Hercule per Albertū eius fratrem reſpondit, & dixit benè feciſti, placet mihi, proferendo huiuſmodi verba, ad hoc etiam r̄n-
6 deo multipliciter. Et primò, quia † iſta verba cum fuerint prolata ad complacentiā dicti Alberti fratris, vt de ſe ſonant, non inducūt obligationem nec aliquam diſpoſitionem. ad hoc eſt caſus in c.cū veniſſent.quē not.ibi Io.And. Imol.& D. Abb. de inſtitu. Idem not. Alex.in l.ſtipulantibus. col.2.ff.de verb.obl. Moder.in l.ex ijs verbis.C.de milit.teſta. Secūdò, ꝙ cum dicta legitimatio fuerit nulla vitio ſubreptionis ipſo iure, ꝑ ea quę dicta ſunt ſupra in primò fundamēto, non potuit validari ſuperueniēte conſenſu prædictę D.Dorotheę & ſic ſublata cauſa nullitatis.c.ſi eo tempore.de reſcript. lib.6.

Tertiò r̄ndeo, ꝙ licet D. Dorothea per dicta verba cenſeatur acquieuiſſe dictæ legitimationi, adhuc per talem approbationem ſibi non præiudica-
7 uit: quia † approbando ſimpliciter cenſetur illam approbaſſe cū omnibus ſuis qualitatibus. arg. tex. l.Aurelius.§.idem quęſijt.cum ibi nota. per Bar.ff. de liberat.leg.facit tex.in §.pręterea.Inſt. de inut. ſtipul. Cùm ergo dicta legitimatio facta fuerit ſecūdum iſtam qualitatem, videlicet, ꝙ per eam nō fiat præiudicium ſucceſſoribus ab inteſtato, & ſic pręfatæ D.Dorotheæ ſorori dicti Alberti, poſteà ſimpliciter approbando dictam legitimationem cēſetur illā approbaſſe cum prędicta qualitate, videlicet vt mortuo dicto Alberto ab īteſtato, poſſit ei ſuccedēre, nullū eidē afferēte ꝑiudiciū dicta legitimatiōe.

Quartò & vltimò r̄ndeo, ꝙ cùm pręfatus D. Ioannes non poſſet legitimarę in pręiudicium veniētium & ſuccedentiū ab inteſtato, vt dictum eſt, nō potuiſſet etiā ſi voluiſſet facere dictā legitimationem in pręiudicium dictę D. Dorotheę auferendo ei ſpē ſuccedendi fratri defuncto ab inteſtato, niſi
8 illa conſentiente, oportuit ergo † pręfato D. Ioanni innotuiſſe conſenſum prędictæ Do. Dorotheę, aliàs nulla foret hęc legitimatio: quia non ſufficit, ꝙ in veritate alicui competat facultas ſeu poteſtas
9 aliquid faciendi, vt valeat actus per eū geſtus, † ſed eſt neceſſe, ꝙ ſit certus de iuribus ſuę facultatis, aliàs geſta per eum ſunt nulla.l.quęro.ff.de eo qui ꝓ tuto.pup.neg.geſt.&c.& eſt doctrina Bar.in l.multum, intereſt.ff.de cond.& demonſtra.

Vltimò aduertendum eſt, ꝙ dictus Hercules ſuſceptus fuit ex muliere habente virū, & ſic ex adul-
10 terio, & per conſequens ex coitu reprobato, † ideò legitimatio, de eo facta dr̄ quædam diſpenſatio, in qua fuit neceſſaria citatio veniētium ab inteſtato, licet facta fuerit uiuēte patre dicti Herculis, & ipſo cōſentiente. Iſtud voluit Pet.de Anch.in conſ.241. inci.ex tenore, & conſ.427.inci. circa primū quæſitum, & iſtud multum commēdat Soc. in l. Gallus. §.& quid ſi tm̄.in fi.ff.de lib. & poſth. & ita dicit ſe vidiſſe ſuper hoc conſilia genitoris ſui, & aliorum. ex quibus concludendum puto dictā legitimationem eſſe nullam, & ſic hęreditatē dicti Alberti ab inteſtato defuncti cōpetiuiſſe, & cōpetere prędictę D.Dorotheę & ita fore pronunciandū. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legitimatus cum clauſula abſque præiudicio uenientium ab inteſtato, ſuccedit patri in totum nō exiſtentibus legitimis, licet extent tranſuerſales uenientes ab inteſtato. Et quid dicta clauſula operetur. & nume. 6. 7. 8. & 28.*

2 *Nemo ab inteſtato decedere poteſt, ſine hærede ab inteſtato, quia omnibus ceſſantibus ſuccedit fiſcus.*

3 *Fiſcus an admittatur ad ſucceſſionem ab inteſtato, uel quia bona ſunt uacantia.*

4 *Verbum, ſuccedere, poſitum in priuilegio, poteſt ſimpliciter, & ſecundum quid intelligi.*

5 *Hæreditas propria & ſucceſſio quando dicatur.*

6 *Clauſula abſque præiudicio uenientium ab inteſtato, non operatur quando uel non adſunt ſucceſſores ab inteſtato, uel ſi adſunt ſuccedere nolunt.*

7 *Verba uiolanda non ſunt, quæ generaliter poſſunt intelligi, & præſertim non ſunt reſtringenda.*

9 *Filia excluſa à ſtatuto extantibus agnatis uſq; ad certum gradum, inſtitutis agnatis non poteſt uenire contra teſtamentum, agnatis tamen non inſtitutis, poteſt præterita uenire contra teſtamentum, & ſuccedere.*

10 *Pater offerendo preces principi quòd filius legitimetur, uidetur uoluiſſe illum ſuccedere.*

11 *Legitimationis natura qualis.*

12 *Voluntas talis eſſe præſumitur, qualis eſt iuris diſpoſitio.*

13 *Qualitas ſucceſſionis attenditur, licet in porrectione precum alia ſit uoluntas precantis.*

14 *Verba, abſque tamen ꝑiudicio quō ueniāt ad ſuperiora.*

15 *Cauſa limitata limitatum producit effectum.*

16 *Legitimatus ſine præiudicio legitimorum an excludatur à uenientibus ab inteſtato.*

17 *Clauſula ſine præiudicio legitimorum hæredum, qualiter intelligatur.*

X 3 Conſi-

18 *Conſilia male allegantur, quando conſulens adducit rationem per quam conſuluit, cùm addit alias rationes magis concludentes.*

19 *Conſulentes habentes iuſtitiam ex vno capite, non curãt adducere alias rationes non concludentes, quas aliquando iudices ignari ſequuntur.*

20 *Verbum, prædictis, quid deſignet.*

21 *Legitimatio liberis præiudicare non poteſt, quando ſpecialiter Comiti non reperitur conceſſum.*

22 *Determinatio vna plura determinans, illa æqualiter determinare debet.*

23 *Papa in dubio nõ præſumitur uelle præiudicare filijs legitimis.*

24 *Comes extantibus filijs legitimis non habet poteſtatem legitimandi, ſi in priuilegio non continetur.*

25 *Verba generalia caſui conuenientia, generaliter debent intelligi.*

26 *Verba appoſita in executione non ſolent gratiam ampliare, tamen ſolent declarare.*

27 *Ex diuerſis non fit bona illatio.*

28 *Legitimatio non præiudicat uenientibus ab inteſtato, etiam tranſuerſalibus.*

29 *Legitimatus ſuccedit ex teſtamento, non ab inteſtato.*

CONSILIVM C.

PRAESENS difficultas eſt pp opinionum varietatem ad decidendum non facilis, ſuper qua conſultatione inſignis Doctor D. Alex. de Paltronibus, cuius conſilijs utpote elegantibus, & iuſtis, me libẽter ſubſcribo, & iſto anno fuit idem cõſultũ per ſolennẽ Doctorẽ in Curia Romana, cui me ſubſcripſi. in præſentiarũ pro ſubſcriptione referã q̃ tunc dixi, & fortius, nã tũc fuit cõſultũ, q̄ virtute clauſulæ de qua agimus, legitimatio non operabatur nedũ contra filios, ſed nec ꝯ alios tranſuerſales: fortius ergo non dẽt ꝯ filios operari, referẽdo ergo qđ tunc dixi: qa fortius nõ operabit exiſtentibus filijs, prout eſt caſus nr̄.

Nam tunc dixi, q̄ magni Doctores tenent, q̄ il-
1 la † clauſula appoſita in legitimatione, ita vt ad paternam & alias ſucceſſiones quorumcunq; bonorũ admitti & ſuccedere valeant, abſq; tñ præiudicio illorũ, qui ad prædictas ſucceſſiones ſi perſonæ quibus ſuccederent ſi ab inteſtato decederent, ab inteſtato admitti deberent, non excludit quo minus filius legitimatus non ſuccedat patri in totum non exiſtentibus legitimis, licet ex:ent tranſuerſales venientes ab inteſtato. Nam ſecũdũ iſtam opinionẽ
2 conſuluit Ang. † nam nõ eſt dare caſum in quo q̄s poſſit decedere ab inteſtato ſine hęredibus ab inteſtato: quia omnibus ceſſantibus ſuccedit fiſcus. l. 1. & l. vacantia. C. de bonis vacan. lib. 10. igitur legitimatio nihil operabit neq; indultũ Pontificis legitimãdi ꝯ nota. in l. ſi qñ. C. de inoff. teſta. & in c. ſi Papa. de priuil. lib. 6. ita dicit Ang. in conſi. 264. inci. viſo puncto de literis. & in hoc ſe fundat Pet. de Anch. qui tenet eandem opinionẽ in conſ. 153. inci. pro fratribus defunctis quædam faciunt.

Sed ratio illius nõ obſtat primò, quia non eſt ve-
3 rum, q̄ fiſcus non excludatur. Nam † fiſcus non admittitur tanquam ſucceſſor ab inteſtato, ſed quia ſunt bona vacãtia ſine aliquo hęrede legitimo, vel honorario, vt eſt tex. cum Gl. in l. 1. C. de bon. vacã. lib. 10. item fiſcus vt capit, capit vt ſucceſſionẽ ſimpliciter, & vt bona, & ſic quatenus hęreditas eſt ſol-
4 uẽdo. l. 1. §. in bona, ff. de iure fiſci. verbũ aũt † ſuccedere, poſitum in priuilegio, dẽt ſimpliciter & ſecundũ quid intelligi, l. hoc legatum. ff. de lega. 3. & ſic de vniuerſali iuriũ ſucceſſione. l. quędam. §. nec
5 intercedat. ff. de ed. Propria † ẽt dr̄ hæreditas & ſucceſſio qñ eſt ſpes, q̄ adeatur: aliàs dñr bona vacantia: & non ſucceſſio, vel hęreditas. d. §. an bona. & no. Bar. in l. fideiuſſor obligari. §. fi. ff. de fideiuſſo. & Bar. in auc. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. Pręterea dictũ indultũ & legitimatio poſſunt operari vt poſſit lex ſtatim, q̄ aliàs erant ſpurij non poterant in aliquo vel ſi naturales iuxta illud quod hr̄ in auc. licet. C. de natural. liber. iuxta diſtinctionẽ ibi poſitã per Doct. ſed ſi ſunt legitimi poterũt vt legis inſtituti, & ſic operabitur clauſula ex teſtõ & non ab inteſtato, niſi vt ſtatim dicã: & hoc vr̄ de intentione Summi Põtificis dum dicit, ſi perſonæ quibus ſuccederent ab inteſtato decederẽt, & ſic patet, q̄ nõ voluit pręiudicare ſuccedentibus ab inteſtato: qm̄ ille cui ſuccederetur decederet inteſtatus, igitur ſi teſtatus decederet ſecus. l. maritus. C. de procur. c. non ne, quòd. de pręſumptionibus.
6 Pręterea etiam ab inteſtato poſſet dicta † clauſula operari, qñ vel non adeſſent ſucceſſores ab inteſtato, vel ſi adeſſent nollent ſuccedere, quibus caſibus ſpurij non ſucceſſiſſent naturales in totũ, vt in
7 d. auc. licet. C. de natural. liber. Dixit † etiam Bal. in conſilio quod incipit, verba aũt ſuccedere valens, quod eſt in conſ. Ang. 264. q̄ operabitur dicta clauſula venientium ab inteſtato, vſque ad quartum gradum, quibus etiam ſucceſſio põt dici debita: argu. eius quod not. Gl. in l. fi. in verb. agnati. C. de codicil. tenẽdo hoc multum operaretur reſpectu eorum qui eſſent vltra quartum gradum: ex quibus patet, q̄ non eſt verũ, q̄ legitimatio nihil operaretur unde non ſunt verba violãda quæ poſſint generaliter intelligi. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. pręſtã. & pręſertim non ſunt reſtringenda, ne filius à lucro excludatur: arg. l. proſpexit. ff. qui, & à quib. & quod no. Bar. in l. omnes populi. in 6. q. prin. in materia interpretationis reſtrictiuæ. ff. de iuſtit. & iur.
8 Præterea † ẽt conſidero, q̄ poſſet multum operari quãdo pater deceſſiſſet teſtatus relictis extraneis hęredibus excluſis venientibus ab inteſtato, qui cõtrauenire non poſſent: quia tunc filius legitimatus poſſet rumpere teſtamẽtum, licet ab inteſtato fuiſſet excluſus. In ſimili videmus, † q̄ ſi filia exclu-
9 ditur à ſtatuto extantibus agnatis vſque ad certum gradum, & inſtitutis agnatis non poſſet venire contra teſtamentum, ſecundum Bar. & Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthu. tamen quando dicti agnati non ſunt inſtituti, poteſt filia præterita uenire contra teſtamẽtum, & ſuccedere, vt concludunt Ang. & Io. de Imo. & ambo pceptores mei, D. Alex. & D. Franciſ. Aret. in d. §. & quid ſi tãtum. & ibi ita ſequutus ſum, licet in caſu nr̄o legitimatus ſit excluſus p veniẽtes ab inteſtato, ſi non ſunt inſtituti potuerit legitimatus præteritus venire contra teſtamẽtũ, & ſuccedere, ex quibus clariſſimè

ſimè patet ꝙ multum operabitur legitimatio.

Sed ultra præmiſſa Pet.de Anch.in conſi. prædi-ᶜto 153.adducit alias rationes.

10 Prima: † quia ex quo pater obtulit preces ꝙ filius legitimaretur apparet de uoluntate patris qui uoluit hunc ſuccedere,igitur illa eſt ſequenda:arg. tex.in §.ſi uerò ſolummodo.in auc.quib.mod. naturales efficiunt ſui.& in §.item ſi quis.

11 Secunda rō eſt: † quia legitimatio de ſui natura reducit legitimatum,proinde ac ſi à principio legitimus natus eſſet: quia illegitimè natum primis & antiquis natalibus reſtituunt,ut in auct.quib.mod. natural.efficiūt ſui.§.ſic igitur.& in §.reliqui igit. dū dicunt à legitimis nihil differentes.qua ergo ratione legitimus excludit uenientes ab inteſtato,pari ratione etiam legitimatus. Sed iſtæ rōnes ſunt ualdè friuolæ: nam prima poſſet procedere quādo filius fuiſſet ſimpliciter legitimatus,cū illa clauſula in legitimatione pr̄ conſenſit, cenſetur uoluiſſe ꝙ ita demum ſuccedet ſi non præiudicet uolentibus ab īteſtato ſuccedere, pro ut clarè in ea diſponitur.

12 † talis.n.præſumitur uoluntas qualis eſt iuris diſpoſitio:arg.Gl.in l.ſi duo.ff.de acqui.hære. & ibi Bal. in l.precibus.C.de impub.& alijs ſubſt.& Bar. in l.

13 hæredes mei.§.cū ita.ff.ad Treb.& † licet in porrectione precum alia fuiſſet uoluntas patris:attenditur qualitas conceſſionis,ſecundum Bart.in l.1.ff. ad leg.Iul.maieſt.cui conſenſit,& ſic uidetur uoluiſſe quòd uenientes ad inteſtato non excludat,ſed ꝙ ex teſtamento poſſit ei relinquere. Sicut in ſimili dicit Io.And.loquendo de ſtylo Curiæ Romanæ.in addi.Spec.in tit.de ſucceſſ.ab inteſta.in addit.quæ incipit Rofredus unius ꝙ obſtat.

Secunda ratio eſt , quia illa procederet qn̄ ſimpliciter data fuiſſet poteſtas legitimandi,& ita fuiſſet legitimatus: ſed in caſu noſtro fuit data pote-

14 ſtas limitata abſque tamen præiudicio &c. † quæ tamē uerba,abſq; tamē præiudicio, ueniunt reſtrictiuè ad ſuperiora in iure,& in facto:ut habetur in l.ſi quis ex argentarijs.ff.de eden.& no.Abb.in ſuo dictionario in uerb.tm̄.& ſic licet primo concederet ſimpliciter facultatem ſuccedēdi dū ſubdit abſque tn̄ &c.ut aduerſetur in iure & in facto, datur intelligi ꝙ in præcedentibus non loquitur qn̄ ſup extarent uenientes ab inteſtato, & ꝙ dicto caſu non ſuccederent,& ſic nō ſimpliciter, ſed cū limitatio-

15 ne.† limitata autem cauſa limitatum producit effectum.l.cancellauerat.ff.de ijs qui in teſta. delen. l. cū tale.§.falſam.ff.de cond.& demon.Et de auctoritate Pet.de Anch.nō eſt curādū cū ſit ſibi ipſi cōtrarius.Nā ipſe Pet.de Anch. in conſ.241. inci. ex

16 tenore,uult † ꝙ ſi Papa legitimat ſpuriū,ſine p̄iudicio legitimorū,excludatur à uenientibus ab inteſtato quibus Papa noluit præiudicare,aliàs dicta clauſula nihil operaretur,contra c.ſi Papa. de priuileg. lib.6.& hūc dicit ſanum intellectū.per quē iuri alicuius non præiudicatur. iux.l.2.§.ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publico.& idem ſequutus eſt idem Pet.de Ancha.in conſi.423.inci.circa primū quæſitum fuiſſet ſatis expediens.

17 Reperio † ēt ꝙ D.Raphael Fulg.in conſ.ſuo 42. inci.caſus talis,ubi uult ꝙ illa clauſula ſine præiudicio legitimorum hęredum, intelligatur ſed ſine p̄iudicio liberorum hæredum, ne aliàs legitimatio reddatur inutilis, ſed hoc conſilium minus obſtat multiplici reſpectu:quia ratio aſſignata eſt falſa ut ſupra declaratum eſt.

Secundò quia D.Raphael nō fundat ſe in iſta rōne principaliter,ſed dicit ꝙ poſito ꝙ omnes uenientes ab inteſtato uenirent,tamen in caſu illo legitimati deberent ſuccedere excluſis uenientibus ab inteſtato tranſuerſalibus:quia fuerant inſtituti hæredes,unde cum hoc fundamentum ſit clarū,ut dictū eſt,non debemus dicere ꝙ per aliam rōnem D.

18 Raphael ita conſuluerit. † Et ſæpe ſum ſolitus dicere ꝙ malè conſilia allegantur,quando D. Conſulēs adducit unam rationem, ꝙ per illam conſuluerit,

19 cum adducit alias rōnes magis cōcludentes, † quoniam conſulentes habētes iuſtitiam ex uno capite, non curant adducere alias rōnes non concludētes, quas aliquando iudices ignari ſequuntur, prout notant Doctores in c. per tuas. qui filij ſint legitimi. Et ex prædictis tollitur conſilium D. Alex. nu.1.in 2.uol.qui dicit,ꝙ ille caſus eſt clarus:quia pater deceſſit teſtatus:& hoc eſt eius fundamentū, licet ad fortificationē alleget conſiliū Anch.& Pau. de Caſtro,ut in eo patet.Ex quibus dico ꝙ licet Alex. uideatur tenere opinionem Pet.de Anch.& ſequaciū in conſi.pen.in 5.uolu.tamen in caſu ſuo erant iſta uerba.Et ſi pater haberet deſcendentes ex ſe de legitimo matrimonio natos,quo caſu fruſtra fuiſſent appoſita dicta uerba,ſi etiam dicto caſu in aliquo ſuccedere non poſſet.Item dicebatur in priuilegio ꝙ poſſit reddere habiles ad hæreditatem parentū & agnatorum,ac ſi eſſent de legitimo matrimonio nati,quæ non ſunt in caſu noſtro, unde non poſſumus dicere ꝙ idem affirmaſſet in caſu noſtro, cum iſta in conſi.ponderentur, & ſi aliter ſenſiſſet,malè ſenſiſſet,& cōtra communem opinionem. Item dicta interpretatio non poteſt adaptari ad caſum noſtrum:quia filii legitimati habilitantur ad ſucceſſionem paternam,& alias ſucceſſiones quorumcūque bonorum,& ſubditur abſque pręiudicio illorū

20 qui ad p̄dictas † ſucceſſiones,& ſic refert ſe ad ſucceſſiones,de quibus ſtatim loquutus fuerat, prout ſignificat uerbū,prædictas.l.1.§.cū qui.ff.de poſtu. & per Bar.in l.talis ſcriptura.ad fi.ff.de leg.1.ſed ſupra proximè dixerat de ſucceſſione paterna quorūcunque bonorum ad quæ illi deberēt admitti,ſi illi inſtituti decederent,& ſic loquitur de illis q̄ ſuccederēt ab inteſtato in bonis paternis quàm alios, ex quo elicio fortiſſimā rationē ꝓ parte cōtraria, quoniam illa uerba in ſua generalitate includunt non ſolū liberos, ſed ēt alios ueniētes ab inteſtato,

21 ſed liberis nullo modo legitimatio † potuiſſet præiudicare non ſolum uirtute dictæ clauſulæ:ſed quia non reperitur hoc ſpecialiter cōceſſum ꝙ in præiudiciū liberorū poſſet Comes legitimare, iux. not. per Pau.de Caſt.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de libe.& poſth.& Paul.de Caſt.in conſi.221. inci. ſuper eo quod primo loco. & plura ad hoc allegat D.Alex.in conſi.60.in 2.uol.igitur etiam uoluit ꝙ eodem modo ꝙ alijs uenientibus ab inteſtato præ

22 iudicare nō poſſit: † quoniam quando una determinatio plura ſimul determinat,illa æqualiter determinare debet.l.iā hoc iure.ff.de uulg.& pup. &

per

per Bar.in l.ſi legatarius.§.1.ff.de leg.3.

Ex quibus ēt tollitur conſilium Paul. de Caſt.in conſ.226.inci.dicēdum eſt,ubi uidetur dictā clauſulam ad liberos reſtringere, quod non poteſt dici in caſu noſtro,uti probatum eſt.

Præterea ſi reſtringeretur ad filios dicta clauſula nihil operaretur:q̄a ēt ſi non fuiſſet adiecta,nō fuiſſet filijs præiudiciū illatū,in auc.quib.mod.natura. efficiūtur ſui.§.illud.& in §.ſi qs igitur.in auct.qb.

23 mod.natu.effic.leg. † Nec Papa in dubio præſumitur uelle præiudicare filijs legitimis: ut per Io. Andreæ in addit.Specula.in tit.de teſta.§.fi.ad fi.

Præterea ī caſu noſtro dicta clauſula eſſet omni

24 no ſuperflua ex alio. † quia extantibus filijs legitimis Comes non habet poteſtatem legitimandi,cū hoc in priuilegijs non contineatur. ſecundum Bal. in l.quiſquis.§.quæſitum.ff.ſi quis caut.& in l.2. C. de ſeruit.& aqua.& per Dominū Alex.in d.cōſ.60. in 2.uol.fruſtra ergo omninò dicta clauſula fuiſſet appoſita:quod non eſt cōcedendū, ut in c.ſi Papa. de priuileg.& præſertim cum ſunt regulæ Cācellariæ Alexandri & aliorum,unde non eſt concedendum,ꝗ facta fuerit ſine effectu aliquid operandi.

25 Ex quibus concludo, ꝗ illa uerba, † abſque tamen,ſunt generalia & cōueniunt caſui nr̄o cōcludendum eſt,ꝗ generaliter debent intelligi.l.1.§.& generaliter.ff.de leg.præſtan.19.diſt.c.ſi Romanorum,& cum uerba conueniant debet, & diſpō conuenire.l.1.§.legatur.ff.de magiſt.cōuenien. l.3.§. quoties.ff.de dam.infect.& præſertim ut dictū eſt, uerba operentur,& ad illud quod latè proſequitur D.Alex.in conſ.pen.in 5.uol.ꝗ poſſunt operari, ꝗ non præiudicetur quando legitimatio fieret poſt mortē,iuxta not.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff. de liber.& poſthu.q̄m hoc eſt falſum. Cum ēt dicta clauſula non poſſet eis præiudicare,niſi de plenitudine poteſtatis,& concludunt Bar.Bal.& Doctores in d.§.& quid ſi tantum.& præſertim eſt falſum, in caſu noſtro:quoniam conceditur poteſtas legitimandi uiuentibus parentibus, uel mortuis. Et demum ſubiicitur immediate illa clauſula ad reſtringendū oīa ſuperiora, iuxta not.in l.talis ſcriptura. ff.de leg.1.& in c.2.requiris.extra de appella.& ſic etiam uoluit ꝗ fieret parentibus uiuentibus, fieret abſque præiudicio &c. Vnum ēt addo ꝗ imò in caſu noſtro non fuit data poteſtas legitimandi exiſtētibus legitimis ſine eorum conſenſu,& hoc uoluiſſe uidetur pontifex in indulto, dum dicitur in clauſula non obſtantibus illis præſertim quibus caueri

26 dicitur &c. † Et licet uerba poſita in executione non ſoleant gratiā ampliare,ut in Clem.1.de præben.tamen ſolent illa declarare, ſecundum Bal.in ꝑpoſita quæſtione in Leam quam.C.de fideicom.

Sed ad hoc rn̄deo,ꝗ uerba appoſita in executione gratiæ,in clauſula non obſtantibus reſpiciūt poteſtatem legitimandi,& ualiditatē legitimationis,

27 & non poteſtatem præiudicandi, † quæ ſicut diuerſa ex diuerſis non eſt bona illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.naturalem.§.nihil cōe.ff.de acquir. poſſ.& maximè ne dicta uerba contradicant clauſulæ de qua s̄.arg.eorum quæ ponit Bart.in l.fi. §.idē quæſiit.ff.de liberat.legat. Ex quibus omnibus con

28 cludo, † ꝗ dicta legitimatio non præiudicat uenientibus ab inteſtatò,etiam tranſuerſalibus, & huc uſque concluſio firmata eſt rationibus, & reſponſum eſt ad contrarias rationes.

Si autem uolumus auctoritatibus contēdere, s̄. oſtenſum eſt.Bal.& Pet.de Ancha. ſequi hanc partē.Idem uoluit Paul.de Caſt.in conſ.85.incip.præ

29 ſuppoſito prius.ubi uult † ꝗ legitimatus ſuccedat ex teſtō nō ab inteſtato.& Pau.de Caſt.in cōſ.225. inci.uidēdū eſt.Idē tenet Do.Cardi. Alexandrinus in c.ꝑ uenerabilē.§.quod aūt.extra qui fil. ſint leg. col.20.vbi dicit,ꝗ talis legitimatio poterit quo ad hæredes operari.Eādē opinionē tenuit Bal. in quodā ſuo cōſilio quod incipit uerba aūt.& Do.Petrus eius frater in conſ.inci.gratia apoſtolica, ut refert D.Nicolaus de Vbal. auditor Rotæ in ſuo tractatu ſucceſsio.ab inteſta.hanc opinionē ſequutus eſt integerrimi conſilij doctor D.Io. de Petrucijs de Peruſio in l.fi.C.de codicil.& D.Benedictus Capra ēt optimi conſilij in conſ.158.& plures alij relati in dicto tractatu.& ita reperio cōſuluiſſe ſolēnē Doctorē D.Franc.de Curte in ſuo conſ.73. quia inhærere debemus uerbis claris priuilegiorū, ſecūdum iſtā partē.Ego alias cōſului in ciuitate Lucana, ꝓut ēt ego refero,& ſequor in d.§.& quid ſi tantū, & ita ēt concludo,cū rōnes pro iſta parte ſint clariores,& cōis opinio,ut patet ēt ex alijs ſubtiliter adductis per præſtantisſimum Doctorem D. Alexandrum de Paltronibus. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*

2 *Appellans aduerſarium ſpolians ſua poſſeſſione,cēſetur appellationi per eum interpoſitæ renuntiare.*

3 *Remedium c. non ſolum.de appella.lib.6.pinguius ſubuenit ſpoliato,quàm aliud remedium reſtitutorium.*

4 *Diſpoſitio facta ad beneplacitum alicuius eius morte extinguitur.*

5 *Suſpenſio banni facta ad beneplacitum principis, eius morte finitur.*

6 *Diſpoſitio donec fuerit reuocata facta,morte non extinguitur,ſed durat quoſcunque fuerit reuocata per ſucceſſores.*

7 *Tertia appellatio quando non ſit permiſſa.*

8 *Sententiæ executio non retractatur per uiam attentati, quando iura prohibent appellationes à ſententia diffinitiua.*

9 *Sententia lata ſuper re notoria non ſuſpenditur per appellationem ſed ſtatim mitti poteſt executioni, nō expectato decennio.*

10 *Fruſtra expectatur tempus quod expectatum nō prodeſt.*

11 *Sententię tres conformes quando latæ ſunt,licet aliquādo permiſſa ſit appellatio, executio ſententiarum non retardatur,nec locus eſt remedio attentati.*

12 *Attentati remedium ceſſat, ſi is contra quem petuntur attentata reuocari ex cauſæ uериſimili præſumitur poſſidere niſi is contra quem attentatum eſt,probet ſe uere poſſediſſe tempore attentationis.*

13 *Miſſio facta auctoritate iudicis idem operatur, ꝗ operatur expulſio uiolenta ad perdendam poſſeſſionem.*

CON-

CONSILIVM CI.

VISO puncto præſentis cauſæ,& du-
bio ex eo elicito, uidelicet an ad-
uerſarij Vincētij, de quo in proceſ
ſu,petentes ante oīa per uiam attē-
tati ſe reſtitui,& reintegrari ad poſ
ſeſsionem certarum petiarū terræ,
de quibus in actis,ſint admittendi uel ne.

Prima facie dicendum, uidebatur illos fore au-
diendos circa reuocationem attentatorū, cum ſit
ꝙ præfatus Vincentius ingreſſus fuerit poſſeſsionē
dictarū petiarum terræ pendente appellatione in-
1 terpoſita corā D. Ioanne de Sala. † qua pendēte ni
hil debuit innouari.nec poſſeſſor potuit in ſua poſ
ſeſsione moleſtari,etiā ſi illa competeret ratione
priuilegij,& ſic contra ius commune.c.1.& ibi no-
tatur extra ut lite pendente Do.Cardinal.in Clem.
2 2.in 2.poſitione.eo.tit.Imò † ſi appellans aduerſa-
riū ſpoliet ſua poſſeſsione cenſetur appellationi p
eū interpoſitæ renuntiare, dictū eſt.Inn.in c.ex par
te.de reſcr.quem ſequitur Ang.in l.fi.C.de tempo.
appell.Idem tenet Bal.in c.ex parte. de teſtib.Mat
theſilanus notab.28.ubi pro hoc dicit eſſe tex.ſecū
dum ueram lecturam in c.cum teneamur.de appel.
reuocanda ergo omnia ſunt ſic geſta pendente ap-
pellatione à ſententia diffinitiua per remedium at
tentati.c.non ſolum,de appella.lib.6.l.cum ex cau
3 ſa.ff.eo. † ꝙ quidem remedium pinguius ſubuenit
ſpoliato,quàm interdictum unde ui,ſeu aliud reme
dium reſtitutorium, prout patet ex notatis latæ p
D.Philippum Peruſ.in c.bonæ in 5.col.cum ſequē
tibus.de appel.Nec dicatur ꝙ in caſu iſto nō ſit lo
cus remedio attentati cum ſententia lata in fauorē
prædicti Vincentij tranſiuerit in rem iudicatā: quia
deſerta fuit appellatio aduerſariorū iam multis an
nis decurſis &c.nā hæc obiectio fieri non pōt in ca
ſu iſto.eo,quia procuratores utriuſq; partis ſuſpen-
derant litem,cauſam,& inſtātiam litis, & cauſę ap
pellationis uertentis inter partes ipſas corā præfa
to D.Ioāne de Sala,ad beneplacitū ipſorū procura
torū,& quouſq; fuerit per partes ipſas reuocata.ex
quibus infero, ꝙ nec morte procuratorum,nec pri
4 cipalium fuit extincta dicta ſuſpenſio,eo,quia † li-
cet diſpoſitio facta ad beneplacitum alicuius eius
morte extinguatur.l.4.ff.locati.c.ſi gratioſe.de re-
ſcri.lib.6.Ang.in conſ.217.inci.in cauſa accuſatio
5 nis.col.7.dicens, † ꝙ ſuſpenſio banni facta ad be-
neplacitum principis eius morte finitur,not.Bart.
in l.centeſimis.§.fi.ff.de uerb.obli. Attamen quan
6 do † diſpoſitio facta fuit quouſque fuerit reuocata,
tunc morte non extinguitur,quinimò durat quouſ-
que fuerit reuocata per ſucceſſores. c. ſi delegatus.
de off.delega.lib.6.Bar.& Doctores in l.more,col.
fi.ff.de iuriſ.om.iudi.& ita concludit D.Alex.refe-
rens in hoc plures Doctores idem tenentes in d.l.
centeſimis.§.fi.ff.de uerb.obli.cum ergo dicta ſu-
ſpenſio facta fuerit, ne dum ad beneplacitum pro-
curatorū,quinimò donec & quouſq; p partes ipſas
fuerit reuocata,infertur ꝙ morte principalium nō
fuit extincta dicta ſuſpenſio, quinimò habuit effe-
ctū uſque ad tempus quo expreſsè fuerit reuocata,
ea ergo durante non cucurrit tempus datum appel
lantibus ad proſequēdam appellationem, & ſic ex
hoc capite dici non poteſt appellationē fuiſſe de-
ſertam,& ſic ſententias latas in fauorē præfati Vin
centii feciſſe tranſitum in rem iudicatam.

Præmiſſis tamen non obſtantibus concludendū
puto contrarium, ꝙ imò nec remedio attētati, nec
alio remedio reſtitutorio inquietari poſſint Vin-
centius,nec eius hæredes ſuper poſſeſsione dictarū
petiarum terræ.ueritatem huius concluſionis oſtē
do in infraſcriptis rationibus.

7 Et præmitto † primò in facto, ꝙ in fauorē Vincē
tij latæ fuerunt tres ſententiæ conformes ſaltē pro
maiori parte,prout patet ex earū inſpectione,ideò
non fuit permiſſa tertia appellatio.l.1.C.ne ter.ap
8 pell.liceat. † In caſibus autem in quibus iura prohi
bent appellationem à ſententia diffinitiua non re-
tractatur executio ſententiæ per uiam attentati,de
hoc eſt caſus in c.non ſolū. quem notat ibi Domi-
nic.notab.3.de appella.lib.6.pro quo optimè deſe
ruit dictum Oldr.in conſi.18.inci.circa primā par
9 tem.in 3.dubio.ubi dicit, † ꝙ cum notorietas im-
pediat appellationem.c.cum ſit Romana.& c.per-
uenit,& c.conſuluit.de appella.ſententia hoc caſu
ſtatim poteſt mitti executioni non expectato decē
10 nio. † quia fruſtra expectatur tempus ꝙ expectatū
non prodeſt.l.cum hæres.§.fi.ff.de aqui.hære.l.ali-
quando.§.ultimo.ff.ad Velleia.cum ſimilib.

11 Præterea & ſecūdò in caſu in quo fuerunt † latæ
tres ſententiæ conformes,licet aliquo caſu eſſet p-
miſſa appellatio,non tñ impeditur executio ſenten
tiarum,nec locus eſt remedio attentati.Ita decidit
Ioan.And.in c.ex parte de teſtib.pro quo dicto Io.
de Imol.in Clem.1.de ſent.& re iudic.notab.6.di-
cit ibi eſſe caſum.

12 Comprobatur & tertiò iſta concluſio. † Nam ſi
is cōtra quē petuntur attentata reuocari ex cā ueri
ſimili præſumatur poſſidere,tunc ceſſat remedium
attētati,niſi is contra quē attentatū eſt,probaret ſe
uerè poſſediſſe tempore attentationis. Ita not.In-
no.in c.bonæ.de appel.Domini de Rota deciſ.89.
in antiquis,ponentes rōnem huius dicti: quia ubi
quis de iure communi præſumitur poſſidere, non
uidetur pendente appellatione attentare, ſed uti
poſſeſsione quam prius habebat. cum ergo dictus
Vincentius adeptus fuerit poſſeſsionem dictarū pe
tiarum terræ ex primo & ſecundo decreto, pſumit
poſſidere,& ī tali poſſeſſione nō potuit moleſtari,
ideò qđ factū fuit ab eo ſeu eius hrdib. pēdente ap
pellatione,uṙ eſſe factū pro cōſeruatione poſſeſſio
nis quā prius habebat.& ſic non dṙ aliquid attētaſ-
ſe in præiudiciū appellationis. c. cū teneamur. de
appel.notat Gl.magna in c.non ſolū.eo.tit.lib.6.

Confirmatur hoc fundamentū per tex. in l.quis
uniuerſis,§.itē cū prætor.ff.de acq.poſ.per quē tex.
13 dicit ibi Ang.in ult.notab. † ꝙ illud qđ operaṫ ex-
pulſio uiolenta ad perdendā poſſeſſionē, p quā ex-
pulſionē ſine dubio amittitur poſſeſſio ciuilis & na
turalis,illud idē operabitur miſſio facta auctorita-
te iudicis,licet nulla uiolentia interuenerit, cū er-
go præfatus Vincentius conſecutus fuerit prædicta
bona ex primo & ſecundo decreto, & miſſus fuerit
in tenutam prædictorum bonorū per nuntiū, in ea
fuit tranſlata ciuilis & naturalis poſſeſſio, in quā

non debuit moleſtari.ideò illa utendo pẽdente appellatione nihil dicitur attentaſſe, ſed dicitur continuaſſe poſſeſsionem quã prius legitimè adeptus fuerat, & ex iſto fundamento ceſſat oĩs dubitatio. Nec eſt opus diſputare an ſententiæ latę in fauorẽ præfati Vincentii tranſitum fecerint in rem iudicatam:quia eſto ꝙ hoc non ſit nihilominus locus nõ erit remedio attentatorum.& per conſequens nec alio remedio reſtitutorio,cum legitimę adepta fuerit acquiſita poſſeſsio prædicto Vincentio: quia auctore prætore.l.iuſtè.ff.de acquir.poſſ.& illam continuare potuerit etiam pendente appellatione. Et hęc eſt ueritas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Deducta in ſupplicatione an contra ſupplicantem fidẽ faciant.*
2 *Confeſſio facta in libello etiam abſente parte probat.*
3 *Scriptura ſemper loquitur.*
4 *Tempus datum ad interponẽdam appellationem,ſeu querelam, non currit niſi à die qua quis cognouit contra eum latam fuiſſe ſententiam.*
5 *Tempus à lege prefixũ regulariter ignoranti non currit.*
6 *Ignorantia ſolo iuramento probatur.*
7 *Sententiæ, non habenti plenam & perfectam notitiam non currit tempus à lege præfixum ad interponendam querelam ſeu appellationem.*
8 *Probatio æquiuoca interpretatur contra producentem.*
9 *Separatorum ſeparata debet eſſe diſpoſitio.*
10 *Reſcriptum impetratum à Papa ſuper excommunicatione lata contra impetrantem per epiſcopum uel eius uicarium non tenet.*
11 *Sententia lata per delegatum epiſcopi alia eſt, & alia eſt ſententia lata per epiſcopum,uel eius uicarium.*
12 *Iuriſdictio iudicis Aquilæ ciuitatis Bononiæ à iuriſdictione poteſtatis maximè differt.*
13 *Iuriſdictio non expirat morte concedentis.*
14 *Poteſtas cum habeat iuriſdictionem ordinariam ex propria perſona,delegatio ei facta ſub nomine dignitatis transfertur in eius ſucceſſorem.ſecus in iudic.Aquilæ.*
15 *Clauſulæ appoſitę in compromiſſo tendentes ad renuntiãdum uel derogandum iuri partium,intelliguntur ſi compromiſſum fuerit ortitum effectum.*

CONSILIVM CII.

IN cauſa uertente inter Io.Galeatiũ de Finiraldis parte una, & Franciſcum & Carolum de Zãbecharijs parte altera,aliàs conſului in fauorem prædicti Ioannis Galeatij circa articulos merita ipſius cauſæ reſpicientes,ſed nunc per partem aduerſam proponitur nouum dubiũ;aſſerit.n.deſertam fuiſſe appellationem interpoſitam pro parte dicti Io. Galeatii q obtinuit à Summo Pontifice cauſam appellationis interpoſitę à ſententia lata contra eum committi Vicario Epiſcopi Bonon.narrãs in ſuppoſitione,ꝙ agentibus contra eum dicto Frãciſco & Carolo de Zambecharijs D.Poteſtas Ciuitatis Bononiæ contra eam protulit ſentẽtiam diffinitiuam,ex qua aſſertione manifeſtè deprehenditur ipſum Io. Galeatium habuiſſe ſcientiam & notitiam dictæ ſentẽtię contra ipſum latę.& ſic ſero interpoſita fuit poſtea per eũ querela coram Reuerendisſimo Do.Legato
1 Bononiæ,† ſtandum eſt.n.is quæ quis in ſupplicatione deduxit,& illa faciunt fidem contra ſupplicãtem,l.cum precum.C.de libe.cauſ.l.2.C.de inſt.& ſubſti.ſub cond.fac.ibi ex ijs quę precib.complexa
2 es.Et probat talis aſſertio ẽt ſi fiat abſente parte,cũ
3 ſit facta in ſcriptura † quæ ſemper loquitur:ut declarat Bar.in l.certum.§.ſi quis abſente. ff.de confeſſis.& in l.2.§.fin.ff.de iure fiſci. ponunt Canoniſtæ in c.fi.de confeſſ.& Moder.in d.l.2. C. de inſtitu.& ſubſti.ſub condi.fac.Ex quibus ergò dicendum uidetur prædictam ſententiam ex hoc capite fecisſe tranſitum in rem iudicatam.

Pręmiſſa tamen ratione non obſtante,contrariũ
4 arbitror eſſe uerius,& pręmitto,† ꝙ tempus datum ad interponendam appellationem,ſeu querelã nõ currit niſi à die qua quis cognouit contra eũ latam fuiſſe ſententiam.c.concertationi. de appella. lib.6.l.1.§.dies.ff.quando appellan.ſit.& Gl.in auc.hodie.in uerbo,ſententiæ. C. de appel.Ignoranti er-
5 go nõ currit tale tempus,ſicut † nec regulariter in alijs caſibus tempus à lege præfixum currit ignorãti.l.quinquaginta.ff.de excuſat.tut.Bart.in l.gene-
6 ro.ff.de iis qui notant.infam. † & ignorantia probatur ſolo iuramento,nec alia probatio exigitur:c.ut circa.& c.nulli.in fi.de elect.lib.6.Gl.in c.ſignificaſti,in uerbo,ſi ita eſt.de homicidio.in c. propoſuiſti.82.diſt.Abb.& Moder.in c.cognoſcentes.de cõſti.Cum ergo Io.Galeatius in q̃rela per ipſum propoſita iurauerit,ꝙ à quatuor diebus citra habuerit notitiam ſententiæ latæ contra eum,ex hac probatione iuramentali dicetur probata eius ignorãtia, nec alia probatio requiritur,& ſic dicetur infra tẽpus legitimum interpoſuiſſe dictam querelam.

Non obſtat obiectio ſuper qua ſe fundat pars aduerſa,quæ conatur oſtendere ꝙ dicta ſnĩa tranſiuerit in rẽ iudicatã, cũ Io.Galeatius illius habuerit notitiã multo tẽpore ante dictã quærelã per ipſum ĩterpoſitã:hæc.n.obiectio uarijs modis tolli põt.
tenet Alex. in conſi. 47. inci. in cauſa prędicta. & in
conſi. ſequenti. lib. 4. & idem Alex. in conſi. 1. inci.
viſo proceſſu inquiſitionis. libr. 1. cum ergo metus
ex coniecturis probetur, abſque dubio ex proba-
tionibus, de quibus in proceſſu, elici poſſunt plures
& notabiles coniecturæ, quæ mouere poſſunt ani-
mum iudicis ad pronunciandum præmiſſum con-
16 tractum, ueluti metu geſtum fore reſcindendum.

Pręterea aduertendum eſt, † ꝙ in teſtibus repe-
ritur duplex ſingularitas. Nam quædam eſt ſingula
ritas obſtatiua, & illa operatur ut teſtes ſingulares
nihil probẽt, quædam eſt ſingularitas adminicula-
tiua, ut q̃a dictũ vnius coadiuuat dictũ alterius, hoc
caſu talis ſingularitas nõ infringit dicta teſtiũ. Ita
dicit Bal. in rub. de controuerſ. inueſtiturę. in vſib.
feudo. Hinc eſt, quod ſi vnus teſtis deponat de con-
feſsione facta certo loco & tempore, & alter teſtis

deponat

deponat de cõfesſione facta alio loco & tempore,
iſti teſtes coniunguntur ut perficiant plenam pro-
bationem: quia licet ſint ſingulares, eorum tñ ſin-
gularitas eſt adminiculatiua non obſtatiua, & ſic
decidit Paul. de Caſt. in conſi. 180. incip. uiſo pro-
ceſſu. col. 3. & in conſi. 333. incip. uiſa petitione. li-
cet ergo teſtes ex quibus probatur metus deponãt
de diuerſis actibus, & ſic uideantur ſingulares: quia
tamen eorum ſingularitas eſt adminiculatiua cum
unus coadiuuet dictum alterius, illa non infringet
dicta ipſorum teſtium.

Vltimò aduertendũ eſt, ꝙ Ser Antonius de Caſta
niolo unus ex teſtibus deponit, ꝙ cum ipſe accesſiſ
ſet ad Dominos Sedecim, ut faceret querelam de
iniuſtitia facta per Dominos Ancianos contra di-
ctum Hieronymum, & facta per ipſum ꝓpoſitione
eorũ q̃ ſuper hoc uolebat in mediũ adducere, tunc
ſurrexit dñs Io. Bentiuolus dicẽdo, *faza la parte, fa
za la parte, ſotto &c.* & cum ipſe teſtis uellet replica
re cõtra dictum D. Ioannem ꝙ hoc erat iniuſtitia,
& ꝙ ipſis de Lucio non competebat ius agendi ſtã-
te donatione facta per dictum Franciſcum, tunc ꝑ-
dictus D. Ioannes iratus eleuauit baculum quẽ ge-
ſtabat in manibus, ut illum proijceret cõtra ipſum
teſtem, ſed fuit retentus: ex hoc. n. actu euidenter
apparet metus qui teruiſſet quemlibet uirum con-
ſtantisſimum & audacisſimum, per ea quæ tradit
17 Bal. in c. 1. §. iniuria. de pac. † iuram. firmã. in uſib.
feudo. ubi dicit, ꝙ terribilis metus alicuius cauſat
iuſtum metum. adducit nota. per Io. And. in c. quia
pp. de elec. & hoc dictũ refert, & ſequitur Alex. in
d. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi ꝑtori. col. 4. ff. de noui
18 ope. nunc. & licet ſolus hoc deponere uideatur, † tñ
cum deponat de facto proprio uidelicet, de eo qđ
contingit in eius perſona, ſolus conſtituit plenã ꝓ
bationẽ. Ita tenet Paul. de Caſt. in l. quicunque. cir.
fi. C. de ſeru. fugi. per tex. in l. quæro. §. fi. ff. de ędil.
edic. & idem conſuluit in conſi. 323. inci. uiſa peti-
tione. & Saly. idem tenet in l. ſi quis decurio. C. de
falſ. in 4. poſitione. & iſta opinio eſt communis &
uera, licet Moder. in l. admonendi. in 6. char. in le-
ctura. illam conentur impugnare per aliquas rõnes
leues & fragiles, quibus reſpondi hoc anno legen-
do. c. fi. de iureiur. & ita ſæpius conſului. ex quibus
ergo concludendum eſt metum ſufficienter fuiſſe
probatum, & hæc quo ad ſecũdam dubitationem.

Deuenio ad tertiam dubitationem, in qua uide
tur dicendum, ꝙ metus deductus & allegatus ꝑ di-
ctum Hieronymũ nil proſit ei quo ad reſciſsionẽ
19 prædicti cõtractus diuiſionis. eo, † quia ut contra-
ctus reſcindi posſit tanquã metu celebratus, neceſ-
ſe eſt ꝙ præcedat proteſtatio aliàs non cenſetur qs
inuitus, ſed nolens contraxiſſe. Ita dicit notabiliter
Bal. in conſi. ſchiſmatis poſito in rub. C. ſi quis ali-
quem teſtari prohibuerit. col. 10. uerſ. ſed cõtrariũ,
ubi pro hoc adducit tex. in l. unica. §. faciunt. C. de
cadu. tol. & idem tenet Alex. commemorãs hoc di
ctum in conſi. 146. inci. in cauſa & lite uertente, li-
bro 5. cũ ergo nulla præceſſerit proteſtatio ex par-
te dicti Hieronymi, fruſtra allegat metũ ad reſcin-
20 dendum ꝑdictũ contractũ diuiſionis. Pręterea † ſi
quis metus fuit adhibitus dicto Hieronymo ante
diuiſionem factã, ille uidetur ſublatus per diuiſio-
nem poſteà ſponte factam, & eo tẽpore quo ceſſa-
uerat metus carceris, uerborum, & aliorum actuũ
ex quibus metus inducebatur. l. 2. quod metus cau.
l. ſi ob turpẽ. ff. de cond. ob turpem cauſ. Inno. in c.
cauſam matrimonij. de offic. deleg. Ang. in l. me-
tum. in princip. ff. quod metus cauſa.

Sed his minimè refragantibus concludẽdũ eſt ꝯ
trarium: quia in caſu iſto non fuit opus aliqua pro-
21 teſtatione: † quia quando quis nõ audet proteſtari
propter iuſtũ metum, ut quia forte timet, ꝙ ſua pro
teſtatio reueletur tunc abſque aliqua proteſtatio-
ne probando poſteà iuſtum metum, poterit reſcin-
dere contractum per eum celebratum. ſic decidit
D. Abb. in c. 1. quod metus cauſa, & in c. cauſam ma
22 trimonij. in 2. col. de off. deleg. ubi dicit, † ꝙ mulie
ri quæ in abſentia mariti clam proteſtatur ꝙ non
uult conſentire alienationi fundi dotalis, prodeſt
hæc clandeſtina proteſtatio, ex quo non audet illã
facere palam propter iuſtũ metum mariti. Et ſub-
dit, ꝙ ẽt ſi amittatur hæc ꝓteſtatio, quia dubitat ne
releuetur marito, tunc abſque alia proteſtatione re
ſcindi poterit alienatio fundi dotalis, & ita limitã-
tur adducta in contrariũ, cũ ergo præfatus Hierony
mus non fuerit proteſtatus de metu dubitãs ne ſua
proteſtatio reueletur dño Io. Bẽtiuolo, cuius potẽ-
tia & impiisſima tyrannis oĩbus erat formidoloſa,
prout eſt notorium, reſcindi debebit iſte cõtractus
probato metu abſque alia proteſtatione.

23 Non obſtat ſecunda obiectio: † quia cum dictus
metus proceſſerit ex potentià D. Io. Bentiuoli quæ
adhuc durabat, & erat in uiridi obſeruantia tempo
re, quo fuit celebratus contractus diuiſionis, adhuc
dicebat durare ipſe metus: arg. tex. in l. nouisſimè.
ff. quod falſo tuto. auc. Et ita uoluit Inno. in c. 1. qđ
metus cauſa, & ibi Gl. fi. ex qua colligit ibi Abbas
24 † ꝙ mulier aliquid gerens metu mariti excuſatur
toto tempore uitæ ipſius mariti, ſi non prouocauit
ad iudicium: quia ſemper uidetur timuiſſe maritũ,
ĩ quo adeſt dũ uiuit potẽtia terrẽdi, & idẽ dicit Bal.
in l. falſus. in pe. col. C. de fur. Ioan. Cald. in c. 1. qđ
metus cauſa, dicens ꝙ donec durat cã metus ſemꝑ
25 cenſetur contractus metu celebratus, † quia cuius
cauſa cõſeruatiua durat ſemꝑ effectus intelligitur
durare. §. tria. in uerſi. affinitates, 3. q. 7. & idem uo
luit Aret. in cõſ. 13. inci. uiſo in fine quarti dubii. &
ex iſtis remanet reſoluta etiam quarta dubitatio.

Vltimò pro perfecta enucleatione præſentis con
26 ſultationis non omitto, † ꝙ licet in inſtrumento di
uiſionis dicatur ꝙ contractus ipſe ſponte nõ metu
fuit celebratus, nihilominus reprobari poteſt per
duos teſtes, tñ deponẽtes de metu: ſic decidit Bal.
notabiliter in l. obſeruare. §. proficiſci. in 13. q. ff.
de off. proconſ. & lega. quod reputant Moder. in l.
interpoſitas. C. de tranſac. pro limitatione eorum
quæ tradunt Bar. & Docto. in l. 1. §. ſi quis neget. ff.
quemadmo. teſta. aperiant. Pro quo facit, id quod
27 dici ſolet, uidelicet † ꝙ duobus teſtibus deponen-
tibus de metu magis creditur, quam mille deponẽ
tibus de libera uoluntate, dictum eſt Inno. in c. ſup
hoc de renunc. quem ſequitur Bal. in rub. C. ſi quis
aliquem teſta. prohib. Ang. in l. 1. & in l. fin. in prin.
ff. quod me. cauſ. & in l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad leg.
Iul. de ui. Panor. in c. 1. circa fi. Alex. in conſil. 156.
inci.

inc.uiſo proceſſu.lib.5.circa prin.Ex quibus infert Do.Veronen.in lib.cautelarum.char. 24.ꝙ ſi unus teſtis deponat matrimonium fuiſſe metu contractum,&alij plures deponant de uoluntate,magis tamen credetur teſti ſoli deponenti de metu,& idē repetit in cautela poſita in ſequenti char. quæ incipit ſufficit ꝙ unus teſtis. & ratio eſt ſecūdum Abb. Panor.in c.1.quod metus cau.quia deponentes ſemper metu deponūt ſuper actu perceptibili ſenſu corporeo:ut quia dicat ꝙ tyrānus uel alius potens minatus fuit mortem alicui niſi ita faceret, teſtes uero deponētes de libera uoluntate deponūt de actu imperceptibili,uidelicet de intrinſecis cordis:igitur &c.Ex q̃bus ergo cōcludo in oībus & ꝑ omnia in fauorem prædicti Hieronymi. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM

1 *Mulier quæ extrema probare debeat pro conſequenda dotis reſtitutione conſtante matrimonio.*

Bartoli dicta ſubſtantiam ueritatis habere ſolent.

2 *Inopia per famam probari non ſufficit cum contra tertium poſſeſſorem agitur,ſed plenè probanda eſt.*

3 *Confeſſio mariti dicentis ſe ad inopiam uergere non ſufficit,quando agitur contra tertios poſſeſſores, licet ex ea probetur inopia in præiudicium mariti cōtra quem mulier agit.*

4 *Mulier non conſequitur dotis reſtitutionem à ſocero,cuius bona ſunt hypothecata pro dotis reſtitutione, licet probet ſocerum male fuiſſe uſum ſubſtantia ſua dum uiueret,ſi tot bona ſoceri remanſerunt, quibus indemnitati mulieris conſuli poſſit.*

5 *Filius poſt mortem patris locupletatus præſumitur, & quomodo hæc regula procedat.& nu.6.*

6 *Regulæ iuris tenaces ſunt,& ab eis non eſt diſcedēdum.*

7 *Hæres adiens hæreditatem cum beneficio inuentarij, ex ipſius aditione nullum damnum conſequi poteſt.*

8 *Exceptio excuſſionis an obſtet mulieri agenti ad dotis reſtitutionem conſtante matrimonio.*

9 *Ius alicui competens à iure cōmuni potentius eſt quàm ius competens ex priuilegio,ſeu iure ſpeciali.*

10 *Creditores mariti poſſunt offerre dotem mulieri aduocanti bona ipſius uiri propter inopiam conſtante matrimonio,& ipſa bona conſequi.*

11 *Exceptio excuſſionis opponi non poteſt poſt litem conteſtatam.*

12 *Paria ſunt ꝙ aliquid fiat ante litem conteſtatam,uel incontinenti poſt litem conteſtatam.*

13 *In executiuis an ſit dare inſtantiam.*

14 *Statutum quando id tantum diſponit,& aliud præſupponit non includit caſum in quo illud præſuppoſitum poteſt uerificari.*

15 *Geſta per mandatarium excedentem finem mandati nulla ſunt.*

16 *Fictio non poteſt induci ab homine in præiudicium alterius.*

17 *Procurator habens mandatum ad recipiendum pecuniā non obligat dominum confitendo ſe recepiſſe pecuniam*

18 *Pœna an & quando exigi poſſit.*

19 *Tenuta data ex diuerſis ſummis,quarum una eſt indebita an uitietur.*

CONSILIVM CVII

IN cauſa uertente inter Magnificum Virum Do.Hannibalem de Saxonibus patricium Bononie.parte una: & uxorem D.Bartholomæi de Bologninis agētis ad dotis reſtitutionē ex eo ꝙ ſocer & eius vir uergant ad inopiam,quatuor dubitationes ueniunt diſcutiendæ,in quibus omiſſo multiloquio cōcluſiuè ꝓcedā.

Prima dubitatio eſt,an ex parte dictę mulieris ſint probata extrema neceſſaria pro conſequēdo reſtitutionem dictæ dotis conſtante matrimonio.

Secūda dubitatio eſt,an ipſi obſtet exceptio excuſsionis.

Tertia eſt dubitatio, an dicta exceptio potuerit opponi poſt litem conteſtatam,uel poſtquàm lis ex forma ſtatuti habetur pro conteſtata.

Quarta, & ultima eſt dubitatio,an inſtrumentū dotis præfatæ mulieris ſit ualidum uel ne,cum procurator habens mandatum à D.Ludouico Bolognino ad recipiendum prædictam dotem excesſerit fines mandati.

1 Capio primum† dubium,in quo omiſſa diſputatione an §.illud.ī auc.de qualitate dotis ueniat ampliando diſpoſitionē.l.ubi adhuc.C.de iure dot.& l.ſi conſtante.ff.ſol.mat.quod tenet Bar.in d.l.ſi cōſtante.in cuius dictis ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis, ut inquit Lud.Roma.in conſi.469.inci.quo ad primum.& eſt cōis intellectus.concludo non eſſe probatam uergentiam ad inopiam quæ ſufficiat in caſu propoſito:

2 † non.n.quando agitur contra tertiū poſſeſſorem ſufficit probarē inopiam per famam: nam quia tunc inopia plenè probari debet.& ſic nō ſufficit probatio per famā ex qua conſtituitur duntaxat ſemiplena probatio,prout notatur ī c.ueniēs. de teſtib.& ita tenet Bart.in l.ſi conſtante.in 4.col. in uerſ.ex ꝑdictis ergo dico.ſt.ſol.matr. & idem tenet Paul.de Caſt.in l.2.in prin.ff.ſol.matri.& Bald. iunior in tracta.de dote.in 7.parte.24.priuilegio. ubi dicit,ꝙ quando agitur contra tertium poſſeſſorem iudex coram quo uertitur controuerſia debet plenè cognoſcere & diſcutere ſuper tali uergentia ad inopiam, ex quo non agitur contra uirum.

3 † Nec etiam ſufficit cōfesſio mariti cōfitentis ſe uergere ad inopiam quādo agitur cōtra tertios poſſeſſores, licet ex ea probetur inopia in præiudiciū mariti contra quem mulier agit,prout notat Bart. in d.l.ſi conſtante.in 4.q.in prin.ff. ſol.mat.

Et ſi conſiderentur rationes adductę ibi per Bar. ex ipſis apertè oſtenditur ꝙ dicta confeſsio nō nocet tertio poſſeſſori.

4 Præterea licet† probatum eſſet legitimè D.Ludouicum ſocerum,cuius bona erant hypothecata ꝓ reſtitutione dotis malè fuiſſe uſum ſubſtātia ſua dum uiueret, ex quo tñ ipſe deceſsit ante q̃ mulier ageret ad reſtitutionem dotis ſuæ, dico ꝙ amplius non pōt agere,ex quo in eius facultatibus reperiuntur tot bona ex quibus indemnitati dictæ mulieris conſuli poteſt.Et pro hoc moueor.Nā ideò mulier ſocero aut uiro incipiente malè uti ſubſtantia ſua pōt petere dotē in tuto colocari: quia ꝑp tale initium dubium eſt ꝙ uergant ad inopiam,ideò per-

miſſa

miſſa eſt mulieri facultas agendi, licet tantũ ſit in bonis ipſorum ꝙ ſufficiat creditoribus & doti. Ita dicit Bart. in d. l. ſi conſtante in 1. col. ſed iſtud dubium ceſſauit in perſonam prædicti D. Ludouici ſoceri, de cuius uergentia ad inopiam non dubitatur cum ſit defunctus: ideo ſatis eſt ꝙ tantum in bonis ſuis reliquerit quod creditoribus & doti ſufficiat.

Nec ẽt concludit probatio facta de æſtimatione bonorum Do. Ludouici ex productione teſtamenti eius patris, quoniam illi æſtimationi ſtandũ nõ eſt, auc. quod obtinet. C. de prob. cum ibi notat.

5 Præterea † præſumitur ꝑfatus D. Ludouicus multa fuiſſe ſuperlucratus poſt mortẽ patris. l. cura. §. deficientiũ. ff. de muneribus & hono. l. ſi defunctus. C. de arbi. tutel. quæ regula procedit etiã in cauſa dotis, cum non reperiantur iura limitata in caſu ꝓpoſito: quia ut inquit Bald. in l. tutor. C. de ſer. pig.

6 dat. manumiſ. † tenaces ſunt regulæ iuris à quibus non eſt diſcedendum. & idem dicit in l. 1. in uerſic. quid de deportato. C. de hære. inſti.

Nec Bal. quem referunt aduocati ꝑdictæ mulieris in l. 1. C. de reuoc. his quæ in frau. credi. dicit ꝙ prędicta regula locum non habeat in caſu dotis. & hæc quo ad probationẽ q̃ dr̃ eſſe facta de inopia ſoceri. Inopia etiam uiri prædictæ mulieris nõ eſt probata: quia eius confeſſio non ſufficit quando agitur contra tertios poſſeſſores. Nec ex debitis paternis ad quorũ ſolutionẽ tenetur eſt probata eius uergentia ad inopiam, cũ eius hęreditatem adiue-

7 rit † cum beneficio inuentarij, uirtute cuius nullũ damnum conſequi põt ex aditione ipſius hæreditatis, l. fin. §. licentia. C. de iure deliberan. & hoc quo ad primam dubitationem.

8 Circa ſecundam dubitationẽ concludo † ꝙ exceptio excuſſionis opponi poteſt contra prædictã mulierem, prout tenet Cy. & ibi Salyc. in l. ubi adhuc, C. de iure dot. Specu. in tit. de don. inter uir. & uxo. in uerſ. ſed quo iure. Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. & in 12. col. & eſt cõis concluſio, quæ procedit etiã quando mulier comparet coram iudice adito ſuꝑ executione alicuius inſtrumenti opponens de iure hypothecæ ſibi acquiſitæ in bonis mariti: ſic decidit Paul. de Caſt. in l. 2. in prin. ff. ſolu. matr. & licet Bal. iunior in d. tracta. de dote. in 24. priuilegio, ſeptimæ par. diſſenſerit ab hac opinione Paul. de Caſtro uolens potius ſubtilizare, & aliquid noui adducere, quàm ueritatem ſequi, prout in multis articulis quos diſcuſſit in prædicto tractatu facere cõſueuit, diſcedendo à communi opinione doctorum, tamen uerior & probabilior eſt opinio Paul. de Caſt. quam comprobo duabus rationibus.

Prima ratio eſt, nã ſi in caſu in quo mulier agit ad dotẽ de iure cõi, uidelicet ſoluto matrimonio morte uiri locus eſt ꝑdictæ excuſſioni ut ꝑdixi, multo magis cõpetit dicta exceptio excuſſionis poſſeſſori in caſu ĩ quo mulier agit cõſtãte mr̃imonio ob

9 uergẽtiã uiri ad ĩopiã, & ſic de iure ſpeciali † cũ potentius ſit ius cõpetẽs alicui ex diſpõne iuris cõis, quàm ius cõpetens ex priuilegio ſeu ex iure ſpeciali. l. eius militis, §. militia miſſus. ff. de mili. teſtam.

10 Secunda ratio eſt. † Nã creditores poſſunt offerre dotem mulieri aduocanti bona uiri ꝓp inopiam conſtante matrimonio, & cõſequi prædicta bona. Ita concludunt Bal. Ang. Imol. Paul. de Caſt. Ludo. Rom. in d. l. ſi conſtante. & Bal. in auct. quod locum C. de collationib. quorum opinionem tanquam ueriorem approbat D. Alex. in d. l. ſi conſtante. col. antepen. & ratio huius deciſionis eſt ſecundum Io. de Imol. in d. l. ſi conſtante. col. antepe. quia ex hac ſolutione dotis ſuccurritur indẽnitati mulieris, q̃ poterit pecuniam dotalẽ deponere penes mercatorẽ idoneũ ad partẽ honeſti lucri, ideò æquũ eſt ſecundum eũ cõſuli creditoribus, ex quo id fieri põt abſque præiudicio mulieris: pari ergo ratione dicendum eſt in caſu propoſito conſulẽdũ eſſe prædicto D. Hannibali opponere exceptionem excuſſionis cum mulier poſſit cõſequi dotem ſuam in aliis bonis mariti, quæ proculdubio ſufficiunt huic doti, ſi rectè fiat prædictorum bonorum æſtimatio.

Capio tertiam dubitationem in qua uſ dicendũ

11 † ꝙ hæc exceptio excuſſionis opponi non poſſit poſt litem conteſtatã: quia eſt exceptio quædã dilatoria, & ſic opponenda ante litem conteſtatam, prout tenent Cyn. Bal. & Salyc. in l. exceptionem. C. de proba. Aret. in l. decem. col. 3. ff. de uerb. obli. cum ſuis concordantibus.

Sed hoc non obſtante dico exceptionẽ excuſſionis debito tẽpore fuiſſe oppoſitam: quia in prima cõparitione facta per Ser Hieronymũ de Catellanis fuit oppoſita dicta exceptio excuſſionis, & licet prius negauerit ius inſtandi cõpetijſſe & cõpetere ſeu cõpetere poſſe parti aduerſę, demũ obijcerit dictã exceptionẽ excuſſionis, ꝓ hoc nõ dicet, qm̃ dicta exceptio debito tẽpore fuit oppoſita, cũ immediate poſt dicta uerba negatiua ex quibus inſurgit

12 litis conteſtatio fuerit oppoſita. † paria ẽt ſunt ꝙ aliquid fiat ante litem conteſtatã, uel incontinenti poſt litem conteſtatã. Gl. eſt in l. Pomponius. §. rati. ff. de procurato. & Gl. in §. tutor. inſt. de auc. tut.

Non obſtat ſi allegaretur ſtatutũ ſub rub. de uocatis in iure & non uenientibus. ubi lis habetur pro conteſtata ſi non fuerit reſpõſum petitioni actoris infra tempus &c. quia illud ſtatutũ procedit in cauſis quæ habent inſtantiã, ut patet ex eius tenore, in quo præfigitur tẽpus intra quod cauſæ debeant terminari. Sed cauſa executiua qualis eſt iſta, non hẽt inſtantiam, ut probabitur: ergo nõ eſt locus prædi-

13 cto ſtatuto, † ꝙ autem in executiuis non ſit dare inſtantiã firmat Bar. in l. litibus. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. & ibi Ang. idẽ tenet Bald. in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. in 10. q. ff. de pac. Ang. de Are. in l. ab executore. ff. de appella. Franciſ. Areti. in c. pe. de indi. circa fin. cum ſuis concordantibus. conſe-

14 quentia patet † Nam quando ſtatutum tantũ diſponit & aliud præſupponit, non includit caſum in quo non põt uerificari illud præſuppoſitum, de hoc eſt Gl. in l. mancipia. C. de ſer. fug. quam reputat ſingularem Lud. Rom. ſing. 489.

In quarta dubitatione cõcludo quod ex ꝑdicto inſtrumento dotis non fuit obligatus præfatus Do.

15 Ludouicus ad eius reſtitutionem, eo, † quia Hieronymus eius frater cui mandatum fuit iniunctũ ad recipiendũ quantitatẽ dotis, non ſeruauit fines mãdati, ideo nullum eſt quidquid per ipſum geſtũ fuit, l. diligenter. ff. manda. c. cum dilecta de reſcr.

Quod aũt fines mandati per ipſum non fuerint

adim

adimpleti patet,nam fuit ei mandatũ ut reciperet mille ducẽtos ducatos auri,& tamẽ in ueritate ſolũ recepit medietatem dictæ ſummæ, cum altera medietas fuerit numerata D.Bartholomæo filio prędicti D.Ludouici, iſtud patet ex uerbis inſtrumenti, in quo dicitur qualiter D.Io.Campegius dedit,ſoluit,& numerauit p̃dictis D.Bartholomęo & Hieronymo procuratori prædictam quantitatẽ pecuniæ, & ſic unicuique pro parte.l.reos. §. cum in tabulis. ff.de duob.reis.& l.1.C.ſi plures una ſenten.Nõ obſtat dũ dicitur ꝙ dicta pecunia puenit ad ambos in ſolidum: quia iſtud attenta ueritate eſt impoſsibile,ut hr̃ probari in l.eandem.in primis uerbis.ff.de duob.reis.& licet ſecũdũ met Bar.alibi iſtud poſsibile ſit ſecundum fictionem, tñ in caſu noſtro non
16 poteſt cadere iſta fictio, † cum illa nõ poſsit induci ab homine in præiudicium alterius l.ſi fortè.ff. de caſtrenſ.pecul. & ſic non potuit Hieronymus obligando ſe inſolidum fingere, quòd pecunia ad ipſum inſolidum peruenerit, cum in ueritate partem tãtum receperit. Iſtud etiam patet ex eo quod habetur in l.2.§.mutui.ff. ſi cert. peta. per Bart. &
17 Doct. qui dicunt † ꝙ procurator habens mandatũ ad recipiendum pecuniam non obligat dominum confitendo ſe recepiſſe pecuniam.

Vltimò non obſtat, id quod dicebatur tenutam D.Hannibalis fore nullam & inualidam:quia facta pro maiori quantitate quam ſit ſumma debita,cum
18 fuerit facta ne dum pro ſorte † quinimò,& pro pœnis quæ exigi non poſſunt,ſiue ſint adiectæ quãtitati ſeu facto pp quantitatẽ, ut per Imol.& Alex.in l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de uerb.obli. & Roma. in conſil.510.& hr̃ per Alex.in conſi.49. incip.paucis utar.lib.4.Nã huic obiectioni reſpondetur quadrupliciter, & primo ꝙ pęna adiecta facto,ut puta pignorum pręſentationi exigi põt,ſic cõcludit Alex. referens Doct.in conſ.76.in fi.lib.5.ubi dicit hanc eſſe communem opinionem,& quę de facto hic Bononię ſeruatur.Prætereà qñ in contractu continente pęnam adiectam dationi iuramentum eſt appoſitum,tunc ex diſpoſitione l.ſi quis maior.C. de tranſact.illa peti poteſt uſque ad quadruplum.Sic decidit Pet.de Ancl.in conſi.147.inci. apud antiquos.

Tertiò rñdeo, ꝙ doctrina Doctorum in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de condi.indeb.procedit qñ
19 una erat ſumma pro qua † data fuit tenuta : ſecus ſi eſſent diuerſæ ſummę quarum una eſſet indebita: nam tunc non uitiatur in totum tenuta,imò ſuſtinetur reſpectu ſummæ debitæ.argu.l.1.§.ꝙ ſi duæ.ff. quorum lega.pro quo facit dictũ Bal.in l.ordo.circa fi.C.de execu. rei iudi. ubi dicit,ꝙ ſi aliquis nomine ſuo & fratris agat ad centũ, & in contumaciã debitoris detur ei tenuta pro illis centũ,deinde frater non ratificat,ualebit tenuta pro parte:quia duæ ſunt perſonæ,& ipſarum reſpectu ſunt duę petitiones,ſic in caſu noſtro cum duæ ſint ſummæ una ſortis altera pęnæ,duo cenſentur libelli ſeu petitiones l.ſcire debemus.& ibi Doct.ff.de uerb.oblig.

Quartò reſpondetur,ꝙ illa doctrina non procedit quando datur tenuta uirtute pacti executiui, ſic limitat Aret.in l.1.§.ſi ſtipulatus.col.pen. ff.de uerborum oblig. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator an poſſit iuriſdictionem banchi ad uſum macelli deputati alteri legare.*
2 *Rei legatæ dominium tranſit in legatarium.*
3 *Dominium rei locatæ non tranſit in conductorem.*
4 *Indignus eo quod eſt minus,multo magis indignus eſt eo quod eſt maius & è contra.*
5 *Permiſſa omnia ſunt,quæ à iure non prohibentur.*
6 *Res corporales & incorporales legari poſſunt.*
7 *Regulæ iuris tenaces ſunt à quibus non eſt diſcedendũ.*
8 *Hæres in omnibus ſuccedit in locum defuncti.*
9 *Legatarius in re ſibi legata loco hæredes habetur.*
10 *Legatarius præſumitur magis dilectus à teſtatore quàm hæres uniuerſalis.*
11 *Statutum correctorium iuris communis, ad alios caſus extendi non debet.*
12 *Facultas diſponendi cum conſenſu alterius ubi datur in aliqua diſpoſitione,non intelligitur de actu teſtandi.*
13 *Teſtandi uoluntas dependere non poteſt ab arbitrio alterius.*
14 *Ius patronatus transferri poteſt in laicum titulo legati ſine conſenſu capituli.*
15 *Statutum prohibens alienationẽ fieri in forenſem, an cõprehendat alienationem factam ex iuſſu teſtatoris.*

CONSILIVM CVIII.

1 Teſtator iure † legati reliquit Io.Baptiſtę quondam Franciſci Freſchi eius famulo iuriſdõnẽ unius banchi deputati ad uſum macelli Becharię.Cũ oibus ſupellectilibus ipſius teſtatoris exiſtentibus in dicta apotheca, & p uſu dicti macelli, modo dubitatur, an uiribus ſubſiſtat hmõi legatũ,maximè circa iuriſdictionẽ dictæ apothecæ.& dubitationẽ facit ſtatutum uniuerſitatis macellariorum poſitum ſub rubrica de modo,forma,tempore &c.in uerſi. Itẽ *che alcuno de la cõpagnia*,uidelicet in quo diſponitur ꝙ nullus de dicta ſocietate qui conduxerit aliquam apothecam à maſſario morellorũ poſsit aliquo modo tale banchũ tradere ad penſionẽ, abſque licentia dicti maſſarii.Cũ ergo non poſsit uirtute dicti ſtatuti conductor alicuius bãchi deputati ad uſum macelli,illud alteri locare ſine licẽtia maſſarii multo minus poterit illud legare:quia illud eſt maius:
2 † cũ p legatũ trãsferatur dñium rei legatæ i ipſum legatariũ.l.à Titio.ff.de fur.l.ſi tibi homo.§.cũ ſeruus,ff.de leg.1.ſed † nõ ſic p contractũ locationis.
3 l.non ſolet.ff.locati, † is ãt cui prohibitũ eſt id qđ
4 eſt minus,multo magis id qđ eſt maius cẽſetur ei ĩterdictũ & è ꝯ,l.q indignus.ff.de ſenatorib. & c. ex parte de decimis.c.p uras. de dona.ĩter uir.& uxo. Hoc tamen non obſtãte ueritas eſt in contrarium uidelicet,ꝙ imò uiribus ſubſiſtat hoc legatũ,& pręmitto illam uulgatã regulam quæ diſponit † ꝙ om
5 nia dicuntur permiſſa, quæ à iure non reperiuntur prohibita.l.nec nõ.§. quod eis.ff.ex q̃b.cau.maio. l.ſtatuas,C.de relig.& ſump.fun.c.nuper. de ſentẽ. excomm.ſed nullibi reperitur in iure prohibitum ꝙ iuriſdictio banchi,de quo agitur non poſsit legari:

gari:ergo hoc cenſetur permiſſum. Confirmatur.
6 † Nā pmiſſum eſt ne dū res corporales legari poſſe quinimò & incorporales, prout ſunt actiones, ſeruitutes, iuriſdictio, & hmōi. l. cętera. in princi. ff. de lega. 1. §. tā aūt incorporales. inſtit. de leg. ubi hoc
7 traditur pro regula, † cui inhærendū eſt, qm̄ ut inquit Bal. in l. 1. uerſi. quod de deportato. C. de hær. inſtituen. & in l. tutor. circa finē. C. de ſeru. pig. dat. manumiſ. tenaces ſunt regulæ iuris à quibus in dubio non eſt diſcedendū, licet ergo hoc legatū contineat quid incorporale, uidelicet ius bāchi, attamē ualebit, & effectū ſortiri debebit, iuribus ſuperius allegatis. Præterea & tertio huic dubio ius dicti bāchi tranſiuiſſet ad hæredes ipſius teſtatoris, ſi de illo non fuiſſet prouiſum per ipſum teſtatorem illud
8 legando, † cum hæres in oībus ſuccedat in locum defuncti. l. cum à matre. C. de rei uendi. & in auc. de iureiur. à morien. præſtito. in prin. ergo & pari rōne potuit transferri in hunc legatarium uirtute di-
9 cti legati, † cum ſit ꝙ legatarius in re ſibi legata,
10 habeatur loco hæredis. l. id tempus. ff. de uſuca. † & reſpectu rei legatę teſtator cenſeatur magis dilexiſſe legatariū, q̄ hæredem uniuerſalem. l. ſi quis eum. circa fi. ff. de condi. & demō. & ſic pater quod attēta qualitate rei legatæ nihil eſt quod impedire poſſit ualiditatē dicti legati. Si ēt cōſideretur pſona legatarii, nec hoc reſpū uitiari dēt hoc legatū, qa nō reperitur incapax huius legati cū nō cōnumeretur inter pſonas quibus prohibitū eſt poſſe legari, de q bus per gl. in §. legati. inſti. de lega. & quia iſte articulus modicā, imò nullā dubitationē cōtinet. ideò aliter non inſiſto in probādo aliis rōnibus quę poſſent adduci ad ueritatem huius concluſionis.

Solum ſupereſt, ut obiectioni adductę in contrariū rñdeatur, cui reſpondeo, ꝙ illud ſtatutum loqui
11 tur in contractu locationis † & cum ſit correctoriū iuris communis. l. nemo. C. loca. non debet extēdi ad caſum premiſſum. l. pręcipimus. C. de appe. & notatur in auc. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. cum ſuis concordantibus.

12 Præterea † ubi in aliqua diſpoſitione datur facultas diſponēdi cum conſenſu alterius, ꝑut diſponit præmiſſum ſtatutum, non intelligitur talis diſpoſitio de actu teſtandi ſeu ultimæ uoluntatis: qa nulla
13 † ultima uoluntas regulariter dependere pōt ab arbitrio & poteſtate alterius. l. captatorias. & l. illa inſtitutio. ff. de hære. inſti. & notatur in l. tam is. §. 1. ff. de dona. cau. mor. & in l. ſeniū. C. qui teſta. face. poſ. & ita dicit D. Alex. in cōſ. 155. inci. uiſis, & accuratè conſideratis. lib. 2. Et pro hoc facit id quod
14 decidit Frideri. de Senis in conſi. 222. ubi dicit † ꝙ licet ius patronatus non poſsit transferri in laicum titulo donationis inter uiuos ſine conſenſu epiſcopi, poterit tñ transferri titulo legati, nec erit opus conſenſus capituli, de quo habetur per Docto. in c. cum ſeculum. de iure patro.

Prætereà ubi prohibetur contractus inter uiuos, non tñ prohibetur contractus qui hēt originem ab
15 ultima uoluntate, † ut quia diſponit ſtatutum ꝙ in forenſes non poſsit fieri alienatio ex cōtractu inter uiuos bonorum immobilium & teſtator iuſsit prædiū uendi alicui forenſi. Ita decidit Io. And. in rub. de ter. permu. in addi. ad Specul. ubi refert diſputationē Oldra. de Laude. Idem tenet Io. de Imol. in l. ſi dignū. ff. ad leg. Falc. & in l. uxorem. §. agri plagā. ff. de leg. 3. Bal. in l. 1. in 2. col. C. com. de lega. & in l. ſi hęres. in prin. ff. de act. empt. ubi ex illo tex. infert ad quæſtionē ſtatuti diſponentis, ꝙ nulla actio poſsit uendi ſeu cedi forenſi: quia ſi aliquis hæres ſit iuſſus à teſtatore uēdere ſeu cedere, non incidit in pęnam uendendo ſeu cedendo: quia iſtud non facit ui contractus, ſed uirtute ultimæ uoluntatis. cū ergo præmiſſum ſtatutum diſponat de contractu locationis quam uult fieri non poſſe ſine conſenſu dicti maſſarij, & ſic diſponat de cōtractu inter uiuos, non uendicabit ſibi locum in hoc legato, & ſic ultima uoluntate. Et hęc eſt mera ueritas. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *In interdicto retinendæ ſeu uti poſſidetis, probans poſſeſſionem & rem cum titulo legitimo, an pręferri debeat probanti antiquiorem nullo tamen titulo comitatam.*

2 *Duo ſi probant ſe pariter poſſidere, & unius titulus eſt antiquior titulo alterius etiam eius poſſeſſio præſumitur antiquior.*

3 *Probans poſſeſſionem antiquorum ſine titulo, quādo pręferatur probanti iuniorem cum titulo.*

4 *Docens in interdicto uti poſſidetis de antiquiori poſſeſſione ſine titulo obtinet, etiam ſi aduerſarius doceat de poſſeſſione iuniori cum titulo.*

CONSILIVM CIX.

1 QVæſtio propoſita hęc eſt, uidelicet, † an interdicto retinendæ, ſeu uti poſſidetis probans poſſeſsionem, imò rem cum titulo legitimo, præferri debeat probanti poſſeſsionē antiquiorem nullo tamen titulo comitatam, in qua quęſtione uř dicendum ꝙ probans poſſesſionem cum titulo, licet iuniorem pręferri debeat, quia quando habet titulum, habet potiora iura l. 1. C. de edi. diui Adri. tollen. c. licet cauſam. de proba. Bar. in l. ſi duo. ff. uti poſsid. in 2. col. Qui
2 nimò, † ſi duo probent ſe pariter poſsidere unius tamen titulus eſt antiquior, titulo alterius etiam eius poſſeſsio præſumitur antiquior, ſic decidit Bald. in l. poſt ſententiam. in ulti. colum. C. de ſenten. & interlo. om. iudi. Areti. in l. ſi duo. §. fina. ff. de acquir. poſſeſsio.

Præmiſsis tñ non obſtantibus in caſu, de quo agi
3 tur concludendū eſt contrarium, eo, quia † quādo probatur poſſeſsio antiquior ſine titulo, ſi ex parte eiuſdem fuerit articulatum ꝙ poſſeſsio aduerſarij quæ eſt comitata titulo eſt clandeſtina reſpectu ſuę poſſeſsionis, tunc probans antiquiorē poſſeſsionē ſine titulo pferri debet probanti poſſeſsionem iuniorem, licet illam cum titulo conſequutus fuerit. Ita decidit Bar. & ibi clarius hoc notāt Io. dę Imol. & cæteri Moderni in l. ſi de eo. §. ſi. ff. de acq. poſ. & D. Alex. in cōſi. 130. inc. uiſa facti narratione. circa fin. lib. 5. Et ita limitantur ea quæ ſuperius adducta fuerunt pro parte contraria ſecundum Ludo. Rom. ī l. ſi de eo. §. ſi. ſuperius allegata. & idē tenet Alex. in

in conſil.88.incip.quoniam omne datum. lib.5.in
uerſ.ſed præmiſsis non obſtantibus.cũ ergo ex par
te eius cuius eſt poſſeſsio antiquior fuerit articula-
tum ꝙ poſſeſsio aduerſarii eſt clandeſtina reſpectu
ſuæ poſſesſionis,ipſe pferri debebit in iſto interdi-
cto uti posſidetis.Quinimo dicit Bal.in diſputatio
4 ne incip.accuſatus de ui turbatiua.in pen.col. † in
hoc interdicto obtinet ille qui docet de antiquio-
ri poſſeſsione ſine titulo, etiam ſi aduerſarius do-
ceat de poſſesſione iuniori cum titulo; dummodo
ille titulus fuerit acquiſitus poſt illam antiquiorem
poſſeſsionem, allegat in argumentum l.ſi fundus.
ff.de fundo dotali. Item quia alias quis de facili
ſupponeret aliquẽ à quo emeret & fingere ſe titulo
poſsidere. Adducit in ſimili notata per Docto.in l.
cogi.C.de peti.hæred.& hoc dictum Bald.ſequitur
Alc.in d.conſi.88.& iſtud idẽ uoluit Bar.ſi eius uer
ba rectè reſpiciantur in l.ſi duo.ff.uti poſsid.dũ di-
cit ꝙ ſi uterq; probet poſſeſsionẽ ęqualis tẽporis,
& unus oſtendat titulũ ſuæ poſſeſsionis, alter nõ, is
obtinebit qui oſtendit titulũ ſuæ poſſeſsionis, &
ſic uult Barto.ꝙ titulus proſit poſſeſſori qñ ex parte
utriuſque eſt probata poſſesſio ęqualis tẽporis.ſi er
go per alterum ſit probata poſſeſsio antiquior iſte
obtinebit,licet ex aduerſo ſit probata poſſeſsio iu-
nior cum titulo. Ex quibus concludo pronũciandũ
fore in fauorem eius cuius poſſeſsio probata eſt de
antiquiori tempore,licet per aduerſariũ ſit proba-
ta poſſeſsio iunior cum titulo. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Probans antiquiorem poſſeſſionem ſine titulo præfertur probanti iuniorem cum titulo dummodo articulet.*
2 *Poſſeſſionis iunioris clandeſtinitas an probari debeat, uel antiquior ſine titulo præferatur.*
3 *Poſſeſſio iunior pręſumitur clandeſtina, quãdo antiquior poſſeſſio patet.*
4 *Præſumptio iuris eſt liquidiſſima probatio.*
5 *Præſumptio onus probandi transfert in aduerſarium.*
6 *Præſumptio quæ pro aliquo eſt, vt illum ab onere probãdi eximat, debet deduci & allegari: aliàs nihil operatur.*
7 *Bona fides licet ex titulo præſumatur, debet deduci & articulari.*
8 *Notorium deduci debet, & allegari, licet releuet ab onere probandi.*
9 *Duo non poſſunt in ſolidum poſſidere uerè & legitimè.*

CONSILIVM CX.

MAgnifice D.Prætor in cã ſup interdi-
cto uti posſidetis,in qua his pximis
diebus aliqua adduxi in fauorẽ cliẽ
1 tis nři,concludo, † ꝙ probãs poſſeſ
ſionẽ antiquiorem ſine titulo pfer-
tur probanti poſſesſionẽ iuniorẽ cũ
titulo,dũmodo articulet &c. Intelligo p aduocatũ
partis aduerſæ fieri unũ fundamẽtũ in contrariũ,ui
2 delicet,ꝙ nõ ſufficit † articulari ꝙ poſſesſio iunior
ſit clãdeſtina:ſed iſtud pbari dẽt adducẽdo Pau.de
Caſt.in l.ſi de eo.§.fi.ff.de acq.poſ. ad qđ fundamẽ
tũ clarè rñdeo dupliciter,& primo negando ꝙ clan
deſtinitas poſſeſsionis iunioris probari debeat,eo
quia ſufficit ꝙ de illa clandeſtinitate fiat articulus
eo modo quo dictũ eſt.& hoc facto obtinebit,pbãs
antiquiorẽ poſſeſsionẽ,& ultra alias adducta,ita cõ
cludunt Ang.Imol.& Alex.in l.ſi de eo.§. fi.de acq.
poſ.qui utuntur iſtis uerbis formalibus,ſi duo pari-
ter probẽt de poſſeſsiõne,ſed unus eorũ probet de
antiquiori poſſesſionẽ, alter uero probet dominiũ
obtinebit probans antiquiorem poſſeſsionem dũ-
modo articulauerit ꝙ aduerſarius posſidet clam,re
ſpectu ſuę poſſeſsionis:ſecus ſi hoc nõ articulet,uel
ſimpliciter articulet, ꝙ poſsidet clam, & idẽ tenet
Alex.in conſi.108.incip.in cã uertente. lib.2.in 2.
par.Et ſi dicatur quare ſufficit articulare,& non eſt
neceſſaria probatio? reſpondeo ꝙ quando patet
3 † poſſeſsio antiquior,tunc poſſeſsio iunior præſu-
mitur eſſe clandeſtina.Ita decidit Bart. in l.ſi duo.
in 2.col.ff.uti posſidetis.Alex.in conſi.200.inci.ui
ſo,& diſcuſſo proceſſu.col.pen.lib.2.D.Sozi.in l.rẽ
quæ nobis.in 4.q.circa fin.ff.de acquir.poſſ.ubi de-
clarando dicta Bar.in l.ſi de eo.§.fi.dicit,ꝙ probãs
antiquiorem poſſeſsionem, & articulans eo modo
quo dictũ eſt,obtinet,quia præſumitur dicta poſſeſ
ſio iunior eſſe clandeſtina. Cum ergo pſumatur iu-
nior poſſeſsio eſſe clãdeſtina, nõ eſt opus ꝙ hoc a-
4 liter probetur † quia præſumptio iuris eſt liquidiſ-
ſima probatio.l.licet.ff.de leg.1.l. ſi quis locuples.
5 ff.de manumiſ.teſta. † Et præſumptio transfert o-
nus probandi in aduerſariũ.l.ſiue posſidetis.C. de
proba.l.generaliter.§.ſi petitum. ff. de fideicõ. li-
berta.rõne ergo huius præſumptionis quæ reſultat
in fauorem probantis poſſeſsionem antiquiorem,
ſatis dicitur eſſe probata clandeſtinitas poſſesſio-
nis iunioris,ideò non eſt opus alia pbatione. & ita
procedant dicta Paul.de Caſtr.in d.l.ſi de eo.§.fi.
Ratio aũt quare debeat articulare quod poſſeſ-
ſio iunior ſit clandeſtina reſpectu ſuæ poſſesſionis
antiquioris eſt, qa licet iunior poſſesſio pſumatur
6 clandeſtina,† & pſumptio q̃ eſt pro aliquo illũ exi-
mat ab onere probandi, illa tñ debet deduci & al-
legari,alias nihil operatur. l. ſi quis adulterium cũ
inceſtu.in prin.ff.de adulte.in uerbo utiq; ſi error
7 allegetur.Hinc eſt † ꝙ licet ꝙ ex titulo præſumatur
bona fides.l.pen.C.de euic.illa tamen dẽt deduci,
& de ea debet fieri articulus.Ita dicunt Bal.& Ang.
8 in l.ſuper longi.C.de præſcr.long. temp. † ſicut ẽt
dicimus in notorio quod deduci debet,& allegari,
licet ex eo releuetur pats ab onere probandi. iux-
ta Gl.in Clem.appellanti.de appel.
Prætereà & ſecundo reſpondetur ꝙ ex parte cliẽ
tis nři eſt probata poſſeſsio antiquior cõtinuata uſ-
que in pſentẽ diẽ,poſſeſsio ergo aduerſarii quæ eſt
iunior de neceſsitate cenſeri dẽt poſſeſsio clande-
ſtina abſq; alia probatione faciẽda p cliẽtẽ nřum.
9 † cũ duo nõ posſint in ſolidũ poſsidere uerè & legi
timè.l.3.§.ex cõtrario.ff.uti poſsi.& tenet Bar.in l.
ſi duo.in prin.in l.1.§.ꝙ ait ptor.in ultimis uerbis.
ff.uti poſsi.ubi cõtradicit ꝙ poſſeſsio alicuius pro-
betur eſſe clãdeſtina,eo ipſo qđ non probat antiqo
rẽ poſſeſsionem:& pro hoc dicit eſſe caſum in c. li-
cet cauſam. de probatio. Ex quibus ergo conclu-
dendum puto indubitanter pronunciandum eſſe in
fauo

faũorẽ cliẽtis nři, cuius cãm iterũ atq; iterũ cõmẽ
do dominationi neſtræ, q̃ felix ualeat. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum ꝙ uulnerans pęna pecuniaria puniatur, quam*
ſi infra decem dies non ſoluerit, ei manus amputetur, an
dicatur transfundere pœnam pecuniariam in corpora-
lem poſt lapſum decem dierum, uel copulatiuè pœna
corporalis dicatur appoſita, ut iudex omiſſa una aliam
poſſit imponere.

2 *Fideiuſſor nouatione facta an liberetur.*

3 *Iudex licet poſſit imponere pęnam pecuniariam omiſſa*
pœna corporali contra uoluntatem delinquentis ſeu in
eius præiudicium, in præiudicium tamen fideiuſſoris
iſtud non poteſt, & nu. 5.

4 *Pœnam pacis ruptæ non euitant, qui poſt promiſſionem*
factam cum pœna de ſe non offendendo applicanda ec-
cleſiæ pacem uiolarunt, & poſtea ſe reconciliauerunt.
Stipulatio habens certam formam inuito ſtipulatore nõ
poteſt immutari.

5 *Iudex non poteſt prorogare terminum datum ad ſoluen-*
dum in præiudicium fiſci.

6 *Dictio, omninò, præciſa eſt, & quid importet.*

7 *Statutum diſponens pupillum poſſe teſtari, non ualet.*

8 *Obligatus ad factum ex diſpoſitione Legis præciſè com-*
pelli poteſt ad implementum illius facti, ita ꝙ ſoluendo
intereſſe non liberatur.
Limitatio ad l. ſtipulationes non diuiduntur. in uer. Cel-
ſus. ff. de uerb. oblig.

9 *Dictiones præciſæ uim habent clauſulæ derogatoriæ.*

10 *Statutum exigens pœnam corporalem ſi ante decẽ dies*
pecuniaria no fuerit ſoluta, quid pro forma exigat.

11 *Forma à lege introducta immutari non poteſt.*

CONSILIVM CXI.

DIFFICVLTAS p̄miſſæ conſulta-
tionis, quam ſubtiliter & elegãter
enucleauit eximius decretorũ Do-
ctor D. Pet. And. Gammarus princi
1 paliter uerſari uĩ; † an ſtatutum al-
legatum diſponẽs ꝙ uulnerans ali
quem puniatur pęna pecuniaria, quam ſi non ſolue
rit infra decem dies, tũc ei omnino manus debeat
amputari &c. dicatur transfundere pęnam pecunia
riam in pęnam corporalem poſt lapſum decem die
rũ, an uero accumulatiuè dicta pęna corporalis cẽ-
ſeatur appoſita, ut ꝙ iudex poſſit omiſſa pęna cor-
porali imponere pęnam pecuniariam.

In qua difficultate Bar. in l. cũ duobus. in §. item
rũdet. ff. pro ſocio, ſentit ꝙ dicta pęna cenſeat ap-
poſita accumulatiuè, & ſic iudex poterit omiſſa pœ
na corporali delinquentem punire pęna pecunia-
ria, huius opinionẽ ſequitur Ang. in l. ita ſtipulatus
la grande, ff. de uerb. obl. Lud. Roma. in l. 1. §. quod
poſt operis, col. pen. ff. de uerb. oblig.

Hoc tamen nõ obſtante cõcludo, & uerius, ꝙ di
cta pęna pecuniaria per lapſum decẽ dierum dicit
transfuſa in pęnam corporalem. Iſtud uolunt Io. de
Imol. & Doct. in l. ſi is qui pro emptore, ff. de uſuca.
ubi decidẽtes quæſtionem quam Bar. ibi circa 15.
col. relinquit indeciſam. dicunt ꝙ quando ſtatutũ
imponit delinquenti pęnam pecuniariam, & ſi illã
non ſoluerit infra menſem, uult ꝙ puniatur pœna
corporali, uĩ transfuſa pęna pecuniaria in pęnã cor
poralem poſt finem dicti menſis. & ſic pęnæ pecu-
niariæ ꝑꝑ hanc transfuſionem non eſt ulterius ha-
benda conſideratio. l. 1. §. ſi ita. ff. ad leg. Falcid. & l.
obligationum fere. §. fi. ff. de act. & oblig. & l. ſi pe-
num. & l. cum fine. ff. quando dies legat. ceda. & idẽ
uult Ioan. de Imol. in l. ita ſtipulatus. in 10. col. ff. de
uerbo. oblig. ubi dicit ꝙ iſto caſu fit quædam noua
tio, cum pęna pecuniaria trãsfundatur in pęnã cor
poralem. l. 1. ff. de nouatio.

2 Infertur ergo, † ꝙ fideiuſſor datus in p̄miſſa cau
ſa omnino eſt liberatus uirtute dictæ nouationis
ſeu trãsfuſionis. l. nouatione. C. de fideiu. & l. noua-
tione, ff. de noua. Ful. ĩ ꝯſ. 130. ĩc. Matthęus. col. pe.

3 Cõfirmatur iſta concluſio: † nam immediate fa
cta dicta transfuſione ius liberationis fuit acquiſi-
tũ ipſi fideiuſſori, nõ poterit ergo iudex uolẽs impo
nere pęnam pecuniariã ipſi delinquenti præiudica
re ipſi fideiuſſori in hac ſua liberatione: arg. l. fin. ff.
de pac. & l. ſi partẽ. §. 1. ff. quemadm. ſeruitu. amitt.
faciunt nota. per Baſ. & Io. de Imol. in l. Inſulam. §.
4 fi. ff. ſolu. mat. qui ex illo textu inferunt, † ꝙ ſi duo
inimici pacem inierunt, quam promiſerunt nõ uio
lare ſub certa pęna applicanda eccleſiæ, ſi contin-
gat poſtea eos pace rupta iterum reconciliari, per
hoc non euadetur pęnam eccleſiæ applicandã, qa
ſtipulatio habuit certam formam, quæ inuito ſtipu
latore non potuit immutari, l. uero procuratori, ff.
de ſoluti. Iſtud ſuadetur optimo ſimili, quod ponit
Lud. Rom. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de nou. ope. nũ.
5 col. ult. ubi dicit, † ꝙ iudex non poteſt prorogare
terminum datum ad ſoluendum in præiudiciũ fiſci
per tex. in l. ſi in lege, ff. loca. licet ergo iudex poſſit
imponere pęnã pecuniariã omiſſa pęna corporali
contra uoluntatem ipſius delinquentis, ſeu in eius
præiudiciũ, tamẽ in præiudiciũ fideiuſſoris cui ius
liberationis fuit acquiſitũ iſtud facere non poterit.
& ex p̄dictis patet rñſio ad nota. ꝑ Bar. in d. l. cũ duo
bus. in §. idem reſpondet. ff. pro ſocio.

Pręterea aduertendum eſt, quia ſtatutũ prædictũ
multũm p̄ciſè loquit̃, dum dicit ꝙ omninò manus
delinquenti debeat amputari ſi infra decendium
à die commiſſi criminis pęna pecuniaria nõ fuerit
ſoluta, ex quibus uerbis infero ꝙ iudex nõ poterit
omiſſa pęna corporali imponere pęnam pecunia-
6 riam; † eſt. n. uerbũ, omnino, dictio pręciſa, & im-
portat idem ꝙ nullo modo contrarium ſtatui poſ-
ſit, iuxta Gl. in Clem. ut hi qui. in uerbo, nullo mo-
do, de ętate & qualitate. facit tex. in l. 3. §. ex hoc e
dicto, ff. naut. caupo. ſtabul. & Gl. in Clem. 1. in uer
bo. oĩno, de uita & hone. clerico. not. Io. And. in c.
ſi beneficia. de pręb. lib. 6. ideo dicũt Ang. & Imol.
7 in l. ſi quæramus. ff. de teſt. & Imol. in c. 2. eo. tit. † ꝙ
nõ ualet ſtatutũ diſponens pupillũ poſſe teſtari, eo
quia tex. in l. fi. C. de milita. teſta. dicit omnino ꝓ-
hibemus pupillũ poſſe teſtari. Ideò Bar. in l. ſi cũ ex
ceptione, §. ſed & ſi quis, ff. qđ met. cau. ex illo tex.
8 dicẽte ꝙ oĩno facere cõpellatur. infert † ꝙ obliga-
tus ad factũ ex diſpõne legis p̄ciſè cõpelli põt ad
implementũ illius facti, ita ꝙ ſoluẽdo intereſſe nõ

liberatur,& ſic limitatur tex. in l. ſtipulationes nō diuiduntur. in uerſi. Celſus. ff. de uerb. obli. Ex quibus ergo cōcludendū eſt, ꝙ iudex nō pōt omiſſa pęna corporali imponere pęnā pecuniariā, cū diſponat ſtatutū ꝙ oīno manus amputetur delinquenti.

9 Confirmatur:† nam dictiones ꝑciſæ habent uim clauſulæ derogatoriæ, dictū eſt notabile Iacobi de Aren. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. quod refert,& ſequitur Abb. in c. 2. de reſcrip. & plures alij

10 Doctores qui allegantur ibi in apoſtillis.† Infertur ergo, ꝙ pro forma ſtatutum prædictum exigat ut imponatur pęna corporalis poſt lapſum decem dierum, iuxta tradita per Bal. Alex. & Moder. in l. 1. ff.

11 de libe. & poſthu. † forma autem à lege introducta immutari non poteſt. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de uerb. obl. Bal. in l. inſtitorē. ff. ſi cer. peta. & l. ſi teſtamentū. C. de teſta. cum ſuis concordantibus. Et ex iſtis & ex alijs prudenter deductis in ꝑmiſſa cōſultatione, idē cōcludendū puto, qđ per Do. Conſulentē ſuperius concluſum fuit. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia an nulla dici poſſit ob denegatas defenſiones, & num. 2.*

Sententia etiam condemnatoria lata nullis factis probationibus ualida eſt & tenet.

2 *Sententia lata nullis datis dilationibus ad probandum, nulla remanet.*

Dilationes ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij.

3 *Sententia redditur nulla cum de cauſa non liquet.*

4 *Sententia lata in caſu in quo nihil fuit agitatum in cauſa, præſumitur lata à iudice non inſtructo, & nulla eſt.*

5 *Citatio partis quando requiratur in delatione iuramenti neceſſarij.*

6 *Iudex appellationis poteſt ſententiam reformare ex nouis actis.*

7 *Sententia nulla reformari non poteſt per iudicem appellationis.*

L. Titianus. ff. quod cum eo, quomodo procedat.

8 *Carens nomine caret effectu ipſius nominis.*

9 *Verba legis uel ſtatuti quibus non congruunt, nec illos cōplectitur legis diſpoſitio.*

10 *Statutum ꝙ frater poſſit repellere ſororem à ſucceſſione patris, eam congruenter dotando, an comprehendat caſum in quo auus deceſſit relicta nepte ex filio prædefuncto, & nepote ex altero filio præmortuo.*

11 *Statutum exorbitans à iure communi an debeat extēdi.*

12 *Teſtis in cauſa propria non admittitur.*

13 *Officialis ratione iuramenti quod ſibi defert ſtatutum, conſtituitur teſtis in cauſa propria.*

14 *Extenſio in pœnalibus non admittitur.*

15 *Homicidium niſi plenè conſtet eſſe commiſſum, non poteſt iudex ſine indicijs procedere.*

16 *Statuto diſponente ꝙ contra inſtrumentum nihil poſſit opponi, opponi poteſt ꝙ qui facit inſtrumentum non eſt notarius.*

17 *Statutum ciuitatis recognoſcentis ſuperiorem non poteſt appellationem prohibere, ita nec conſuetudo hoc introducere poteſt.*

18 *Statutum & conſuetudo ſunt paris potentiæ, & unū nō differt ab altero niſi ut expreſſum à tacito.*

19 *Conſuetudo per non uſum, uel ex eo quod non eſt geſtum non introducitur.*

Non entis nullæ ſunt cauſæ.

20 *Aduocati qui debent iurare de calumnia ſi non iurarūt, quia non fuit petitum, non dicitur derogatum legi, nec conſuetudo eſt introducta.*

CONSILIVM CXII.

IN cauſa uertente inter cōductores datii uini parte una,& Iacobum de Zopis ſeu eius uxorem parte altera, quatuor dubia ueniunt diſcutiēda.

Primum dubium eſt, an ſentētia lata contra præfatum Iacobum dicatur eſſe nulla ex eo, quia per iudicem fuerunt denegatę defenſiones.

Secundum dubium eſt, an præſuppoſito ꝙ dicta ſententia ſit nulla, an poſsit iudex appellationis ex nouis actis illam reformare.

Tertium dubiū eſt, an capitulū conceſſum præfatis datiarijs diſponēs, ꝙ credatur denuntiatori ſecreto cū ſacramēto conductoris datij, uel eius officialis, uendicet ſibi locū contra præfatum Iacobū.

Quartū eſt dubium, an ipſi Iacobo ſit adempta facultas appellandi à prædicta ſententia contra eū lata, cum ſit ꝙ ab huiuſmodi ſententijs nullus unquam appellauerit.

Deuenio ad primū dubium, in quo uř dicendū,

1 † ꝙ ſententia non poteſt dici nulla, ex eo, ꝙ fuerint denegatæ defenſiones præfato Iacobo, eo, quia ſententia etiam condemnatoria lata nullis factis probationibus ualida eſt & tenet. Ita uolūt Bar. & Bal. in l. prolatam. C. de ſent. & interlo. omn. iudi. ꝑ tex. in l. argentarius. §. cū āt. ff. de edendo. & idē firmat Bal. in l. pen. col. ult. C. ſi aduerſus rem iudi. & in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. extra de conſti. Mouetur, qa media cauſę,& ſic probationes non ſunt de ordine ſubſtantiali iudicij, licet ſint de iuſtitia. ideò neceſſaria eſt appellatio,& huic opinioni inhæret Phil. Peruſin. in repeti. c. dilecto. in 69. col. de appella. in uerſi. ſecundus caſus eſt. ubi dicit imputandum eſſe parti ſi non appellauit, quæ debuit appellare, & ſic proceſſus non eſt nullus, nec ſententia,& hanc opinionem ſequitur etiam Fely. in d. c. eccleſia Sanctæ Mariæ. col. 10. de conſtitu.

Sed iſtis non obſtantibus, concludo ex capite ꝑ-

2 miſſo † nullā fore dictam ſententiam, eo, quia lata fuit nullis datis dilationibus ad probandū, quę quidē dilationes ſunt de ordine ſubſtantiali ipſius iudicis, ideo illis omiſsis ſentētia redditur nulla, iuxta nota. per Gl. in l. prolatā. C. de ſenten. & interlo. om. iud. & in c. de cauſis. de off. deleg. & ꝙ dilationes ſint de ordine ſubſtantiali iudicii, iſtud ſentit Bar. in l. ſi de meis. §. ſi. ff. de arbitr. & in l. properandum. §. 1. C. de iudi. dum dicit ꝙ non poteſt dici liquere de cauſa in caſu in quo non fuit data dilatio

3 ad probādum. Cum ergo nō liqueat de cauſa † ſentētia reddetur nulla ueluti lata abſq; cauſę cognitione. c. cū ex literis. de reſt. in integrum, & ibi no. Doct. & Bar. in d. l. prolatam. Et ꝙ ex hac cauſa ſententia reddatur nulla. firmat expreſsè Bald. in d. l. prolatam. Ioan. de Imol. & Abb. in capitu. eccleſia

Sanctæ

Sanctæ Mariæ.col.2.de conſtitut.ubi pro hac opinione Abb.adducit dicta Inno.in c.tria.circa fi.de cohabi.cleric.& mulier.& hanc opinio.approbat ibi Philippus Decius in uerſi.ſecunda concluſio.reprobans opinionem contrariam ſuperius relatam, & rñdet fundamentis D.Phili.Peruſin.in d.c.dilecto,de quo ſupra facta fuit mentio.& dicit Abb.Panor.in c.afferte mihi gladium,in 2.col.de præſum. ꝙ iſta opinio communiter tenetur,& approbatur ꝑ Doctores in d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ,& ſic ergo tollitur obiectio facta in contrarium.

Prætereà eſto ꝙ illa opinio primò relata eſſet ue-
4 ra,tamen limitatur nõ procedere in caſu, in † quo nihil fuit agitatũ in cauſa:quia tunc præſumitur lata ſententia à iudice minus inſtructo,& ſic ſentẽtia erit nulla.c.nos in quemquam.2.q.1.c.tũ ex literis ſuperius allegato.Et ita prædictã opinionem prius relatam limitat &declarat Panor.in repetitione d.c.eccleſia Sanctæ Mariæ.col.3.& in c.afferte mihi gladiũ de pſum.Cum ergo in cauſa iſta nihil fuerit agitatũ:quia ſolũ pars fuit citata ad uidẽdũ produci inquiſitionẽ.Item ad audiendum ſententiam,ex quibus actis in nihilo poteſt dici iudicem fuiſſe inſtructum in cauſa,dicendum eſt,& indubitanter ex hoc capite nullam fore præmiſſam ſententiam.

Prætereà non apparet ex proceſſu officialẽ ſeu conductorẽ datij uini ſubiuiſſe iuramẽtum de quo in c.nec partem ad id fuiſſe citatã, ideò nullus redditur ipſe proceſſus:arg.tex.in l.bonæ fidei,in uerbo cauſa cognita.C.de reb.credi.per quem no. ibi
5 Ang.† ꝙ qñ defertur iurm neceſſarium, neceſſaria eſt partis citatio:alias nulla eſt delatio iuramenti, & idẽ tenet Domini.in c.fi.col.2.de teſtib.lib.6.& Moder.repetentes in l.admonendi,col.pe.ff.de iureiur.Et ſi diceretur pdicta procedunt in iuramẽto neceſſario,quod põt deferri tam actori quàm reo: ſed ſecus eſt in caſu præmiſſo,in quo iuramentũ defertur officiali ex diſpoſitione ſtatuti,nam tunc nõ eſt neceſſaria partis citatio:per ea quæ notant Domini de Rota deciſione 257.in ordine nouiſſimo, quos ſequitur Alex.in conſi.130.inci. difficultas.libro 1.ubi concludunt ꝙ in delatione iuramenti de quo in c.fi.quod metus cauſa, & in l.ſi quando.C. unde ui. non eſt neceſſaria partis citatio. Huic obiectioni reſpõdetur,ꝙ ideò in illo caſu non eſt neceſſaria partis citatio,eo,quia ſufficit ꝙ pars fuerit citata ad probationẽ uiolentiæ,uel metus,& ad taxationẽ faciendã per iudicem,ideò non requiritur alia citatio. Iſtam rationẽ tradunt Dñi de Rota deciſione 94.quos ſequitur Io. de Imol.in c.fi. col.8. quod metus cauſa. Sed hæc rõ ceſſat in caſu nõ, in quo pars non fuit citata ad aliquem actũ probatoriũ:debuit ergo citari tempore delationis huius iuramenti,& hæc quo ad primam dubitationem.

6 Capio ſecundum dubium,in quo uidetur dicendum † iudicem appellationis ex nouis actis poſſe reformare dictam ſententiã,per tex.cum ibi nota. in l.Titianus.ff.quod cum eo.

Sed breuiter iſtum articulũ reſoluendo conclu-
7 do † dictam ſententiam cum fuerit nulla non poſſe reformari per iudicẽ appellationis,pro hoc eſt tex. in c.cũ dilecti.de empt.& uendi. per quem textum Bal.in l.2.in 14.q.C.de reſcind.uendit.dicit quòd partes iudicis appellationis ſunt in caſſando ſentẽtiam qñ proceſſus eſt ineptus,nec tunc habet locũ d.l.Titianus.quæ uult ꝙ iudex appellationis ſuppleat defectum iudicis à quo:quia illa lex procedit niſi proceſſus ſit ineptus,quod reputat menti tenẽdum,& idẽ tenet Do.Alex.in d.l.Titianus.cum ſuis concordantibus.

Deuenio ad tertium dubium,in quo concluſiue procedendo dico,ꝙ in prædicto capitulo non comprehenditur prædictus Iacobus,cum non ſit ſtipendiarius,capitaneus,officialis,nec habeat aliquã ex
8 qualitatib. de quib. in dicto c.†quod.n.caret noie,
9 caret effectu ipſius nois, l.à nullo,C.de feriis, † & quibus non congruunt uerba legis uel ſtatuti, nec illos complectitur legis diſpoſitio.l.quod conſtitutum.ff.de nulita.teſta.l.4.§.toties.ff.de damno infect.& pro hoc facit pulchrũ dictũ Bal.in l.ſcimus. in 7.q.C.de inoff.teſtam.in prin.ubi quærit, dictat
10 † ſtatutum, ꝙ frater poſſit repellere ſororem à ſucceſſione patris eam dotando congruenter, an hoc ſtatutum uẽdicabit locum in caſu in quo auus deceſſit relicta nepte ex filio prædefuncto,& nepote ex altero filio præmortuo,& concludit ꝙ ſic, dicit tamen ſecus eſſe ſi ex filia præmortua non ſuperesſet neptis,ſed nepos:quia cum in eo non uerificetur dos de qua ſtatutum facit mentionem,locus nõ erit prædicto ſtatuto:argum.l.ita autem. in principio.ff.de tuto.adminiſtra.& l.conſtitutiones.ff.ad municipa.

11 Nec dicatur † ꝙ hoc ſtatutum debeat extendi ad caſum noſtrum ex rationis ſimilitudine, licet ſit exhibitas,c.cum dilecta.de cõfirm. utili uel inutili,l.filium habeo.ff.ad Macedonia.cum uulgarib. quoniam iſta extenſio in caſu iſto non eſt permiſſa, cum dictum capitulum ſeu ſtatutum ſit exorbitans
12 à iure cõi,quo diſponitur, † ut quis non poſſit eſſe teſtis in cauſa propria.l.nullus.ff.de teſtib.& l. om-
13 nib.C.eo.† & ratione iuri qd defert ſtatutũ officiali conſtituitur teſtis in cauſa propria.l.fi.C.de fidei
14 com.† Item eſt pœnale dum imponit pœnam centũ ſolidorum pro qualibet corbe uini,ex hoc ergo duplici uinculo prohibita eſt extenſio , licet alias ex uno tantum eſſet permiſſa, de hoc eſt Gloſ.in Clemen.utique.in uerbo,in eiſdem, de ætat.& qualit. & hanc doctrinam ponit etiam Aret. in c.per tuas. de proba. col.pen.inducens pro hoc tex.in l.ſi uxorin prin.de adulte.

Prætereà aduertendum eſt, ꝙ per capitulum pdictum dum diſponit ꝙ credatur denuntiatori cum ſacramẽto conductoris,intelligi dẽt reſpectu quantitatis uini uenditi,& hoc ſtatuit propter difficultatẽ probationis,ut in ſimili habetur in c.fin.quod metus cauſa.& in l.ſi quãdo.C.unde ui. Sed tamen delictum ipſum,uidelicet ꝙ uinum quis uendiderit,legitimè probari debet,nec aliter diſponitur in d.c.ſi rectè eius uerba inſpiciantur. Et pro hac conſideratione eſt tex.in l.ſi quando.C.unde ui. in uerbo patefacta,per quem tex.notant ibi Bal. Salyc.&
15 Modet. † ꝙ ſi ſtatuto cauetur ꝙ contra homicidas poſſit iudex certo modo procedere,ut puta ſine iudicijs,oportebit tamen conſtare plenè ꝙ homicidium fuerit commiſſum , & ꝙ homo ſit occiſus, & hæc doctrina põt cõprobari ex dictis Bar.í l.diuus.

16 ff.de milit.teſta.dum uult † ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ut contra inſtrm nihil poſsit opponi,oportebit tñ cõſtare ꝙ ſit inſtrm.ideò poterit opponi,ꝙ is qui cõfecit inſtrumentum non erat notarius:& iſta eſt uera & clara interpretatio huius capituli.

In quarto dubio cõcludo per ea quæ allegãtur de conſuetudine non eſſe interdictã facultatẽ appellãdi.licet cõſtaret unquam fuiſſe appellatũ ab hmói
17 ſententijs: † quia ſtatuto ciuitatis recognoſcentis ſuperiorem non poteſt prohiberi appellatio.c.uenientes de iureiu.ergo nec conſuetudine iſtud po-
18 teſt introduci, † cum fuit pars potentiæ ſtatutum, & conſuetudo, & unum non differat ab altero niſi ut expreſſum à tacito.l.de quibus.ff.de legib.

19 Prætereà † per non uſum, uel ex eo quod nõ eſt geſtum non introducitur conſuetudo, quia nõ entis nullę ſunt cauſæ,c.bonæ.el primo,de elec.c.diſſoluẽdum.de ſponſat. impub.& ita not.Cyn.in l.2. in uer.ſumus expediti.C.quę ſit long. conſuet.Bal. in l.de quibus.in 12.col.uer.ſed nunquid ex actibus.ff.de legib.Alex.in cõſi.132. inci.ſuper primo dubio,lib.1. & in conſi.136.inci.in cauſa uertente col.pen.lib.2.idem uoluit Io.And.in c.Io. de cleric.coniug.ubi ponit hoc exemplum.domus minabatur ruinam,& nunquam fuit præſtita cautio dãni infecti uicinis: qa nũquã fuit petita, certè per talem non uſum etiam reiteratum non introduceretur conſuetudo,nec tolleretur,nec diſponens cautionem eſſe præſtandam de dãno infecto, ponit ẽt aliud exemplum in l.rem nõ nouam.§.patroni.C.
20 de iudic.ubi dicitur, † ꝙ aduocati debent iurare de calumnia,certè ſi non iurarunt, qa non fuit petitum, per hoc non diceretur derogatũ pdictæ legi, nec cõſuetudo eſſet itroducta.& hęc dicta Io.And. ſequitur Alex.in conſ.96.inci.uiſo teſtõ.col.4.lib. 2.ex qbus cõcludo ꝙ licet nullus unquã appellauerit à ſnĩa dictorũ officialiũ,attamẽ ex iſto non actu nõ dicetur introducta cõſuetudo,nec dicetur derogatũ legi permittenti appellationẽ à quolibet grauamine.c.de appellationibus.extra de appel.Cętera ſuppleat doctrina & integritas Dñorum Iudicũ. qui in pręmiſſa cã iudicaturi ſunt. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres ſemel excluſæ ab emphyteuſi per exiſtentiam aliorum,an perpetuo remaneant excluſæ.*
2 *Maſculus in feudis excludit fęminam,ſi de ea mentio habeatur in inueſtitura.*
3 *Feudũ maſculo mortuo reuertitur ad dominum à mota fœmina quæ ſemel per maſculum fuit excluſa.*
4 *Excluſus per exiſtentiam filij militis à ſucceſſione caſtri perpetuo remanet excluſus,licet filius militis ſine liberis decedat.*
5 *Filia ſemel excluſa per maſculum ab hæreditate patris ex ſtatuto mares fœminis præferente, ſemper excluſa remanet,etiam poſt fratris mortem.*
6 *Accipiens emphyteuſim uidetur uelle ſe conformare cũ diſpoſitione ſtatuti,& nominatos in inueſtitura uocare ordine ſucceſſiuo.*
7 *Teſtator inſtituens fratrem,& liberos,illos ordine ſucceſſiuo uocare intelligitur.*
8 *Teſtator priores in gradu præſumitur prædilexiſſe,& ſic filias neptibus,& illas maiori commodo afficere.*
9 *Contrahentium uериſimilis mens potius inſpicienda eſt in contractibus,ſicut in ultimis uoluntatibus,quàm uerborum conceptiones.*
10 *Filio grauato reſtituere hæreditatem poſt mortem, ſi deceſſerit ſine liberis,fideicommiſſum non extinguitur, ſi decedat ſuperſtite filia fœmina.*
11 *Per exiſtentiam maſculorum qui ad bona emphyteutica fuerunt admiſſi,fœminæ non cenſentur ab illis excluſæ, imò poſt mortem maſculorum ſunt admittendæ.*
12 *Fœmina à ſucceſſione feudi excluſa per maſculũ,an perpetuo excluſa remaneat.*
13 *Superioris conceſſio taliter eſt interpretanda, ut alteri non fiat præiudiciũ,etiam eius uerba impropriando.*
14 *Conceſſio in emphyteuſim uitio obreptionis obtenta,non ualet.*
15 *Legitimatio uitiatur,tacito ꝙ extant filij legitimi & naturales uel agnati legitimi ſucceſſores.*
16 *Ius alicui competens ex perſona domini in emphyteuſi, non poteſt eo inuito auferri,& nu.17.*
17 *Actus noſtri uoluntarij limites uoluntatis noſtræ, non egrediuntur.*
18 *Pœnam pacis ruptæ non euitãt,qui poſt promiſſionẽ factam ſub pęna de ſe non offendendo applicanda eccleſiæ pacem uiolarunt,& poſtea ſe reconciliauerunt.*
19 *Legitimatus non poteſt ſuccedere in emphyteuſi conceſſa pro ſe,& deſcendentibus ex legitimo matrimonio.*
20 *Legitimatus excludit ſubſtitutum,niſi teſtator dixerit,ſi deceſſerit ſine filijs legitime natis.*
21 *Diſpenſatio potius quàm legitimatio dicitur illa quæ fit de filio nato ex ijs inter quos matrimonium eſſe non potuiſſet.*
22 *Legitimatus cum clauſula,abſque pręiudicio uenientiũ ab inteſtato,dicitur legitimatus quo ad quid, non quo ad omnia.*
23 *Legitimatus non excludit ſubſtitutum,in legitimatione non citatum,nec conſentientem.*
24 *Præſcriptio currens alicui reſcindi poteſt beneficio reſtitutionis in integrum ex iuſto impedimento uel ignorantia.*
25 *Præſcriptio quare contra aliquem currat.*
26 *Ignorans non cenſetur ſuum remittere.*
27 *Præſcriptio ignoranti uel impedito non currit de Canonica equitate.*

CONSILIVM CXIII.

ANIMADVERSIS ijs q̃ in themate mihi exhibito deducta fuerũt,uiſis quoq; & cõſideratis omnibus q̃ ſubtiliter & copioſè in mediũ adduxit conſumatiſsimus Iuriſconſultus D.Bonifacius Elephãtutius compater honorandus,in pręmiſſa cõſultatione,uidetur in ea fore conſideranda quatuor dubia diſtincta,ut propoſitæ difficultatis materia perfectè diſcuti poſsit.

Primum dubium eſt,an prædictæ mulieres uolẽtes admitti ad hæc bona emphyteutica excludi poſſint, ex eo ꝙ Iacobus deceſsit ſuperſtitib.filiis maſculis,qui ſucceſſerunt in prædictis bonis emphyteuticis.

Secundum dubium eſt,an appropriatio facta de dictis

dictis bonis per Beninum ualuerit in præiudicium dictarum mulierum.

Tertium dubium eſt, an legitimatio facta p Beninum de eius filio illegitimo ualuerit, ita q ueluti factus legitimus hæres patris excludere poſsit præfactas mulieres à dictis bonis.

Quartum & ultimum dubium eſt, an dictis mulieribus obſtet exceptio præſcriptionis qua ſe tueri conatur pars aduerſa.

Capio primum dubium, in qua prima fronte di-
1 cendum ur prędictas † mulieres non fore ulterius admittendas ad hanc emphyteuſim, cum ſit q ab ea fuerint ſemel excluſæ per exiſtentiam Io. & Benini fratrum, & filiorũ dicti Iacobi, qui ſoli in iſtis bonis emphyteuticis ſucceſſerunt, perpetuè ergo remanebunt excluſæ, ita quod nec poſt mortẽ dictorum Benini, & Io. ius nullum conſequi poſsint uendicandi hæc bona: arg. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacrã. ff. de uerb. oblig. & Luxoris abortu. C. de hære. inſtit.
2 Hinc eſt † q ſi alicui fuerit conceſſum feudum pro ſe, filijs maſculis, & fęminis, quo caſu fęminæ non admittuntur ad ſucceſsionem feudi maſculis extãtibus. c. 1. in §. quinetiã. in titulo epiſcopũ uel ab-
3 batem. in uſib. feud. ſi contingerit † q maſculus in feudo ſucceſſerit, demum moriatur ſupſtite ſorore, illicò feudum reuertitur ad dominũ amota fęmina quæ ſemel p maſculũ fuit excluſa. Ita decidit Bald. in d. c. 1. §. quinetiam. & in c. 1. de filijs nat. ex matrim. contract. ad morga. Io. Calde. in rub. de feud. conſi. 4. & Pet. de Anch. in conſi. 221. inci. hęc quæſtio uulgaris. & hanc opinionem approbat Reuerẽdisſimus D. Card. Alex. in d. c. quinetiã. Et hæc cõprobantur ex ijs quæ decidunt Cyn. & Bald. in auct. ſed ſi quis. in ult. q. C. de ſecund. nup. & Bal. in l. fi. in 20. q. C. de hære. inſti. ubi quærunt de hac quæſtio-
4 ne. † Rex conceſsit caſtrũ militi & hæredi ex eius corpore nato, & ſi contingat q miles decedat ſine hæredibus ex eius corpore natis, q tunc caſtrũ reuertatur ad ipſum cõcedentem, euenit caſus q iſte miles deceſsit ſuperſtite filio ex ſe nato, demũ moritur filius ſine liberis, nunquid caſtrũ reuertat ad regem, & concludunt q non: quia ex quo ſemel fuit excluſus per exiſtentiam filij quem reliquit miles, perpetuò remanebit excluſus, ita q caſtrum ad ipſum non reuertetur, licet filius militis ſine liberis deceſſerit.

Comprobantur etiam præmiſſa ex ijs quæ decidit Bar. in l. 2. §. ſed & ſi ſunt ſui. ff. ad Tertyl. & Bal. in d. c. 1. §. quinetiam. & in l. in quibus. C. de ſecun. nup. in quibus locis concludunt prædicti Doctores,
5 † q filia ſemel excluſa per maſculum ab hæreditate patris ex diſpoſitione ſtatuti præferentis maſculos fęminis, remanebit excluſa ẽt poſt mortem fratris, nec ulterius admittetur ad bona paterna, & iſtud credo eſſe præcipuum fundamentum ſup quo ſe fundant conſulentes pro parte contraria.

Hoc tamen non obſtante contrarium de iure arbitror eſſe uerius conſiderato tenore conceſsionis emphyteuticæ, qui talis eſt, quàm plura bona iure emphyteutico & precario conceſſa & locata fuerũt Iacobo de Beninis, & Benino, & Ioanni fratribus & filiis dicti Iacobi, & quilibet ipſorũ inſolidũ, præſentibus pro ſe, & eorum liberis, & cuiuslibet ipſorum inſolidum filijs, & hæredibus tam per lineam maſculinam quàm etiam fęmininam ex legitimo matrimonio deſcendentibus, & quos ſi ipſi & quilibet ipſorũ non habuerint, uel habuerint & penitus defecerint, tũc deueniat in unam ipſorum, & cuiuſlibet, uel alterius eorum filiã uel neptẽ legitimas, quæ uirum legitimum accipiant & rem patris poſſideãt, hæc ſunt formalia uerba dictæ inueſtituræ.

Circa quæ aduertendum eſt ex ordine ſucceſsiuo ad hanc emphyteuſim. Primò fuit uocatus Iacobus pater, demũ poſt eius mortẽ, non autem ſimul, fuerunt uocati Beninus & Ioannes eius filij, iuxta notata per Bartolum & ſcribentes in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de liber. & poſthu. demum fęminæ fuerunt uocatæ in caſu deficientium maſculorum, & non prius, cum ſtatutum Bononiæ præferat maſcu-
6 los fęminis, † & iuxta illius conſtitutionem præſumitur dictus Iacobus q ſtipulatus fuit hãc emphyteuſim uoluiſſe confirmare ſuam uoluntatem, p ea quæ tradit Bart. in l. ut iuriſiurandi. in §. ſi liberi. ff. de oper. libe. & in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebel. cum ſuis concordantibus. Cũ ergo pſonę de qbus in inueſtitura cenſeãtur uocatæ ordine ſucceſſiuo, & ſic fęminæ, poſt defectũ maſculorũ, profectò hæ mulieres licet fuerint excluſę à prædictis bonis emphyteuticis per exiſtẽtiã fratrũ, illis tñ defunctis liberis maſculis admitti debent ad hæc bona, & ſic eorũ excluſio fuit temporalis, non autem perpetuã. Iſtud probo ex iis quæ ponit Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de liber. & poſthu. ubi di-
7 cit, † q ſi teſtator inſtituat fratrẽ, & liberos, iſti cẽſentur uocati ordine ſucceſsiuo, cenſeantur uocati intelligitur q priore admiſſo ad hęreditatẽ p hoc ſequentes in gradu non cenſentur excluſi, quinimò poſt mortem prioris admiſsi, prædicti admittãtur: quia primus cenſetur grauatus de reſtituendo ſequentibus in gradu, & idem tenet idem Paulus de Caſt. in l. cum ita. §. ſi fideicommiſſo. ff. de leg. 2. cuius opinionem amplectitur ſubtilis Doctor & acutisſimi ingenij D. Bartholomæus Soci. in d. §. quidam rectè. in pen. col. in caſu in quo uerba quibus concepta fuit inſtitutio, iſtud poſſunt importare, vt in exemplo per eum poſito, & cum in caſu noſtro uerba dictę inueſtituræ poſsint importare, q fęminæ admittuntur mortuis maſculis qui fuerunt admiſsi ad bona emphyteutica operabuntur iſtũ effectum, & ex iſto fundamento patet una reſponſio ad ea quę pro parte contraria fuerunt adducta.

Præterea & ſecundo aduertendũ eſt, nã prefatus Iacobus qui ſtipulatus fuit emphyteuſim modis & forma de quibus ſ. uoluit in caſu deficientiũ liberorum prædictã emphyteuſim ſpectare ad filiã filij, & ſic neptẽ, multo ergo magis pſumit uoluiſſe illã deuolui ad proprias filias in caſu deficiẽtiũ maſcu-
8 lorũ, † cũ illas ueluti priores in gradu pſumatur pdilexiſſe neptibus, & ſic illas maiori commodo afficere: arg. l. ſi uiua matre. C. de bonis mater. & l. Pu-
9 blius. §. fi. ff. de cond. & demon. † in cõtractibus. n. ſicut & in ultimis uoluntatibus potius inſpicienda eſt veriſimilis mens ↄtrahẽtiũ, q̃ uerborũ cõceptiones. ita dicit tex. in l. fi. C. quæ res pigno. oblig. poſſ. facit tex. in l. tale pactũ. §. fi. & ibi Glo. ff. de pact. Et
10 pro hac conſideratione facit. † Nam ſi teſtator

grauet filium ut hæreditatem reſtituat poſt mortē
ſub conditione ſi deceſſerit ſine liberis, fideicom-
miſſum nō extinguetur in caſu in quo contingerit
ipſum decedere ſuperſtite filia fęmina. & hoc qñ
teſtator filias proprias habebat, per quas nō diſpo
ſuit, ꝙ ſubſtitutus deberet excludi. ſic decidit in ca
ſu præmiſſo Paul. de Caſt. in cōſi. 79. inci. caſus iſte
frequenter contingit. & in conſ. 357. inci. uiſo di-
cto teſtamēto Raph. Fulg. in conſi. 38. D. Bartholo
męus Soc. in l. cum auus. in 18. char. cum tribus ſe-
quentibus. ff. de conditio. & demonſtratio. & plu-
res alii Doctores idem tenēt, quos non refero bre
uitatis cauſa.

Cōſiderāda ſunt, & tertiò illa uerba inueſtituræ,
in quantum in ea dicitur, ꝙ ſi ipſi & quilibet ipſorū
non habuerint, & penitus defecerint, tūc deueniāt
in unam ipſorum & cuiuslibet eorum filiam uel nę
11 ptem legitimas, ex quibus uerbis infero, † qđ per
exiſtentiam maſculorū qui ad bona emphyteutica
fuerunt admiſſi, fęminæ non cenſentur ab illis ex-
cluſæ, quinimò poſt mortem maſculorū erunt ad-
mittendæ. Iſtud probatur optimo ſimili: nam licet
in caſu in quo alicui facta fuit ſubſtitutio ſub iſta
conditione, ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtitutus p-
petuo excludatur, ſi extēt liberi tempore mortis, l.
ex facto. §. pe. ff. ad Treb. attamē quando quis ſub-
ſtituit aliquē deficientibus liberis inſtituti, nō re-
ferendo ſe ad tempus mortis, uel aliud tēpus: tunc
quandocunque deficient liberi ēt ſi decedant poſt
mortem inſtituti, admittetur ſubſtitutus, & ſic eo
caſu excluſio ſubſtituti erit temporalis nō āt per-
petua, hęc eſt ſubtilis conſideratio Do. Socini in l.
ſolemus. in fi. ff. de cond. & demon. dicens ſe ita a-
lias conſuluiſſe, & ꝙ prima uice qua conſuluit, idē
tenuit D. Alex. de Imola ſuus præceptor.

12 Poſtremò † non eſt tutum fundamentum factū
pro parte contraria dum dixi, ꝙ fęmina excluſa à
ſucceſſione feudi per maſculum perpetuo remane
bit excluſa: quia Glo. in d. c. 1. §. quin etiam, tenuit
contrarium & idem tenuit Iacob. de Belui. & ibid.
Martinus Lauden. per tex. in c. 1. §. filia. de ſucceſſ.
feudi. in uſib. feud. Quibus non obſtantibus obie-
ctis ad quę ex præmiſſis patet reſponſio, concludē-
dum puto pręfatis mulieribus iuris competere in
præfactis bonis emphyteuticis.

Capio ſecundū dubium, in quo cōcluſiuè proce-
dendo dico, appropriationem factam de prædictis
bonis eſſe nullam, nec præiudicare præfatis mulie-
ribus, licet interuenerit licentia ſummi Pōtificis,
eo, quia cū ius competeret eis in prædictis bonis
poſt mortē Benini, non pſumitur ſummus Pōtifex
13 per hāc licentiā uoluiſſe iuri derogare, † cū quęli
bet conceſſio ſuperioris taliter ſit interpretanda,
ut alteri non fiat præiudiciū, etiā eius uerba impro
priando, c. ſuper eo. de off. deleg. l. 2. §. merito, & §.
ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publico. Reddi
14 tur ēt nulla hæc cōceſſio † uitio ſubreptionis: ſi. n.
Summo Pōtifici fuiſſet expreſſū qualiter poſt mor
tem pręfati Benini, hæc bona emphyteutica diſſol
uenda erant ad præfatas mulieres, pfectò nō ab eo
emanaſſet hęc cōceſſio, uel ſaltem non ita de faci-
li: uitiatur ergo ex præmiſſa taciturnitate. c. poſtu-
laſti. cū ibi pleniſſimè adductis per Do. Fel. de re-
ſcrip. Et pro hac conſideratione facit optimū ſimi
15 le. † Nā ſi pater faciat filiū legitimare, & nō ex-
primat ſe habere filios legitimos & naturales, &
eis non exiſtentibus non expreſſerit ſe habere co-
gnatos ſibi legitimos ſucceſſores, uitiatur legiti-
matio ob hanc taciturnitatem, eo, quia ſi Princeps
ſciuiſſet pſem habere filios legitimos, nō ita de fa-
cili legitimaſſet auferendo ſpē quā hēnt filij in bo-
nis paternis. l. nec ei. §. ptereà. ff. de adop. & ita de-
cidit Iacob. de Beluiſ. in §. qñ āt. in auct. qb. mod.
natural. efficiuntur ſui. Areti. in conſil. pen. Alex. in
conſi. 25. in 5. lib. Paul. de Caſt. & Moder. in l. Gal-
lus. §. & quid ſi tantū. ff. de lib. & poſth. Idē Paul. in
conſ. 223. inci. ſup eo, de quo primo loco quęritur.
in 4. col. ubi pulchrè loquitur. Nihil etiam prodeſt
quo ad ualiditatem prædictę appropriationis con-
ſenſus abbatis ſeu cōmendatarii prędictæ abbatię,
eo, quia non potuit abbas ſuo cōſenſu pīudicare p
dictis mulieribus quibus ius cōpetit in pręmiſſis
bonis emphyteuticis: arg. l. id quod noſtrum. ff. de
16 regu. iur. & l. ſicut. C. de act. & oblig. † Et ſi dicatur
pdictæ mulieres ſi quod ius eis competit dicuntur
illud conſequi ab ipſo abbate concedente p mor-
tis cauſam capionē, ut decidit Bar. in l. mortis cau-
ſa capitur. ff. de dona. cauſa mor. Bal. in auc. ſi quas
ruinas. C. de ſacroſ. eccl. Io. de Imol. in l. ſi mihi, &
Titio. ff. de uerb. obl. ergo potuit præiudicare præ-
dictis mulieribus conſentiēdo huic appropriatio-
17 ni: † quia actus noſtri uoluntarij non egrediuntur
limites noſtrę uolūtatis, l. fi. C. ne uxor pro marito.
Bar. in l. Titiū aut Męuiū. §. altero. ff. de tut. admin.
Ad hæc rūdetur, ꝙ licet ius competat prędictis mu
lieribus ex pſona abbatis concedentis, attamē nō
potuit eis īuitis hoc ius illis auferre. l. ſi partē. §. 1.
ff. quemadm. ſerui. amit. l. fi. ff. de pac. l. inſulam. §.
fi. ff. ſolu. matr. quem notant ibi Bal. & Io. de Imol.
18 dicentes, † ꝙ ſi duo fecerint pacem quā promiſe-
rant non uiolare ſub pęna eccleſiæ applicāda, ſi iſti
deniū facta pace iterū ad inuicē reconcilientur, ex
hoc nō euadent pęnā applicandā eccleſiæ, quia ſti-
pulatio certā formā habuit, quæ inuito ſtipulatore
non potuit immutari. l. uero pcuratori. ff. de reſol.

Capio tertiū dubiū, in quo cōcludo ꝙ Baſilius
19 † legitimatus nō pōt in dictis bonis emphyteuti-
cis ſuccedere, cū fuerit facta conceſſio pro ſe, & de
ſcendentibus ex legitimo mrimonio. Ita decidit
Bal. & Pau. de Caſt. in l. fin. C. de ijs, qui ueniā ætat.
impetraue. D. Alex. in l. qđ dr. ff. de uerbo. obl. Do.
Iaſ. in l. 2. C. de iure emphy. col. 96. Et iſtud cōpro-
20 batur optimo ſimili. Nā, licet † ſecūdū cōiter Do-
ctores, legitimatus excludat ſubſtitutū, tñ ſi teſtōr
dixerit ſine filijs legitimè natis, nō pcedit iſta con
cluſio: quia legitimatus non dr legitimè natus. Ita
decidit Ang. in diſpu. inc. nobilis. D. Ant. in c. p ve
nerabilē. circa mediū, q. filij ſint legi. Alex. ī l. gñā-
liter. §. cū āt. C. de inſtit. & ſubſtitu. ſub condi. fact.
21 Pręterea dr † ꝙ tēpore quo Benignus ſuſcepit di
ctum filium, habebat uxorem, & ſic inter ipſum &
mulierem ex qua ſuſceptus fuit iſte filius, non po-
terat eſſe matrimonium lege diuina prohibente,
non pōt ergo dici ꝙ hæc ſit legitimatio, ſeu reſtitu
tio natalium, ſed dr quædam diſpenſatio, quia cū
non potuerit à principio ueritas eſſe matrimonij.

nec

nec imago poteſt fingi.l.1.C.de latina liber. tollē. hæc eſt doctrina Paul.de Caſt.in conſi.221.inci. ſuper puncto iſto, col.3. ubi dicit ita fuiſſe conſultū per Collegium Bononiæ in alia quæſtione, in qua Bal.& Pet.eius frater etiam conſuluerunt.cū ergo iſte non dicatur legitimatus,non poterit tanquam legitimus in iſtis bonis ſuccedere.

Præterea, & tertio in hac legitimatione eſt ap-
22 poſita † clauſula abſque præiudicio uenientiū ab inteſtato.Ideò iſte filius dicitur diſpēſatus quo ad quid,non aūt quo ad omnia, & ſic nō cōprehendit appellatione filij.Ita pulchrè decidit D.Pet.Phili. Corn.in conſi.9.inci.memini circa ſi.in 4. uol.ubi ſic limitat not.per Bald.in l.eam quam.& in l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.dicentē quod legitimatus excludit fœminas,ſi extet ſtatutum q̄ fœminę nō ſuccedāt extātib. filijs maſculis & leimis:nā limitabitur hęc deciſio Bal.nō procedere in caſu p̄miſſo.

Poſtremò p̄ ualiditate dictæ legitimationis quò ad effectum excludendi præfactas mulieres ab hoc iure emphyteutico:neceſſaria fuit earū citatio & conſenſus,cū ius eſſet eis quæſitū in prædictis bonis poſt mortē Benini,ut ſuperius fuit oſtenſum in primo dubio,quæ ambo cum defuerint illorum defectu uitiatur legitimatio. Iſtud patet ex eo quod
23 dicitur † legitimatum,ita demum excludere ſubſtitutū ſi ipſe fuerit citatus, & conſenſit legitimationi:alias ei nōn nocet legitimatio,cū ius habeat in bonis ſubiectis fideicommiſſo ēt uiuente hærede,licet hoc ius non conſequatur niſi poſt mortem hæredis,& ita tenet Pet.de Anch.in conſi.427.inci.circa primum quæſitum.& in conſi.67.incip.cōſideratis.& in conſ.94.lib.2.Soc.latè in conſ.251.col.3.cū tribus ſequentibus.Moder.cēter in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſth.multis ergo rōnibus, patet dictam legitimationem nō præiudicare dictis mulieribus,& in propoſito huius q̄ſtionis adduco cōſiliū Ang.in cōſ.402. qđ uideat.

24 Circa quartum dubium concludo, † q̄ præſcriptio ſi qua cucurrit præfatis mulieribus reſcindi poteſt beneficio reſtitutionis in integrū ex capite iuſti impedimenti uel ignorantiæ.ut per Bart.in l.1. §.ſi quis propter inundationem.ff.de itine. actuq; priuato.cum concordantibus per Alex.in l.cum filius.§.in hac.ff.de uerb.oblig. & in conſil.61.in 1. lib.& per Fel.in c.vigilanti. in 1. col. de præſcript. quorum opinio probatur optima ratione.
25 Nam † ideò præſcriptio currit ꝯ aliquem: quia patiendo bona ſua poſsideri,cenſetur illa alienare. l.alienatiū.ff.de verb.ſign.Bar.in l.filiusfamilias.
26 §.diui.col.pen.ff.de leg.1.† Ignorans autem, non cenſetur ius ſuum remittere.l. mater decedens.ff. de inoff.teſta.l.legitimam.ff.de peti.hęred.Et quia ſuper iſto articulo nihil intactum reliquit quod ad ipſius enucleationem pertinere videatur excellentiſsimus præfatus D.Conſules,ideò vlterius nō inſiſto. Vnum tñ addo,q̄ de æquitate Canonica, quæ
27 conſideranda eſt in terris ſubiectis eccleſię, † pręſcriptio ipſo iure non currit impedito,nec ignorāti mero iure,& ſic nō eſt opus reſtitutione in integrū.Ita decidit Io.de Imo.per illum tex. in c.quia diuerſitatem.de conceſ.pręb.& ex iſtis & alijs prudenter adductis in pręmiſſo conſilio,concludo pro nunciādum fore ad fauorem pręfactarum mulierū de quarum iuſtitia apertiſsimè conſtat. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Laudum dependens à compromiſſo nullo, nullum eſt.*
2 *Iudicis decretum requiritur in tranſactione ſeu compromiſſo ſuper rebus minorum,ſicut requiritur in alienatione.*
3 *Argumentum à tranſactione ad cōpromiſſum validū eſt.*
4 *Res immobiles minorum alienari non poſſunt abſq; cauſæ cognitione,& iudicis decreto.*
5 *Vaſallus non poteſt ſuper feudo compromittere ſine conſenſu domini.*
6 *Res immobilis pupilli ad cuius alienationem pater tenebatur,poteſt per tutorem ſine decreto alienari.*
7 *Compromittere poteſt,qui alienare valet.*
Alienare qui non poteſt,non poteſt compromittere nec tranſigere.
8 *Compromiſſum & laudum poſt lapſum decendium,pręſumitur factum fuiſſe cum ſolennitatibus requiſitis.*
9 *Conſenſus propinquorum à ſtatuto requiſitus in contractu minoris vel mulieris,per lapſum decendium interueniſſe præſumitur.*
10 *Fructus ex locatione debiti ſolui debent tempore quo recipiuntur,& ad domum deduci.*
11 *Promiſſa ex contractu iurato non ſeruanti, an ſeruari debeant.*
12 *Vaſallus non tenetur ſeruare fidelitatem domino fidem non ſeruanti.*
13 *Pacem rumpere non dicitur offendens inimicum reconciliatum qui pacem fregit.*
14 *Debitor & creditor quando ſunt diuerſi fori, ne mora ex parte debitoris conſtituatur, qua proteſtatio requiratur.*

CONSILIVM CXIIII.

VISO & diſcuſſo pūcto pręſentis cauſæ,duo dubia ueniunt diſcutiēda,primum dubium eſt, nunquid laudū de quo agitur ſit ualidum, uel ne, ita q̄ iuſtè fuerit pronunciatum illud fore exequendum.

Secūdū dubium eſt, an Ioānes Pariſij dici poſsit obſeruaſſe promiſſa & iurata in inſtrumento locationis,ita q̄ agere poſſet de periurio contra aduerſarium ad pęnam contentam in contractu, & ad alias pęnas,de quibus in l.ſi quis maior. de tranſact.

Circa primū dubium,uidetur prima facie dicen
1 dum † dictum laudum fore nullum, cū ſit quòd habeat dependentiā à cōpromiſſo nullo & inualido, cum dicatur tale cōpromiſſum fuiſſe factum per ſo
2 lā tutricem ſine decreto iudicis,† cuius quidē decretum fuit neceſſarium in tranſactione ſeu cōpromiſſo facto ſuper rebus minorū, ſicut requiritur in alienatione rerū ipſorum minorum. l. non ſolum. C.de præd.mino.qui tex. licet loquatur in tranſa
3 ctione procedit tñ & in compromiſſo.† cùm bonū ſit argumentū à tranſactione ad compromiſſum,ut notāt Glo.& Doctores in auct.ſi uerò contingerit. C.de iudi.& eſt Glo.in §.ſi uerò. i auct.ut differentes iudices. col.9. Comprobatur: nam hoc cōpromiſſum

miſſum

miſſum factum fuit de re immobili minorũ cuius
4 † alienatio fieri non potuit abſq; cauſę cognitione & decreto prætoris.l. magis puto. §. non paſſim.& §. ſi æs alienum.& per totum illũ titulum.ff.de reb. cor.qua ergo rõne nõ potuit fieri alienatio prædictæ rei,niſi adhibitis pręmiſsis ſolennitatibus, eadẽ rõne non potuit ſup ea fieri cõpromiſſum, niſi adhiberentur præmiſſæ ſolennitates.c.cum tempore.de arbit.per quem text. tenent ibi Hoſt.Imol.&
5 Panormit. † ꝙ vaſallus qui non poteſt alienare feudum ſine conſenſu domini,non poteſt ſuper illo facere compromiſſum irrequiſito ipſo domino,licet Spe.in tit.de arbi.§.reſtat,verſ.ſed nunquid,teneat contrarium & malè per prędicta.

Sed iſtis non obſtantibus contrariũ,& verius cõcludendum eſt,ꝙ imò validum fuit tale cõpromiſſum,& per conſequens laudum inde ſequutũ, & ꝓ fundamento huius concluſionis præmitto in facto, ꝙ hoc compromiſſum factum fuit ſuper prædio ad cuius alienationem tenebatur prĩ iſtorum minorũ,
6 prout patet ex tenore inſtri † producti in iudicio, potuit ergo fieri alienatio dicti prędij per tutorem nec fuit opus decreto iudicis, nec alia ſolennitate aliàs requiſita in alienationibus rerum minorum, de hoc eſt caſus expreſſus. in l. 1. C. quand.decret. opus nõ eſt.& in l.fiſtulas.§.fundum. ff. de contrahẽ.emp.& in l.magis puto.§.ſed ſi pater. ff. de reb. cor.vbi dr̃,ꝙ ſi pr̃,ſpoponderit fundum per ſtipulationem ei,quæ ſucceſſerit pupillus in ſtipulatu, vel iure hęreditario fundum tradere poterit ſine prætoris auctoritate, demum ſubdit tex. ꝙ eadem rõne ſi parens fundum vendiderit, vel quis alius cui pupillus ſucceſſerit,dici poteſt pupillum cętera venditionis inconſulto pretore perficere poſſe.Idẽ patet in l.ſed ſi pecunia. in §. itẽ q̃ritur,ff.de reb.cor. quẽ ad hoc propoſitũ allegat Alex.in conſ. 117.inci.viſo proceſſu.lib.5.cũ ergo ſumus in caſu in quo prędiũ ꝑdictũ potuerit alienari per tutorem abſq; decreto iudicis,& alijs ſolennitatibus:quia qui poteſt obtinere põt ẽt †compromittere,& ẽ contra, q
7 nõ põt alienare,nec ẽt põt cõpromittere ſeu tranſigere.l.non ſolum.C.de præd.minorum. cum alijs ſuperius adductis,ideò dicit Lud. Roma.in l.iuſiurandũ quod ex conuentione. §. pupillus. ff.de reb. cor.& in re mobili minoris ĩ cuius rei alienatione non eſt opus iudicis decreto, tutor ſolus põt iurm deferre,tranſigere,ſeu compromittere,quia prędicta procedunt à pari.Et ex præmiſsis patet reſponſio ad obiecta:quia illa procedunt in caſibus in q̃bus fit cõpromiſſum ſuper re cuius alienatio prohibita eſt,niſi adhibeantur certę ſolennitates, ſed cũ in caſu nr̃o non fuerit opus decreto iudicis in alienatione huius prędij:quia neceſſaria fuit, ſuper ea fieri potuit cõpromiſſum ꝑ ſolam tutricem validè, & legitimè,infertur ergo,ꝙ laudum ſecutũ non poteſt dici nullum,ex eo,ꝙ compromiſſum fuerit factũ abſque decreto iudicis, & iſtud eſt vero verius.
8 Aduertẽdum ẽt eſt,† quia ſi poſt dictum compromiſſum & laudum elapſum eſt decennium, ex decurſu huius tp̃is pręſumitur hoc cõpromiſſum fuiſſe factum cum ſolennitatibus requiſitis: arg.l.ſi filius.C.de pet.hęredi.& l.cum de in rem verſo.ff.de vſur.faciunt nota.per Bal. Ang. & Imol. in l. qui in

alie.in prin.ff.de acq.hęr.& in l.ſciendũ.ff.de verb.
9 obl.dicẽtes † ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ minor: vel mulier non poſſit obligari ſine conſenſu propinquorũ,certe per lapſum decenniũ ꝓſumetur hmõi ſolennitatem à ſtatuto requiſitam in contractu per eos celebratũ fuiſſe adhibitã, pro quo plura & alia poſſunt adduci de q̃b. ꝑ Mod.in l.ſi certis annis. C.de pac.

Capio ſecundũ dubium,in quo dico dictum quondam Ioannem Pariſij non poſſe ſe tueri ratione periurij,quod dicit fuiſſe commiſſum per partem aduerſam,eo, quia ſi aliquod periurium allegari põt potius fuit commiſſum per dictum quondam Ioannem,quàm per eius aduerſarium.

10 Tenebatur † enim prefatus Io. ad medietatem fructuum percipiendorũ ſingulis annis ex dicto ꝑdio eidem locato ꝑ Maſinum, quos fructus debuit ſoluere tp̃e quo percipiuntur, uidelicet frumẽtum tempore meſſium,& vinum tẽpore uendemiarum. l.Firmio.§.pater.& ibi notatur. ff. quando dies legat.cedat.Bar.in l.ſi legatarius.§.ſi. ff.de leg.3.tenebatur etiã illos proprijs ſumptibus deducere ad domum prędicti Maſij,prout decidit Bal. in l.acceptã.in 10.q.C.de vſur.Cũ ergo hęc per ipſum geſta nõn fuerint tp̃e ſtatuto ex pacto ſeu diſpoſitione
11 legis nõ ſeruauit †promiſſa in contractu iurõ firmata,ideò potuit licitè Maſius qui tenebatur vlteriori tp̃e ad ſolutionem aſſictus, prout pręſupponitur in facto,eidem impunè frangere fidem,licet ex parte ipſius,etiam iurm interuenerit.c.peruenit.& ibi notat Inno.& Canoniſtæ,& c.ſicut. lo ult. in princ. de iureiu.quem ad hoc notat Panor.Facit Gl. peni. in c.1.de noua forma fidelit.in vſib.feud.quę dicit
12 † ꝙ ſi dñs nõ ſeruat fidem vaſallo,ſimiliter vaſallus non tenetur ipſi dño ſeruare fidelitatem . Hinc eſt,
13 † ꝙ ſi duo inimici fecerunt pacem adinuicem & promiſerunt ſe nõ offendere ſub certa pęna,ſi vnus ipſorum primò offenderit alterũ ille incidit in pęnam,& alius poſtea poterit impunè offendere , ſic decidit Io. And.in tit.de treug.& pace.in prin.& in c.fruſtra. de reg.iur.in Mercurialib. Panor. in c.1. de treuga,& pace,Bar.in l.cum pſ. §.libertis. ff.de leg.2.Lud.Rom.in conſ.183.inci. in caſu propoſito.& in conſ. 258.inci. in caſu propoſito. Alex. & Mod.in l.cum proponas. C. de pac.potuit ergo dictus Maſius cui prius fides fuit fracta per dictũ quõdam Io.non ſoluentẽ dictã dimidiã partẽ fructuum ad quam tenebatur imponere,& abſq; metu piurij nõn adimplere,quę per ipſum promiſſa fuerant.Et ſi diceretur Maſius iuit ad habitandũ in Comitatu Vrbanenti,& ſic mutauit domiciliũ,nõ põt ergo dici ꝓfatũ Ioannẽ fuiſſe in mora conſtitutum, cũ non eſſet in loco ꝓfatus Maſius, nec alius eius nomine, cui ſolutio fructuũ cõmodè & legitimè fieri poſſit.

Ad hoc rñdetur, & debuit prefatus Ioannes debitor tempore ſolutionis dicere & proteſtati in domo ſua eſſem paratus ſoluere ſi aliquis eſſet q recipe-
14 ret: † quia q̃n debitor & creditor ſunt diuerſi fori,hęc proteſtatio fieri debet per debitorem ne in mora conſtituatur,doctrina eſt Bart. in l.item illa. ff.de conſt.pecu.poſt Guliel.de Cune.Idem tenent Ang.& Io.de Imo.in l.cum filiusfamilias.§.in hac. ff.de verb.obl.Bal.in l.acceptã.in 12.q. C. de uſur. & in l.ſi.C.de cond.inſer.Paul.de Caſt. in l.quoties

in diem.ff. de verb. obl. Cum ergo hęc proteſtatio
nuſquam reperiatur facta, dicetur in mora prius
fuiſſe conſtitutus non obſtante mutatione domici-
lij per dictum Maſinum facta ex quibus concludo
vt ſupra. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta incidens arbores grandes in prędio emphy teutico an cadat à iure ſuo.*

2 *Emphyteutæ non licet fructiferas arbores incidere, & ſi illas incidit à ſuo iure cadit.*

3 *Vſumfructuarium grandes arbores cædere non poſſe.*

4 *Vſusfructuarius & emphyteuta per omnia æquiparantur quo ad vſum rei.*

5 *Permiſſa omnia cenſetur quæ à iure non reperiuntur prohibita.*

6 *Pœna non imponitur niſi lex hoc expreſsè dicat.*

7 *Arbores caduæ quæ ſint ſpectantes vſufructuario.*

8 *Emphyteuta incidens arbores frugiferas, & aliás earũ loco ſubrogans, à iure ſuo expelli non poteſt.*

9 *Emphyteutæ hæres non ſoluens canonem tempore ſtatuto an cadat iure ſuo.*

10 *Hæredes emphyteutæ non ſoluentes canonem iuſta ignorantia, iure ſuo non priuantur.*

CONSILIVM CXV.

FACTVM in pręſenti cauſa ſic ꝓponitur. Sempronio conceſſa fuit emphyteuſis renouãda in ſingulis xxix. annis, pro ſe & heredibus, qui demũ deceſsit ſuperſtitibus duobus filijs maioribus, & duobus nepotibus minoribus, quibus obijcitur, ꝙ ceciderint à iure emphyteutico, tum quia inciſerunt arbores grandes, uidelicet xv. quercus, tum quia non ſoluerunt canonem tempore ſtatuto, quæritur ergo quid iuris? hęc conſultatio conſiſtit in duobus dubijs.

Primum dubium eſt, an prędicti emphyteutę ceciderint à iure ſuo ob dictam arborum inciſionẽ.

Secundum dubium eſt, an ceciderint à dicto iure ob non ſolutionem per eos factam de dicto canone, ita, ꝙ nullo remedio eis ſuccurratur aduerſus præmiſſam caducitatem.

1 Capio primum † dubium, in quo vr̃ dicendum il-
los cecidiſſe à iure ſuo ex cauſa præmiſſa, eo, quia
emphyteuta incidendo arbores grandes dr̃ rẽ de-
teriorem facere, & æquiparatur talis inciſio demo
litioni domorum. l. elegãter. §. non ſolũ. ff. de dol.
ergo priuari debet iure emphyteutico ex hac dete-
rioratione, auct. qui rem. C. de ſacroſanct. eccle.
2 Pręterea & ſecũdo facit, † quia emphyteutę nõ eſt
permiſſum incidere arbores frugiferas exiſtẽtes in
fundo emphyteutico ita, ꝙ illas incidendo priua-
tur iure ſuo, ſecundũ Bar. in l. in fraudem. §. condu-
ctor. ꝑ illum tex. ff. de iure fiſci. & in l. diuortio. §. ſi
fundus. ubi alij cõiter idem tenent. ff. ſol. matrim.
Iaſ. in l. 1. col. vlt. C. de iure emphyteu.
Sic ergo nõ licebit emphyteutæ excidere arbores
3 grandes: arg. l. ſed ſi grandes. ff. de vſufruc. † vbi uſu
fructuario non permittitur excidere arbores gran
des, quaſi illæ non cenſeantur eſſe in fructu. Idẽ er-
4 go dicendũ eſt in emphyteuta † cũ vſusfructuarius
& emphyteuta ęquiparentr̃, per oĩa quo ad vſum rei,
prout voluit Bal. in l. vnica. §. 1. in 3. col. C. de cad.
toll. & in l. neque. C. de vſufru. & iſtud eſt de mente
D. Alex. in l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſol. matr. dum
in illa quæſtione de emphyteuta cui non permittitur inciſio arborum frugiferarum, adducit tex. in l.
æquisſimum. §. 1. ff. de vſufruct.

His tñ & alijs ſi quæ adduci poſſent per partem
aduerſam, non obſtantibus concludendum eſt con-
trarium. Et pro hac concluſione moueor in primis:
quia nullibi cautum reperitur in iure, ꝙ emphyteu
tę non ſit permiſſum incidere arbores grandes dũ-
modo non ſint frugiferę, hoc ergo cenſetur ei eſſe
5 ꝑmiſſum, † cũ oĩa cẽſeantur permiſſa quæ à iure nõ
reperiuntur prohibita. l. nec non. §. quod eis. ff. ex
quib. cau. maio. l. ſtatuas, C. de relig. & ſump. fune.
c. nuper. de ſent. excom. maximè cum priuatio iu-
6 ris emphyteutici ſit pęna, † quæ nõ imponitur, niſi
lex hoc expreſsè dicat. §. cum igitur. in auc. de non
elig. ſecun. nubentes. in verbo non eſt lex, quid tale
dicẽs, quẽ tex. ad hoc notat Bal. in auc. ex teſtõ. C.
de ſecun. nup. Alex. in l. ẽt. §. 1. ff. ſol. mat. & eſt tex.
in l. at ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſump. fune. & in
c. is qui. de ſent. excom. in 6. cũ ſuis cõcordãtibus.
7 Pręterea †, arbores grandes, & quę incidũtur pro
aliquo laborerio, ex quibus non percipitur fructus,
niſi in incidendo, dñr eſſe arbores cęduę, ſi inciſæ
renaſcantur, ideò ſpectant ad illum ad quem ſpecta
re dẽt commodum & vſusfructus ipſius rei. l. diuor
tio. §. ſi fund. ſuperius allegata. l. itẽ ſi fundi. §. fi. &
l. ſi abſente. §. ſyluam. ff. de vſufr. iuncta, l. ſylua cę-
dua. ff. de verb. ſign. impunè ergo poteſt emphyteu
ta hmõi arbores incidere, & ita in terminis noſtris
decidit Alc. in conſ. 118. inci. in caſu de quo quęri-
tur. lib. 5. col. 1. arbores aũt quę dñr fuiſſe inciſę pu
to eſſe tales, licet hoc in puncto ad me trãſmiſſo nõ
fuerit expreſſum: igit̃ ex illarũ inciſione non incur
ritur priuatio iuris emphyteutici, per ſupradicta.
Inſuper & tertiò ꝓſupponitur in facto dictas ar-
bores fuiſſe inciſas, vt ponerentur in conſtructione
cuiuſdam domus, quæ fuit ædificata per emphyteu
tas ſuper prędio emphyteutico, & ad eius cõmodũ,
non poteſt ergo dici, ꝙ ex inciſione ipſarum arbo-
rum prędium ipſum emphyteuticũ factũ fuerit de-
terius: quinimò melius effectũ eſt, & ꝑ conſequens
cum nõ adſit rei deterioratio, ceſſat priuatio iuris
8 emphyteutici. Iſtud probatur optimo ſimili. † Nã
emphyteuta incidendo arbores frugiferas & ſubro
gãdo alias loco earũ, expelli nõ poteſt, cũ illa ſub-
rogatio & ſic cõmodũ cedat in locũ deterioratio-
nis, quę inſurrexit ex inciſione ipſarum arborũ fru
giferarum. Ita decidunt Ang. Paul. de Caſt. Rapha.
Cuma. Alex. & Moder. in d. l. diuortio. §. ſi fundũ.
Ang. in l. ſi colonus. ff. arbor. furtim cęſarũ. & in l. in
fraudẽ. §. cõductor. ff. de iure fiſci. Si ergo qđ dãnũ
fuit illatum prędio emphyteutico ex inciſione di-
ctarum arborum, illa fuit emendata ꝑ conſtructio-
nẽ ædificij, in quo ꝓdicta ligna poſita fuerunt, dicẽ
dũ ergo eſt ex hoc emphyteutas nõ incidiſſe à iu-
re ſuo, & profecto eſſet maxima impietas & iniuſti
tia in pręſenti articulo aliter iudicare. Et ex hoc
fundamento tolluntur omnia adducta ad quę bre-

uitatis

uitatis cauſa in ſpecie aliter non reſpondeo.

Deuenio ad ſecundum articulum, in quo vr̃ di-
9 cendum, † ob non ſolutionem factam de canone tpe ſtatuto emphyteutas ipſos cecidiſſe à iure ſuo. c.potuit.de locat.l.2.C.de iure emphy. Nec ꝓdeſt ipſis, quòd aliqui ex eis ſint minores,& ſic ipſis ve-luti lubrico ętatis deceptis ſubueniendum ſit bñficio reſtitutionis in integrũ.l.1.ff.de mino.qm̃ cum nihil geſtum ſit cum eis ceſſat beneficiũ reſtitutionis in integrũ.l.Aemilius.ff.de minor.Glo.in l.j.& 2.C.ſi aduer.vẽd.pig.& ita tenet Bar. ĩ l.cũ filiusfa milias.§.in hac.ff.de verb.ob.ĩ ꝓprijs terminis Iaſon multa adducens in l.2.col.91.C.de iure emph.

His tñ non obſtantibus in caſu iſto concludo cõ
10 trarium,eo, † quia cum iſti ſint hęredes emphyteutæ,& ſic in locum alterius ſucceſſerint,habent probabilẽ cauſam ignorãdi. l.qui in alterius.ff.de reg. iur.ipſis ergo ſiue ſint minores ſiue maiores ſuccurritur bñficio reſtitutionis in integrum ex clauſula gñali,de qua in l.1.in prin.ff.ex qb.cau.maio. & ita tenet Gl.in l.2.C.de iure emphy. quam ſequuntur ibi Bart. Bal.Ang.& Sal. qui dicit,ꝙ ita ſe hẽt cõis opinio.& plures alij idẽ tenẽt,quos ibi refert Iaſon col.91.& iſta opinio probatur in l.2.C.de iure emphy.in verbo ſpontanea volũtate.Ex quibus verbis patet,ꝙ pęna illius legis imponitur emphyteutę voluntariè ceſſante in ſolutione canonis,q̃ volũtas non cadit in illo q̇ non ſoluit,ex eo,q̇a ignorat,vel ignorare p̃ſumiẽ rẽ eſſe emphyteuticã, prout eſt hæres: arg.tex.ĩ l.itẽ apud Labeonẽ.§.ſi qs ignorãs.ff.loc.

Ex quibus concludo emphyteutas prædictos nõ eſſe in caſu caducitatis, & ſic à petitis per partem aduerſam fore abſoluendos. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Marito ſciente uxorẽ adulteram,& non accuſante, non licet eius hæredi, maximè propter dotem perdendam illam accuſare.*

2 *Marito defuncto ignorante uxoris adulterium, an poſſint eius hæredes excipere de crimine adulterij contra ipſam repetentem dotem.*

3 *Maritus qui uiuens poſt adulterium vxoris eius mores improbauit, vel fuit conqueſtus, ſed illam non accuſauit, an iniuriam remiſiſſe præſumatur, ita quod poſt eius mortem hæredes quamuis de crimine excipientes dotem retinere non poſſint.*

4 *Actio iniuriarum extinguitur morte iniuriam paſſi.*

5 *Querela de adulterio commiſſo per vxorem quando ad hæredes tranſmittatur*

Querela inofficioſi competit filio exhæredato ratione iniuriæ ſibi illatæ, ſed non tranſmittitur ad hæredes, niſi cominatus ſit filius ſe intentaturum dictam querelam.

CONSILIVM CXVI.

MVLIER diſceſſit à viro cũ quo per quinque annos habitauerat, auffugiens cum quodam adoleſcente, nec vnquam ad virum reuerſa eſt, eaque ſic abſente maritus vita functus eſt nulla facta querela ſaltem iudiciali de abſentia vxoris,ſeu de aliquo adulterio per eam commiſſo:modo quæritur, an hęredes mariti à quibus petiatur dos, excipere poſſint de crimine adulterij aſſerendo illam eſſe priuatam dote,ratione dicti criminis.

In propoſita quęſtione vt eius perfecta habeatur cognitio,aliqui caſus poſſunt conſiderari.

1 Primus caſus eſt, † qñ maritus ſciuit adulterium per vxorem fuiſſe commiſſum,& deceſſit nulla propoſita querela aduerſus vxorem,& iſto caſu iniuria vr̃ ei remiſſa,nec poſſunt eius hęredes excipere de crimine adulterij volentes dotem retinere, & ita decidunt Bar.& ſcribentes in l.rei iudicatæ.§.1.p illum tex.ff.ſol.matr.D.Ant.& Abb.in c.plerunque de don.inter virum & vxorem. Sal. in l. omninò.in prin.C.de inoff.teſta.& in l.fi.C.de adulte.Aret. & ibi Moder.in tract.maleſi.ſuper verbo *che hai adulterato*, in verſ.quid ſi maritus.& iſta eſt communis concluſio in caſu pręmiſſo,quæ probatur in c.fi.de dona.& in l.1.& fi.C.de reuocan.dona.& idem vult Paul.de Caſt.in conſ.128.inci.hæc mulier.

2 Secundus caſus eſt, † qñ vir ignorauit adulterium fuiſſe cõmiſſum per vxorẽ, & ſic deceſſit nulla per eum propoſita querela, & iſto caſu poterunt hęredes mariti excipere de crimine adulterij aduerſus mulierẽ repetẽtẽ dotẽ:quia ignorãs non vr̃ remiſiſſe ius quod ignorabat ſibi competere. l. mr̃ decedens.ff.de inoff.teſt.per l.legitimam.ff.de pet.hęr. & ita tenet Lud.Roma.in d.l.rei iudicatæ.§.1.quẽ ibi ſequitur D.Alex.adducẽs pro cõfirmatione nota.per Io.And.in c.fi. de don. & hanc opinionẽ approbat Sal.in l.fi.C.de adult. & iſta opinio eſt probabilior,licet ꝯtrarium teneant Bal.& Io. de Imol. in l.cũ mulier.& in d.l.rei iudicatæ, §.1. ff.ſol.matri. & Moder.in d.tract.maleſi. in loco ſuperius allegato, per quandam rationem ad quam optimè rñdet Frãc.Are.in d.l.rei iudicatæ.§.1.in vltimis verbis.

3 Tertius caſus eſt, † qñ maritus viuens poſt adulterium improbauit mores vxoris: vt quia eam expulit de domo,vel fuit conqueſtus, licet non accuſauerit,iſto caſu nõ pręſumitur remiſiſſe iniuriã,ideò poſt eius mortem poterũt hæredes excipere de crimine adulterij,& dotem retinere: quia conquerẽs non vr̃ remiſiſſe iniuriã.l.1.§.fi.ff.ad Syllania.ſumpto argũ à contrario ſenſu, & ita decidit Iacob. de Belui.in §.qui verò plurimas.in auc. vt licet matri & auię.colla.8.arg.l.hęredem.ff.de reg.iur.& idem tenet Io.de Imol.in l.cum mulier.col.5.ff. ſol. matrim.& D.Alex.in d.l.rei iudicatę.col.2.

Iſtud autem,ꝙ maritus ſit conqueſtus intelligẽdum eſt,non ita ſimpliciter,nec ſupinè,videlicet,ꝙ maritus extra iudicium conqueſtus fuerit de adulterio commiſſo per vxorem,ſed intelligi dẽt altero de duobus modis. Primò modo,ꝙ querimoniam depoſuerit in iudicio aduerſus vxorem ſuper crimine adulterij,litẽ ſuper eo conteſtãdo: q̇a iſta amiſſio dotis cauſatur ratione iniuriæ illatæ viro rõne
4 dicti criminis.l.ſi vxor.in prin.ff.de adul. ſed † actio iniuriarum extinguitur morte illius qui iniuriã paſſus eſt.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis caut.& l. iniuriarum actio.ff.de iniur.Et hanc rationẽ tradit Io.de Imol.in c.fi.declarando illum tex.in quo deciditur caſus ſimilis noſtro,extra de dona, & quòd

iſtud

iſtud lucrū dotis tendat ad vindictā ſicut actio iniuriarū, ſitmat Bal. & Io. de Imo. Pau. de Caſt. ī d. l. rei iudicatæ, §. 1. non ſufficit ergo ſimplex q̄rela extra iudiciū depoſita de dicto crimine p̄ vxorē cōmiſſo.

Secundo modo intelligi pōt, quod maritus fuerit conqueſtus comminando ſe accuſaturum vxorē de adulterio: quia tūc iſta querela veluti pręparata

5 trāſmittetur ad hęredes mariti: aliàs ſecus. † Prout in ſimili dr̄ de querela inofficioſi teſtamenti, quæ competit filio exhęredato rōne iniuriæ ſibi illatæ. l. Papinianus. in prin. ff. de inoff. teſt. illa. n. ad hæredes non trāſmittitur, niſi cōminatus fuerit filius ſe intentaturum dictam querelam. l. quēadmodū. ff. de inoff. teſt. Et q̄ hoc ſimile ſit bonum, & poſſit accommodari caſui noſtro, adduco Sal. in l. omninò. circa fi. C. de inoff. teſta. & in l. 1. C. de reuoc. dona. illa ēt declaratio & intelligentia probatur ex dictis Paul. de Caſt. in d. conſ. 128. dum dicit, q̄ qn̄ maritus non fuit conqueſtus in vita, non poteſt eius hæres conqueri: quia tales odioſæ querelæ non tranſmittuntur niſi motæ fuerint per illum, qui iniuriā paſſus eſt. Et ex præmiſſis inferri poteſt ad deciſionem caſus de quo agitur: quia ſi maritus ſciuit adulterium fuiſſe commiſſum per vxorem, & deceſſit nulla propoſita querela in iudicio aduerſus vxorē, vel nulla facta comminatione de accuſando eā de dicto crimine, eius morte vr̄ remiſſa iniuria vxori. & ſic non poterunt hæredes prętextu huius criminis eā excludere à petitione dotis ſuæ. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentū pręteritione ſuccedētiū loco filiæ nullū eſt.*

2 *Teſtamentum in quo mater pręterijt filium ſine cauſa, vel auia nepotem ſeu neptem eſt nullum.*

3 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur filio pręterito in teſtamento matris, ſeu nepoti præterito in teſtamento auiæ.*

4 *Clauſula codicillaris operatur affectum nedum quando teſtamentum eſt nullum ex defectu ſolennitatis teſtiū, ſed etiam quando nullum eſt ratione præteritionis aut exhæredationis, & quando non operatur.*

CONSILIVM CXVII.

DOMINA Zeneuta in teſtō per eā condito inſtituit Iacobam neptem ex filia pręmortua, quo ad vſumfructum tātum, & poſt eius mortem inſtituit Luciā filiam dictę Iacobę ex primo marito, & quo ad proprietatē inſtituit quendam nomine Valerianum, poſt dictū teſtamentum & ſuperſtite adhuc teſtatrice deceſſerunt pręfatæ Iacoba & Lucia ſuperſtitibus filijs pręfatæ Iacobæ, de quibus in teſtamento nulla mētio facta eſt. Modo quæritur de duobus.

Primum eſt, an dictum teſtm̄ ſit nullum, vel ne, pręteritione prędictorū filiorū Iacobę, ſecundum eſt, an hereditas debeat Valeriano hęredi ſcripto ī teſtō iure fideicōmiſſi virtute clauſulę codicillaris quā cōiter notarij cōſueuerunt apponere in teſtis.

1 Circa primum † quęſitum concluſiuè loquendo dico dictum teſtm̄ fore nullum ob dictam pręteritionem, eo, quia filij dictę Iacobę ſucceſſerunt in locū eius matris pręmortuę, & q̄a rōne pręteritione facta de eorū matre teſtm̄ redditum fuiſſet nullum, eadem ratione illorum pręteritione irritatur teſtamentum veluti agnatione poſthumorum. l. poſthumorum. ff. de iniuſt. rup. teſta. & §. poſthumorum. inſt. de exhęreda. liberorum. Sciendum enim eſt, q̄ licet præteritio matris & lineæ maternæ olim haberetur pro exhæredatione, hodie tñ de iure nouiſſimo ſecus ſtatutū eſt: quia hoc iure quod veluti no

2 uiſſimum eſt conſiderandum, ſi mater † prętereat filium ſine cauſa, vel auia nepotes, vel neptem ſine cauſa pretereat teſtm̄ earum irritatur, ac ſi præteritus fuiſſet filius in poteſtate patris conſtitutus. §. aliud quoque capitulum. in auct. vt cum de appella. cog. col. 8. & eſt Gl. magiſtra & approbata in §. exhęredatos. in auc. de here. & falcid. colla. 1. & notat Azo. in ſumma. C. de liberis prętę. Bar. in l. Gallus. §. in omnibus. ff. de lib. & poſth. Alex. in conſ. 142. inci. circa primā dubitationem. lib. 2. notant Mod. in l. poſthumo. C. de bon. poſſ. cōt. tabul. Quinimò

3 licet olim non daretur † bonorum poſſeſſio contra tabulas filio pręterito in teſtamento matris, ſeu nepoti præterito in teſtō auiæ, deinceps, quia illarum pręteritio habebatur pro exhęredatione. l. illud. §. teſtamenta. ff. de bon. poſſ. contra tab. de iure tñ nouiſſimo contra teſtamenta prędictarum mulierum datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, prout datur contra teſtm̄ in quo pater filium ſuum aut emācipatum præterijt. l. maximum vitium, C. de liber. præte. & ita tenet Ang. in l. 1. C. de carb. edic. Lud. Roma. in l. poſthumo. C. de bon. poſ. cōtra tab. vbi refert Ang. ita tenuiſſe in quibuſdam lecturis, in l. 1. C. de bon. poſ. contra tab. & idem tenet Alex. cōſulendo in conſ. 89. inci. viſo puncto. lib. 2. Iaſ. adducens aliqua fundamenta pro hac opinione, quæ non recenſeo breuitatis cauſa in d. l. poſthumo.

Ex quibus patet, quod hodie nulla differentia eſt an filius vel nepos prętereātur in teſtamento patris ſeu aui, an verò prætereantur in teſtamento matris & auiæ, quoniam vtroque caſu nullum eſt teſtamentum, & eadem remedia competunt ad illius reſciſſionem, & iſta eſt veritas, in hoc primo quæſito.

Capio ſecundum quęſitum, in quo aduertendum eſt, per quem modum conceſſa fuerit clauſula codicillaris: quia ſi rectè fuit concepta, licet pręteritione prędicta teſtm̄ ſit nullum, ita q̄ locus ſit ſucceſſioni ab inteſtato, nihilominus virtutæ clauſulæ codicillaris cenſeantur grauati venientes ab inte-

4 ſtato de hęreditate reſtituēda hæredi ſcripto, † operatur em̄ effectum dicta clauſula, ne dum qn̄ teſtm̄ eſt nullum ex defectu ſolennitatis teſtium, verum etiam qn̄ eſt nullum ratione pręteritionis, aut exhęredationis. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicom. liber. Bar. in l. 1. in 5. q. de iure codic. & in l. 2. ff. de leg. 3. & in conſ. 19. inci. factum ſic ſe habet. in peu. col. Bal. & Imo. in l. ex ca. ff. de teſt. Ale. & Mod. in auc. ex cauſa. C. de libe. præt. reprobantes Glo. ibi tenentem contrarium.

Dico ergo, q̄ ſi dictum fuerit ſi non valet iure teſtamenti valeat iure codicillorum, iſto caſu clauſula codicillaris nō operabitur effectum pręmiſſum.

com-

& ſic hęreditas non debebitur hęredi ſcripto iure fideicommisſi, quinimo remanebit penes ſuccedẽtes ab inteſtato: quia cũ dicta verba quibus concepta fuit clauſula codicillaris ſint præſentis tp̃is, trahi nõ poſſunt ad caſum, in quo teſtm̃ poſteà rumpitũ natiuitate aut agnatione poſthumis: arg. l. ſi ita. ff. de auro & argen. leg. & in l. ſi à colono. ff. de verbo. obl. & ita decidit Bar. in l. 1. in 6. q. ff. de iure codicillorum. Idem ſi dictum fuiſſet ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, & omni meliori modo quo valere poteſt. Ita voluit idem Bar. cuius opinio eſt approbata in l. ſi ita. ff. de auro, & arg. leg. circa fin. Si verò dictum fuerit ſi non valet, vel valebit iure teſtamenti, valeat iure codicillorũ, tunc locus erit fideicommiſſo, & ſic clauſula codicillaris operabitur effectum quem dixi: reſtituẽda ergo erit in caſu iſto hęreditas Valeriano peruenientes ab inteſtato retenta legitima, vt per Alex. in cõſi. 142. incip. circa primam dubitationem in 2. dubio. & in 2. libro conſiliorum. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statutum tendens ad conſeruandam agnationem attendi debet.*

2 *Ratio quando vnica in ſtatuti diſpoſitione reddi poteſt, pro expreſſa habetur.*

3 *Extenſio permiſſa eſt ad caſum non expreſſum in quo militat eadem ratio, licet diſpoſitio ſit correctoria.*

4 *Genus ſicut ex proprietate ſermonis comprehendit ſub ſe plures ſpecies, ſic vna & eadem ratio comprehendit plures caſus, & illos decidit.*

5 *Argumentum à contrario ſenſu ſumi poteſt etiam in diſpoſitione ſtrictè interpretanda, ſecus ſi ex tali argumento reſultet abſurditas. nu. 6.*

7 *Adducta ad vnum finem, quòd alium diuerſum operentur, abſurdum eſt,*

8 *Argumentum à contrario ſenſu locum non habet in conſtitutione municipali Senenſi. & nu. 16.*

9 *Statutum quòd mortua muliere ſine aſcendentibus ſeu liberis, admittantur fratres ſeu patrui ad tertiam partem bonorum, quid intendat.*

L. 3. § libertus. ff. de bonis liberto. intellectus.

10 *Argumentum à contrario ſenſu in ſtatutis ſumi poteſt, quando per illud res reducitur ad diſpoſitionem iuris communis.*

11 *Statuentes reuocare poſſunt ſtatutum confirmatum à ſuperiore redeundo ad ius commune, etiam in caſu in quo neceſſaria eſſet ſuperioris confirmatio.*

12 *Argumentum ſumi poteſt à contrario ſenſu in ſtatutis, vt ſuperfluitas euitetur.*

13 *Argumentum à contrario ſenſu ſumitur etiam ad correctionem iuris communis, quando in ſenſu directo nihil operaretur.*

14 *Verba in nulla diſpoſitione reſtringi debent, vt illa non comprehendant, quæ ex proprio eorum ſignificatu complecti poſſunt.*

15 *Coniecturæ in claris locum non habent.*

17 *Quilibet præſumitur magis velle conſeruare id quod à ſe ipſo conſtitutum eſt, quàm quod ab alijs.*

CONSILIVM CXVIII.

STATVTVM ciuitatis Bononię poſitũ ſub rub. de dot. reſt. in §. ſi deceſſerit. diſponit, quod mortua muliere pro qua data fuerit vel confeſſata dos nõ extantibus aſcendentibus, nec liberis, tunc fratribus vtrinque coniunctis, vel ex parte tm̃ tertiam totius dotis, & eius augmẽti, & aliorũ bonorum ipſius relinquere teneatur, & fratribus non extantibus tertium vt ſupra totius dotis & eius augmenti & aliorum omnium bonorũ patruis viri, vel pluribus pro dimidia &c. modo deceſſit mulier quædam condito teſtõ, in quo matrem pro parte hęredem inſtituit, & maritũ pro altera parte, dubitatur ex præmiſſis an patrui prę fatæ mulieris petere poſſint tertiam partem dotis & eius bonorum ex diſpoſitione pręfati ſtatuti.

In iſto articulo qui parum dubitationis in ſe cõ-
1 tinet, vr prima fronte dicendum, † quod locus ſit in caſu iſto diſpoſitioni huius ſtatuti; & quod ius cõpetat patruis huius mulieris petendi tertiã partem eius bonorũ, eo, quia nulla alia rõne ſtatutum diſpoſuit eo modo quo ſupra, niſi fauore agnationis conſeruandæ, iuxta nota. per Cyn. in l. publico. C. de adul. & Io. And. in addi. ad Spe. in rub. de ſucceſ. ab inteſt. Bal. in l. maximum vitium. C. de lib. præt. cum ſuis con-
2 cordantibus. † Et cum hæc unica ratio in diſpoſitione huius ſtatuti reddi poſſit, illa habetur pro expreſſa, prout Gl. in l. quamuis. C. de fideic. quam
3 ibi notant Bal. & Paul. de Caſt. † ideò erit permiſſa extẽſio ad caſum nõ expreſſum in quo militet eadem ratio, licet diſpoſitio ſit correctoria. l. cũ mulier. ff. ſol. mat. quæ tantum potius dicetur intẽtio quædam ſeu apprehenſio quàm extenſio, quia ſicut
4 genus † ex proprietate ſermonis cõprehendit ſub ſe plures ſpecies, ſic vna & eadẽ rõ cõprehendit proprio plures caſus, & illos decidit. hec eſt doctr. Bal. in l. de quibus. in 6. col. ff. de leg. poſt Pet. & Cy. in l. iura. ff. eo. & iſtud pulchrè & eleganter declarat Paul. de Caſt. in cõſ. 338. inci. præſens caſus. in 1. col. Cũ ergo rõ agnationis cõſeruãdę ob quã emanauit diſpoſitio huius ſtatuti vendicet locũ ẽt extantibus aſcendentibus feminis, & ſic exiſtẽte mr̃e huius teſtatricis, dicendum erit hos patruos fore admittendos ad dictã tertiã partem dotis, & aliorũ bonorũ.
5 Nec dicatur, quod dictum ſtatutum † limitet contrarium faciendo argumentum à cõtrario ſenſu, quod ſumi poteſt etiam in diſpoſitione ſtricte interpretanda. l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes. ff. mãd. l. pecuniã. ff. ſi cer. pet. ubi in ſtipulatione firmatur tale argumentum, quæ tamẽ ſtricte interpretari debet, l. quidquid aſtringendæ. ff. de verb. obli. l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac. quoniam in caſu noſtro fieri
6 non † põt tale argumentum propter abſurditatem quæ reſultaret, propter quam ſumendum non eſt tale argm̃. l. 2. C. de cond. inſtit. l. conuenticulas. C. de epiſ. & cle. nõt. Gl. in cap. 1. de ęta. & qualitate. lib.
7 6. quod autem reſultaret abſurditas probatur, † nihil magis abſurdum eſt, quàm quod adducta ad vnũ finem aliũ diuerſum operentur. l. cum talẽ. §. falſam. ff. de cond. & demon. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. quod autẽ diuerſus effectus induceretur patet; quia cũ hoc

hoc ſtatutũ intẽdat fauere agnatis admittẽdo fr̃es, & patruos, & eorum filios ad dictam tertiã, illos excluderet exiſtẽte matre ſeu auia materna, idõ ſumẽdũ non eſt hoc argũm à contrario ſenſu. Et per hanc rationẽ, & plures alias cõſuluit Ludo. Rom. in cõſ. 399. incipi. ut pñs conſultatio clarior reddatur. ꝙ
8 † in ſtatuto Senarum diſponẽte, ꝙ fratre decedẽte ab itestato ſine aſcẽdẽtibus ſuccedãt fr̃es excluſis ſororibus, non dẽbit ſumi argũm à contrario ſenſu, ꝙ ſi extat aſcẽdẽs fœmina ſimul admittatᵹ, put de iure cõi admitti debet, auc. defuncto. C. ad Tertyllia.

His tñ nõ obſtãtibus contrariũ puto uerius & indubitãter, uidelicet, ꝙ in caſu nr̃o non ſit locus diſpoſitioni huius ſtatuti, ĩquãtũ admittit fratres ſeu patruos ad dictã tertiã bonorũ: qa ſi rectè cõſiderẽtur uerba ſtatuti diſponit cõtrariũ, excludendo perſonas pdictas ſupſtitibus aſcẽdẽtibus ſeu liberis: qd
9 enim † aliud vult ſtatutũ diſponẽs ꝙ mortua muliere ſine aſcendentib. ſeu liberis admittanᵹ fr̃es, ſeu patrui ad tertiã partẽ bonorũ, niſi ꝙ ipſis aſcendentibus ſeu liberis exiſtentibus, illi in totum excludi debeant: arg. l. 4. §. libertus. ff. de bon. liber. ubi per iſta uerba, ſi filius meus me uiuo morietur, patruus hæres eſto, filius dicitur inſtitutus, & ſic libertus dicitur rectè fuiſſe teſtatus.

Prætereà pmiſſum ſtatutũ uocat fr̃es & patruos ad dictã tertiã non exiſtentibus aſcẽdentibus ſeu liberis: ergo à cõtrario ſenſu extãtibus liberis ſeu a-
10 ſcẽdentibus illi in totũ excludi debent, tale †. n. argumentũ à cõtrario ſenſu fieri poteſt in ſtatutis, qñ per illud res reducitᵹ ad diſpoſitionẽ iuris cõis, put reducitur ĩ caſu noſtro: arg. tex. in c. 2. ĩ prin. de decimis. lib. 6. & eſt Glõ. in c. ſtatutũ. in verb. numerãdum. de præben. lib. 6. not. D. Ant. in c. olim tibi, de verb. ſignif. Alex. in l. ſi cõſtãte. ĩ 4. col. uer. iux. hoc. Bar. hic, in 9. q. ff. ſolut. matr. Iaſ. in l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius cui mandat. eſt iuriſdict.
11 Confirmatur: † quia ſtatuẽtes poſſunt renocare ſtatutũ confirmatũ à ſuperiore redeundo ad ius cõmune, etiam in caſu in quo neceſſaria fuiſſet ſupioris confirmatio: ſic not. Bar. in l. oẽs populi. in 4. q. princi. ff. de iuſtit. & iure. per tex. in l. 2. ff. de iniuſto rupto, irritoq; teſta. & idẽ voluit Bal. in l. ex placito C. de rer. permut. & Mod. multa adducẽtes q̃ conferunt ad caſum noſtrũ in c. cũ acceſſiſſent. de cõſti.

Prætereà ꝙ ſumi debeat tale argũm, patet alia rõne. Nã niſi ſumeretur illa uerba, ſine aſcendentibus
12 & liberis, eſſent ſupflua, & ſine aliquo effectu. Ideò ut ceſſet iſta ſupfluitas ſumi debebit hoc argũm: arg. c. ſi Papa. de priuile. lib. 6. & l. ſi qñ. ff. de leg. 1. Facit vulgatũ dictũ Bal. in rub. C. de contrahen. empt. in
13 9. q. & pbãt iſtud magis ĩ ſpecie. † Nã ſumitᵹ argũm à cõtrario ſenſu, etiã ad correctionẽ iuris cõis, qñ ĩ ſenſu directo nihil operaretᵹ, & ſic eſſet ſuperfluũ, Gl. in l. nulla. & in auct. diaconiſſam. C. de epiſc. & cleri. Fulg. Pa. de Caſt. Alex. & Moder. ĩ l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui mãdat. eſt iuriſdi. cõcludẽtes ꝙ in ſtatuto diſponẽte ꝙ fœminæ ſuccedãt pr̃i ab inteſtato nõ exiſtẽtibus maſculis ſumitur argũm à contrario ſenſu, uidelicet ꝙ extãtibus maſculis illę nõ ſuccedãt: corrigẽdo ius cõmune, uidelicet tex. in l. maximũ uitiũ. C. de liber. præterit. quãto ergo magis ſumi debebit hoc argũm in caſu noſtro, cũ per illud res reducatur ad diſpoſitionem iuris communis: quia iſtud eſt fauorabile & pium, alterum uerò eſt odioſum, iuxta Glo. in dicto c. ſtatutum. in uerbo numerandum. cum alijs ſuperius adductis.

Et ex hoc fundamento tollit vna obiectio in contrarium facta, dum fuit dictum ꝙ in caſu iſto ſumi non poteſt argũm à contrario ſenſu propter abſurditatem quæ reſultaret: quia imò potius reſurgeret abſurditas, ſi tale argũm nõ ſumeretᵹ p pximẽ dicta.

Sed dicere poſſet aliqs illa uerba, ſine aſcendẽtib. intelligẽda ſunt de aſcendẽtibus maſculis, & ſic patre, auo, & ſimilibus, nõ aũt de fœminis, & ſic matre: ad hoc reſpondetur ꝙ cũ pdicta uerba ex eorũ ppria ſignificatione cõprehẽdãt tã fœminas, q̃ maſculos, reſtringi non dẽnt, quinimò interpretãda ſunt,
14 ut oẽs cõprehendãt: † qa in nulla diſpoſitione uerba reſtringi debent ut illa nõ cõprehendãt, q̃ ex pprio ſignificatu eorũ cõplecti poſſũt. c. ex parte. el 3. ubi Abb. not. de deci. l. cũ lege. ubi Aret. illũ tex. & ad hoc not. ff. de teſta. Ex qbꝰ ergo cõcludo iuſtitiã reſidere ex pte mr̃is teſtatricis, nõ ãt patruorũ.

Non obſtat ratio agnationis conſeruãdę conſiderata p parte contraria: quia ex illa non poteſt fieri extenſio in piudiciũ matris ſeu aſcendentiũ: quia repugnat diſpoſitio ſtatuti qd̃ admittit aſcẽdẽtes,
15 & in † claris non eſt opus cõiecturis. l. cõtinuus. §. cũ qs. ff. de uerb. obli. l. ſi fuerint. §. ſi. ff. de reb. dub. aliã reſponſio etiam colligi poteſt ex not. per Bar. in l. 2. §. uidendum. ff. ad Senat. conſul. Tertyll.
16 Non † obſtat conſilium Romani, quia eius deciſio eſt falſã, & eam impugnat D. Iaſ. in d. l. 1. §. huius rei. ff. de offic. eius cui maud. eſt iuriſdi.

Prætereà Roma. mouetᵹ in deciſione illius caſus, alijs rõnibus q̃ diuerſificãt caſum nr̃m, ut patet ex ſecũda rõne p eũ adducta, dũ dicit ꝙ in illo caſu nõ poteſt ſumi argũm à cõtrario ſenſu: quia inſurgebat correctio alterius ſtatuti, quã correctionẽ non pſu-
17 mũtur † uoluiſſe facere ſtatuẽtes, † cũ quilibet pſumatur magis uelle conſeruare id, qd̃ à ſeipſo conſtitutũ eſt, quàm qd̃ ab alijs: arg. l. ſi hoĩem. ff. mãda. & l. forma. C. de offic. prefecti prætor. in caſu aũt nr̃o non inſurgit correctio alterius ſtatuti diſsimilis, ergo fuit iſte caſus, ex quibus nõ recta ſit illatio. l. inter ſtipulãtẽ. §. ſacrã. ff. de ver. ob. l. ſi maritus. C. de donat. inter vir. & uxor. cũ vulgaribus. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Pauli Summi Pon. in cuius rei alienatione procedat.*
2 *Boña ingreſſi ipſo iure acquiruntur monaſterio.*
3 *Dominium rei legatæ ipſo iure transfertur in legatarium à morte teſtatoris.*
4 *Prælatus ſolus põt legatũ repudiare abſque ſolennitatibus requiſitis in alienationibus rerũ eccleſiaſticarũ.*
5 *Dominiũ acquiſitũ mediante apprehenſione rei potentius eſt, quàm dominium quod acquiritur ex priuilegio.*
6 *Princeps poteſt legitimare in præiudicium heredis, cui dominium fuit acquiſitum in bonis hæreditarijs ex aditione hæreditatis per eum facta.*
7 *Actus vbicumque redditur nullus in fauorem alicuius, ita demum redditur nullus, ſi iſte velit, & petat:*
8 *Ius tertij vbicumque eſt excluſiuum iuris agentis ipſo iure, ita*

re, ita tamen ſi ille tertius voluerit, & tunc de iure tertij poteſt opponi.

9 *Tertius excipere nõ põt cõtra emphyteutam ꝙ non ſoluit canonem tempore ſtatuto, licet priuetur ipſo iure.*

10 *Excipi de iure tertij nõ põt vbicunq; poſſeſſorio agitur.*

11 *Exceptio ſolẽnitatis non ſeruatę an admittatur, contra emptorem prędij eccleſię à pręlato alienante ſine debita ſolennitate agentem rei uendicatione contra tertium poſſidentem ipſum fundum.*

12 *Eccleſia ſuccedens priuato utitur iure priuati in præſcriptionibus.*

CONSILIVM CXIX.

EXcellentiſsime Domine Auditor, duo dubia per excellentiam veſtrã proponuntur in cauſa illorum de Refrigerijs.

Primũ dubiũ eſt, uidelicet ꝙ pfatę mulieres egerunt ſine actione, cum ceſsio ipſis facta de bonis prędictis fuerit nulla ipſo iure.

Secũdũ dubiũ eſt, ꝙ ipſis obſtat pſcriptio, nec cõſiderandũ eſt priuilegiũ cõceſſum eccleſiæ circa pſcriptionẽ, cũ bona fuerint trãſlata in ipſas mulieres, quę quo ad hoc non reperiuntur priuilegiatę: arg. l. Paulus. in fin. ff. de acquir. hęre. & c. 1. de iure patronat. libro 6.

Reſoluendo primum dubiũ dico, prędictas mulieres non egiſſe ſine actione: quia ceſsio eis facta
1 de bonis prædictis ualuit, † non obſtante cõſtitutione Pauli, cũ illa procedat in alienatione rei cuius dominiũ fuit acquiſitũ ipſi eccleſiæ, non aũt in eo quod eccleſiæ acquirẽdũ eſt: arg. l. ſi ſpõ ſus. §. ſi maritus. ff. de do. int. vir. & vxor. & l. q aũt. in prin. ff. de his q in frau. credi. & p ea q no. Frid. de Senis in cõſi. 9. de quo feci mẽtionem in alijs allegationibus.
2 Non obſtat, † ꝙ bona ingreſsi ipſo iure acquirãtur monaſterio. auc. ingreſsi. C. de ſacroſ. eccl. quia eſto ꝙ hoc ſit uerũ, attñ adhuc pcedit iſta rñſio, ꝙ
3 ſic probatur. † Nã dñium rei legatę ipſo iure transfertur in legatarium à morte teſtatoris. l. à Titio. ff. de furt. & l. ſi tibi homo. §. cũ ſeruus. ff. de legat. 1.
4 † & tñ prælatus ſolus põt legatũ repudiare, & ſic nõ eſt opus circa amiſsionẽ dñij acquiſiti eccleſiæ ipſo iure adhibere ſolẽnitates q requirunt in alienationib. rerũ eccleſiaſticarũ. Et ratio eſt, † qa potentius eſt dñiũ, qđ acquirit mediãte apprehẽſione rei q ſit dñium quod acquirit ipſo iure. & ſic ex priuilegio. arg. l. in bello. §. ſi qs ſeruũ. ff. de capt. & poſtli. reuerſ. not. Bar. poſt Cyn. in l. 1. C. cõni. dele. & in l. cũ filius. §. uarijs. ff. de leg. 2. Pa. de Caſt. & D. Alex. in l. 1. circa fin. ff. de leg. 1. Faciũt nota. per Paul. de Caſt. & in l. Gallus. §. & qd ſi tñ. de libe. & poſth. & in l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. poſſ. ubi inquit
5
6 † Principẽ poſſe legitimare ĩ piudiciũ hæredis cui dñiũ fuit acquiſitũ in bonis hrditarijs ex aditione hæreditatis per eũ facta: quoniã nondũ fuit apprehenſa poſſeſsio rerũ hęreditariarũ, & ſic qñ dominium adhuc non fuit acquiſitum mediãte apprehẽſione, & iſta eſt uera ſolutio ad hanc obiectionem.

Sed do aliam ſolutionẽ & dico, ꝙ prędicta obiectio pcedere poſſet ſi monaſteriũ uendicaret pdicta bona, ſed iſti reiconuenti qui à monaſterio non habent cauſam, non poſſunt excipere de inualiditate huius ceſsionis: quia dicere poſſunt prædictæ mulieres agentes, quo ad te liberas ædes habemus. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruit. uendic.

Hanc ſolutionẽ pbo multipliciter, & primò. Nã
7 † ubicunq; actus reditur nullus in fauorẽ alicuius, ita demum reditur nullus, ſi iſte uelit & petat. l. 2. & ibi nota. ff. ſi ager uectig. uel emphyt. petat. not. Saly. in l. fi. C. de iure emphyt. & Io. de Imol. in c. fi. in 26. col. de præſcrip. Iaſ. in tracta. iuris emphyteuti. col. 27. in quibus locis concludunt, ꝙ emphyteuta eccleſiæ licet cadat ipſo iure ceſſando in ſolutione canonis per bieniũ, tñ hoc ĩtelligit eccleſia volẽte & declarãte ſe uelle illũ eẽ priuatũ iure emphyteu-
8 tico. Tunc ſic, † ubicũq; ius tertij eſt excluſiuũ iuris agẽtis ipſo iure, ita tñ ſi ille tertius uoluerit, iſto caſu non põt opponi de iure tertij. hęc eſt Doctrina Bar. in l. 2. ff. de excep. rei iudi. & Bal. in auc. q rem circa fi. C. de ſacroſ. eccl. & idẽ vult Bal. in tit. de lo
9 cato. in 7. col. in addi. ad Specu. ubi dicit † ꝙ tertius nõ põt excipere cõtra emphyteutã, ꝙ ipſe non ſoluit canonẽ tẽpore ſtatuto, licet ex hac cauſa priuetur ipſo iure, put notat ĩ l. 2. C. de iure emphyte.
10 Preterea † vbicunq; agitur poſſeſſorio nũquam excipi põt. de iure tertij. Ita uult Paul. de Caſt. in l. cum ſeruum. circa finem. C. de ſeru. fugiti.

Præterea & tertiò, ꝙ non poſsit opponi de iure monaſterij ad excluſionẽ ipſarum mulierũ, adduco notata p Rapha. Fulgo. in l. 2. C. de iure emphy. ubi dicit fuiſſe iudicatũ in cõtingẽtia facti in tali qõe.
11 † Quidã emerat pdiũ à plato eccleſię alienãte ſine debita ſolennitate. quo caſu alienatio eſt nulla ipſo iure. c. 1. de reb. eccle. nõ alienã. ĩ 6. auc. hoc ius porrectũ C. de ſacroſ. eccle. iſte agebat rei uẽdicatione cõtra tertiũ poſsidẽtẽ illũ fundũ, q opponebat ꝙ ſolẽnitas nõ fuit obſeruata ĩ alienatione fundi, dicit Fulgoſius fuiſſe iudicatum talẽ exceptionẽ nõ eſſe admittẽdã. & licet Raphael ipſe dãnet iſtã determinationẽ more ſuo inhęrẽs opinionib. cõiter reprobatis, tñ uera eſt hæc deciſio, & recte fuit iudicatũ. & hãc opinion. uidetur approbare D. Iaſ. in d. tract. iur. emphyt. col. 27. dum dicit, ꝙ ueritas huius pũcti dependet ab his quæ voluit Bart. in l. 2. ff. de except. rei iudic. quẽ ſupra retuli. & ab ijs quæ volũt Bal. & Docto. in l. cuius ſeruũ. C. de ſer. fugit. & Bal. in auct. qui rẽ. circa fi. C. de ſacroſ. eccle. ubi dicit, ꝙ cum excipiens dicatur agere, oportet ꝙ in pſona eius ſuadetur ius excipiendi ſicut oportet in agente fundari ius agendi, ſed conuentus qui opponit de iure tertij, fundat ius ſuũ nõ in eius perſona, ſed in pſona tertij, & ſic de tali iure excipere nõ poteſt, ad repellẽdũ actorẽ & ſic ex remiſsione facta ad loca prędicta pfatus Doctor manifeſtè uult ꝙ in dicta qõe rectè fuerit iudicatũ qdqd dixerit Fulg.

Secundo dubio rñdetur, ꝙ licet uerũ ſit ꝙ reſpectu tpis ꝙ currit poſt ceſsionẽ factã pfatis mulieribus, nõ ſit habẽda ꝯſideratio priuilegij cõceſsi monaſterio circa pſcriptionẽ, reſpectu tñ tpis anterioris ẽ habẽda cõſideratio: arg. l. fi. §. 1. ff. ad Velleia. & eorum q ponit Bar. in iſtis terminis. in auc. quas actiones. circa fi. C. de ſacroſ. eccle. & Pet. de Anch. & Domin. in c. 1. de iure patrona. lib. 6. ubi conclu
12 dunt, † ꝙ qñ eccleſia ſuccedit priuato vtetur iure

priuati

priuati circa præſcriptionem reſpectu temporis q̃ cucurrit cõtra priuatũ ante, quàm illi ſuccederet, ſed reſpectu temporis ſequentis utetur iure ſuo. Sic dicamus in caſu noſtro. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

S V M M A R I V M.

1 *Filia renuntians ſucceſſioni paternæ cum iuramento, & omni iuri ſibi competituro, an conſequi poſſit legatum poſteà patre ſibi relictum.*
Cap. quamuis. de pactis. lib. 6. intellectus & declaratio. & nume. 3. & 29.
2 *Genus ſicut comprehendit ſub ſe plures ſpecies ex proprietate ſermonis, ſic vna & eadem ratio includit plures caſus quibus congruit intenſiuè.*
4 *Filia renuntians ſucceſſioni paternę an agere poſſit ad legitimã, uel ad lĩmæ ſupplemẽtũ. & nu. 15. 39. & 44.*
Iuramentum uim expreſſi habet.
5 *Filia prohibita ſuccedere patri legitimã petere nõ põt.*
6 *Querela inofficioſi teſtamenti non competit filiæ in teſtamento patris exhæredatæ, quando ab inteſtato ſuccedere prohibetur.*
7 *Filio renuntianti ſucceſſioni paternæ in uita patris, legitima non debetur.*
Intellectus ad l. ſi quando. §. generaliter. ff. de inoff. teſta.
8 *Ius acquirendum facilius abdicatur, quàm acquiſitum.*
9 *Renuntiatio filiæ in manibus patris de futura ſucceſſione, non indiget inſinuatione.*
10 *Suſpicio fraudis, doli, ſeu metus reuerentialis ceſſat, in renuntiatione facta cum cauſæ cognitione, iudicis auctoritate, & decreto.*
11 *Suſpicio ceſſat, & bona fides præſumitur in contractu coram iudice celebrato.*
12 *Remedium l. 2. C. de reſcind. uendi. ceſſat, quando in contractu uenditionis iudicis decretum interuenit.*
13 *Timor reuerẽtialis efficit, ut tacẽs nõ uideatur cõſẽtire.*
14 *Filius in actu celebrato coram iudice tacens, patri conſentire præſumitur.*
Declaratio ad l. fi. in ultimis uerbis. C. de adoptioni.
15 *Legitima præſtari debet iuxta facultates patris, quas habet tempore mortis ipſius.*
16 *Renuntiatio ſucceſſionis paternæ facta per filiam dolo inductam non ualet, licet ſuper ea ſit interpoſitum iuramentum.*
17 *Sola procreatio filiorum an excludat filiam à ſucceſſione patris ab inteſtato.*
18 *Renuntiatio ex falſa cã, & per errorem facta, uitiatur.*
19 *Iuramentum interpoſitum in renuntiatione in qua error interuenit nullum eſt.*
20 *Iuramentum uires non habet, nec contractui dat robur, cui conſenſus contrahentium deeſt.*
21 *Conſenſus in qualibet diſpoſitione requiritur pro ſubſtantia, & illo non exiſtente, eſt nulla ipſo iure.*
22 *Dolus ex propoſito, & dolus re ipſa contingens æquiparantur.*
23 *Dolus præſumitur in contractu ex enormi læſione excedente dimidium iuſtæ æſtimationis.*
24 *Renuntiatio mulieris renuntianti opulentæ hæreditati pro modica dote non ualet, nec firmatur iuramento.*
25 *Dolus re ipſa idem operatur reſciſſionẽ contractus, quòd dolus ex propoſito contingens.*
26 *Enormis læſio ubi præſumitur uel deducitur in renũtiatione hæreditatis, an iuramentum aliquid operetur.*
27 *Mulier minor facile à patre ad renuntiandũ inducitur.*
28 *Dolus quãdo dicatur committi circa uolentẽ, & ſciẽtẽ.*
30 *Præſumptio ſubductionis adeſt, ex immẽſa donatione, uel in factis immoderatis, licet iuratum ſit, & maximè poſitis in iuuenili ætate uel mulieribus.*
31 *Iactationes à iure non præſumuntur.*
32 *Mulierem genus auariſſimum.*
33 *Lex de facili præſumit dolum circa ea quę immoderatè geſta ſunt.*
34 *Iuramentũ relaxari debet quando filia iurat ob nimiã reuerentiam patris, concurrente etiam minori ætate.*
35 *Læſio multum exceſſiua quæ dicatur.*
36 *Diſpoſitio c. quamuis. de pact. lib. 6. quomodo procedat. & ſupra num. 1. & 3. & 37.*
37 *Differentia quæ ſit quãdo mulier gratis renuntiat hereditati paternæ nihil ab eo cõſequẽdo, & quãdo renũtiat aliquid cõſequendo, & quo caſu renũtiatio ualet.*
Dolus in pacto nõ gratuito p̃ſumitur ex enormi læſione.
38 *L. 2. C. de reſcind. vendit. non habet locum in renuntiatione facta ex mera liberalitate.*
39 *Renuntiatio quibuſcunque uerbis concepta non comprehendit legitimam, uel eius ſupplementum, niſi ſpecialem faciat mentionem.*
Diſpoſitio l. ſi quãdo. §. et generaliter. C. de inoff. teſt. et §. cęterũ. in auc. ut cũ. de appe. cognoſcitur, q̃uo p̃cedat.
40 *Iuramentũ non plus continet, quam ſimplex cõtractus.*
41 *Confirmationis natura quæ ſit.*
42 *Iurans ſeruare ſtatuta, non tenetur ad poſteà edita.*
43 *Simplex promiſſio non trahitur ad tempus futurum.*
44 *Dos minor lĩma eſſe nõ debet, & p̃ generalẽ renũtiatione hæreditatis filia ab ipſius petitione nõ excluditur.*
45 *Dotis congruę qualitas debet eſſe tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur.*
46 *Diſpoſitio l. ſi quis maior. C. de trãſact. ĩ quibus procedat.*
47 *Creditore inuito aliud pro alio ſolui non poteſt.*
48 *Iuramentum obſeruãdum eſt in forma ſpecifica, nec poteſt commutari etiam in melius.*
49 *Iurans ſoluere, non admittitur uolens compenſare.*
50 *Decretum iudicis an dolum excludat, & metum. & ſupra nu. 10. & infra nu. 51.*
52 *Verba, maturè cauſæ cognitione præhabita, an probent cauſæ cognitionem.*

C O N S I L I V M CXX.

DOmina Laura filia legitima & naturalis Egregij Viri Franciſci de Maraninis ciuis Bononiẽſis poſt, quã nuptui tradita fuit, renuntiauit oĩ iuri ſibi q̃uolibet & ex quacunque ratione uel cauſa eidẽ cõpetenti, & competituro in bonis, & hæreditate p̃dicti eius patris adhuc ſup̃ſtitis, ſiue is dcederet teſtatus, ſiue inteſtatus cũ filijs, uel ſine filijs, ex aduerſo præfatus Frãciſcus promiſit eidẽ D. Laurę relinquere in ſuo teſtõ libras mille. Item libras quadringẽtas p̃ reſtitutione dotium olim D. Thadeę matris p̃fatæ D. Laurę, necnon libras quingẽtas debitas eidẽ D. Laurę uirtute cuiuſdã ꝯtractus, quã pecuniarũ ſummam p̃miſit ſoluere per hæredes ſuos ſubſecuta morte ipſius Frãciſci p̃ annũ immediatè ſecuturũ. Celebrato iſto cõtractu, poſt aliquot annos deceſſit p̃ſatus Frãciſcus cõdito prius teſtõ, in quo legauit p̃dictæ D. Laurę eius filię libras duas mille dãdas & ſoluẽdas infra tp̃s duorũ annorũ ĩcipiẽdorũ à die obi-

tus ipſius teſtatoris,& ꝙ non primò nec ante dictũ
tẽpus illas petere poſsit:iubẽs idẽ teſtator per eius
hæredem debere dari & tradi has pecunias ſic reli
ctas inueſtitas in una re ĩmobili,ſeu pluribus,bene
tutis & ſecuris ĩ ciuitate,comitatu,uel diſtrictu Bo
noniæ.Stãtibus ergo dicta renũtiatione facta p D.
Laurã,ꝓmiſsione eidẽ facta p Frãciſcũ eius patrẽ,
dicto quoq; legato,p eundẽ Frãciſcũ relicto pdictę
eius filiæ,dubitari cõtingit,an mulier nil aliud cõ-
ſeq poſsit ĩ bonis & hrditate dicti quondã eius pa-
tris vltra illas duas mille libras ĩ eius teſtõ relictas?
1 In† propoſita dubitatione dicẽdũ uidetur,ꝙ hæc
mulier nil aliud cõſequi poſsit in bonis,& hrditate
patris uirtute dictæ renũtiationis in qua iurm iter
poſitum fuit,uirtute cuius talis renũtiatio ſortitur
effectum,c.quanuis.de pac.lib.6.qui tex.procedit,
nedũ qñ mulier renũtiauit hæreditati paternæ; cũ
iuro habita dote,congrua,& cõpetẽti,uerũ ẽt ꝓce-
dit qñ nulla habita dote,uel ĩcõgrua,facta fuit hæc
renũtiatio,cũ in illo tex.exprimat ratio, videlicet
ꝙ iurm obſeruari debet qñ nõ uergit in diſpendiũ
ſalutis æternæ:propter ergo hanc rationẽ ſcriptam
in lege,extẽdi debet illa decretalis ad caſum ꝑmiſ
ſum,licet illa diſpoſitio ſit correctoria.& ita tenet
Io.de Imol. in l.q ſuperſtitis.ff. de acquir.heredit.
& ĩ c.quãuis.de pac.lib.6.quẽ ibi ſequit late Dñc.
Quorum opinio confirmatur.Nam cũ ibi exprima
tur ratio,caſus iſte,uidelicet ꝙ renũtiatio facta fue
rit nulla habita dote per filiam,includitur intẽſiuè,
2 non aũt extenſiuè:† quia ſicut genus comprehen-
dit ſub ſe plures ſpecies ex ꝓprietate ſermonis, ſic
vna & eadem ratio includit plures caſus,quibus cõ
gruit intenſiuè, & ſic propriè nõ aũt extenſiuè.iſta
eſt pulchra doctrina Bal.poſt Pet.& Cyn.in l.de q-
bus.in 6.col.ff.de legi. eleganter declarat Paul.de
Caſt.in conſi.338.incip.præſens caſus.col.2.
3 Preterea † illa decretalis emanauit propter peri
culum animarum euitandum, ideò extendi debet
ex paritate rationis, ſecundum Gloſ.Bar. in auct.
ſacra puberum.C.ſi aduer.uendit.& Io.de Imol.in
l.ſi uerò.§.de uiro.ff.ſolut.matrimo.
4 Et ſi diceretur ſaltem † ſupplemẽtũ legitimę pe
tere poteſt hæc mulier, cui non cenſetur renũtiatũ
per uerba generalia,de qbus in dicta renũtiatione
cum requiratur expreſſa & indiuidua renũtiatio,ut
ad legitimam agi non poſsit.l.ſi qñ.§.generaliter.
C.de inoff.teſta.§.cæterum.in auc.ut cũ de appell.
cognoſ.coll.8.Bald.poſt Guliel. de Cun.in l.de his
propter.de tranſac. Huic obiectioni reſpondeo,ꝙ
nec ad ſupplementũ legitimę agi põt propter iurm
quod habet vim expreſsi.ut uoluit Bal.in l.1.col.4.
C.commodat.& in l.ſancimus.C.de teſtamentis.
5 Præterea cũ hæc † mulier prohibeatur patri ab
inteſtato ſuccedere.d.c.quanuis.de pact.lib.6.nul
la legitima ei debetur;quod ſic probat. Certũ eſt,
6 † ꝙ ſi iſta filia in teſtõ patris fuiſſet exhrdata,ei nõ
competeret querela inofficioſi teſtamenti, cum vt
dixi patri ab inteſtato ꝓhibeatur ſuccedere ꝓpter
renuntiationẽ.§.item adoptiuos.inſtit.de hęredit.
quæ ab inteſta.deferunt.Bar.& ibi alij Docto.in l.
Gallus.§.& quid ſi tantũ.col.pen.ff.de lib.& poſth.
ergo cum non detur querela huic mulieri ſi fuiſſet
exhæredata,nec etiã concedi debet petitio ſupple
mẽti legitimæ,quæ fuit ſubrogata loco qrelæ.l. oĩ-
modo.C.de inof.teſtam.& iſto argõ in ſimili caſu
utit D.Sal.ĩ d.§.& qd ſi tm̃.col.20. ff.d lib.& poſth.
7 Præterea † d.l.ſi qñ.§.generaliter.loquitur qñ
filius paciſcitur poſt mortẽ patris,& ſic tẽpore quo
ſibi debetur legitima, & ſic ſibi iã ius eſt acquiſitũ
in bonis patris.Sed aliud eſt cũ filius paciſcitur,uel
renuntiat ſucceſsioni paternæ in uita patris,quo ca
ſu adhuc legitima ſibi nõ debetur.l.1.§.ſi impubes
ff.de colla.bonorũ.iſte.n.ĩ toto excludit.& ita ꝓce
dat tex.in d.c.quãuis. quẽ ſic intelligit & declarat
Rapha.Cuma.in conſi.188. incip. ſpectabilis mi-
les.dicẽs hoc eſſe de mẽte Bar.in l.1.§.filium.in 4.
q.ff.de bonorũ poſſeſ.cõtra tab.& ratio huius dicti
8 poteſt eſſe:† quia facilius abdicatur ius acquirẽdũ,
quàm ius iam acquiſitum,l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.
ff.de dona.inter vir.& uxor.l. qui aũt.in prin.ff.de
his,quę in fraud.credit.Frideri. de Senis in coſ.60.
Pau.de Caſt.in conſ.11.iõ dicit Bal.in l.illud.in 2.
9 q.C.de ſacroſan.eccle.† ꝙ renuntiatio facta per fi-
liã in manibus patris de futura ſucceſsione nõ in-
diget inſinuatione:qa cõtinet ius quęrẽtiũ nõ ius
acquiſitũ.ideò nõ eſt donatio q̃ exigat inſinuatio-
nẽ l.qa aũt.& l.Iulianus.ff.ſi quis omiſſ.cauſa teſtã.
10 Confirmatur iſta pars.Nã † in iſta renũtiatione
interuenit cauſæ cognitio,& iudex interpoſuit au-
ctoritatem & decretum:ergo omnis ſuſpicio frau-
dis,doli,ſeu metus reuerentialis,uidetur ceſſare,p
eaq̃ uoluit Bar.in l.frater à fratre,char.vlti.ff.de cõ
dit.indebi,verſi.tertiò quæro.de contractu emptio
11 nis, ubi inquit,† ꝙ qñ contractus fit pñte iudice,
ceſſat oĩs ſuſpicio,& bona fide contractus cenſet ce
lebratus.l.fi. in prin.ff. quod met.cau. & idem vult
Io. de Imol. in l.1.§. fuit quęſitum.ff. ad Trebell.
12 Hinc eſt † ꝙ quando in contractu uenditionis
interuenit iudicis decretum,tunc ceſſat remedium
l.2.C.de reſcind.uendit.quaſi præſumptio ſit iuris
& de iure,ꝙ deceptio nõ interuenerit.& ita uoluit
Bar.in l.1.C.de prędijs curialium.lib.10.Ang.in l.
pretia rerũ.ff.ad leg.Falcid.& in conſ.139.incip.tu
tor uxori.Abb.in c. cum dilecti. de empt.& uedit.
ita ꝙ ſi quis timor reuerẽtialis adduci poſſet ad re
ſciendendum hanc renũtiationem dico illum eſſe
ſublatum propter iudicis præſentiam, interponen
tis auctoritatem & decretum huic renuntiationi.
13 Hinc eſt,ꝙ † licet timor reuerentialis efficiat,ut
tacens non præſumatur conſentire.l. pen.ff.de fur.
14 Bar.in l.quæ dotis.col.pen.ff.ſol.matri.† nihilomi
nus iſtud non habet locum in actu celebrato corã
iudice,nam tunc filius tacẽdo præſumitur patri cõ
ſentire: quaſi ille timor reuerẽtialis euaneſcat pro
pter pñtiã iudicis.de hoc eſt caſus ĩ l.fi.in ult.uer-
bis.C.de adop.quẽ ſic declaraui in l.2.§.uolunta-
tẽ.ff.ſolu.matrimo. hæc ſunt quæ in effectu adduci
poſſunt contra hãc mulierem renũtiantẽ vt ſupra.
Quibus tñ nõ obſtãtibus cõtrariã ſnĩam de iure
arbitror eſſe ueriorẽ,& ĩ hoc articulo cõſueto more
15 ꝓcedẽdo pono iſtã cõcluſionẽ,uidelicet, † ꝙ mu-
lier nõ obſtãte iſta renũtiatione,ſaltẽ agere poſsit
ad lĩmã ſeu eius ſupplemẽtũ,q̃ lĩma pſtari dẽt iux
ta facultates prĩs, quas habuit mortis tpe.l.cum q̃-
rit.C.de inof.teſta.licet priori tpe pr minus habue
rit ĩ facultatibus.l.ẽt.§.fi.& l. ſi patronũ ex debita.
§.fi.ff.

§.fi.ff.de bo.liber.quos tex. dicit eſſe egregios Ludo.Rom.ĩ ſingulari 129.inci. volo tibi dicere vnũ. & de hoc extat latum cõſiliũ Franciſci Curt. vltimi in ordine conſiliorũ,cuius dicta aliter non ſunt trãſplantanda,quod faciunt pleriq; conſulẽtes,quorũ morẽ ſemper deteſtatus ſum. Et pro iſta concluſio-
16 ne in primis conſidero† ꝙ iſta mulier dolo fuit inducta ad faciendam hanc renũtiationem,ideò nullius eſt momẽti hæc renuntiatio,d.c.quãuis.& c.cũ contingat.de iureiur.& auc.ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer.vendi.Ideò Io.de Imol.in d.c. quanuis.dicit ꝙ ſi mulier eſſet perſuaſa ꝙ hereditas eſſet modici valoris,quæ in veritate erat opulenta, tunc renũtiatio non valet,licet iuramentũ ſuper ea fuerit interpoſitũ. Quod autẽ hæc mulier dolo fuerit inducta ad renuntiandum ſic oſtenditur, fuit enim dictũ in renuntiatione ꝙ Frãciſcus eius pater poſſet adhuc filios maſculos prócreare,ꝙ ſi cõtingeret totaliter eſſet excluſa ab omni ſucceſsione paterna,perſua-
17 ſum ergo fuit huic mulieri † ꝙ ſola natiuitate ſeu procreatione filiorũ maſculorum hec mulier patri ab inteſtato non poſsit ſuccedere,licet illi decederẽt patre adhuc ſuperſtite.l. hæredib.in princ.ff.ad Sena.conſ.Trebel.l.cũ vxori.C.qñ dies leg.cedat. iſtud aũt eſt falſum:quia ſola procreatio filiorũ nõ excludit filiã à ſucceſsione patris ab inteſtato, ſed requirit̃ ꝙ tales filij ſint ſupſtites poſt mortẽ pr̃is, vt ꝙ paternæ hæreditati ſe immiſceant: aliàs filiæ fęminæ non excludũtur, ſic diſponit expreſſe ſtatutum poſitũ in rub.de ſucceſsione liberorũ.in prin.
18 † Et ex hoc infero ꝙ dicta renũtiatio facta fuit ex falſa cã,& ſic per errorẽ,ideò vitiatur.l.ſi diuortio. cũ ſua Glo.pen.ff.de ver.obl.l.pen.§.muliet.ff.ſol. ma.Alex. in conſ.89. inci.viſo pũcto,lib.2.col.vlt.
19 † Nec curandum eſt de iuramẽto ſuper eo interpoſito: quia propter errorẽ defuit conſenſus in renũtiãte.l.ſi quis per errorẽ.ff.de iuriſ.om.iud.§.1.29.
20 q.1.Abb.in c.ſi cautio.col.1.de fide inſtru.† Iuramẽtũ aũt vires nõ habet,nec contractui dat robur, cui deeſt conſenſus contrahentiũ.l.fi.C.de non nu. pec.Bar. in l.ſi quis pro eo.col. vlt.ff.de fideiuſ.&
21 ratio eſt,† quia conſenſus in qualibet diſpoſitione requiritur pro ſubſtãtia,& illo non exiſtẽte eſt nulla ipſo iure.l.obligationũ ſubſtãtia.ff.de act. & obli. Bar.in l.1.col.3.ff. de condi.inde. Cum ergo ſit nullus huiuſmodi contractus,iuramentũ nihil operatur, nec poteſt inducere confirmationẽ contractus,cũ non reperiat quid confirmabile,vt dicit Ludo.Roma.in conſi.12.incip.viſo facto propoſito.

Secundo principaliter pro iſta concluſione moueor. Nã ex iſta renũtiatione hęc mulier reperitur enormiſsimẽ læſa, cũ ſolum ex ꝓmiſsione librarũ mille quas promiſit pater relinquere in teſtõ,renũtiauerit hæreditati patris, quæ dicitur aſcẽdere ad æſtimationẽ 15.aut 16. mille librarũ , ſtante ergo hac enormiſsima læſione in hac renũtiatione p̃ſumitur hãc mulierẽ dolo fuiſſe inductã ad renũtiandũ, & ſic dolus p̃ſumitur interueniſſe re ipſa,nulla ergo & inualida effectualiter redditur iſta renũtiatio,licet iuramentum ſuper ea fuerit interpoſitũ:
22 † quia dolus ex propoſito,& dolus re ipſa cõtingẽs ęquiparant̃.l.ſi quis.cũ aliter.ff.de ver.obl.l.1.in fi. ff.de excep.doli.& ita voluit Io.Cald.in cõſ.8.ĩ tit. de iureiu.Abb.in c.cũ cõtingat.eo.ti.Lud.Rom.ĩ
23 conſ.54.incip.viſis.& in cõſ.90.vbi dicit † ꝙ p̃ſumit̃ dolus in cõtractu ex enormi læſione, q̃ excedit dimidiũ iuſtæ æſtimationis,adducit Bal. in c.1.ĩ §. itẽ ſacramẽta,de pac.iur. fir.ĩ vſib.feu.Idẽ cõſuluit D.Alex. in conſ.89.incip.viſo pũcto.col.3.verſi.ſecũdo reſpõdeo.lib.2.Idẽ voluit Pet.de Anch.in c. Canonũ ſtatuta.in 11.q.principali.de cõſti.& in c. quãuis.de pac.in 6.& in conſ. 236.incip.ꝓ maiori intelligẽtia dicendorũ.in vlti.dubio.& in conſ.39.
24 inci. ꝓ clariori deciſione q̃ſtionis. vbi dicit † ꝙ renũtiatio facta per mulierẽ q̃ renuntiauit opulentæ hæreditati pro modica dote nõ valet, nec firmatur
25 iuramẽto,† qa præſumitur dolus re ipſa,qui idem operatur reſciſsionẽ contractus,ꝙ dolus contingẽs ex ꝓpoſito,d.l.ſi quis cũ aliter. & dicit Pet.Philip. Cor.in conſ.258.inci. quãquã.col.5.lib.4.ꝙ ita vidit conſultũ per Clariſsimos Iureconſultos, qui tẽpeſtate ſua tenuerũt principatũ in reddendis conſilijs,videlicet D.Io.Petruci,& D.Benedictũ Caprã.

Et ſi diceretur p̃dicti Doctores loquũtur qñ mulier renũtiauit hæreditati iã delatæ, videlicet poſt mortẽ patris:ſed ſecus dicẽdũ videtur in caſu iſto, in quo tẽpore factæ renũtiationis hæreditas patris huic mulieri nondũ erat delata. Ad hoc reſpõdeo,
26 † ꝙ vbi p̃ſumitur ſeu deducitur enormis læſio in hæreditate deferẽda cui renuntiatur non eſt diuerſa ratio,nec minus debet impediri virtus iuramenti,q̃ in caſu in quo p pactũ renũtiatur hæreditati iã delatæ,imò videtur maior ratio,tũ qa concurrit reuerẽtia patris in cuius manibus fit renũtiatio, quæ nõ habetur vniformiter in fratribus, aut in patruis q̃bus mulier renũtiat poſt mortẽ patris,tũ qa renũtiatio hæreditatis iã delatæ non eſt à iure reprobata: ſed ſecus vbi hæreditas non eſt delata.l.pactum ꝙ dotali.C.de colla.& d.c. quãuis.ſi itaq; propter enormẽ lęſionẽ veniri poteſt cõtra cõtractũ iuratũ in caſu in quo cõtractus à iure permittit̃, etiã citra vinculũ iuramenti, quãto magis vbi contractus eſt à iure reprobatus,& inualidus,ſi iurm̃ non fuerit interpoſitũ.& p iſtã rationẽ & p plures alias ita cõſuluit p̃fatus D.Pet.Philip.Cor.in ꝑalle. conſ.259.& idẽ conſuluit Pau.de Caſt.in conſ.177.inci.contra ſupius conſulta.cuius verba hæc ſunt:p̃ſuaſio multa & ſollicitatio, calliditas,& machinatio patris ſatis dep̃hendunt̃ interueniſſe ex natura rei geſtæ, & ex nimia,& enormi lęſione filiæ, q̃ ꝓ quingẽtis ſibi dãdis de bonis ꝓprijs ipſius filiæ,videlicet d̃ dote materna,renũtiauit reſiduo qđ aſcẽdebat ad triplũ: & ẽt hæreditati paternæ, & doti de ſuo dãdæ. Et hoc eſt ꝙ v̄r eſſe de mẽte tex.ĩ l.ſi ſupſtitis.circa fi.C.de dolo.dũ dicit ſanè,ſi læſa eſt immodicè &c.q̃ verba inniũt ꝙ ſi ex trãſactione facta cũ p̃re filia reperiat̃ ĩmodicè læſa,tũc cẽſeat̃ fuiſſe læſa dolo, & conuen
27 tione p̃ris,maximè muliere exiſtẽte minore.† Nã qualitas pſonę efficit,ut de facili permiſerit ſibi ꝑſuaderi,tũ quia fœmina.l.2.§. uerba.ff.ad Velleia. tum quia minor.l.1.ff. de minorib. tum quia filia quæ faciliter à patre inducitur ad renuntiandum,l. 1.§.quæ honorandę.ff.quarum rerũ actio nõ detur.
28 Nec obſt.† qđ ibi not.Bart. videlicet ꝙ oportet cõſtare de minis p̃cedẽtibus:aliàs nõ p̃ſumit̃ cõtractus metu reuerẽtiali celebrat⁹:qa iſtud ꝓcedit qñ

AA 3 non

non conſtaret de enormi & euidenti læſione:ſed ſecus eſt,qñ conſtat de enormi læſione.d.l.ſi ſupſtite. Concluditur ergo dictum iuramentum tanquã dolo patris præſumpto ex tanta læſione pręſtitũ debere relaxari:quia non ſine peccato patris poteſt obſeruari.licet ſine peccato filię hęc.ſunt dicta Paul. de Caſt.in prędicto conſ.Ex quibus colligit̃ aperta & clara deciſio caſus ꝓpoſiti, in quo cõcurrit enormiſsima læſio. Item ꝙ renuncians dictæ hæreditati eſt fęmina.Item minor 25.annis tẽpore,quo facta fuit hæc renunciatio.Item & aliud ꝙ hæc renũtiatio facta fuit in manibus patris,& in eius domo,
29 & ſic affuit timor reuerentialis.† Et idem cõſuluit in proprijs terminis. Soc.in conſ.263. incip.capio primum conſultationis articulum. vbi poſt Pau.de Caſt.in prællegato conſ.reſpondet ad c.quãuis.de pac. libro 6.ꝙ ibi non conſtabat ꝙ filia enormiter læderetur à patre,ibi enim pater filiam dotabat de ſuo,& voluit ꝙ dote contẽta non haberet amplius regreſſum ad bona ſua:poterat.n.pater illi, auferre cętera bona ſua,ſi dos ad legitimam ſufficiebat,vel parum reſtabat,& per cõſequens auferebat filiæ,id quod non erat ipſius.Sed quod futurum erat ſi non abſtuliſſet,vt ibi latius per eum. Faciunt etiam pro hac concluſione,ea quæ dicit D.Anto.in conſi.46.
30 incip.domina Orabilis.vbi dicit † ꝙ non modica oritur præſumptio doli,& deceptionis ex immẽſa donatione ex deceptione re ipſa,in factis.n.immoderatis licet iuratũ ſit,adeſt pręſumptio ſubductio
31 nis maximè poſitis in iuuenili ętate,tũ † qa iactationes à iure non pręſumũt,c.ſup hoc.de renũ.l.cũ de indebito.ff. de prob.tũ:quia liberalitas immẽſa
32 repugnat naturę mulierũ, † quas leges auariſsimũ genus appellant.l.ſi ego.ff.ad Velleia. l.ſi ſtipulati. in fi.ff.de dona.int.uir. & vxor.circa aũt ea quæ im
33 moderatè geſta ſunt,† lex de facili præſumit dolũ. l.omnes.§.Lucius.ff. de ijs,quę in frau.credi.& l,q. teſtamentũ.ff.de proba.Idem etiam conſuluit latè in caſu iſto.Pet.Philipp.Corn.in d.cõſ.258.de quo
34 ſuperius facta fuit mẽtio,ubi dicit † ꝙ concurrẽte minore ętate,fragilitate ſexus muliebris.reuerẽtia patris,& maxima læſione iuramentũ debet relaxari,& efficaciter iuranti nõ nocet. Et ſubdit ꝙ licet ſecundum aliquos Doctores ex enormi læſione nõ præſumatur dolus, qñ non nimium excedet dimidiam.iuſti pretij, tamen quando læſio eſt multum exceſsiua,tunc ex illa ꝑſumitur dolus, ut alleg.Bal.
35 in conſ.2.incip.quia ſtatutũ habet tria capita. † & appellat læſionẽ multũ exceſsiuam, qñ legitima cõpetens filię renũtianti aſcendebat ad ſummã 231. dos fuit promiſſa in quantitate florenorum 140.& dici ſolet,ꝙ congrua dos legitimę debeat reſpõdere.quanto ergo magis in caſu iſto læſio dicetur exceſsiua, in quo hęc filia de bonis pr̃is ſolũ cõſequit̃ ſummam librarũ mille, & legitima ei competens aſcẽdat ad valorem librarñ quinque aut ſex milliũ.
36 Et ſi diceret † diſpoſitio.c.quanuis. procedit ẽt ubi filia nihil recipit à patre, & ſic pactum in totũ fuit gratuitũ,ſecundum Imol.& Lud.Rom.in l.qui ſupſtitis.ff.de acqui.hæredi.ergo multo magis procedit illa diſpoſitio in caſu,in quo filia renũtiãs aliquid à patre accepit,licet modicũ.Ad hoc reſpondeo,ꝙ poſſet negari opinio Io.de Imo.& Romani inhęrendo ſniæ Raphael.& Bartholomęi de Salyceto.in d.l.pactum quod dotali.quorum nõ minor eſt auctoritas quàm Imolę,& Romani.Vel & aliter
37 reſpondeo,† ꝙ aliud eſt quando mulier gratis renunciat hr̃ditati paternæ nihil ab eo conſequendo, & aliud eſt quando renũtiat aliquid ab eo cõſequẽdo, primò.n.caſu ideo ualet renũtiatio : quia non præſumitur dolus in pacto gratuito,ſed ſecus eſt in pacto nõ gratuito, ĩ quo ex enormi læſione ꝑſumit̃ dolus,& ſic habet locũ diſpoſito.l.2.C.de reſcind. vend.& ratio diuerſitatis eſt, nã vbi pactum eſt gratuitum ſola liberalitas eſt cauſa huius pacti,nec habet quid aliud cui commẽſuretur.Sed vbi pactũ nõ eſt gratuitum ceſſat cauſa liberalitatis, ideò debet correſpondere pretiũ rei ſuper qua ſit pactũ,& nõ debet eſſe nimia diſproportio: aliàs reſultat dolus re ipſa, & quandoque ex propoſito ſaltẽ iuris præſumptione,quãdo nimium eſt exceſsiua diſpoportio.Ita notabiliter reſpondet huic obiectioni præfatus Pet.Philippus Corneus ĩ d.eius cõſi.Sed ante eũ hæc fuit doctrina Bar. de qua ipſe non meminit in conſ.90.incip.Dilecto domino Frãciſco,ubi di-
38 cit † ꝙ quando renuntiatio fuit ſimplex : quia non fuit facta reſpectu alicuius dati ſeu recepti : ſed ex mera liberalitate profecta eſt,tũc locũ nõ habet l. 2.C.de reſcind.vendi.ex præmiſsis ergo concludit̃ hanc renuntiationẽ,cui ineſt dolus re ipſa,imò dolus ex propoſito iuris præſumptione reſultãte ex læſione multum exceſsiua viribus nõ ſubſiſtere.& ſic petita abſolutione à iuramẽto cõtra ipſum ueniri poterit, cum non fuerit ſimplex hæc renuntiatio, ſed facta fuit reſpectu promiſsionis factę per patrem huius mulieris,de qua ſuperius in puncto.

Tertiò principaliter ꝓ hac concluſione adduci-
39 tur.† Nam ut renũtiatio comprehendat legitimã, ſeu eius ſupplementũ neceſſe eſt ut ſpecificẽ,& expreſsim de legitima & eius ſupplemẽto fiat mẽtio, aliàs non includit̃ in renũtiatione quibuſcũq; verbis fuerit concepta.l. ſi quãdo.§.& generaliter.C. de inoffi.teſta.§.cęterum.in auct.ut cũ de appella. cognoſcitur.colla.8.quorum iuriũ diſpoſitio ꝓcedit etiam ſi ſuper renuntiatione interpoſitũ fuerit iuramẽtum.Bal.in l.2.ff.de iureiu. & Franciſ.Aret. in l.1.§.ſi quis ita,col.5.ff.de verb.obl.ubi dicit,ꝙ ideò legitima non cõprehenditur in renũtiatione iuramento firmata: quia deficit conſenſus renũtiã
40 tis,ideò † iuramentũ non plus continet quàm ſimplex contractus.l.fi.C.de nõ nume.pecu.Bar.in l.ſi quis pro eo, circa finem principij.ff.de fideiuſſori.

Et ſi obijceretur,ꝙ hæc procedunt quando renũtiatio fit poſt mortẽ patris,ſecus ſi fiat patre viuẽte, prout dicit Bal.in l.quãuis.C.de fideicom.& Alex. in conſ.181.inci.perſpectis.lib.5.huic obiectioni reſpondeo,ꝙ prædicta multo magis procedunt in renuntiatione facta viuente patre, quia illa eſt reprobata,& ſic redditur nulla, niſi iuramẽtum ſuper ea interponatur.d.c.quanuis. ſed renuntiatio q̃.fit poſt mortẽ patris nõ eſt reprobata,imò valet abſq; iuramento:ſi ergo iſto caſu hæc renuntiatio legitimam non includit etiam adhibito iuramento,multo minus includeretur in alio caſu.

Suadetur hoc: nam iurm̃ appoſitũ in aliquo contractu, ideò interponitur ut cõtractui det robur,& ut illum

ut illum confirmet:ergo plus non debet continere
contractus corroboratus uinculo iuramenti quàm
41 cõtractus ſimplex: † quia natura cõfirmationis eſt,
ut det robur actui confirmato,eius tñ uires non ex-
tendit,de hoc eſt caſus notabilis in l. Aurelius.§.te
ſtam.ff.de liberat.legat.quẽ ad hoc inducit Bal.in
l.3.C.ſi aduerſ.rẽ iudic. & ibi Paul.de Caſt.qui idẽ
42 tenet in conſi.134.incip. notãdum.col.1.† Et pro
hoc eſt bonus tex.in c.clericus.de iureiur.ubi pro
miſsio iurata de ſeruandis ſtatutis non extenditur
ad ſtatutum,quod poſtmodum editum fuit.Cum ſit
43 † ꝙ ſimplex promiſsio non trahatur ad tempus fu
turum.l.cum ſtipulamur.& l.ſi à colono.ff.de verb.
oblig.l.ſi ita.ff.de aur.& argen.lega.ſicut ergo ſim-
plex renũtiatio legitimã nõ includit, ſic nec illã cõ
tinebit ſi ſuper ea iuramentum fuerit interpoſitũ.

44 Quartò comprobatur eadem concluſio:† nã da
to non tñ conceſſo,ꝙ ſtante dicta renuntiatione iu
ramento firmata, hæc mulier non poſsit petere le-
gitimam , nec eius ſupplementum , tamen ex quo
incompetenter reperit dotata conſideratis faculta
tibus quas pater poſsidebat mortis tpe agere po-
teſt ad ſupplementũ congruę dotis,quæ dos nõ de-
bet eſſe minor legitima,cõſiderato patrimonio ꝑ-
dicti Franciſci, conſiderato etiam ꝙ ipſe deceſsit
nullis ſuperſtitibus filijs maſculis, & hoc non ob-
ſtante quacunque excluſione legis uel hominis. Ita
latè concludit Bal. Iunior in tractatu de dote,in 6.
parte,in 15.priuilegio.in uerſ. & prædicta cõferũt
ad ſtatutum, ubi allegat Bal.in pluribus cõſilijs,&
Bartholomæ.de Salyc.in diſputatione quæ incipit
ſtatuto cauetur.& Ang.in conſi.310.incipi.D.Gre
gorius,& dicit ſe pluries cõſuluiſſe apud Regnũ in
ciuitate Aquilæ , & ſubdit ꝙ ſi tempore quo pater
dotauit filiam non erat multum diues,ita ꝙ ſecun-
dum illud tempus dos illa erat competens,& tẽpo-
re mortis fuerunt ſatis auctæ facultates patris,pote
rit filia petere ſupplementum congruæ dotis inſpe
ctis facultatibus patris,quæ erãt tempore mortis:
45 † quia iſta qualitas congruę dotis debet eſſe tẽpo-
re mortis eius,de cuius hęreditate agitur.l.in deli-
ctis.§.ſi extraneus.ff. de noxalib.l.ex facto.ĩ prin.
ff.de vulg.& pupill.& ita vult Pau. de Caſt.in conſ.
131.incip.licet iſta D.Liſa.in primis uerbis.

Vltimò comprobatur eadem concluſio:nam ꝑ-
fatus Frãciſcus pater huius mulieris promiſit ſe re
licturum in teſtõ ſuo libras mille noningentas dã-
das & ſoluendas infra annum immediatè ſecutu-
rum poſt eius mortem:demum in teſtamento iuſ-
ſit hanc ſummam pecuniæ præſtari per ejus hęredẽ
inueſtitas,& infra terminum duorum annorũ à die
obitus ſui,& ꝙ ante dictum tempus hæc ſumma pe
ti non poſſet, & ſic non ſeruauit promiſsionem in
forma præfatus Franciſcus, ratione ergo iuramẽti
cecidit ab omni iure,& ab omni cõmodo , qđ con
45 ſequi poterat ex dicta renũtiatione † l.ſi quis ma-
ior.C.de tranſac.quę lex ſecũdũ Doctores ꝓcedit,
ne dum in contractu tranſactionis,ſed in quolibet
alio cõtractu,prout etiam dicit Mattheſillanus in
notabili quinquageſimo , ubi infert ad qſtionẽ,de
qua ibi per eum . Defecit enim præfatus Frãciſcus
in duobus. In primo defecit quia promiſit,ꝙ poſt
eius mortem præſtaretur prædictæ D.Laurę prædi-
cta ſumma pecuniæ liberè abſq; ullo onere, demũ
in teſtõ diſpoſuit ꝙ debeant præſtari & tradi inue-
47 ſtitæ in vna re immobili,† & ſic prouiſit vnũ demũ
iuſsit ſolui aliud quod fieri non poteſt inuito credi
tore.l.2.§.mutui.ff. ſi cert.petat. In ſecundo defi-
cit:nam promiſit,ꝙ hæc ſumma pecuniæ præſtare-
tur per eius hæredes infra annum,demum in teſta-
mento noluit ante biẽnium has pecunias peti poſ-
ſe auferendo huic mulieri commoditatẽ vnius an-
ni quam erat habitura ex ſolutione huius ſummæ.

Et ſi per aliquem diceretur in compenſationẽ,
huius damni teſtator relinquit maiorem ſummã ,
quàm promiſerit, promiſit.n.libras mille nonin-
gentas,& reliquit in teſtamento libras duas mille.
Ad hoc reſpondeo,ꝙ propter hoc non euitauit ꝑ-
48 fatus Franciſcus periurium : † quia iuramentum
eſt obſeruandũ in forma ſpecifica . c.ad noſtrã.de
iureiurã.nec poteſt propria auctoritate cõmutari
etiã ĩ melius: & ſic oportet ſeruari pręcisè,id quod
iuratum eſt: ut euitetur periuriũ. Ita vult Innoc.in
c.debitores.de iureiuran.& notatur in c.peruenit.
el ij.eo.tit.Felyn.in d.c.ad noſtram.circa finem.

49 Hinc cõmuniter dicunt Doctores,ꝙ † ille q̃ iura
uit ſoluere nõ admittitur uolẽs cõpenſare, licet cõ
penſatio hẽat uim ſolutionis.l.ſi peculiũ.§.1.ff.de
ſtatu lib.l.ſi debitor.ff.qui potio.ĩ pigno. habeant.

Ex iſtis ergo concluditur præfatam D. Lauram
non obſtante iſta renuntiatione agere poſſe ad ſup
plementum legitimæ.

Nõ obſtant adducta in contrarium : nam primo
fundamento reſpondeo, ꝙ imò dicta renuntiatio
non includit legitimam,licet iuramento fuerit fir-
mata,per ea quæ dicta ſunt ſuperius .

Non obſtat ſecundũ fundamentũ dum dicebaĩ,
ꝙ qui excluditur à ſucceſsione ab inteſtato prohi-
betur petere legitimã:nam pro reſpõſione dico,ꝙ
hæc mulier non prohibetur patri ab inteſtato ſuc-
cedere: quia ut ſuperius oſtenſum fuit,uiribus non
ſubſiſtit iſta renũtiatio, tũ quia mulier enormiſsi-
mè fuit læſa, tũ q̃a præfatus Frãciſcus non adimple
uit in forma ſpecifica promiſsionẽ per eũ iuratã.

Tertio fundamẽto ex ſuperius adductis patet re
ſponſio : quia ſi renuntiatio poſt mortẽ patris non
includit legitimam,multo minus illam includet re
nuntiatio facta uiuente patre,cum illa ſit reproba-
ta,niſi iuramentum interponatur.

50 Vltimò non obſtat dum dicebatur,† ꝙ decretũ
iudicis excludit dolum allegando Bar.in l.1.C.de
prædijs curialium . lib. 10. Nam illa opinio Bart.
communiter eſt approbata,ut per Alex.in l. pretia
rerum.ff.ad leg.Falcidi.

51 Prætereà † decretum iudicis tũc excludit ꝑſum-
ptionem doli,& metus qñ adhibita fuit cauſæ co-
gnitio,aliàs ſecus:ita dicit Rapha. Cuma.in conſ.
52 180.inci. videtur. † & licet dicatur in inſtrumen-
to maturè cauſæ cognitione prehabita , tamen illa
verba non probant dictam cauſæ cognitionẽ cũ nõ
poſsit fieri tempore quo inſtrm̃ celebratur, imò re
quirebatur temporis interuallum , ut pulchrè &
eleganter decidit Pau.de Caſt.in conſi.91.inci.ſu-
per eo quod quæritur.& iſtud eſt etiam de mẽte Ra
pha. in d. conſi.180. dum dicit præcipuè, cum in
decreto de cauſæ cognitione nõ exprimatur illud

tertiũ uerbum præcipuè, includit caſum in quo exprimitur cauſę cognitio.l. rogaſti.ff.ſi certũ petat. l.qui ſe patris. C.vnde lib.in verb. maxime emancipatus,& ibi Doctores notant. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Senectus factionem teſtamenti non impedit in homine ſanæ mentis.*
Melior eſt umbra ſenis, quàm gladius iuuenis.
2 *Cæcus teſtari poteſt inter liberos adhibita tantum ſolennitate iuris gentium.*
3 *Communis opinio amplectenda eſt in iudicando & conſulendo.*
4 *Doctorum opiniones ubi ſunt uarię, illi inhærendum eſt, quæ fauet teſtamento.*
5 *Solennitas non neceſſaria actum non uitiat, etiam ſi inutiliter interponatur, maximè in teſtamento.*
6 *Teſtamentum in ſcriptis, quando conſtat teſtatorem noluiſſe ſe arctare ad uiam teſtandi in ſcriptis, poteſt ut teſtamentum nuncupatiuum ſuſtineri.*
7 *Elegiſſe uiam nemo præſumitur, per quam iudicium ſuum impugnari poſſit.*
8 *Nemo p̃ſumitur dixiſſe id, quod prius mẽte nõ cogitauit.*
9 *Mentis noſtræ nullum maius eſt teſtimonium, quàm qualitas inſpecta uerborum.*
10 *Homo non creditur uelle niſi id quod dicit.*
11 *Voces ſunt notæ earum quæ ſunt in animo paſſionum.*
12 *Verba, ualeat omni meliori modo, in teſtamento quid operentur.*
13 *Clauſula, & ualeat omni meliori modo quo poteſt, in teſtamento inter liberos ſubintelligitur.*
14 *Teſtamentum carens ſolennitatibus contentis in l.hac conſultiſſima. C.qui teſta. face. poſſ. nullum eſt.*
15 *Teſtamentum cæci quas ſolennitates requirat, in alijs non requiſitas, ex diſpoſitione d.l. hac conſultiſſima.*
16 *Teſtamentum conditum à cæco inter liberos non ſeruata dicta ſolennitate, ſi falſitatis ſuſpicio ceſſat, ualet. & numero 20.*
17 *Arguere à ceſſante ratione licet.*
18 *Inequalitas inter liberos reddit teſtamentum cæci ſuſpectum.*
19 *Lex limitatiua extendi non debet ad caſum in quo militat maior ratio firmandi regulam in caſu illo, & minor ratio extendendi legem limitantem, & exorbitantem.*
20 *Filius aſcribens ſibi hæreditatem patris non incidit in crimen falſi.*
21 *Falſitatis ſuſpicio non ceſſat, quando in teſtamento minus ſolenni filius conſequitur quod ab inteſtato non erat habiturus, & filius tale quid ſibi aſcribens in pœnam falſi incidit.*
22 *Diſpoſitio l.hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. quomodo procedat.*
23 *Teſtamentum conditum à patre inter liberos minus ſolenne, quare ſit quod ualeat.*
24 *Teſtamentum minus ſolenne conditum inter liberos ualet, quando parentes in eorum fauorem diſponunt.*
25 *Oratio indefinita æquipollet vniuerſali.*
26 *Teſtamentum ſecundum minus ſolenne in quo ſunt inſtituti uenientes ab inteſtato, reuocat primum ſolenne, in quo extranei inſtituti ſunt.*
Limitatio ad text. in l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. C. de teſtam.
27 *Argumentum ualidum eſt, & ualida eſt probatio ab ijs quæ communiter fieri ſolent.*
28 *Probatio nil aliud eſt, niſi iudicẽ monere ad perfectam credulitatem.*
29 *Vero omnia conſonant, falſo autem cito diſſonant.*
30 *Cohabitatio affectionem auget & dilectionem.*
31 *Frater quare à teſtimonio pro fratre repellatur.*
32 *Teſtator præſumitur uelle hæreditatem magis peruenire ad filiam, quàm ad eius neptem.*
33 *Teſtamentum ſubſcriptum per Notarium atteſtantẽ illud de eius commiſſione facta alteri notario fuiſſe ſcriptum, quid continere debeat, ut fidem faciat.*
34 *Literarum diſſimilitudo reddit ſcripturam ſuſpectam.*
35 *Notario dicenti aliquem fideliter ſcripſiſse teſtamentum non creditur.*
36 *Notario de eo tantum creditur, de quo rogatus extitit à teſtatore uel à partibus.*
37 *Notario in inſtrumento dicenti ſe certioraſſe mulierem, uel minorem de beneficio ei competente non creditur.*
38 *Obiectorum diſſolutiones.*
39 *Solennitas requiſita in teſtamento cæci, requiritur & in eius codicillis.*
40 *Teſtamentum quod non ualet propter ſuſpicionem falſitatis, non ualet nec ut codicillus.*
Clauſula codicillaris quando effectum ſuum operetur.
41 *Falſitas reſpiciens teſtamentum, reſpicit etiam codicillos, & omnia contenta in teſtamento.*

CONSILIVM CXXI.

CAſus ſic p̃ponitur. Nobilis mulier quędam iam ſenio confecta, & uiſu orbata, condidit teſtm̃, in quo filiam & neptem ex filio præmortuo hęredes inſtituit coram ſeptẽ teſtibus, quorũ aliqui propria manu ſe ſubſcripſerunt, & teſtamẽtum proprio ſigillo ſignarunt, aliqui uerò non, & huic teſtõ adiecta fuit clauſula, ut ualeat eo meliori modo quo poteſt ualere, ſecundum diſpoſitionẽ legũ & Canonum, dicitur tamen ꝙ nepti longè maiorem partem reliquit ultra tricẽtos florenos annui reditus, q̃ filiæ propriæ.

Ex ijs ergo & ex alijs, quæ ſubdam in pręſenti cõſultatione de uiribus huius teſtĩ dubitari cõtingit.

Et primo aſpectu dicendũ uidetur hoc teſtamẽtum uiribus ſubſiſtere, licet dicatur hanc mulierẽ
1 fuiſſe longo ſenio confectam: † quoniam ſeniũ nõ impedit teſtamenti factionem, dummodo in teſtãte adſit ſana mens. l. ſenium. C. qui teſta. face. poſſ. ubi inquit Bal. ꝙ melior eſt vmbra ſeniũ, quàm gladius iuuenũ. l. ſemper. in prin. ff. de iur. immunitat. licet ergo quis ſit ſenex etiam cẽtum annorum teſtari poteſt, nec præſumitur delirare, ſed prudẽs eſſe, licet iuuenes erronei credant contrariũ, ſecũdũ
2 Pau. de Caſt. in d.l. ſeniũ. Et ſi diceretᷣ † hęc mulier luminibus erat priuata, ideò in teſtãdo debuit ſeruare ſolennitatẽ, de qua in l.hac cõſultiſsima. C. q. teſta. face. poſſ. quę quidẽ ſolennitas per omnia nõ fuit adhibita. Ad hoc reſpondeo ꝙ hæc ſolennitas nõ eſt neceſſaria in ijs qui teſtãtur inter liberos, cũ ſufficiat illos in teſtamẽtis adhibere ſolennitatẽ requiſitã de iure gẽtiũ, & ſic numerum duorũ teſtiũ, etiã non rogatorũ. l.hac conſultiſsima. §. ex imperfecto,

ſecto, ubi Bar.& alij notant.C. de teſta. & ita con-
cludunt Bal.Ang.Saly.Pau.de Caſt.Alex.& alij cō-
muniter Moderni in d.l.hac conſultiſsima, & licet
3 nōnulli huic opinioni cōtradicāt, † tñ hæc eſt am-
plectanda in iudicando & conſulendo, tū qa com-
munis.l.1.ff.de offic.quæſtor.c.ne innitaris.de cō-
ſtitut.c.nominis.de verb.ſignif.cum uulgaribus.tū
4 † quia ſtante uarietate opinionum inter Doctores
ſuper aliquo articulo illi inhęrendum eſt,quę fauet
teſtō.c.fi.de re iudic.l.ſi pars iudicantiū.ff.de inoſ-
fi.teſta.nec fieri debet fundamētum, ꝙ aliqui ex te
ſtibus ſe ꝓpria manu nō ſubſcripſerint huic teſtō,
quia illa ſolennitas ſubſcriptionis teſtium non eſt
neceſſaria in teſtō nuncupatiuo; quod uoluit face-
re præfata mulier, prout oſtenditur ex uerbis teſti,
dum in eo dicitur, & uolo ꝙ iſtud ſit teſtm̄ meum
nuncupatiuum,ſeu ultima uoluntas, ex quibus uer
bis conſtat mulierem uoluiſſe teſtari nuncupatiuè,
nō aūt in ſcriptis,non nocet ergo huic teſtō,ꝙ aliq
ex teſtibus ſe ſubſcripſerint, aliqui uerò minimè:
5 † quia ſolennitas non neceſſaria actum non uitiat,
etiā ſi inutiliter interponatur,l.non ſolēt.ff.de reg.
iur.& l.1.in princ.C.de rei uxo.act.& eſt Gl.loquēs
in terminis teſtamēti.in l.q. teſtō.§.per cōtrarium.
ff.de teſta.quæ uult ꝙ ſi in teſtō quod fieri poteſt ſi
ne ullo teſte, prout eſt teſtm̄ militis, adhibeantur
teſtes nō legitimi,utputa mulier,ualebit tale teſtm̄
per regulam traditā.in d.l.1.in prin.C.de rei uxor.
act.ideò Cyn.in l.hac conſultiſsima.§.per nūcupa-
6 tionē.C.de teſta.dicit ꝙ † ubicūq; quis fecit teſtm̄
in ſcriptis,ſi tñ conſtet ipſum noluiſſe ſe arctare ad
uiam teſtandi in ſcriptis ſuſtineri poterit, ut teſtm̄
nuncupatiuum,ſi in eo adhibitæ fuerint ſolennita-
tes à lege requiſitæ in ultima uoluntate nuncupati
7 ua,† non.n.quis præſumitur uoluiſſe eligere uiam,
per quam iudicium ſuū impugnari poſsit.l.miles q.
deſtinauerat.ff.de teſta. militis.l.codicillis.§.fi.ff.
de leg.2.& idem tenet D.Alex.in conſ.186.incip.
uiſo proceſſu cauſæ uertentis.lib.5.& Socy.in cōſ.
142.ꝗ incipit Reuerēde pr.ubi ꝓ hoc multa addu
cit,ſed in caſu propoſito conſtat teſtatricē noluiſſe
ſe arctare ad uiā teſtādi in ſcriptis,ut demonſtrabi
tur:ergo ualebit ut teſtm̄ nuncupatiuum,cum inter
uenerint ſolennia requiſita ꝓ ualiditate huiuſmo-
di ultimæ uoluntatis. Quòd autē conſtet teſtatricē
hoc uoluiſſe,probatur ex eo ꝙ ipſa dixit,uolo iſtud
eſſe teſtamentum meum nuncupatiuum,ex quibus
uerbis expreſsè deprehēditur illam uoluiſſe teſtari
8 nuncupatiuè, non in ſcriptis, † nemo enim præſu-
mitur dixiſſe id,quod prius mente non cogitauit.l.
Labeo.§. idem Tubero.C. de teſtam. & dici ſolet
9 † nullum maius eſſe noſtræ mentis teſtimonium
quàm qualitas inſpecta uerborum. Ita dicit Bal. in
rub.extra de teſtib.& in c.ſuper literis.de reſcript.
Alibi dicit idem Bal.in l.uoluntatis,ad finem.C.de
10 fideicommiſſ.† non credimus hominem uelle niſi
11 id quod dicit,ſunt.n.† uoces notę earū quę ſunt in
animo paſsionū,ſecundum philoſophum.& ita in
gt.Bal.in c.mādatū.col.1.de reſcrip.& in l.1.§.ubi
aūt.C.de cadu.toll.& in conſi.ſchiſmatis.in 8.col.
qđ poſuit in rub.C.ſi quis aliquē teſtari ꝓhibuerit.
Deprehēditur etiam eius uolūtas ex illis uerbis
12 dum dixit ꝙ uolebat illud ſuū teſtamentum uale-
re eo meliori modo quo poſſet:ergo ut teſtm̄ nun-
cupatiuum ſuſtinebitur, ſi non poteſt ualere, ut te-
ſtamentum in ſcriptis ob defectum ſolennitatis l.
1.ff.de iure codicillorum.& l. codicilis.§. fin.ff.de
leg.3. & tanto magis hæc procedent:quia hęc ulti-
ma uoluntas à parentibus inter liberos cōdita fuit:
23 † quo caſu ſubintelligit illa clauſula ut ualeat om-
ni meliori modo quo poteſt, Gl.eſt notabilis in l.
cohæredi.§.cū filiæ.in uerb.non ualuit.ff.de uulg.
& pupil. quam ad hoc multū notat ibi Io.de Imol.
& in c.Raynutius.in 18.col.poſt D.Antonium ibi,
de teſta.Alex.in d.conſi. 166. adducens aliam Gl.
in l.filij.in uerbo inteſtato.C.famil. ęrciſcund.hęc
ſunt quæ uidentur poſſe adduci in fauorem huius
teſtamenti.

Quibus tamen non obſtantibus, contrariā ſen-
tētiam arbitror,& abſque dubio eſſe veriorē; itaq;
in propoſita dubitatione, concludo nullū & inua-
lidum eſſe hoc teſtamentum conditū ab hac nobili
14 muliere luminibus orbata.† cū non fuerint adhibi
tę ſolennitates, de quib.in l.hac conſultiſsima.C.q.
teſtam.face.poſſ. quæ quidem ſolennitates in caſu,
de quo agitur erant adhibendę ut probabit. Et pro
15 intelligentia dicendorum pręmitto,† ꝙ diſpoſitio
dictę legis hac conſultiſsima,in teſtamēto cœci re-
quirit plures ſolennitates,quàm exigat in teſtamē-
tis aliorum,& inter cætera requiritur ꝙ adhibeat
notarius qui teſtamentum nuncupatiuum redigat
in ſcriptis,quod nō requiritur in alijs teſtātibus, ij
enim teſtari poſſunt ſine notario coram teſtibus
nuncupatis.l.hæredes palam.in princ.ff.de teſtam.
Secunda ſolennitas requiritur:qa poſt,ꝙ teſtes
ſunt rogati in pñtia cœci dicit eis cām ob quā fue-
runt uocati:uidelicet,quia cœcus uult teſtari. ideò
teſtes eſſe debent:quæ ſolennitas non requirit in
alijs teſtantibus.l. in teſtamentis. C.de teſtam.&
ita uult Glo.approbata communiter in d.l.hac con
ſultiſsima. in uerbo edoceant, Alia etiam ſolenni-
tas requirit,quia licet cœcus teſtetur nuncupatiuè,
eſt tñ neceſse ꝙ teſtes ſe ſubſcribāt in teſtō illo nū
cupatiuè facto,ſicut in teſtō in ſcriptis, ut colligit
ex illis uerbis ibi, ꝗbus oībus ex ordine peroratis.
Sed in alijs teſtamentis non expedit,ꝙ teſtes ſe ſub
ſcribant:ſed ſufficit ꝙ notarius atteſtetur de eorū
præſentia:ut uidemus quotidie fieri,& notatur per
Glo.in §.ſi uerò adſint. quæ incipit ergo.in auc.de
hæredib.& falcid.collat.1. & ita notat Pa. de Caſt.
in d.l.hac conſultiſsima.Hoc ſic pręmiſſo oſtendo,
ꝙ obſeruatio.d.l.hac conſultiſsima. fuit adhibēda
16 in hoc teſtamēto.† Nam ita demum valet teſtm̄ cō
ditum à patre cœco teſtante inter liberos non ſer-
uata dicta ſolennitate,ſi ceſſet ſuſpitio falſitatis.Ita
dicunt Doctores in contrarium allegati qui dicunt
quod illa ſolennitas non eſt neceſſaria in teſtamē-
to patris cœci inter liberos: quia ceſſat ſuſpicio
falſitatis, propter quam fuit inuenta ſolennitas il-
lius legis. Nam & ſi pater non feciſſet teſtamen-
tum liberi omnimodo erant patri ab inteſtato ſuc
ceſſuri: ubi ergo in teſtamento patris cœci nō ceſ-
ſat ſuſpicio falſitatis,tūc illa ſolēnitas debuit obſer
17 uari:quia non adhibita,corruit teſtm̄, † licitum eſt
.n.arguere à ceſſante ratione.l. adigere.§.quamuis.
ff.de iure patron.l.planè. iunc.l.ſicut.ff.ope.libert.

Quòd

Quòd autem in caſu, de quo agitur non ceſſet ſu
ſpicio falſitatis ſic oſtenditur. Nã magna reperitur
inæqualitas circa portiones delatas filiæ, & nepti
in hoc teſtõ hæredibus inſtitutis, cum portio aſſi-
18 gnata nepti † ſit in longe maiori æſtimatione, q̄
portio delata filiæ, ratione ergo huius magnæ in-
æqualitatis militat ratio ſuſpicionis in eis, imò
maior q̄ in alijs qui non eſſent de liber. teſtatoris:
arg. l. data. C. de donat. & l. cum oportet. in princi.
de bonis quę liber. & ita decidit limitãdo & modi-
ficando opinionem Doctorum ſuperius relatã, cõ
ſultiſſimus iureconſultus D. Iaſon in d. l. hac cõſul
tiſſima. col. 3. cuius opinio comprobatur euidenti
19 ratione. Nam † lex limitatiua non debet extendi
ad caſum, in quo militat maior ratio formãdi regu
lam in caſu illo, & minor ratio extendendi legẽ li-
mitantem, & exorbitantẽ, per id quod habetur in
l. ꝙ uerò contra. ff. de leg. & in l. ſi uerò. §. de uiro.
ff. ſolu. matrim. & in c. ea quæ. de regu. iur. lib. 6. li-
cet ergo in teſtõ cœci inter liberos limitetur regu-
la d. l. hac conſultiſſima. fundata in ſuſpicione falſi
tatis per §. ex imperfecto. l. hac conſultiſſima. C.
de teſtam. non tñ extenſio fieri debet ad caſum in
quo militat maior ſuſpicio falſitatis: prout eſt iſte
caſus, de quo agitur propter iſtam magnã inęqua-
litatem, & propter alia quę inferius ſubijciã. & iſto
fundamento utitur loquens de teſtõ cœci ſubtilis
doctor & celebratiſſimus D. Bartholomæus Socy.
in conſi. 162. inci. non fuiſſe opus ulteriori diſcuſ-
ſione. ubi dicit iſtam rationem eſſe multum pon-
derandam & fundatam ex iurium intentione.

Secũdò principaliter pro hac concluſione addu
co aliam concludẽtem rationem, quæ ſola iudicio
meo ſufficeret ad inualidandum hoc teſtm̃. Nam
20 ideo ualet teſtamentum † conditum à patre inter
liberos ſine ſolennitate à iure communi introdu-
cta: quia præſumunt iura ceſſare ſuſpicionem falſi-
tatis ex quo liberi erant omnino bona patris habi
turi, eorũ patre ab inteſtato defuncto, & ſtante iſta
p̃ſumptione diſpoſuit lex ꝙ filius, ſcribẽs ſibi hẽdi-
tatẽ patris nõ incidat crimẽ falſi. l. 1. §. ex illa. & l.
diuus. ff. de falſis & l. 1. C. de ijs q̃ ſibi aſcrib. ĩ teſta.
21 † Sed qñ in teſtõ minus ſolenni filius cõſequitur,
quod ab inteſtato non erat habiturus, non ceſſat ſu
ſpicio falſitatis, & iſto caſu filius ſibi aſcribens tale
quid in teſtõ patris incidit crimen falſi: quia ſuſpi-
catur lex falſitatem interueniſſe. l. 1. §. inter filiũ.
ubi Bar. notat. ff. de falſ. dicit enim Bar. ibi, ꝙ ſi fi-
lius de hæreditate patris plus ſibi aſcriberet, quàm
ei ab ĩteſtato deberetur, iſto caſu incideret crimẽ
falſi, & eſſet eadẽ ratio, quę eſt in legato quod ſibi fi
lius aſſerebit in teſtõ patris. & idem uult Bar. in l. ſi
lius. §. ſi. eo. tit. de falſ. & Soc. in d. conſi. 163. cũ er-
go neptis ex hoc teſtõ conſequatur longe maiorẽ
portionẽ, q̄ ab inteſtato fuiſſet habitura, præſumitᷓ
ſuſpicio falſitatis: & per conſequens cũ nõ ceſſet p̃-
ſumptio huius falſitatis erit inhęrẽdũ diſpoſitioni.
d. l. hac cõſultiſſima. quæ eſt fundata ſup ſuſpicio-
22 ne falſitatis. † non aũt erit cõſideranda diſpoſitio
dicti. §. ex imperfecto. quæ procedit qñ non ſubeſt
aliqua ſuſpicio falſitatis: ut quia liberi æqualiter
fuerunt hæredes inſtituti, uel ſi fuerunt inæqualiter
inſtituti, non fuit magna diſproportio. & ita proce
dat opinio Pau. de Caſt. in d. l. hac conſultiſſima,
qui non curat an filij fuerint æqualiter, uel inæqua-
liter hæredes inſtituti.

Tertiò pro hac concluſione conſidero. Nã ideo
23 † ualet teſtm̃ minus ſolenne conditũ à p̃re inter li-
beros, & ſic nõ exigitᷓ q̃ cã inteſtati, fouet cãm inte
ſtati ſic notãt Doctores in d. §. ex imperfecto. & ſu-
mitur iſta ratio ex tex. l. 1. C. de ijs q̃ ſibi aſcrib. in
teſta. ſed hæc ratio ceſſat in caſu ꝓpoſito, in quo ne
ptis ex teſtõ longe plus conſequitur, quàm ab inte
ſtato fuiſſet habitura: filia uero minus conſequitur:
ergo conſideranda erit diſpoſitio iuris communis,
& ſic lex hac conſultiſſima, non autem diſpoſitio.
§. ex imperfecto. arguendo à ceſſante ratione.
24 Præterea & quartò, tũc † ualet teſtm̃ minus ſolẽ
ne inter liberos. qñ parẽtes diſponũt in eorũ fauo-
rẽ: ſecus ſi diſponãt odioſè adimẽdo, id qđ alias fi-
lij cõſequerẽtur nõ facto teſtõ. ita dicit Lud. Rom.
in cõſi. 179. inci. ampliſſime Doct. col. 4. ſed p̃ hoc
teſtm̃ filiæ adimitur, id quod ab inteſtato fuiſſet ha
bitura, ergo non ualebat tale teſtamentum, cum
fuerit omiſſa ſolennitas dictæ. l. hac conſultiſſima.

Et ſi diceret licet hæc teſtatrix nõ diſpoſuerit in
fauorem filiæ, diſpoſuit tñ in fauorem neptis, quæ
eſt de liberis, & iſtud uidetur ſufficere, ad hoc re-
ſpondeo, ꝙ iſtud non ſufficit. ſed eſt neceſſe ꝙ di-
ſponat fauorabiliter pro omnibus liberis, qui ab in
teſtato eſſent ſucceſſuri. d. §. ex imperfecto. q̄ tex.
25 † utitur oratione indefinita quæ ęquipollet uniuer
ſali. l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. c. quia circa. de priui-
26 leg. & probatur hoc optimo ſimili. † Nã ſecundũ
teſtm̃ minus ſolenne in quo ſunt inſtituti uenictes
ab inteſtato reuocat primũ ſolenne, in quo ſunt in-
ſtituti extranei. d. l. hac cõſultiſſima. §. ſi quis aũt.
iſtud tñ procedit quãdo fuerũt inſtituti omnes ue-
niẽtes ab inteſtato, & ſic teſtator diſpoſuit in fauo
rẽ omniũ uenientium ab inteſtato: ſecus ſi aliqui
fuerũt hẽdes inſtituti, & aliqui non. ita limitat illũ
tex. Rapha. Cuman. in repetitione. l. ſi filius, qui in
poteſtate. char. antepe. ff. de liber. & poſth. Alex. &
reliqui Moderni in d. §. ſi quis autem.

Ex præmiſſis ergo elicitur hæc concluſio, ꝙ hoc
teſtm̃ redditur nullũ: quia nõ fuit ſeruata ſolẽnitas.
d. l. hac cõſultiſſima. uidelicet quia ſeptẽ teſtes ſe
non ſubſcripſerunt huic teſtõ ſed quatuor tantum.

Quintò oritur ſuſpicio falſitatis contra dictum
teſtm̃, ex eo quod dicitur fuiſſe adhibitum notariũ
qui nõ exercebat officium tabellionatus, licet for
te re uera ſit notarius. Nam communiter in actu te
ſtandi ſolet uocari notarius peritus, qui ſolitus ſit
exercere officium tabellionatus. Cum ergo hoc
factum non ſit, ex hoc arguitur ſuſpicio falſitatis.
27 † ualidum eſt. n. argumentum, & ualida eſt proba-
tio ab his quæ communiter fieri ſolent, ut traditur
per Glo. & Bal. in l. neque natales. C. de ꝓbat. & ꝓ-
batur in l. certi condictio. §. ſi nũmos. ff. ſi cert. pet.
& iſtam ſuſpicionẽ falſitatis ob hanc cauſam con-
ſiderat in proprijs terminis teſtamenti. Soc. in cõſ.
229. incip. primo aſpectu: col. 5. quæ quidem præ-
ſumptio falſitatis augetur ex alio quod in facto ꝓ-
ponitur, uidelicet, nam omnes iſti ſeptẽ teſtes fue
runt uocati ex uarijs & diuerſis locis, & nullus fuit
adhibitus ex loco ĩ quo habitabat ipſa teſtatrix, cũ
ille

ille locus ſit inſignis & fertilis nobilibus perſonis,
tā eccleſiaſticis quàm ſecularib. quos facilius f. iſ-
ſet adhibere in teſtes, huic teſtō, quàm mēdicatum
quærere ex uarijs & diuerſis locis, & profectò ſi ue-
rum amamus, ut inquit Iuriſconſultus in l. cū ita ff.
de condit. & demonſtrat. iſta arguunt manifeſtam
falſitatem: & inducere debēt animum iudicis ad p
28 fectè id credendū: † qa probatio nil aliud eſt niſi
iudicem mouere ad perfectam credulitatē. l. quin-
quaginta. ff. de probatio. nota. Bar. & Doctores. in
l. admonendi. ff. de iureiu. ſed profectò iudex ex p̄-
dictis pōt induci ad perfectam credulitatē, ꝙ tale
teſtm̄ de falſo fuit ſuſpectum. tum quia notarius
fuit adhibitus, qui nō exercebat officium tabellio
natus. tum quia teſtes aliunde fuerunt uocati, quo-
rum ingens copia poterat haberi in loco teſtatri-
29 cis. † Nā ut inquit Philoſophus primo Metheor.
uero omnia conſonant falſo autem cito diſonant.
Augetur etiam ex alio iſta ſuſpicio falſitatis: nā
30 † dicit ꝙ hęc teſtatrix morabatur in una & eadē do
mo cū filia, & ſeparatim à nepte, & eius marito, ex
qua cohabitatione orit̄ præſumptio, ꝙ maiori amo
re & dilectione proſequebatur filiā q̄ neptē, l. cum
allegas. C. de caſtren. pecu. libr. 12. Bal. in l. 1. C. de
31 epiſ. & cler. ubi dicit, † ꝙ licet frater nō repellatur
à teſtimonio rōne frnitatis, repellit̄ tn̄ rōne ſocia-
lis familiaritatis ſi ſimul habitāt: quia cohabitatio
ſeu familiaritas auget effectū conſanguinitatis. exi
ſtente ergo hac maiori dilectione in filiā quam in
neptem, credibile eſt, ꝙ teſtatrix inſtituiſſet filiam
heredem in maiori portione quam neptem: argu. l.
amiciſsimos. in princ. ff. de excuſa. tuto. Sed cū to-
tum cōtrarium reperiat̄ diſpoſitum à teſtatrice, ex
hoc deprehēditur alia apertiſsima falſitatis ſuſpi-
cio & tāto magis: qa dicitur prædictam neptē incur
riſſe idignationē auiæ multis retro annis trāſactis,
32 ex quo fit † ut nullo modo exiſtimandū ſit teſtatri
cem uoluiſſe plus patrimonij ſui ad hāc neptē per
ueniri debere, quàm ad filiā, quinimo totū contra-
riū p̄ſumendū eſt. arg. l. Lucius. §. Lucius Titius Da
mā. circa fi. ff. de leg. 1. & l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg.
Vltimò eſt aduertendū; nā hæc ſcriptura, in qua
continetur hoc teſtm̄ nullā facit fidem: quia ſolum
reperitur ſubſcriptum manu tabellionis, qui atte-
ſtatur illud fideliter fuiſſe ſcriptum per manum al-
terius. iſtud ſic oſtenditur arguēdo à ſufficienti par
33 tium enumeratione. † Aut. n. illud teſtm̄ fuit ſcri-
ptū manu alterius iſto notario iubēte & mādāte, &
iſto caſu dēt cōſtare de iſto mādato. demū notarius
q̄ fuit rogatus de inſtr̄o dēt ſe ſubſcribere, & publi-
care, & ſignū apponere, & poſt dictā ſubſcriptionē
dicere debet quàm plurimis meis negotijs impedi
tus, commiſsi tali uiro prudenti, ut ſcribat hoc in-
ſtrumentum, talis enim ſubſcriptio eſt neceſſaria.
Ita notat Innoc. in c. quoniam contra falſam. de p̄-
bat. Bal. in rubri. de fide inſtro. & Doct. in c. cū Pet.
tabellio. de fide inſtr̄o. Maria. in conſ. 24. col. 8. ubi
dicit, ꝙ notarius debet atteſtari de cōmiſsione fa-
cta alteri, quoniam aliàs eſſet ſuſpicio falſitatis pro
diuerſitatem formæ literarum, quæ poſſet eſſe
eum qui tranſcripſit inſtr̄m & inter eum qui
rogatus. † Nam ſcriptura redditur ſuſpecta ra
e diſsimilitudinis literarum, ſecundum Bal. &
Saly. in l. ſcripturæ. & in l. comparationes. C. de fid.
inſtr̄o. & probatur in c. inter dilectos. §. inſtr̄m. de
fide inſtr̄o. Aut hoc teſtamentum fuit ſcriptum ma
nu alterius ſine mandato ipſius tabellionis qui ſe
ſubſcripſit, & iſto caſu etiam non probat tale teſta
35 mentū: † quia non creditur notario dicenti aliquē
36 fideliter ſcripſiſſe teſtm̄. cum † notario non creda-
tur, niſi de eo, de quo rogatus extitit à teſtatore, uel
à partibus; & non de alijs. §. nos autem. in auct. de
tabellio. Bar. in aucten. ſi quis in aliquo. col. 2. C. de
37 edē. Hinc eſt † ꝙ ſi notarius dicat in inſtr̄o ſe cer-
tioraſſe mulierem uel minorē de beneficio ei com
petente, ei non creditur, cui ſolum præſtatur fides,
de ijs quæ per partes coram eo geſta ſunt, & non de
alijs. Ita tenet Frideric. de Senis. in conſ. 199. inci.
quæritur an Do. Margarita. quem ſequitur D. Ant.
in c. quoniā contra falſam, in ulti. char. de probat.
Abb. in c. cum cauſam. de teſtib. Ludo. Roma. in l.
ſciendum. ff. de uerb. obl. Alex. in conſi. 85. incip.
uiſo themate. in ultimis uerbis. lib. 2. & ex iſtis pa-
tet optimis rationibus firmatam eſſe præmiſſam
concluſionem, quę ueriſsima eſt, ſicut eſt Deus.
38 Non obſtant adducta in contrariū: † quia illa p-
cedunt & ſunt uera quādo ī teſtō cæci liberi fuerūt
æqualiter hæredes inſtituti, uel inæqualitas non
fuit magna: ſecus ſi inæqualitas fuerit exceſsiua, p-
ut fuit in caſu iſto: quia tunc non ceſſat ſuſpicio fal
ſitatis, ideo obſeruari debet ſolēnitas, de qua in d.
l. hac cōſultiſsima. prout ſuperius fuit demōſtratū.
Vel aliter & ſecundò reſpondeo, ꝙ prædicta pro
cedunt, niſi inſurgant aliæ ſuſpiciones falſitatis: nā
tunc corruit teſtamentum, & locus eſt ſucceſsioni
ab inteſtato, prout patet ex præmiſsis.
39 Sed adhuc poterit † aliquis inſtare & dicere, li-
cet non ualet hoc teſtm̄, ualebit tamen ut codicil-
lus uirtute clauſulæ codicillaris quæ fuit appoſita
in hoc teſtō. Ad hoc reſpondeo, quod ex quo in hoc
teſtō requirebatur ſolennitas, de qua in d. l. hac cō-
ſultiſsima. uidelicet ſubſcriptio ſeptem teſtium, il
la eadem requirebatur in codicillis. Ita uult Gloſ.
in d. l. hac cōſultiſsima. quam approbāt ibi Iacob.
Butr. Bal. Ang. Fulgo. Ludo. Roma. & Do. Alex. per
illum tex. qui dicit quæ in eundem modum erunt
ſeruāda, & licet aliqui contradicant huic opinioni,
tamen hæc debet teneri, tum quia uera, tum quia
cōmuniter eſt approbata. c. ne innitaris. de conſtit.
40 Prætereà cum † hoc teſtm̄ reddatur nullum pro
pter ſuſpicionem falſitatis, nō poterit ualere ut co-
dicillus: quia tunc operatur effectum clauſula co-
dicillaris, quando teſtm̄ redditur nullum ex defectu
numeri teſtium, uel ex defectu præteritionis filij. l.
generaliter. §. ex teſtō. ff. de fideicommiſſ. liberta.
non autem operatur effectum quando teſtamentū
41 corruit ratione falſitatis ueræ uel præſumptæ: † qa
falſitas quę reſpicit teſtamentum, reſpicit etiam co
dicillos, & omnia contenta in teſtamento: arg. Gl.
not. in l. ſi patronus. §. patronum. in uerbo, famam.
ff. ſi quid in fraudem patro. ex iſtis concludo hanc
ultimam uoluntatem non ualere ut teſtm̄, nec ut co
dicillum, nec ut aliam ultimam uoluntatem, & ita
credo indubitāter unūquenq; nō deuiare à ſemita
rectè rationis & iuſtitiæ ita arbitraturū. Laus Deo.

Ioannes Crottus

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus abſoluitur.*

2 *Teſtis in eorum dictis ſingulares non probant.*
Teſtes ſingulares qui dicantur.

3 *Teſtes ſingulares minus probant quàm vnus.*
Probanti per teſtes ſingulares non defertur iuramentum in ſupplementum probationis.

4 *Teſti deferri debet iuramentum parte præſente uel citata.*

5 *Neutra pars interuenire debet in delatione iuramenti teſtis: aliàs non probat.*

6 *Teſtis interrogatus de cauſa ſcientiæ dicens ſe quid ſcire quia pluries conuerſatus eſt in domo illius de quo agitur, an concludenter probet.*

7 *Iuramentum deferendum eſt teſti parte præſente uel monita.*
Teſtis tractans de ſe exonerando, an probet. & nu. 19.

8 *Teſtis familiaris non facit probationem.*

9 *Actori an & quando ſit deferendum iuramentum in ſupplementum probationis. & nu 33.*

10 *Teſtis alternatiuè deponens non facit fidem.*
Alternatiua parit ambiguitatem & obſcuritatem.

11 *Violentia probata an ſtetur iuramento actoris de quantitate bonorum.*

12 *L. ſi quando. C. vnde ui. & c. ſi. extra quod met. cau. quomodo procedant. & nu. 28.*

13 *Probatio per iuramentum non admittitur, ubi quis ex dolo alterius conuenitur.*

14 *Teſtis deponens de iudicio ſuo non probat, ſecus ſi rationem concludentem aſſignet.*

15 *Ratio in teſte magis quam dictum attenditur.*

16 *Ratio concludens in teſte eſt illa quæ dat eſſe rei ipſi teſtimonio.*

17 *Teſtis Principis familiaris à teſtimonio non repellitur.*

18 *Teſtis vnius inhabilitas ſuppletur per aliorum habilitatem.*

20 *Probatio ſatis eſt quod concludat ſecundum ea quę communiter accidere ſolent.*

21 *Teſtis non allegans conteſtem non eſt ſingularis.*

22 *Clauſula in reſcripto poſita, ſola facti ueritate inſpecta, etiam extraiudicialiter, abſque tela iudiciaria, quid operetur. & nu. 26.*

23 *Iudex quando probationi perſuaſiuę credere poſſit. & nu. 27. & 36.*

24 *Actoris & rei teſtes quando contraria deponunt, qui præferantur.*

25 *Teſtibus affirmantibus magis creditur quàm negãtibus.*

26 *Cauſa commiſſa decidenda ſola facti ueritate inſpecta, cenſetur commiſſa ut manu regia procedi poſſit.*

27 *Probationi perſuaſiuæ creditur. & nu. 36.*

28 *Requiſita ut delatio iuramenti de quo in l. ſi quando. C. vnde ui. procedat.*

29 *Difficultas probationis quando adeſſe dicitur.*

30 *Intellectus ad doctrinam Bar. in l. 1. C. quando ex fac. tut. & in l. ſi quando. C. vnde ui.*

31 *Pœna mitior imponitur illi, qui ex quaſi maleficio aliorum conuenitur.*

32 *Solutio pœnæ facta per vnum an & quando alios liberet.*

34 *Amiſſio rerum in naufragio nauis qualiter probetur.*

35 *Diſpoſitio qualibet eſt interpretanda ne fiat eluſoria vel ei magna plaga inferatur.*

37 *Dictio, ſeu, quam uim habeat.*

38 *Teſtes concordantes in ſubſtantia negotij principalis, licet diſcordent in aliquibus circunſtantijs, uel qualitatibus, non dicuntur varij.*

CONSILIVM CXXII.

VIſo proceſſu cauſæ uertentis inter Illuſtrem Principem D. Cõſtantinũ Principem Macedoniæ parte vna, necnõ Dominicũ Ser Pauli Vgolini, & Io. Ant. reos conuentos parte altera, viſis quoq; & maturè perſpectis atteſtationibus factis in prædicta cauſa, quæritur quæ nam debeant eſſe partes D. Iudicis circa pronuntiationem faciendam in dicta cauſa.

Omnipotentis Dei auxilio prius innocato. In præſenti cauſa uidetur dicendum ꝙ partes D. Iudicis eſſe debeant in abſoluendo reos conuẽtos, eo,
1 † quia actore nõ probante intẽtionẽ ſuam, pro reo faciẽda eſt ſnĩa etiam ſi nihil præſtiterit. l. qui accuſare. C. de edẽ. c. 1. extra de eccle. benefi. cũ ſuis cõcordantibus. nec teſtes producti in fauorẽ prędicti Illuſtris Principis D. Cõſtantini quicq̃ ei opitulari
2 uideãtur multiplici de cauſa. Primo, quià † ſingulares ſunt in eorũ dictis, ideò non probant, prout not. Bal. in l. 1. C. ſi plur. vna ſen. fuer. condẽ. ubi dicit ꝙ teſtes qui nõ deponunt ſup vno & eodẽ facto cẽſentur ſingulares in dictis ſuis, & ſic nõ probant. Idem not. in cap. bonæ. de electio. & in capitulo licet cauſam. de probatio. Quinimò minus probant
3 † teſtes ſingulares quàm vnus teſtis, ideò ꝓbãti per teſtes ſingulares non poteſt deferri iuramẽtum in ſupplementũ probationis, ſecundum Bal. in rub. de cõtr. inueſti. in vſib. feud. & in l. de quibus. in antepẽ. col. ff. de legi. D. Lrãfran. de Ori. in c. quoniã cõtra falſam. de ꝓba. ſup verb. teſtiũ depoſitiones. in 6. col. & Iaſ. in l. admonẽdi. ĩ 33. char. ff. de iureiur.

Alij ẽt teſtes examinati p iudices ex officio ſuo
4 non probant, † quia iuſm eis delatũ non fuit parte pñte, uel citat, quod fuit neceſſariũ. c. 2. de teſti. l. iudices. C. de fide inſtru. l. generaliter. §. eiſdẽ. C. de reb. credi. & l. ſi qñ. C. de teſti: & ibi notatur. Quinimò ſi pars citata fuerit & interſit iuramento teſtium & tẽpore quo teſtes iurãt neutra pars ſit pñs,
5 non probat dictũ ipſius teſtis † quia inualidũ, Glo. eſt ſingularis in l. ſi quando. C. de teſti. p quam dicit Fulg. in l. 1. C. quom. & quando iud. quòd in ciuitate Patauina irritauit mille proceſſus, & mille dicta teſtiũ, & ipſum refert, & ſequitur p̃dictus D. Lãfran. in ſupradicto verbo teſtiũ depſitiones. in 6. q.

Prætereà dato, non tamen conceſſo quòd per dictos teſtes diceretur probatum cõcludẽter dictos reos conuentos ſeditionis fuiſſe auctores, nõ tamẽ concludẽter fuit probatum ꝙ bona quę continẽtur in petitione ipſius actoris fuerint in domo Ioãnis Bono. & ꝙ ea fuerint ablata, & licet nõnulli deponãt de quibuſdã rebus minimis, & modici pretij, nõ tñ ꝓbãt de omnibus petitis. Nec dicatur ꝙ imò Nicolaus ſtipẽdiarius deponere vr̃ oĩa bona petita fuiſſe in dicta domo: qm̃ ſi eius dictũ benè perpen-
6 datur non concludit, † quia interrogatus in cã ſciẽtię dixit: quia pluries cõuerſabatur in dicta domo, quæ quidem ratio nullo pacto concludit: qa potuit

eſſe

eſſe ꝙ pluries fuit conuerſatus in dicta domo, & tñ
dicta bona non fuiſſent in ea.l.neque natales. C.de
proba.l.non ob hoc.C.unde cogn.
7 † Non ẽt probat dictum Danielis cõteſtis:quia
non iurauit præſente parte uel monita. Itẽ quia tra
ctat de ſe exonetãdo,cũ haberet dicta bona in cu-
ſtodia ſua,prout ipſemet teſtificatur,iuxta not. per
Bar.in l.deferre.ff.de iure fiſ.
8 † Præterea eſt Camerarius & familiaris pręfati
Principis D.Conſtantini.Ideò non eſt ei credendũ
l.etiam.cum ibi not.C.de teſtib.
9 † Nec dicatur ꝙ ipſi actori ſit deferendum iura
mentum in ſupplementum probationis.l. admonẽ
di.ff.de iureiũ. quia reſpondeo ꝙ huic iuramento
locus non eſt uariis ex cauſis.
Prima eſt,quia nullus ex teſtibus productis in fa
uorem actoris eſt oĩ exceptione maior,cum ſint ui
les,aut domeſtici,nec concludenter deponunt, pro
ut notat Bar.in d.l.admonendi.in 6.col.
Pręterea cauſa eſt magna, conſiderato ſtatuto ci
uitatis Ceſennæ,quo cauetur ꝙ iuramẽtum nõ poſ
ſit deferri in ſupplementum probationis in cauſa
excedente ſummam librarum decem.
Tertiò,qa p̃fatus D. Conſtantinus fuit abſens ꝑ
multum tempus ante dictam direptionẽ factam de
bonis prædictis,& ſic non potuit habere notitiã eo
rũ q̃ facta fuerunt in ciuitate Ceſennæ, & per conſe
quens de iis quæ facta fuerant in dicta domo. ideo
ipſi nõ põt deferri dictum iurm̃, ſecũdũ Bald.in 2.
oppo.& Saly.in l.in bonæ fidei.C.de reb.credi.
Nec etia probatum eſt concludenter dicta bona
fuiſſe p̃dicti actoris per aliquẽ ex dictis teſtibus, &
dictus Nicolaus teſtis qui teſtificatus eſt ꝙ prædi-
cta bona fuerunt p̃dicti D.Conſtantini non probat
cõcludenter: quia nulla rõ concludens per eũ red-
10 ditur.Itẽ † quia deponit alternatiuè, & ſic obſcurè,
dum dicit ꝙ dicta bona,ſeu pars dictorum bonorũ
erant ipſius D.Conſtantini,alternatiua enim parit
ambiguitatẽ quandam,& obſcuritatẽ. l. prætor edi
xit.§.quod ãt prætor ait.ff.de iniur.Ideo ſtante hac
ambiguitate,ſeu obſcuritate in ipſo teſte,non pro-
babit.c.in præſentia.de proba.
Præterea non iurauit parte p̃ſente uel monita:
11 † Nõ põt ẽt allegare p̃fatus actor ꝙ probata uiolẽ-
tia ſtandũ ſit eius iurõ circa bona abrepta,& illorũ
æſtimationẽ.l.ſi qñ. C.unde ui.c.fi.quod met.cauſ.
12 † quia illa iura procedunt in eo qui uiolẽtiã paſſus
eſt.Et hoc fuit introductũ in odium delinquentis,
& in fauorẽ uiolẽtiã paſsi,ſecundum Gl.in d.c. fin.
extra quod met.cauſa. tale ergo priuilegium nõ de-
bet competere prędicto D.Conſtantino cui uiolen
tia nulla fuit illata.
13 Præterea † mandat Summus Põtifex dictos reos
conuentos cõdẽnari,ſi reperti fuerint fuiſſe aucto-
res dictæ ſeditionis ex delicto, & ſic direptione fa-
cta ꝑ alios,ideo nõ ſufficit ꝓbatio ꝑ iurm̃, ſecundũ
Bar.in l.1.ff.quando ex fac.tuto.& in l.ſi qñ.C.un-
de ui.cũ concordantib. de quibus ibi,eo maximè:
quia cum fuerit abſens pręfatus Do. Conſtantinus
nõ potuit habere notitiam & ſcientiã eorum q̃ in-
terim geſta fuerunt in ciuitate Ceſennæ à qua fuit
abſens,& ſic non potuit ei deferri iurm̃ ,per ea quæ
ſupradicta fuerunt.Ex quibus concludendum uĩ ꝙ
ferri non debeat ſententia condemnatoria contra
præfatos reos conuentos, ſed potius abſoluendos.
Sed iſtis non obſtantibus contrarium eſt uerius,
Ideò in p̃miſſa dubitatione procedẽdo more con-
ſueto dico p̃fatos reos cõuẽtos fore condẽnãdos in
petitis per ipſum actorẽ,eo,quia clare & apertè dr̃
probaſſe intẽtionẽ ſuã, quod oſtẽdo multipliciter.
Et primò circa qualitatẽ q̃ debuit probari con-
tra dictos reos cõuẽtos,uidelicet,ꝙ ipſi fuerint au-
ctores hmõi ſeditionis & direptionis,dico illã legi
timè eſſe probatã per plures teſtes,de quibus in ꝓ-
ceſſu.Et primò per Magiſtrũ Antoniũ quondã An-
tonii qui depoſuit qualiter uidit dictos Dominicũ
& Io.Antoniũ pluries & pluries armatos, & cũ mul
tis armatis ſequentibus eos,& poſteà idẽ teſtis exa
minatus ſup tertio capitulo dixit ꝙ p̃fati rei cõuẽ-
ti fuerunt auctores dictę ſeditionis, & direptionis,
& ſic apertius nõ potuiſſet deponere dictus teſtis.
Idẽ ẽt deponit expreſsè Nicolaus quondam Mal
terii qui in ſuo teſtificatu dicit qualiter p̃dicti no-
minati fecerunt coadunationẽ, & armatam pluriũ
pſonarũ,& inferius ẽt ꝙ iudicio ſuo p̃dicti erant du
ces dictorũ armatorum:quia ab ipſis comitabãtur.
14 † Et licet poſsit dici ꝙ eius dictũ nõ probat:qa di-
cit ꝙ iudicio ſuo &c.ſecundũ Bald.& Modern.in l.
ſciẽdũ.in 2.char.ff.de uerb.obl.Alex.in cõſ. 6.inc.
uiſo teſtõ Ioãnis in 2.lib.tñ adhuc ꝓbat ipſe teſtis
ꝑ rõnẽ quã ſubiunxit,q̃ rõ optimè concludit, ꝙ illi
15 fuerint auctores huius ſeditionis: † in teſte.n.plus
attenditur rõ q̃ eius dictũ,ſecundũ.Bal.in l.conuẽ-
ticula. in pe.col.de epiſ.& cle.& in l.ſolet. C.de te-
16 ſti.ubi dicit † ꝙ rõ cõcludẽs in teſte eſt illa quæ dat
eſſe rei ipſi teſtimonio,& ita in terminis iſtis dicũt
Marti.Laud.& Mod.in l.1.in fi.prin.ff.de iuſt.& iu.
Idẽ etiam expreſsè teſtificatus eſt Daniel,quem
17 iudex ex officio ſuo examinauit, † & cũ ſit familia
ris huius Illuſtris Principis non põt repelli propter
iſtam familiaritatẽ,prout notat Innoc.in c.in lite-
ris.de teſti.Bal.& Sal.in l.2.C.de teſti.
Præterea dictum ipſius licet propter familiarita
18 tẽ p̃dictã uideatur non eſſe ſufficiens,ſuppletur † tñ
pp habilitatem aliorum teſtium, prout no. Ang.in
conſi.1.Bal.& Moderni in l. ſi quis ex argentariis.
§.1.ff.de eden.cum ſuis concordantibus.
19 Non obſtat ẽt ſi dicatur † ꝙ ſit repellendus,& ei-
dẽ non ſit credendum:quia tractat de ſe exoneran
do: quia principaliter hoc nõ agit,licet in quandã
conſequentiã poſsit dici ꝙ ſic: ſed propter hoc nõ
dẽt repelli:arg.tex.in l.legatariis.inſtit.de teſta. &
in l.dictantibus.cum ibi notatis.C.eo.
Idẽ etiam probant alii teſtes dum dicunt ꝙ uide
runt prædictos reos conuentos ire comitatos mul
tis armatis,qui eos ſequebãtur, arguendo.n.à cõi-
20 ter accidentib. duces ſeditionis ſolẽt p̃ire comita-
ti pſonis armatis, & ſatis eſt † ꝙ ꝓbatio cõcludat
ſecundũ ea quæ communiter accidere ſolẽt, prout
21 notat Gl,quam notant ibi Bald.& Salyc.inferentes
ad multa in l.neque natales, C.de probat. Et † licet
nullus prædictorum teſtium nominet alios in cõte
ſtem,per hoc nõ dicẽtur ſingulares. Ita uoluit Bal.
poſt Cyn.in l.2.C.de donat. ante nup.ubi dicit fa-
cias ad hoc longam manum.& idem tenet Bal.in l.
2.C.de bon.poſſeſſ. ſecundum tabul. ubi Moderni

22 ſcribentes idem notãt. † Et tanto magis procedit
hæc cõcluſio : quia in inſerto reſcripto Apoſtolico
mandatur ut ſola ueritate penitus inſpecta, ẽt ex-
traiudicialiter,& abſq; tela iudiciaria dicta cauſa
decidatur, cuius q̃dẽ clauſulæ plures ſunt effectus,
quos ponũt Domini de Rota deciſio.35. in nouis,
& inter cæteros effectus producit prędicta clauſula
hunc effectum:quia is cui cõmittitur cauſa decidẽ
da ſola ueritate facti inſpecta,fidẽ adhibere põt ꝓ
23 bationi,nedum concludenti, † quinimò & perſuaſi
uæ.Ita dicit Bal. in l.ſolã. C.de teſti.quod dictũ re-
fert pro ſingulari Aret.in conſi. 84. inci. pondera-
tis his,in pen.colum.

24 Nec dicta † iſtorum teſtium debilitantur per te-
ſtes productos in fauorẽ ipſorũ reorũ, tñ quia de-
ponunt ſuper negatiua non coarctata loco nec tem
pore,& ſunt pauciores numero,iux.not. in l.ob car
men.§.fi.ff.de teſti.& in c.in noſtra. eo.tit.

Præterea teſtes actoris deponunt ſup affirmati-
ua, teſtes uerò partis aduerſæ, & ſic reorũ deponũt
25 ſup negatiua, † ſed magis creditur teſtibus affirmã
tibus q̃ negantibus,ut per Gl.in l.diem proferre.§.
ſi plures.ff.de arb.cum ſuis concordantib.ex q̃bus
patet cõcludẽter fuiſſe probatã iſtã qualitatẽ, unde
licet ꝙ rei cõuẽti huius ſeditionis fuerũt auctores.

Dico ẽt per dictos teſtes fuiſſe probatũ, ꝙ bona
de quibus in petitione fuerunt ablata : hoc.n.pro-
bant Antonius primus teſtis, Nicolaus,necnon Da
niel Camerarius prædicti Principis actoris. cuius
inhabilitatem,ſi qua põt allegari ſupplet habilitas
aliorum conteſtium. Nec fuit opus ꝙ tẽpore quo
iurauit ipſe, aut alij teſtes partes ipſæ fuerint præ-
26 ſentes uel citatæ,cũ ſit † ꝙ cã ſit decidẽda ſola ueri
tate facti inſpecta, ꝓut patet ex cõmiſſione Summi
Pontificis,pp̃ q̃ clauſulã cẽſetur cõmiſſum ut manu
regia procedi poſſit.Ita no.Bar.in extrauag.ad re-
primẽ.in uerb. uidebitur.Bal.ĩ l.nemo.C.de ſen.&
interlo.om.iud.& in c.2.de no.for.fide.in uſib.feu.

27 Pręterea † negari nõ poteſt,quin ſaltem perſuaſi
ua ſit probatio ſup iſto articulo facta. ideò ei credẽ
dum eſt uirtute p̃dictæ clauſulæ ſola ueritate facti
inſpecta,prout ſupra dictum fuit.Quinimò abſque
dicta clauſula in caſu,de quo agitur fieri põt proba
tio p ſocios,domeſticos,& p coniecturas, ſecundũ
Cyn.& Bar.in l.ſi qñ.C.unde ui.Ex quibus rõnibus
tolluntur multa quæ adduci poſſunt in contrarium.

28 † Probata itaq; direptione dictorum bonorũ,licet
nõ oĩum probata ẽt, ꝓut eſt probatũ ꝙ ipſi rei con
uenti fuerint auctores hmõi ſeditionis & direptio-
nis.cõcludo ſtandum eſſe iur̃o p̃fati Principis agẽ-
tis ſup quantitate,& æſtimatione dictorũ bonorum
c.fi.extra quod me.cau.& l.ſi qñ.C.unde ui.quæ iu-
ra procedunt duobus cõcurrẽtibus,uidelicet, ꝙ p̃-
cedat delictum.Itẽ ꝙ adſit difficultas ꝓbationis.

29 † Et dicetur adeſſe difficultas probationis ubi-
cunq; res nõ poſſunt ad oculũ demonſtrari, ut quia
ſunt peremptæ:uel q̃a non extant, iſta eſt doctrina
Bart.in l.actionib.ff.de in lit.iura.de qua meminit
Io.de Imol.qui illã ſequitur in c.fi.in 3.col.q̃d me-
tus cauſa.quę duo concurrũt in caſu nr̃o: nam dicti
rei cõuenti commiſerunt delictum,dum fuerũt au-
ctores dictæ ſeditionis ſeu direptionis.l.qñ multa
facinora.C.ad leg.Iul.de ui.&ibi not.Doc.Adeſt ẽt
difficultas ꝓbationis : quia bona direpta ad oculũ
demõſtrari non pñt. Ideò locus erit delationi iur̃i,
de quo in d.l.ſi quãdo.& in d.c.fi.quod met. cauſa.

30 Nõ obſtat † doctrina Bar.ĩ l.1.ff. qñ ex fac.tuto.
& in l.ſi quando.cũ ſuis concordãtibus:quia loqui-
tur Bar.qñ is cõtra quẽ agitur ex delicto aliorũ nul
lo mõ deliquit, & ſic q̃s cõuenitur nõ ex maleficio,
ſed ex quaſi maleficio,& ſic ob delictũ alterius non
à ſe commiſſum,ſed ab alio. Sed in caſu noſtro rei
cõuenti,licet ueniant puniendi ob direptionẽ bo-
norũ factam p alios tñ ex quo fuerunt auctores di-
ctæ ſeditionis & direptionis,prout probatum fuit,
dicunt̃ deliquiſſe,& fuiſſe participes dicti criminis
d.l.qñ multa facinora: igitur nõ eſt abſurdũ, ꝙ etiã
contra ipſos deferatur dictum iur̃m. & ſic remanet
ſublata doctrina Bar.& aliorũ q̃ in cõtrariũ poſſunt
adduci.Quę ſolutio põt optima rõne probari. Nã
31 † mitius agitur cũ his qui conueniuntur ex delicto
aliorũ.& ſic in caſu in quo ipſi cõuenti nullo modo
deliquerunt,q̃ cum his qui deliquerunt. Iſtud patet
ex not.per Bar.in l.ex maleficijs.§.is quoque. ff.de
acti.& obl.ubi refert Dynum conſuluiſſe in q̃ſtione
facti.Diſponebat ſtatutũ ciuitatis Lucanæ, ꝙ ſi ho-
mines de cõtrata nõ ceperint malefactorẽ puniã-
tur certa pęna,an uno ſoluente pęnam cęteri libera
buntur,conſuluit Dy.quẽ ibi ſequit̃ Bar. ꝙ ſic. quia
iſti tenent̃ ex quaſi maleficio cũ teneant̃ ob delictũ
alterius.Et cũ hac deciſione trãſit Bald.in l.1.C.de
32 condi.fur. † inferens ꝙ ſi duo ſyndici collegę inci-
derant in pęnam:q̃a p eos non fuit denuntiatũ ma-
leficiũ ſolutio facta per unũ liberabit aliũ.Et idem
dicit Bal.in l.1.in ult.col.C.ne fil.pro pat.ubi dicit
ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ uno cõmittente maleficium illi
de progenie ſua teneãtur ad pęnã mille, ſed ſi unus
de dicta ꝓgenie ſoluerit dictã pęnã, p hãc ſolutionẽ
cęteri liberabuntur:quia iſti tenent̃ ex delicto alte
rius,& ipſi nullo modo deliquerũt.Sed ſecus eſt qñ
plures cõmiſerunt delictũ:nã tunc ſolutio pęnæ fa-
cta p unũ cęteros non liberabit.l.1.C.de cond. fur.
l.ſi quis id q̃d.§.fi.ff.de iuriſd.om.iud.Bar.in l.fi.in
3.q.ff.de duo.reis.& not.in §.pęnales.inſti.de acti.

33 Nõ † obſtat aliud, dum dr̃ ꝙ p̃fato actori nõ dẽt
deferri iur̃m:q̃a pp̃ abſentiã nõ potuit habere noti
tiã uériſimilẽ eorũ q̃ geſta fuerunt in ciuitate Cęſe
næ dicto tp̃ore quo fuit abſens:nã ad hoc rñdeo, ꝙ
imò iur̃m deferendũ eſt, non obſtante eius abſen-
tia,quod ſic oſtendo:nam præfatus Princeps Con-
ſtantinus potuiſſet eſſe teſtis ad probandũ, q̃ bona
fuerint in dicta domo in cauſa alterius non obſtãte
eius abſentia:ergo poterit eidem deferri iur̃m : q̃a
per illud ur̃ teſtificari in cauſa ſua.l.fin. C.de fidei-
com.Cum ergo in cauſa extranei concludenter de
ponere poſſet,eidem poterit deferri iur̃m: quia ni-
hil repugnat, per ea quæ traduntur per repetentes.
maximè Do.Ioannem Baptiſtam in l.admonendi.
in pen.char.ff.de iureiur.

Quod ãt ipſe actor potuiſſet deponere. ꝯcluden
ter in cã extranei.patet ex not.p Bar. in l. quoties.
34 C.de naufra.lib.11.ubi dicit, ꝙ † ſi patet res fuiſſe
immiſſas in naui, ꝓbata iſta ĩmiſſione,demũ ꝓba-
tõ naufragio nauis diceret̃ ꝓbata amiſſio dictarũ
rerũ in d.naufragio.Idẽ dicit Ang.in l.ſi quis ex ar-
gẽtariis.§.pe.ff.de eden.quẽ Moderni ibi ſequunt̃.

Deducendo

Deducendo ꝑdicta ad terminos quæſtionis noſtræ, pone ꝙ alteri fuiſſent bona direpta in iſto tumultu, & iſte probaſſet ꝑ ꝑfatū actorē qualiter ipſe uidit dicta bona immitti, aut portari in domo in qua fuerunt direpta, iſta probatio ſufficeret ad oſtēdendum ꝙ illa bona fuerunt in dicta domo tēpore direptionis factæ, licet illo tēpore factæ ſpoliationis ipſe teſtis fuiſſet abſ̄s: ergo cū nō obſtāte eius abſentia potuerit actor ipſe concludenter teſtificari ī cauſa alterius, poterit eidē deferri iurm̄. Et ſi cōtrariū diceret inſurgere poſſet magna abſurditas, uidelicet ꝙ is in cuius abſentia ꝑ uim bona rapta fuerunt remaneret illis priuatus, cū difficile foret ei per teſtes probare quantitatem bonorum & ęſtimationem illorum. nec omni eius iuramento ſtandum eſſet, quo nihil inhumanius,

Pręterea diſpō l. ſi qn̄. & d. c. ſi. & ſimiliū iuriū de facili redderetur eluſoria, nā uiolētiā inferre parās alicui ſciēs ꝙ æſtimatio bonorū ꝑ ipſum rapiēdorū pōt ꝑbari ꝑ iurm̄ illius qui uiolētiā paſſus eſt, curaret illo abſente inferre dictā uiolētiā, & excluderet

35 illū à facultate probādi periſuum iurm̄: † quælibet aūt diſpoſitio eſt interpretāda ne fiat eluſoria: uel ei magna plaga inferatur. c. ſi ciuitas. de ſent. excō. in 6. l. 1. §. pecuniā. ff. de calum. quē tex. ad hoc pōderauit D. Anto. de But. in diſpu. inci. Bononiēſis. quē referūt Mod. Senen. in l. 1. §. ueteres. ff. de acq. poſſ. & pro hoc eſt Glo. in c. quāquam. in fi. de uſur. lib. 6. & iſta eſt uera & realis rn̄ſio: cōcludo ergo ꝙ prædicto actori potuit deferri iurm̄ de quo ſupra.

Supereſt vt aliquibus rōnib. adductis ī ꝯtrariū rn̄deat, & in primis dū dicebatur, ꝙ teſtes ꝑducti in fauorē actoris non ꝑbāt: q̄a ſunt ſingulares: rn̄deo ꝙ non ſunt ſingulares, prout ſupra oſtenſum fuit.

Dū ēt dicebatur ꝙ aliqui ex dictis teſtib. nō probānt: quia depoſuerunt parte non citata, nec monita, rn̄detur ꝙ cū cā ſit decidēda ſola ueritate facti inſpecta, & fuerit remiſſa tela iudiciaria, non fuit opus partis citatione, prout etiam dixi ſuperius.

Dū ēt tertio loco dicebatur, ꝙ per teſtes nō fuit ꝑbatum de omnibus bonis petitis per actorē, rn̄deo ꝙ licet per teſtes hoc non ſit probatum, tamen probatum extitit iuramētum actoris, quod potuit ei deferri. d. l. ſi quando. C. vnde ui.

In quantū ēt dicebatur ꝙ Nicolaus non probat cōcludēter &c. rn̄detur ꝙ imò cōcludit eius dictū.

36 Prætereà negari nō pōt quin ſaltē † ꝑſuaſiua ſit eius ꝑbatio, iō ei ſtādū eſt ꝑꝑ clauſulā ueritate ſola facti inſpecta &c. de qua ī reſcripto Apoſtolico, ſecūdū Bal. in l. ſolā. in fi. C. de teſti. quē retuli ſupra.

Dū ēt dictum fuit ꝙ dictum eiuſdem teſtis non

37 probat: quia deponit alternatiuè, † rn̄det ꝙ imo dictus teſtis non loquitur alternatiuè: quia dictio ſeu, ꝑ q̄ dpoſuit dictus teſtis eſt alternatiua duplex, & hēt uim copulatiuę: caſus eſt ī l ſi quis ita. ff. de auro & argen. legat. & ſenſus erit, quod dicta bona & pars dictorum bonorum ſunt prædicti Principis.

Vltimo dici poſſet ꝙ idē teſtis non probat: quia eſt cōtrarius Danieli. Nā deponit dictus Nicolaus ꝙ dicta bona erant in cuſtodia Danielis: ipſe autē Daniel examinatus dicit ſe habuiſſe ī eius cuſtodia ſolummodo res, & bona ſignata per crucē. & ſic nō

38 omnia bona: ſed ad hoc reſpōdeo, † ꝙ omnes dicti teſtes concordarunt ī ſubſtantia negotij principalis de quo agitur, licet diſcordent in aliquibus circunſtantijs: uel qualitatibus, ꝑ hoc nō dicuntur uarij. l. qui ſententiā. C. de pœn. ubi Bald. not. Gl. in c. dudū. in uerbo, ſubſtantia. de cōuer. coniug. & ī c. cū eccleſia Sutrina. ſup uerbo, uacillaſſe. de cau. poſſe. & prop. notatur in c. nihil obſtat. de uerb. ſig. & Alex. in l. ob carmen. §. ſi. ff. de teſti. Ex q̄b. cōcludo partes D. Iudicis fore in condemnādo præfatos reos conuentos in his quę petita fuerunt per actorem, aut per procuratorem eius noīe. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Terra empta de alicuius uoluntate, ſine eius aſſenſu non poteſt in alium transferri. nu. 17.*

2 *Ius acquiſitum tertio ex contractu alterius non poteſt illi auferri abſque eius uoluntate.*

3 *Pœnam pacis ruptæ non euitant, qui poſt promiſſionem factam ſub pœna de ſe non offendendo applicata eccleſiæ, pacem uiolarunt, & poſted ſe reconciliauerunt.*

4 *Subſtitutus neceſſariò citari non debet in iudicio quod agitur contra hæredem.*

5 *Subſtitutio quid ſit.*

6 *Subſtitutus ante conditionis euentum nullum ius habet.*

7 *In actu extraiudiciali requiritur conſenſus illius, cui nullū ius de ꝑſenti cōpetit, ſed ſolū ius de futuro. & n. 18.*

Intellectus ad l. 1. §. pen. ff. de uent. inſpi. & ſupra. nu. 4.

8 *Res una in locum alterius ſubrogata ſine ex diſpōne legis ſeu ex partiū cōuētione, per oīa eius naturā ſortitur.*

9 *Generalis renuntiatio dotem non comprehendit.*

10 *Aliud pro alio uolente creditore tradi poteſt.*

11 *Secunda hypotheca contracta in bonis pupillis per ſolū tutorem abſque iudicis decreto quando ualeat.*

Intellectus l. ſi pupillorum. §. ſi. ff. de reb. eor. & nu. 18.

12 *Pupillus quæ ſunt executiua uenditionis perficere poteſt inconſulto prętore.*

13 *Vna ſpecies loco alterius ſuccedit, & cenſetur eadem cum prima.*

14 *Vſusfructuarius in uita ſua poteſt pro ſolutione æris alieni à defuncto relicti, alienare de bonis hæreditatis ut creditoribus ſatisfiat.*

15 *Alienare qui poteſt rem ut creditoribus ſatisfiat, pōt etiam illam apud ſe retinere, & de propria pecunia creditoribus ſatisfacere.*

16 *Onus æris alieni contracti per defunctum ſpectat ad fidei cōmiſſarium, quando penes heredem grauatum de hereditate reſtituenda, nihil remanſurum eſt, niſi quarta Trebellianica.*

17 *Rem pupilli iuſte uenditam poteſt tutor ſibi licite retinere, ſi emptor precium non ſoluit, ſoluendo pecuniam pupillo ad quam tenebatur prędictus emptor.*

CONSILIVM CXXIII.

Viſo pūcto edito in cā uertente inter ſorores corporis Chriſti, & hoīes hoſpitalis nūcupato de morte, parte una: nec non Frāciſcum de Aguchijs hrdē D. Sebaſtianę eius mris, diu anceps fui an onus cōſulēdi ī fauorē dicti Frāciſ. aſſumere dērē: q̄a plurimę rōne

occurrebant quę eius intentioni aduerſari uidebãtur,poſtea tñ diligenter,& maturè conſideratis ijs q̃ cõſiderãda sũt eiuſdẽ partes amplectẽdas duxi.& q̃a ꝑ oppoſitiões & argumẽta ueritas uniuſcuiuſq; articuli magis ac magis eluceſcit,ideo ad partes arguendũ duxi inhærendo mori noſtro conſueto.

Primò igitur in fauorẽ præfatarũ ſororũ corporis Chriſti,& hoĩum hoſpitalis adduci põt:Nã emptio petiæ terrę de qua agitur facta fuit per dictam D.Sebaſtianã noĩe dictarũ ſororũ & dicti hoſpita-
1 lis, † nõ potuit ergo dicta petia terræ in alterũ trãſferri,niſi de uoluntate ipſorũ,quorũ noĩe facta fuit dicta emptio,l.id quod noſtrũ.ff.de reg.iur.l. ſi partem.§.1.ff.quemadm.ſerui.amit. & licet ꝑfata D. Sebaſtiana fuerit auctrix dictæ emptionis & acquiſitionis,nihilominus priuare non potuit dicto iure
2 ipſas ſorores,& ꝑfatũ hoſpitale de morte:eo, † q̃a ius acquiſitũ tertio ex cõtractu meo,uel ex mea ſtipulatione nõ poſſum illi auferre abſq; eius uoluntate.l.cũ maritus.§.fi.ff.de pac.dota.l.uero procuratori.ff.de ſoluti.in uerb.ſtipulatio.ideò certã formã hẽt quã ſtipulator ĩmutare nõ põt.Ideo dicunt Bal.Ang.Imol.& Mod.in l.in inſulã.§.fi.ff.ſol.ma-
3 trimon.ꝙ † ſi duo nobiles pacem fecerint , & promiſerint eam non frangere ſub certa pęna applicãda alicui eccleſiæ,ſi poſtea contingerit ꝙ iſti rupta pace item ſe reconcilient,& omnem iniuriã remittant,per hoc non ꝑiudicatur eccleſiæ cui immediate pęna fuit acquiſita rupta pace. pro hoc ẽt multa pñt adduci q̃ adducunt Mod.in l.fi.ff.de pact.

Nõ obſtat ſi dicatur ꝙ nõ fuit opus requirere cõſenſum dictarũ ſororũ & hoĩum dicti hoſpitalis in tranſlatione q̃ fuit facta de dicta petia terræ,eo,q̃a in illis ius nõ habebãt niſi poſt mortẽ dictæ D. Sebaſtianæ,& ſic de ꝑſenti eis nullũ ius competebat,
4 ideo nõ fuit neceſſaria eorũ requiſitio:argu. † tex. in l.1.§.pe.ff.de uen.inſpic.ubi dr̃, ꝙ in iudicio qđ agitatur cõtra hẽdẽ nõ eſt opus citare ſubſtitutũ,&
5 rõ eſt: † quia ſubſtõ dr̃ q̃dã inſtitutio ſub cõditio-
6 ne facta.l.in rõne.§.qđ uulgo.ff.ad leg.Falc.† ideò ante cõditionis euentũ nullũ ius hẽt ſubſtitutus.l. cedere diẽ.ff.de uerb.ſig.l.unica.§.fin ãt ſub conditione.C.de caduc.tollen.Nã ad hanc obiectionẽ reſponderi poteſt ꝙ illa procedit in actu iudiciali:
7 † ſed in actu extraiudiciali requiritur ẽt conſenſus illius cui nullũ ius de præſenti competit:ſed ſolum ius de futuro.l.peto.§.prædiũ.ff.de lega.2.l. nihil. §.oĩbus.ff.de lega.1.& ita declarat Bar.in l.in diẽ. ff.de aqua pluui.arcen.ubi ſic reſpondet ad tex. in præallegata l.1.§.pe.ff.de uent.inſpic.iſtę ſunt rõnes ex quibus multũ diu anceps fui an in ꝑñti cauſa conſulere deberem in fauorem prædicti Franciſci.

Quibus tamen non obſtantibus partes dicti Frãciſci intrepidè amplectendas duxi.Concludo ergo in iſto articulo dictã petiã terrę de qua agitur inter ipſas partes,ſpectare & ꝑtinere ad dictum Franciſcũ hęredem D.Sebaſtianæ, & ſuper illa nullatenus poſſe inquietari per dictas ſorores corporis Chriſti & hoĩes dicti hoſpitalis.& prius , q̃ ueniam ad fundamenta huius concluſionis præmitto in facto, ꝙ partes ipſæ ſubrogauerunt dictam petiam terræ de qua agitur in locnm cuiuſdam petiæ terræ q̃ prius fuerat uendita cuidam Dom.Lucretiæ & Franciſco eius marito pro executione quorundã legatorũ q̃bus fuerit onerata D.Nicoloſia mater dictæ Sebaſtianæ hæres inſtituta ab eius marito,& quæ Nicoloſia poſtmodum reliquit dictã Sebaſtianã uſufructuariam omnium eius bonorum , & reſpectu proprietatis inſtituit hæredes dictas ſorores corporis Chriſti,pauperes dicti hoſpitalis, necnon monaſteriũ eccleſiæ Sãcti Pauli de Monte,ęquis portionib.

Iſtis ſic in facto præmiſſis,pro hac concluſione ĩ primis adduco hanc rationem.Nam cum dicta petia terræ ex conuentione partium fuerit ſubrogata loco alterius petię terrę prius uenditæ dictis Lucretiæ & Franciſco eius marito,licuit D. Sebaſtianæ illã tradere,& eius dñium transferre in dictos Lucretiã & Franciſcũ eius maritũ,quib.prius fuerat uendita altera petia terræ,loco cuius partes ipſæ ſubrogauerunt hãc petiã terræ de qua agitur: eo , quia
8 † q̃ñ una res ſubrogat̃ loco alterius ſiue ex diſpoſitione legis,ſeu ex partiũ conuentione,ꝑ omnia ſortitur eius naturã.l.ſi donatæ.§.1.ff.de do. inter uir. & uxo.c.eccleſia.ubi Abb.ita not. extra ut lit. pẽd.
9 † Paul.de Caſt.in conſi.235.inci.licet iſta D.Lixa. in fi.ubi dicit ꝙ cũ dos ſubrogetur loco legitimę,ſicut gñalis renunciatio non extenditur ad legitimã, uel eius ſupplemẽtũ.l.ſi q̃ñ.§.fi.C.de inoff.teſta.ſic & eadẽ rõne gñalis renuntiatio dotẽ non comprehendit.Si ergo licuit,& ꝑmiſſum fuit præfatæ D.Sebaſtianæ uirtute dictæ ſubrogationis tradere dictã petiã terræ ꝑfatis Frãciſco & Lucretiæ eius uxori,licuit quoque ſoluta pecunia ꝑfatis Frãciſco & Lu-
10 cretiæ illam per ſe retinere. † Cũ aliud ꝓ alio uolẽte creditore tradi poſſet.l.ſoluto.in priñ. ff.de pig. actio.l.2.§.creditũ.ff.ſi cer.peta.

Præterea dicta petia terræ cenſetur prius fuiſſe tradita dictis Frãciſco & Lucretię,deinde breui manu perueniſſe ad ipſam D.Sebaſtianã uirtute ſolutionis pecuniæ factæ per ipſam Sebaſtianã ipſis Frãciſco & Lucretiæ de eorũ uoluntate:arg.l.3.§.ſciẽdũ ff.de dona.inter uir.& uxor.& l.ſingularia. cum ibi nota.ff.ſi cer.pet.

Præterea potuit dicta Sebaſtiana tradere priorẽ petiã terræ legitimè uẽditam ipſis Franciſco & Lucretię nulla facta req̃ſitione ſororũ corporis Chriſti,& hominũ hoſpitalis de morte. & iſtud non hẽt dubitationẽ : ergo ſimiliter ꝑmiſſum fuit eidẽ tradere ſecundã petiam terræ ſubrogatã loco primæ abſq; cõſenſu ꝑdictorũ:arg.tex.in l.ſi pupillorũ. §.
11 fi.ff.de reb.eo.ubi † dr̃ ꝙ licet tutor non poſſit hypothecare creditori pupilli aliquas eius res abſque iudicis decreto,põt tñ hypothecare dictas res abſque iudicis decreto ĩ caſu ĩ quo recipit pecuniã mutuo à creditore , quã poſteà ſoluit priori creditori cui dictas res prius hypothecauerat ĩteruenĩẽte iudicis decreto,& ſic ualet ſecũda hypotheca cõtracta ĩ bonis pupilli ꝑ ſolũ tutorẽ quaſi ius prioris creditoris ad ſequẽtẽ creditorẽ trãſeat.Sic in caſu nr̃o dicẽdũ eſt,uidelicet ꝙ licuerit ꝑfatæ D.Sebaſtianæ tradere dictã petiã terræ ſubrogatã loco primæ dictis Frãciſco & Lucretiæ abſq; ulla req̃ſitione ſororum corporis Chriſti , & hominum hoſpitalis : ergo ſoluta pecunia præfatis Lucretiæ & Franciſco potuit Do. Sebaſtiana dictam petiam terræ pro ſe retinere,& illam ſibi,& ſuis hæredibus acquirere.

Confir-

Confirmatur & tertiò præmiſſa concluſio. Nam
ex quo prior petia terræ legitimè fuit uẽdita dictis
Lucretiæ & Franciſco, permiſſum fuit Dominæ Se-
baſtianæ uſufructuariæ omnium bonorum eius ma-
tris tradere dictam rem prædictis emptoribus abſ-
que conſenſu ſororũ corporis Chriſti, & dictorum
pauperũ hoſpitalis: quia ex hoc non diceretur quic-
quam alienare de bonis hæreditariis, ſed potius di
ceretur exequi cõtractũ uẽditionis prius legitimè
12 celebratũ: arg. eius † qđ dr̃ de pupillo, cui nõ eſt p-
miſſa alienatio bonorũ ſuorũ, q tñ ſi iure hęredita
rio alicui ſucceſſerit, à quo fundus fuerat uenditus,
& nõdũ traditus, põt tradere dictũ fundũ &c. quæ
ſunt executiua uẽditionis perficere in conſulto prę
tore. l. magis puto. §. ſed ſi patet. ff. de reb. eo. l. ſiſtu
las. §. 1. ff. de contrah. emp. ergo & pari rõne potuit
D. Sebaſtiana tradere ſecundam petiam terrę loco
13 pęnæ ſubrogatã prioribus emptoribus: † quia uir-
tute dictæ ſubrogationis ſecunda petia terræ cenſe
tur eadẽ cũ prima. c. denique. 7. q. 1. c. habeo. 21. di
ſtin. l. filię. §. fi. ff. de cond. & demon. & per cõſequẽs
potuit de uoluntate dictorũ emptorũ qui contenta
ti fuerunt pecunia eis ſoluta per prędictam mulie-
rem illam per ſe retinere, & ſibi acquirere.
14 Vltimò pro hac cõcluſione cõſiderãdum eſt, † ꝙ
huic D. Sebaſtianę fuit relictus uſusfructus omniũ
bonorũ per D. Nicoloſiã eius matrẽ toto tẽpore ui
tæ ſuæ, ex quo infero ꝙ ꝓ ſolutione ęris alieni po-
tuit dicta Do. Sebaſtiana uſufructuaria oĩum bono
rũ alienare de bonis hęreditariis, uę creditoribus
defuncti ſatisfieri poſsit: ex qua alienatione fit ut
ipſa amittat uſũfructũ in re alienata i hæredes uero
proprietarij amittant proprietatẽ: ita caſus eſt in l. cũ
oportet. in §. ſin aũt. C. de bon. quæ libe. quẽ tex. ad
hoc ibi ponderat Paul. de Caſt. contra Bar. in l. fin.
ff. de uſufru. leg. & idẽ Pau. de Caſt. in conſ. 392. in-
ci. in cã quæ uertitur. in 5. col. ubi dicit ꝙ in d. §. ſin
aũt, eſt caſu ꝫ dictũ Bar. ĩ d. c. fi. qui uult ꝙ onus ęris
alieni ipſius defuncti ſpectet oĩno ad uſumfructua-
riũ omnium bonorum. Adducit ẽt tex. optime ꝓ-
bãtem in l. uſufructu legato. ff. ad leg. Falci. quem ẽt
ponderat ibi Io. de Imol. contra Bar. & hãc opinio-
nẽ ẽt tenet cõſulendo ſubtilis Doctor D. Bartholo.
Soci. in conſi. 131. inci. in pręſenti conſultatione. ĩ
5. col. ubi dicit hoc idẽ eſſe de mente Bal. in auc. cã
quæ fit cum monacho. C. de epiſ. & cle. Cum ergo p
miſſum ſit uſufructuario omnium bonorum aliena
re de bonis hęreditariis, ut ſatisfiat ęri alieno p de-
functũ contracto abſque ullo conſenſu hæredis pro
prietarii, prout probant iura rõnes & auctoritates
ſuperius allegatæ, potuit pręfata D. Sebaſtiana quã
eius mr̃ reliquit uſumfructuariã oĩum bonorũ alie-
nare dictã petiã terræ; ut ex illius pecunia ſatisfiet
dictis Lucretię & Franciſco emptoribus prioris pe
tiæ terræ, quam poſtea uendidit ignoranter prædi-
cta D. Sebaſtiana, eo, quia in effectu poterãt iſti age
re ad intereſſe contra hæredes prædictæ D. Nicolo-
ſiæ in caſu, in quo petia terræ eis tradita nõ fuiſſet,
& ſic in effectu erãt creditores hęreditarij prędicti
15 Frãciſcus & Lucretia, † & cũ potuerit dicta D. Seba
ſtiana alienare dictam petiã terræ abſq; conſenſu
proprietarii ut ſatisfaceret dictis emptoribus prio
ris petiæ terræ, potuit ſoluendo de propria pecunia
eiſdem emptoribus retinere ſecundam petiã terrę
pro ſe, & illã ſibi hęredibusq; ſuis acquirere: arg. l.
ſi qđ poſſeſſor. ff. de pet. hęr. Faciunt not. p Paul. de
Caſt. in conſi. 211. inci. dubiũ facit. in 3. col. ubi di-
16 cit † ꝙ qñ penes hęredẽ grauatũ de hæreditate re-
ſtituenda nihil remanſurũ eſt, niſi quarta Trebellia
nica, tunc onus æris alieni contracti p defunctũ ſpe
ctat ad fideicõmiſſariũ, nõ ãt ad ipſum hr̃dẽ. Si er-
go hęres ipſe ſatisfecit legatariis, & creditoribus,
põt deducere de bonis fideicommiſſo ſubiectis tm̃
quantũ ſoluit, ſicut põt bonę fidei poſſeſſor. & idem
tenet Raphael Fulg. in conſi. 82. inci. punctus ſuper
quo cõſultatio ꝓponiť tale eſt. & iſtud eſt fundamẽ
tũ efficaciſsimũ & ſolidiſſimũ ꝓ hac cõcluſione, &
ex ſupradictis oĩb. & ſingulis cõcludo ꝑdictã petiã
terræ ſpectare & ptinere ad hr̃des ꝑdictæ D. Seba-
ſtianæ, & illos nullatenus ſup ea poſſe ĩquietari. Et
licet ex ꝑmiſsis colligi poſſit rñſio ad ea quæ in cõ
trariũ adducta fuerunt, attamẽ ut ueritas huius con
cluſionis clarior fiat, ad illa in ſpecie reſpõdebitur.
17 Nõ obſtat igiť prima † obiectio p quã dicebať,
ꝙ cũ dicta petia terræ, fuerit empta, & acqſita nõie
ſororũ corporis Chriſti & hoĩum hoſpitalis, nõ po-
tuit in alterũ trãsferri abſq; eorũ uoluntate. l. id qđ
nr̃um. ff. de reg. iur. cũ aliis ſuperius adductis. Nam
ad hoc fundamẽtũ rñdetur, ꝙ cũ dicta petia terræ
fuerit ſubrogata loco primo, ſicut potuit prima in
alterũ trãsferri, abſq; cõſenſu ꝑdictorũ, ꝓut ſupra
aperte oſtenſum fuit, ſic ẽt potuit ſecundæ petię ter
ræ de qua agiť uirtute dictæ ſubrogationis. l. ſi pu-
pillorũ. §. fi. ff. de reb. eorũ. quẽ tex. ſuperius ĩduxi.
Vel aliter & ſecũdo põt rñderi, ꝙ uiuente D. Seba-
ſtiana dictæ ſorores corporis Chriſti & hoĩes hoſpi
talis nullũ dñiũ nullãq; poſſeſſionẽ in dicta petia
terræ ꝯſecuti fuerũt, ſed cũ fuerit empta eorũ nõie
ius cõſecuti fuerũt ad illã ꝑcipiendã poſt mortẽ D.
Sebaſtianæ. Ideo potuit ipſa hãc petiã terræ ſubrõ-
gatã loco primæ uirtute huius ſubrogationis, dice-
tur fuiſſe dicta petia terræ in bonis & hęreditate ꝑ-
dictæ D. Nicoloſiæ eius matris ſoluta pecunia Frã-
ciſco & Lucretię creditoribus hęreditariis, illã ꝓ ſe
retinere, ꝓut dixi ĩ ultimo fundamẽto cõcluſionis.
18 Non obſtat aliud † fundamẽtum, in quo diceba
tur ꝙ in actu extraiudiciali, requirẽdus eſt eorũ cõ
ſenſus, qui in conſequentiã lædi poſſunt, l. in diem.
ff. de aqua plu. arc. quia ad hoc rñdetur, ꝙ imò nõ
fuit opus habere conſenſum ꝑdictorũ in tranſlatio
ne dictæ petiæ terræ ſubrogatæ loco primæ cum in
tranſlatione prioris petiæ terræ non fuerit neceſſa-
rius eorum conſenſus, prout dixi ſupra.

Sublatis itaq; his q̃ in contrariũ adducta fuerũt
remanet clara & uera ꝑmiſſa concluſio, ꝓ qua ultra
ſuperius adducta optimè facit tex. & quod ibi no-
tãt Gl. & Bar. in l. tutor rerũ. ff. de adminiſt. tuto. ubi
hr̃, ꝙ qñ tutoris auctoritas fuit ab initio interpoſita
iuſtè & legitimè in uẽditione facta de re pupilli po
terit poſtea tutor ipſe abſque noua auctoritate em
ptore nõ ſoluẽte pecuniã infra tp̃s ſtatutũ dictã rẽ
ſibi retinere, ſoluẽdo pecuniã pupillo, ad quã tene-
bať ꝑdictus emptor: qa iſta non ur̃ noua exceptio,
ſed antiquę emptionis ĩ pſonam tutoris tranſlatio.
Sic ĩ caſu nr̃o cũ potuerit D. Sebaſtiana tradere ſe-
cũdã petiam terræ ſubrogatã loco primę prędictis

Lucretiæ & Franciſco emptoribus prioris petiæ terræ ut ſ oſtenſum fuit, potuit quoq; ſatisfaciendo dictis emptoribus de propria pecunia dictā petiā terræ per ſe retinere, & illā ſibi ſuiſq; ſucceſſoribus acquirere, nec iſta dicetur noua acquiſitio, ſed prioris acquiſitionis factæ in pſonam dictæ Lucretiæ & Franciſci in pſonam dictæ Sebaſtianæ tranſlato, in qua quidē tranſlatione non fuit opus conſenſu ſororū corporis Chriſti & hoīum hoſpitalis de morte: arg.l.pſ filiū.§.quindecim, ff.de lega.3.& d.l.tutor rerum.ff.de admin.tuto. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus fieri non poteſt coram gubernatore mero executore.*

2 *Clauſula, uocatis uocandis, quid importet.*

3 *Executor ad faciendam gratiam, non poteſt ad collationem beneficij procedere parte non citata.*

4 *Subreptionis uel obreptionis uitium contra commiſſionē factam executori ſemper opponi poteſt.*

5 *Omiſſio eorum quæ ſi fuiſſent expreſſa in ſupplicatione difficilius fuiſſet conceſſa, uitiat commiſſionem.*

6 *Verba reſcripti, ſi tibi conſtiterit legitimè de ſententia Cardinalis, nō audias partē propter quam fuit lata ſententia, niſi prius parito iudicato, quō intelligantur.*

7 *Reſcripta principis in quantum poſſibile eſt, ſunt ad diſpoſitionem iuris communis reducenda.*

8 *Appellatione pendente executio ſententiæ fieri non pōt.*

9 *Appellationis remedium in dubio ſublatum non præſumitur, cum quædam defenſio dicatur.*

10 *Appellatio a quolibet minimo grauamine permittitur.*

11 *Dicens appellationem non eſſe permiſſam, hoc euidenter probare debet.*

12 *Subrogatum ſapit naturam in omnibus & per omnia, eius cuius loco ſubrogatur.*

13 *Verba in omnibus & per omnia, cuius ſint effectus in ſupplicatione.*

14 *Remedium appellationis non cenſetur ſublatum quando nec in ſupplicatione, nec in ſignatura aliqua de hoc expreſſa ſit mentio.*

15 *Verba in ſignatura, audiat talis & iuſtitiā faciat, quid importent, quando in commiſſione petitū fuit ꝙ in cauſa procedatur ſummariè de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij.*

16 *Diuerſificare factum, & non reddere rationem diuerſitatis non ſufficit.*

17 *Cauſa licet ex commiſſione Principis fiat ſummaria, & in ea procedendum ſit ſine figura iudicij, non aufertur defenſio litigatoribus.*

18 *Appellationis beneficio remoto, tollitur defenſio.*

19 *Auditorum de Rota Laudes.*

20 *Verba, audiat talis, citet, inhibeat, iuſtitiam faciat ut petitur, in ſignatura poſita, ad quæ referri debeant.*

21 *Confeſſus crimen, non dicitur confeſſus qualitates criminis.*

22 *Accuſatus de adulterio cū Seia uxore Titij reſpondens ſe cognouiſſe carnaliter Seiam, non uidetur confiteri dictam Seiam eſſe uxorem Titij.*

23 *Subdelegatus delegati a Principe debet procedendo ſeruare ordinem, quem ipſe delegatus tenebat.*

24 *Subdelegatus à delegato cui commiſſa eſt cauſa decidēda eū cōſilio ſapiētis, cum eadē forma cognoſcere dēt.*

25 *Clauſula appellatione remota in cauſa delegata à Principe quid operetur.*

26 *Cauſarum uniuerſitas conceſſa à principe cum plena & omnimoda poteſtate, non intelligitur conceſſa cum poteſtate ſubdelegādi cū clauſula appellatione remota.*

27 *Capitulum ſede uacante ſuccedit loco Epiſcopi, ſed non in iure ex aliquo priuilegio ſpeciali ipſi epiſcopo competenti.*

CONSILIVM CXXIIII.

OMnipotentis Dei auxilio prius inuocato &c.

Commiſſio facta fuit per Iuliū II.Summum Pontificē Reuerendo D.Gubernatori Ciuitatis Bonon. in qua in effectu continetur ut pfatus D.Gubernator uocatis uocādis exequatur quandam ſententiam latam in fauorem Laurentij & Cōſortum de Maluitijs, contra Benedictum de Aldrouandis & fratres ciues Bono. quatenus rite & iuxta tenorem commiſſionis factæ D. Poteſtati dictæ Ciuitatis in hac cauſa iudice delegato lata reperiatur. Dubitatur nunc an iſta commiſſio ſic facta aliqua ex cauſa poſſit impugnari, ita ꝙ non poſſit præfatus Reuerendus D. Gubernator procedere ad executionem dictæ ſententiæ.

Pro diſcuſſione huius dubitationis prius uidēdū eſt, an coram prædicto D.Gubernatore opponi poſſint aliquæ exceptiones elidentes uirtutē dictę cōmiſſionis: & dicendum uī ꝙ non, cum uideatur eſ-
1 ſe merus executor: † coram quo fieri non poſſit ꝓceſſus, & qui partes iudicis aſſumere non tenetur. iuxta ea quæ tradunt latè Io.And.D. Anto. Imol.& Abb.Moder.in c.fina.de præſump. & latè Moderni ſcribentes.in,c.de cætero.de ſen.& re iud.

In quo tamen articulo breuiter cōcludo cōtrarium conſiderando tenorem dictæ commiſſionis, ī
2 qua in effectu dr̄ ꝙ præfatus D.Gubernator, † uocatis uocandis, prædictam ſententiam exequi debeat uirtute cuius clauſulæ cenſetur ipſe D.Gubernator fuiſſe cōſtitutus mixtus executor, ita ꝙ tenetur partes citare & iudicialiter procedere, & corā eo opponi poſſint exceptiones quæ coram iudicibus ꝓponi poſſunt. Ita dicit D.Abb.in c.exhibita in ulti. nota.extra de iudic.& ibi etiam D.Cardi.Florenti. qui idem tenet in conſi.64.incipi.dominus noſter Papa & in conſi.94.inci.nobiles uiri Domina Vicentia.ubi dicit ꝙ prædicta clauſula, uocatis uocandis, eſt tanti uigoris ꝙ etiam ſi adiiciatur executori: quia alias eſſet merus executor ex illa fit, ꝙ teneatur aſſumere partes iudicis. Ideò dicit Lapus al legat.61.ꝙ quando committitur deciſio quæſtionis quæ requirit cauſæ cognitionem, tunc ſecundū ſtylum curiæ apponi conſueuit prædicta clauſula uocatis uocandis.

Confirmantur prædicta, ex iis quę ponit Io.And. in addi.ad Spec.in titu.de petito.& poſſeſſo.§.qm̄. quem refert, & ſequitur Abb.Panor.in c.conquerēte.in 2.col.de reſtitu.ſpoliat.ubi dicit ꝙ executor
3 † datus ad gratiam faciendam appoſita iſta clauſula, ſi tibi conſtiterit &c.non poteſt iuſtè conferre benefi-

beneficiũ,ſeu illius poſſesſionem tradere,niſi prius
citata parte purificetur illa conditio, & ſi aliter tra
dit poſſesſionem poterit agi iudicio poſſeſſorio.
Cum ergo ſummus Pontifex cõmittat executionẽ
dictę ſententiæ quatenus rite & iuſta tenorem com
misſionis factæ iudici delegato lata reperiat. opor
tet,ꝙ prius legitimè conſtet an ſit ritè, & legitimè
lata,& ſuper hoc cognoſcat prædictus D.Guberna-
tor parte citata.

Tertiò,ꝙ coram pręfato Do. Gubernatore pro-
poni posſint exceptiones elidẽtes commisſionem
ſuam.adduco Inno.in c.ex literis.de off.delegat. &
4 Hoſti.in c.paſtoralis.eo.tit.ubi voluit,ꝙ † ꝯ com-
misſionem factam executori ſemper põt opponi vi
tiũ ſubreptionis.& idẽ tenet Lapus allegatio. 2. fi.

Oſtẽſo ergo verisſimis rationibus,ꝙ coram prę-
dicto Do.Gubernatore proponi poſſunt exceptio-
nes elidentes commisſionem ſuam,& ꝙ ipſe tene-
tur aſſumere partes iudicis in procedendo:quia nõ
eſt merus executor ſed mixtus, deuenio ad diſcuſ-
ſionem principalis dubitationis, in qua concludo,
ꝙ dicta commisſio vitio ſubreptionis & obreptio-
nis impugnari poteſt,& primo, nam prædicti Lau-
rentius & conſortes de Maluitijs in ſupplicatione
ſua expreſſerunt Summo Pontifici qualiter coram
domino poteſtate reportarunt ſententiam pro ſe,
& illius vigore obtinuerunt executionẽ dictæ ſen-
tentiæ contra pręfatos Benedictum & fratres de
Aldrouandis, nõ tamen expreſſerunt,ꝙ à dicta ſen
tentia fuit appellatum per dictos de Aldrouandis.
5 † ex hac ergo taciturnitate dicta commisſio non
operatur effectum:cum fuerit appellatum ante exe
cutionem factam per D.Poteſtatem. Et ſi hoc fuiſ-
ſet expreſſum Summo Pontifici difficilius per eum
facta fuiſſet concesſio: cum non videatur velle au-
ferre effectus cauſæ reo ab ipſa appellatione inter-
poſita. Et pro hoc extat in terminis conſilium Lud.
Roma.334.inci.circa primum conſultationis arti-
6 culum.vbi dicit, † ꝙ ſi in reſcripto ita dicatur, ſi ti-
bi conſtiterit legitimè de ſententia Cardinalis, nõ
audias partem contra quam fuit lata ſententia, niſi
prius parito iudicato.intelligi debet hoc reſcriptũ
de ſententia,quę tranſiuit in rem iudicatam,nõ aũt
de ea,quę beneficio appellationis ſuſpenſa eſt, eo.
7 † quia principis reſcriptum eo modo quo fieri põt
ad diſpoſitionem iuris cõis reduci debet.c.cauſam
quæ.de reſcr.l.etiam.in prin.ff.de bonis liber. no-
8 tatur in l.ſi quando.in princ.C.de inoff.teſta. † ſed
de iure communi appellatione pendente fieri non
poteſt executio ſententiæ.c.paſtoralis. §.præterea.
de off.deleg.& reſpondet prędictus Ludouicus ad
ea quæ poſſunt addijci in contrarium.

Expreſſerunt enĩ Summo Pontifici prædicti Lau
rentius & Conſortes,qualiter Summus Pontifex ex
iuſtis rationalibus cauſis ſuſtulit remedium appel-
lationis in fauorem ipſorum de Maluitijs ſpoliato
rum. Et ꝙ pręfatus Bñdictus & fratres nulliter & cõ
tra decretum Summi Pontificis obtinuerunt cãm
committi Gubernatori Ciuitatis Bononiæ, quæ q-
dem expresſio penitus eſt à veritate aliena. cum in
commisſione facta Domino Poteſtati Bon.de præ-
dicta cauſa non appareat fuiſſe ſublatum remediũ
9 appellationis,† quę cum dicatur quædam defenſio,
ut notatur in c.paſtoralis.de appellat.in dubio non
pręſumitur ſublata,maximè cum repugnet iuri cõi
10 remotio appellationis quo ꝑmiſſa eſt † appellatio
à quolibet minimo grauamine.c.de appellationi-
11 bus extra de appella.ideò † qui dicit non permiſ-
ſam eſſe appellationem debet hoc euidenter pro-
bare, cum ius commune ſit in contrarium. l.ab ea
parte.ff.de probat.l.ſuus quoque.verſ.& puto. ff.de
hęre.inſti.c.ad decimas.de reſtit.ſpol.

Sed contra hoc inſurgere poſſet pars aduerſa &
dicere,ꝙ imò Summus Pontifex in prędicta com-
misſione facta D.Ptãti ſuſtulit remediũ appellatio
nis, eo, quia appellatũ fuit Sũmo Pontifici ut cãm
cõmiſſam quibuſdã auditorib. Rotæ cõmitteretur
D.Ptãti cum poteſtate citandi,inhibendi, & proce
dendi in omnibus & per omnia,prout poterant præ
dicti Auditores.ideò cũ prędictis auditoribus cau
ſæ Maluitiorũ fuiſſent delegatę appellatione remo
ta:cenſetur cum eadem poteſtate dicta cauſa fuiſſe
commiſſa dicto D.Ptãti.cũ in ſupplicatione, dica-
tur,fiat ut petitur:arg.l.iudex.ff. de iudic. & regulæ
12 vulgatæ quę diſponit,† ꝙ ſubrogatum ſapiat natu
rã in omnibus & per omnia eius cuius loco ſubro-
gatur.l.ſi cum.§.qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.
l.ſi donatæ.§.1.ff.de don.inter vir.& vxor.maximè
13 ſtantibus illis verbis † in omnibus & per omnia.
quorũ verborum magnus eſt effectus.l.2.§.furio-
ſus.ff.de iure codic.Ang.in l.in negotijs. ff. de reg.
iur. Alex.& Moder.in l.1.ff.de leg.1.Sed non obſtã
14 te hac obiectione intrepidè dico in † cõmisſione
facta Poteſtati non fuiſſe ſublatũ remediũ appella-
tionis: quia nec in ſupplicatione nec in ſignatura
aliqua de hoc expreſſa ſit mẽtio,quinimo ẽt in ſup-
plicatione petitum fuiſſe cauſam cõmitti appella-
tione remota, & in ſignatura dicat fiat ut petitur,
adhuc dico non eſſe remotam appellationem. Pro
hoc adduco notabile dictum Dñorum de Rota de-
ciſ.361.inci.ſi in cõmisſione impetrata,vbi dicũt,
15 † ꝙ ſi petitũ fuerit ut in cauſa procedatur ſumma-
riè,de plano,ſine ſtrepitu,& figura iudicij,& prædi-
cta verba,nec aliquod eorum,cancellentur, & de-
mum fiat ſignatura iſto modo, audiat talis & iuſti-
tiam faciat. certè virtute huiuſmodi cõmisſionis
non poterit iudex delegatus ſummariè procedere,
prout petebatur:quia hoc non vr̃ cõmiſſum,imò ne
glectum,cum ſi Papa hoc voluiſſet de facili hoc ex-
presſiſſet.c.ad audientiam.de deci. & hanc deciſio
nem ſequitur D.Alex.qui eam magnifacit. in con-
ſi.94.inci.in cauſa,& lite vertente.in lib.2.

Et ſi dicatur prędicta deciſio loquitur in alijs ter
minis quam loquatur dubitatio noſtra, ad hoc rñ-
16 detur, † ꝙ iſtud eſt diuerſificare factum & non red
dere rationem diuerſitatis,quod non ſufficit, ut ꝑ
Gl.in l.ſed & ſi lege.§.item ſi rem.ſuper uerbo,ha-
beant.ff.de petit.hęre.

Prętereà oſtẽdo quod in caſu noſtro ne dum eſt,
eadem ratio ut per dictam ſignaturã non dicat ſu-
blata appellatio,quinimo ſubeſt maior rõ:quod ſit
par ratio patet: quia præfati Domini de Rota in
deciſione præmiſſa adducunt iſtam rationem:quia
ſi Papa uoluiſſet ut ſummariè procederet id expreſ
ſiſſet, quæ quidem ratio habet locũ in caſu noſtro,
in quo ſi Papa uoluiſſet in predicta cauſa non eſſe

locum

locum appellationi id de facili expreſsiſſet, dicẽdo audiat D. Poteſtas citet, inhibeat, & iuſtitiã faciat appellatione remota. Quod autem ſit maior rõ ſic
17 patet. † Nã licet ex commiſsione principis cã fiat ſummaria, & in ea procedendum ſit de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicii, ex hoc nõ aufertur aliqua defenſio ipſis litigatoribus: quia ſolũ abbreuiantur dilationes, nec curatur ordo iudiciarius, iuxta ea q̃ habentur in Clem. ſępe. de verb. ſign. & per Bar. in extraua. ad reprimẽ. in verbo, ſummariè. & in verbo ſine ſtrepitu. & per Doctores in pleriſque locis
18 quos non refero. Sed qñ † remouetur beneficium appellõnis tollit partibus ipſis, quædã defenſio. cũ appellõ dicatur defenſio quædã. c. cũ ſpeciali. §. 1. de appe. l. 1. ff. eo. & notat Bar. in l. ſi expreſſum. eo. tit. de appell. infertur ergo maius pręiudicium partibus, ꝙ tollatur remediũ appellationis per reſcriptum principis, ꝙ ſi fiat ut in cauſa procedatur ſummariè, de plano &c. ex quo apparet maiorem ſubeſſe rationem, ꝙ per illa uerba audiat talis non dicatur adempta facultas appellandi, quàm ꝙ per illa non dicatur cõmiſſum ut in cauſa procedatur ſummariè &c. Cum ergo ſit eadem & maior ratio in caſu nro, vt probatur, eſt concludendum, ꝙ idem ius cenſeri debeat in caſu noſtro, cum illo quẽ decidũt prędicti domini de Rota in prędicta deciſione.

Et ꝙ nullo modo cenſeatur ſublatum beneficiũ appellationis in ſupradicta cõmmiſsione facta Poteſtati, oſtendo alia ratione concludenti. Nã ideò Summus Pontifex commiſit cãm illorum de Maluitjs prędictis Auditoribus Rotę remota appella-
19 tione: † quia integritas & doctrina eorum ipſi nota erat, ideò confiſus de eorum integritate, prædicto modo illis commiſit cauſas Maluitiorum, & iſtud patet ex uerbis prædictæ cõmiſsionis, in qua ita atteſtatur Summus Pontifex, quę quidem ratio ceſſat in perſona D. Ptãtis cuius integritas nõ ita fuit ꝓſpecta Sũmo Põtifici, arbitratus etenĩ eſt Summus Põtifex præfatos Auditores, qui ob ſingularem doctrinã explorata eorũ fide & grauitate ad huius officij magnitudinẽ adhibẽtur, non aliter iudicaturos pro ſapiẽtia ac luce dignitatis ſuæ, quàm ipſe foret iudicaturus, vt ĩquit formaliter Iuriſcõſultus loquẽs de ꝓfecto ꝓtorio. in l. 1. in fi. ff. de off. prefec. pretor. ideò illis prædictã cãm cõmiſit appellõne remota, & iſta eſt viua & efficax rõ in iſto articulo.

Preterea & tertiò, iſta verba poſita in ſignatura,
20 † audiat talis, citet, inhibeat, iuſtitiam faciat ut petitur. referri dẽnt ad ea quæ principaliter in ſupplicatione continebantur, non aũt ad ea, quę ſunt poſita ad qualificandam aliquam diſpoſitionem, ſeu q̃ ſunt poſita gratia demonſtrationis: prout declarat Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. & in l. fi. §. Titia. ff. de libe. leg. Faciũt notata in ſimili per Spe. in tit. de poſiti.
21 §. ſequitur. in ver. 11. vbi dicit † ꝙ quis confitendo crimen non dicetur confiteri qualitates criminis, quod etiam tenuit D. Ant. ſimpliciter referẽs illud dictum in c. 1. de plus petit. & idem tenet Bar. in l. ſi
22 cui. §. ſi à filio, ff. de leg. 1. vbi quęrit † quidã, puta, accuſatus de adulterio commiſſo in Seiam vxorem Titij, qui rñdendo accuſationi dixit confiteor me cognouiſſe dictã Seiã carnaliter, an per iſta verba videatur confiteri dictam Seiã eſſe vxorem Titij, & decidit, ꝙ non: quia dicta verba referri debent ad ſubſtantiam perſonę non ad eius qualitates.

Quartò pro hac concluſione, ꝙ non dicatur remota appellatio, cõſidero aliam rationẽ per quàm tolluntur omnia quæ in cõtrarium poſſunt adduci. Nam licet commiſsio facta D. Auditoribus Rotę ꝑ ſecundam commiſsionem fuerit tranſlata in D. Poteſtatem Bononiæ, & illam ſubrogauerit Summus Põtifex quo ad cognitionem & deciſionẽ prędictę cauſę in locum prędictorum Dominorum de Rota, nõ tamen ꝑ hoc cenſetur facta dicta tranſlatio ſeu ſubrogatio, quo ad hoc vt ab eius ſentẽtia nõ poſſit
23 appellari, iſtud ſic patet. † Nã ſubdelegatus delegati à principe poteſt & debet in procedendo ſeruare morem, & ordinem, quem tenebat ipſe delegatus.
24 † Ideò ſi delegato fuit cõmiſſa cauſa decidenda cũ conſilio ſapiẽtis, eius delegatus hãc formã ſeruare debebit. c. cum in veteri. vbi Abb. Modernus ita notat. de electi. & ſic ſubdelegatus ſubrogatur in locũ
25 delegati: nihilominus † ſi cauſa fuit delegata à principe appellatione remota, iſta clauſula ſolũ operatur effectum, quo ad ſententias per eum ferendas, reſpectu autem eius ſubdelegati non habet effectũ dicta clauſula. ideo ab eius ſententia poterit appellari. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. de off. deleg.

Fortius dicit Bal. in l. 2. C. de appell. quem ſequitur Io. de Imo. in l. 1. col. 15. ff. à quibus appell. non licet. & D. Philippus Peru. in c. Paſtoralis. in 2. q. de
26 appella. † ꝙ ſi princeps commiſerit alicui uniuerſitatem cauſarum, cum plena, & omnimoda poteſtate, non per hoc intelligetur cõceſſa poteſtas ſubdelegãdi cum dicta clauſula appellatione remota, quod reputat menti tenendum præfatus D. Philippus in d. c. Paſtoralis. infertur ergo ꝙ licet D. Ptãs fuerit ſubrogatus à Pontifice, quo ad cognitionem prędictæ cauſæ in locum dominorum Auditorũ de Rota, nõ tamen per hoc intelligetur data Poteſtas procedendi in dicta cauſa appellatione remota.

Quod etiã ultra ſuperius adducta cõprobo alio
27 optimo ſimili, † Capitulũ uacãte ſede ſuccedit loco epi maximè quo ad eã q̃ concernũt iuriſditionẽ. c. 1. de maio. & obe. in 6. c. 1. ne ſede uac. eo. lib. c. ex frequẽtibus. de inſti. cũ uulg. ſi tñ aliquid competebat epiſcopo ex aliquo priuilegio ſpeciali, in tali iure non ſuccedet capitulum uacante ſede epiſcopali. Ita concludunt D. Ant. Cardi. & Abb. Moder. in c. uerum de for. compe. Dominic. in c. 1. uerſ. 11. de maio. & obed. in 6. Ludo. Roma. in conſ. 506. in fi. Fely. in c. olim. q. 11. de maior. & obed. & in d. c. uerũ. licet ergo ſpeciali priuilegio potuerint prędicti D. Auditores Rotę in cauſis Maluitiorũ procedere appellatione remota, non tñ idẽ dici debet in prædicto D. Poteſtate, licet locũ ipſorũ fuerit ſubrogatus per commiſsionem Sũmi Pontificis, quo ad cognitionẽ dictę cauſę Laurentij & fratrum de Maluitijs, ex quibus concludo ꝙ a ſententia lata ꝑ D. Poteſtatem cõtra Benedictũ & fratres de Aldrouandis potuit appellari de iure communi: quia cauſa non cẽſetur ei commiſſa fuiſſe ſublato remedio appellationis & per conſequens infertur reſcriptũ nuper impetratum à ſummo Põtifice fore obreptitiũ. cum expreſſerint præfati Laurentius & Conſortes in eorum petitione præfatum Benedictum & fratres

fratres de Aldrouandis appellaſſe contra decretū Sūmi Pōtificis, qđ penitus falſum eſt, prout s̄ deduxit: igitur tāquā mēdaces oratores impetratis carere dēnt. c. ſuper literis extra de reſcr. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum vxori per teſtatorem de omnibus mobilibus & maſſaritijs, & bonis exiſtentibus in domo, an comprehendat libros & protocola.*

2 *Legatum & quælibet diſpoſitio interpretari debet ſecundum qualitatem perſonæ ad quam refertur legatum ſeu diſpoſitio.*

3 *Teſtator qui legat lectum mulieri uiduæ, non videtur legare culcitram de ſerico.*

4 *Teſtator mandans veſtiri viduam, intelligitur de veſte uiduali.*

5 *Legatum eorum quæ ſunt in patria non comprehendit calendarium, nec pecuniam ibidem exiſtentem.*

6 *Argumentum de calendario ad protocola in interpretatione legati ualet.*

7 *Legatum generale uenalia non comprehendit.*

8 *Legatum interpretari debet, vt minus grauetur hæres quàm ſit poſſibile.*

9 *Legatum verbis generalibus conceptum, reſtrictionem aliquam non recipit.*

10 *Teſtatoris diſpoſitio reſtringi non debet vt non comprehendat ea quæ de ſua proprietate comprehendere pōt.*

11 *Pupillus ſine tutoris auctoritate non poteſt ſeruum manumitttere.*

12 *Copula, &, qualitates præcedentes repetit.*

13 *Dictio, omnis, generalis eſt, & facit omnia comprehēdere in diſpoſitione.*

14 *Pacto inito, quòd quomodocunque res euincatur, locus ſit euictioni, illa locum habet, etiam in caſu in quo res ex ſententia arbitri euicta fuerit.*

15 *Hæredes extranei admittuntur ad feudum conceſſum pro ſe, & quibuſcunque hæredibus.*

16 *Verbum hæres, ſimpliciter prolatum in materia feudali, ſolummodo in deſcendentibus verificatur.*

17 *Legatum omnium bonorum quæ quo quo modo domi teſtator habet comprehendit venalia.*

18 *Voluntatis quæſtio non admittitur, cum in verbis non eſt ambiguitas.*

19 *Vſusfructus calendarij uenit in legato omnium bonorū.*

CONSILIVM CXXV.

Illuſtriſſime Domine Vexilifer, præceptor collendiſſime, vertitur coram D.V. quædam cauſa inter vxorē quondam Ser Bernardini de Guaſtauilanis parte vna, & eius fratres parte altera, ſuper quodam legato facto eidem mulieri in teſtamento prędicti Ser Bernar-
1 dini, cuius verba formalia ſunt hęc. † Item iure legati reliquit eidem Dominę Lauræ omnes res mobiles, & maſſaritias, & bona exiſtentes & exiſtētia, & quę reperient in domo habitationis ipſius teſtatoris tēpore mortis dicti teſtatoris &c. Dubitatio ergo eſt an in iſto legato comprehendantur libri & protocola quę reperiūtur in domo prędicti teſtatoris? & videtur dicendum, ꝙ non, tribus rationibus.

2 Prima ratio eſt: † quia legatum, & quęlibet diſpoſitio interpretari dēt ſecundū qualitatē perſonę ad quam refertur legatū, ſeu alia diſpoſitio l. ex militari in prin. ff. de mil. teſta. l. plenum. §. equitij. ff. de
3 vſu. & habi. † per quē tex. dicit ibi Ang. ꝙ ſi teſtator legat lectū mulieri viduę, non vr̄ legaſſe culcitram de ſerico: quia hoc repugnat honeſtati viduali. Et idem dicit Bal. in l. 1. in fi. C. de verb. ſign. vbi dicit,
4 † ꝙ ſi teſtator mandat ueſtiri viduā, intelligitur legatū de veſte viduali, per d. §. equitij. cū ergo libri legales & protocola quorum expeditio ſpectat ad tabelliones, nō congruāt mulieri, interpretari dēt, prædictū legatum vt in eo prędicta non comprehēdantur: quia hanc interpretationem poſtulat qualitas perſonæ cui factum fuit prędictum legatum.

Secundò pro iſta parte optimè facere vr̄ tex. in l.
5 vxorem. §. legauerat. ff. de leg. 3. vbi dicit † ꝙ ſi teſtator legauerit alicui quidquid habet in Gadibus patria ſua, in hoc legato non comprehenditur calēdarium, nec etiam pecunia ibidem exiſtens. pari ergo rōne idem dici debet in protocolis ipſius te-
6 ſtatoris: † quia procedit argumētum de calendario ad ꝓtocola in interpretatione legati: & ita arguūt Paul. de Caſt. Lud. Roma. D. Alex. & Are. in l. diuortio. §. ſi vir in fundo. ff. ſol. mat. adducentes tex. in l. vxori meę. ff. de vſufr. lega. dicunt, ꝙ ſicut legatum vſusfructus omnium bonorum relictum uxori comprehendit calendarium, ita etiam comprehendere debet protocola ipſius teſtatoris.

7 Tertiò & vltimò facit etiam tex. in l. generali † §. vxori. ff. de vſufr. legat. vbi in generali legato facto vxori non ueniunt uenalia, quando teſtator legauit omnia bona adijciēda quę ſunt in domo, prout declarat ibi Bar. ſic in caſu nr̄o dicendum eſt, vt hoc legatum licet generale non comprehendat libros &
8 protocola ipſius teſtōris, maximè † cū ī dubio fieri debeat interpretatio in legato vt minus videatur grauatus hæres quàm ſit poſſibile. l. apud Iulianū. §. Seio. ff. de leg. 1. l. nummis. ff. de leg. 3.

Pręmiſſis tamen non obſtantibus contraria opinio, iudicio meo, uerior eſt in caſu noſtro, ideò cōcludo, ꝙ in hoc legato comprehenduntur libri, ꝓtocola, & reliqua bona teſtatoris ibidē reperta cu-
9 iuſcunq; generis ſit. eo, quia dictum † legatum conceptum fuit per verba generalia, ideò hoc legatum non recipit reſtrictionē aliquam. l. pediculis. §. Labeo. ff. de aur. & arg. leg. l. Iulianus in prin. ff. de leg. 3. l. in fraudē. §. fi. ff. de mil. teſta. in verbo determinatio Papiniani generalis eſt.

Pręterea comprobatur hoc fundamento. Nam oratio gn̄alis ex ſui propria ſignificatione oīa com
10 prehendit. ideò non debet fieri † reſtrictio hmōi diſpoſitionis, ut non comprehendat ea, quæ de ſua proprietate comprehēdere poteſt, etiam, quod eſt fortius ſi diſpoſitio eſſet odioſa. c. ex parte. el iij. vbi Abb. ita notat extra de deci. l. cū lege. ubi ſubti
11 liter Are. ff. de teſta. † ideò dicit tex. ī l. obligari. in prin. ff. de auc. tut. ꝙ cum pupillus nullam rem poteſt alienare ſine tutoris auctoritate, nec ēt ſeruum poterit manumittere, ſic in illa prohibitione gn̄ali cōprehenditur manumiſſio, licet ſit actus pius. l. 1. C. de cōmuni ſer. manumiſſ. in uetbo ad hanc rationem

tionē pietatis deuenerit Bar.ī l.ſi unius.C.de teſta. & in l.proxime.ff.de iis quæ in teſtam.delen.

Secundò pro hac concluſione conſidero tenorē dicti legati ī quo dr ꝙ teſtator reliquit oēs res mobiles & maſſaritias,& demum ſubdit, & bona exi-
12 ſtētia,ꝙ reperiuntur &c. † pōdero illā copulā &, ꝙ ſolet repetere qualitates pręcedentes.l.Seiæ.§. Caio.ff.de fund.inſtruct.Gloſſ.in §. item lapilli. inſt. de rerum diuiſio.Bal.in pulchra q.in l. oēs populi. col.12.ff.de iuſt.& iure.ſenſus ergo erit legauit te-
13 ſtator oēs mobiles & bona,ſed oīa.† cū ergo ſit repetita iſta dictiò oīs, quæ eſt gnālis ex hac repetitione oſtenditur enixa uoluntas diſponentis, ꝙ uoluerit in hoc legato cōprehendi oīa bona exiſtentia in dicta domo cuiuſcunque ſint generis, & per conſequens libros protocola,& reliqua: arg.tex.in l.ſi mulier.la.2.C.ad Velleia.& l.1. ff.de conſti.pecu. facit Gl.notabilis.in l.ſi pęnam.ff.de arbit.quā
14 Ang.reputat ſingularem.† quæ uult ꝙ ſi dictū fuerit ꝙ qūocunque res euincatur locus ſit euictioni, tunc uirtute huiuſmodi pacti generaliter concepti locus erit euictioni,ēt in caſu in quo res fuerit euicta ex ſnīa arbitri, ꝙ aliàs ſecus eſſet. l.ſi dictū. §. ſi cōpromiſero.ff.de euic.Faciunt not.per Bal.in l.1. in 34.q.& 49.ff.de rer.diuiſ.quem ſequitur Alex.in
15 l.ſi pſoni.ff.ad Treb.ubi dicit † ꝙ ſi conceſſum fuerit feudū alicui ꝓ ſe,& qbuſcūq; hęredibus ad tale feudū admittētur extranei hęredes uirtute illius di
16 ctionis quibuſcunque. † licet aliàs uerbum, hæres,ſimpliciter prolatum in materia feudali,ſolum modo uerificetur in deſcendentibus.cap. 1. §. & ſi clientulus.de alie.feu.in lib.feudo.

Tertiò & ultimo ꝓ hac cōcluſione adduco not. per Bar.in l.generali.§.uxori.ff.de uſufruc.leg.ubi
17 dicit † ꝙ ſi teſtator reliquit uxori omnia bona quę domi quoquo modo erant, tunc in iſto legato comprehenduntur uenalia, & ſic hoc legatum non recipit aliquam reſtrictionem. ſed ſi conſideretur hoc legatum,& uerba quibus uſus fuit teſtator,idē important ꝙ uerba prædicta quibus utitur Bar. in d.§.uxori. dixit enim teſtator lego oēs mobiles & maſſaritias,& bona exiſtentia. demum uolēs augere uirtutē dicti legati ſubdit,& quę reperiētur in domo habitationis ipſius teſtōris.quaſi dicat uolo, ꝙ uxor mea habeat omnes res mobiles, & bona quæ quoquo modo erunt in domo mea, ex quibus ergo intrepidè concludendum puto in fauorem dictę mulieris, cuius cauſam D.V.plurimum commendo.quia iuſtitiam iudicio meo fouere uidetur.

Non obſtat primū argumentum: quia procedit qñ agitur de interpretatione legati facti circa certā rem & ſumus in dubio: ſecus autē eſt in caſu claro,prout eſt caſus noſter in quibus teſtator uſus fuit
18 uerbis generalibus.† Et cum in uerbis non eſt ambiguitas non admittitur uoluntatis quæſtio,l. ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de leg.3.Et ſi aliter diceretur ſequeretur ꝙ ueſtes ipſius teſtatoris non uenirent in hoc legato:quia non cōueniunt mulieri,
19 & tamen iſtud eſt falſum,nec admittendum,& † ꝙ hoc ſit uerū patet in l.uxori meę.ff.de uſufruc.leg. ubi in legato oīum bonorū uenit uſuſfructus calēdarij,quod tamen non ſolet exerceri per mulieres.

Non obſtant ſecundum & tertium fundamentū: quia vtrunque procedit in caſu in quo teſtator expreſſus locutus fuit repetendo verba: ſecus dicendum eſt per ea quæ ſupra dixi,maximè adducendo doctrinam Barto.in d.l.generali.§.vxori. ff.de vſufruct.leg. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 Hæredes ſingulariter noīati, cenſentur pro virili uocati.
2 Partes in inſtitutione adiectæ, cenſentur in ſubſtitutione repetitæ.
3 Hæredum omnium ſunt partes æquales in ſubſtitutione nominibus proprijs expreſſis facta.
4 Copulæ natura quæ ſit.
5 Teſtatoris uoluntas interpretatur in dubio iuxta diſpoſitionem iuris communis.
Teſtator præſumitur velle id quod à iure communi diſponitur.
6 Teſtator inſtituens filium & nepotem cenſetur inſtituiſſe ordine ſucceſſiuo.
7 Patrę mortuo ab inteſtato, prima cauſa eſt filij alijs excluſis.
8 Filij diuerſarum ſororum an ſuccedant auunculo in ſtirpes vel in capita.
9 Plures filij quomodo admittuntur cum patruo ad ſucceſſionem aui.
10 Teſtator inſtituendo nepotes ex ſororibus expreſſis nominibus, uidetur eos contemplatione ſororum inſtituiſſe.
11 Hæreditas conſanguineis relicta potius cenſetur contemplatione ſanguinis,quā alterius cauſæ, vel qualitatis.
12 Plures vocati nomine collectiuo habentur loco vnius, & unam tantum ferunt portionem.
13 Eligendi facultas ſi datur rectori, & vniuerſitati ſcholarium,tantam poteſtatem habet rector, quantum vniuerſitas.
14 Conſules aromatariæ quot uoces habeant, & quot hæredes inſtituti à teſtatore in diſtributione pro maritandis puellis.
15 Inquiri an poſſit contra doctorem & militem ſtāte uno ſtatuto ꝙ contra militem inquiri non poſſit de crimine, & alio ſtatuto quòd contra doctorem inquiri poſſit.
16 Subdelegatus à delegato ſummi Pontificis eius collega, non poteſt vices ſuas alteri ſubdelegare.
17 Delegatus qui ex propria perſona non habet iuriſdictionem,ſubdelegare non poteſt.
18 Rei demonſtratæ fruſtra adijcitur demonſtratio.
19 Delegatus cui commiſſa eſt cauſa cum clauſula tu, tu cognoſcas,uel per te, te cognoſcas ſubdelegare non pōt.
20 Seruo pluriū filiorum natorum ex diuerſis fratribus ſtipulante ab extero certam quantitatem pecuniæ filijs talis & talis,ipſa pecunia in ſtirpes diuidi debet.

CONSILIVM CXXVI.

TEſtator in omnibus bonis ſuis hęredes inſtituendo ſic dixit.Inſtituo D. Bartholomęum clericum Bonon.ac Franciſcum fratres, & filios quondā Ioannis Turſanini ciuis Bononię & filios D.Margaritæ ſorores dicti teſtatoris, & Ioannem quondam Baptiſtæ filium dicti Ioannis Turſanini ac prædictæ Dom.Margaritę

uxoris dicti quondã Ioannis Turſanini,& Ser Claudium & Bernardinum fratres,& filios D. Samaritanæ etiam ſororis dicti teſtatoris,& uxoris quondã dicti Magiſtri Nicolai de Libris.

Ex prędictis orta eſt cõtẽtio inter pdictos hæredes ſuper petitione dictæ hæreditatis:quia dubitatur an dicta hæreditas ſit diuidenda in quinq; partes,quia quinque fuerũt hæredes inſtituti, an uero ſit diuidenda in duas partes,ita ꝙ tres primi hæredes inſtituti deſcendentes ex dicta Do.Margarita conſequi duntaxat poſſint unam dimidiam, & alii duo fratres ſuſcepti ex D.Samaritana conſequi debeant alteram dimidiam.

Oĩpotentis Dei auxilio prius inuocato. In pmiſſa dubitatione prima facie dicendum uidetur,ꝙ dicta hæreditas ſit diuidenda in quinque partes, eo, quia ſingulariter hæredes ſunt nominati nominib.
1 propriis,† ideò quilibet cenſetur uocatus pro uirili.l.reos.§.cũ in tabulis.ff.de duo.reis.l.1.C.ſi plu-
2 res vna ſenten.condemnati ſunt.Hinc eſt † quòd licet partes adiectæ in inſtitutione cenſeantur repetitæ in ſubſtitutione.l.1. C.de impube. & al.ſubſti-
3 tu.nihilominus † qñ ſubſtitutio facta fuit expreſsis noĩbus propriis hæredũ,partes oĩum erũt æquales in ſubſtitutione,licet nõ ęquis portionibus fuerint heredes inſtituti in l.nonnunquam.ff.ad Treb.quia ſecundum Bal.in d.l.1.C.de impu.qñ fuit facta ſubſtitutio p nomina propria, teſtator vr̃ reſpexiſſe pſonas hæredum,non autem portiones hæreditarias vel aliter ſecundum Fulg.ibi, & Rapha. Cuma. in l. turpia.§.fi.ff.de leg.1.qñ ſubſtitutio fit nomine appellationis,vt quia dixit teſtator uos hæredes ad inuicem ſubſtituo,fit hæc ſubſtitutio abſque interpoſitiõe alicuius copulæ ſub unitate ſermonis, ſed qñ fit cũ expreſſione noĩs proprij ipſorũ heredũ, inter
4 ponit copula,† cuius natura eſt diſtribuere vim verbi æqualiter.d.l.1.C.ſi plures vna ſent.condẽ. ſunt.

Sed iſtis non obſtantibus concludo contrarium, videlicet,ꝙ dicta hereditas in duas partes ſit diuidenda quarum dimidiã capient tres primi hæredes inſtituti filij & deſcendentes ex prędicta D. Margarita,alteram verò dimidiam capient duo filij præfatæ D.Samaritanæ.Et pro iſta concluſione in pri-
5 mis moueor.† Nam volũtas teſtatoris in dubio eſt interpretanda, iuxt.id quod diſpoſuit ius cõe, quia præſumitur teſtator velle,id quod à iure cõi diſpoſitum eſt.l.ſi duo.in fi.ff.de acq.hæredit.& ita dicit Bal.in l.precibus.in 16.col.C.de impub. & al.ſubſtit.Sal.in auc.item ſi hæreditas.C.de bon. quæ liber.vbi dicit, ꝙ ſi qñ lex uocat patrem & filium ad eandem hæreditatem pater non habet vſumfructũ in portione filij,ita & in caſu in quo aliquis extraneus inſtituit patrem alicuius & eius filium,quia in portione delata filio ex diſpoſitione teſtatoris pater non habebit vſumfructum cum ſimul cum filio fuerit inſtitutus.& ratio eſt ſecũdum eum: quia ita interpretari debemus voluntatem teſtatoris, vt magis conformetur legi & diſpoſitioni iuris cõis. Faciunt nota.per Bart.in l.Gallus.§. quidam rectè.ff.
6 de libe.& poſth.vbi dicit,† ꝙ ſi teſtator inſtituit filium & nepotem cenſentur iſti inſtituti ordine ſucceſſiuo,non autem ſimul.uidelicet nepos poſt mor-
7 tẽ filij,cũ de iure † mortuo patre ab inteſtato, prima cauſa ſit filij alijs excluſis.auc.in ſucceſsione.C. de ſuis.& legit.& inſtit.de hęred. quæ ab inteſt. de-
8 ferun.† ſed de iure cõi ſi prædictus teſtator inteſtatus deceſsiſſet ſuperſtitibus tribus nepotibus ex ſorore præmortua. item & ſuperſtitibus aliis duobus nepotibus ex altera ſorore,illi duo nepotes ſuccederent in dimidia parte hæreditatis, & alij tres nepotes in altera dimidia,hęc eſt concluſio Bar.in cõſi.151.aliàs 173.ſuper hęreditate.& eiuſdem Bart. in l.poſt conſanguineos. in §.hæreditas. ff.de ſuis, & leg.Pet.& Cy.in auc.ceſſante.C.de legit.hære. & dicit ibi Ang. ꝙ ſępius conſulendo hanc opinionẽ ſequutus fuit,& eſt communis hæc opinio.prout atteſtatur Ang.Are.in §.cum filius niſi.inſti.de hære. quæ ab inteſtat.deferun.& Moderni Peruſini in d. auctẽ.ceſſante.& hoc fundamentum iudicio meo multum urget pro iſta concluſione.

Prætereà & ſecundò comprobatur iſta concluſio.Nam dictus teſtator inſtituendo prædictos eius nepotes ſe retulit ad eius ſorores,dicendo,inſtituo D.Bartholomeam.Franciſcum &c.ex D.Margarita partim Ser Claudium & Bernardinũ fratres ex Do. Samaritana,ex quibus arguo teſtatorẽ uoluiſſe prę fatos ſuos nepotes ſuccedere in locum ſororum, & cum qualibet earum in dimidia ſucceſsiſſet, ita & earum filij in dimidia ſuccedere debeat:argu.eorũ quæ ponit Bar.in l.quidam relegatus.in §.fin.ff.de
9 reb.dub.ubi dicit, † ꝙ ſi teſtator diſpoſuerit,vt Titio decedente ſine liberis eius hæreditas deuoluatur ad Ioannem Sempronium uel eorum filios,non dicendo in ſtirpem, ſi vnus ex iſtis decedat relictis pluribus filijs omnes iſti admittentur ad vnam portionem cum ſuperuiuente: quia ſicut pater eorum ſi uiueret non admitteretur niſi in portione habito reſpectu ad numerum heredum inſtitutorum,ita & eius filij,niſi ad illam partem admittendi ſunt.
10 Prętereà & tertiò † dictus teſtator inſtituendo dictos nepotes ex ſororibus earũ nominibus expreſſis uidetur eos inſtituiſſe contemplatione ſororũ: arg.eorum quę notat Bart. in l.filio. ff.de condit.& dem.& in l.filio.ff.de don.cauſ.mort.eatenus ergo cenſentur inſtituti quatenus prædictas ſorores inſtituiſſet,quos veriſimiliter æquis portionibus inſtituiſſet ſi perueniſſet ad earum inſtitutionem: quia vt ſupra, dixi præſumitur teſtator uoluiſſe ſuã diſpoſitionem eſſe conformem iuri communi. l. ſi duo.in fi.ff.de acq.hæred.

Conſidero & quartò uerba dictæ inſtitutionis in qua licet teſtator uocauerit hæredes eorum nominibus proprijs expreſſis, nihilominus eos ẽt uocauit nomine collectiuo dicẽdo fratres & filios,ideò potius eſt habenda conſideratio dicti nominis collectiui quàm nominis proprij:arg.l.qui habebant. ff.de reb.dub.maximè cum iſta nomina reſpiciant,
11 † & ſint ſignificatiua coniunctionis ſanguinis, cuius in dubio potius præſumitur habita conſideratio,quàm alterius cauſę,vel qualitatis. l. tutor. §.q̃ tutoribus.ff.de excuſ.tut.ideo dicit Bal. in auct.ex teſtã.in 3.col.C.de colla.Lud. Roma. in l.ſi donatione.C.de coll.ꝙ pr̃ donando filio in dubio intelligitur donare pp affectum naturalem, ſcilicet, qa filius potius,quàm ob merita precedẽtia,ſi ergo dicti nominis collectiui potius uidetu habita conſideratio,

deratio quàm nominis proprij,ut dictũ eſt, oſten-
do inconuincibiliter ꝙ ex dicta hæreditate duę par
tes fieri debeãt, & unam conſequi debeat Ser Clau
dius & Bernardinus, & alteram dimidiam conſeq;
debeãt alij fratres & nepotes teſtatoris,licet eſſent
12 centum numero.eo,quia † quando plures uocãtur
ſub nomine collectiuo, omnes illi habentur loco
unius, & unam duntaxat ferunt portionem, l.Ti-
tius.& l.liber homo.§.Titius.ff.de hęred.inſtit.per
13 quem tex.dicunt ibi Ang.& Imo. † ꝙ ſi data ſit fa-
cultas rectori & uniuerſitati ſcholariũ eligendi no-
tarium,tantam uocem habet ſolus rector,quantum
habet ipſa uniuerſitas,niſi aliter cenſeatur de mẽte
ſtatuentium.& idẽ tenet Alex.in l. parer filio.ff.de
uulg.& pupill.Similem quæſtionem decidit Rom.
in conſi.99.incip.uiſo quæſtionis propoſitæ thema
14 te.ubi decidit † ꝙ ſi teſtator relinquat certas pecu
nias pro puellis maritandis,& cõſtituit illarũ pecu-
niarum executores conſules Aromatariæ. Item &
ſuos hæredes,tantam uocẽ habebunt hęredes ſui,li
cet non ſint niſi duo,quantum habebunt illi conſu
les etiam ſi eſſent decem numero,aut plures.ꝓ quo
etiam facit tex.in Clem.ſi plures.de iure patronar.
Et ultra ſuperius adducta ꝙ potius ſit habenda
conſideratio prædicti nominis collectiui,quàm no
minis proprij,oſtendo urgenti ratione.Nam ſi ha-
beatur conſideratio nominis proprij nõ diuidet̃ di
cta hæreditas inter dictos hæredes, prout diſponit
ius cõmune,uidelicet in ſtirpem, ſed in capita fiet
diuiſio:ſin autem habeatur reſpectus ad nomẽ col
lectiuũ diuidetur in ſtirpẽ prout diſponit ius cõmu
ne,erit ergo habẽda conſideratio nominis collecti
ui,non aũt nominis proprij,quia ſic diuidet̃ hæredi
tas in ſtirpes.Et pro hoc adduco nota. per Bal.in l.
15 ſi quis decurio.C.de fal. ubi decidit † ꝙ ſi ſtatutũ
diſponat ꝙ contra militẽ non poſsit inquiri de cri-
mine,& aliud ſtatutum diſponat ꝙ contra doctorẽ
de crimine poſsit inquiri,ſi reperiatur unus qui ſit
miles & doctor,an cõtra ipſum poterit inquiri.de-
cidit ibi Bal.ꝙ ſi crimẽ cõmiſſum ꝑ iſtũ ſit tale in
quo de iure cõi procedi poſsit, tunc conſiderabi-
tur in iſto delinquente qualitas doctoris,non autẽ
qualitas militis,cũ hanc qualitatẽ foueat ius cõmu
ne.Et hanc deciſionẽ ſequit̃ Pet.de Ancha. in c.ca-
nonũ ſtatuta.de conſtit.ſubtilis Aret.in l.2.in prin.
ff.de uerb.ob.qui ꝑ hoc ſubtiliter inducit tex. in l.
nã ſi miles.ff.de iniuſ.rup.irritoq; teſtam. pro quo
ẽt adduco text. in c.ſuper quæſtionũ. in §. ſi uerò.
16 de offic.delega. in quãtũ ibi dicit † ꝙ ſi delegatus
põtificis uices ſuas cõmitrat collegæ,nõ poterit ip
ſe poſtea uices ſuas alteri ſubdelegare: qa eſt mix-
tus,uidelicet pro parte delegatus Sũmi Põtificis,&
pro parte delegatus inferioris,nõ aũt Sũmi Põtifi-
cis.eo,qa dicta qualitas magis fouet̃ de iure cõmu
17 ni ſecundum † ꝙ delegatus qui ex propria perſona
nullam habet iuriſditionẽ ſubdelegare non poteſt.
l.à iudice,C.de iudic.l.more.& l.& qa.ff.de iuriſd.
om.iudi.Si ergo ſit habenda conſideratio nominis
collectiui,non aũt nominis proprij ut probatũ eſt,
ſequitur concludenter & apertiſsimè ꝙ dicta hære
ditas ſit diuidenda in ſtirpes,non autem in capita.
Ad idem,ꝙ ſit habendus reſpectus ad nomẽ col
lectiuum & non ad nomina propria ipſorũ hæredũ
oſtendo alia multum clara ratione. Nã dictus teſta
tor in inſtitutione facta de ꝑdictis hæredibus uſus
fuit duplici nomine collectiuo,dixit enim teſtator
inſtituo Bernardinum, Ser Claudiũ fratres & filios
&c.licet ergo poſsit dici ꝙ unũ ex iſtis nominibus
collectiuis fuit appoſitum gratia demonſtrationis,
18 alterum tamen non: quia † rei demonſtratæ fru-
ſtra adijcitur demonſtratio.l.1.in fin.ff.de don.præ
leg.neceſſario ergo dicendum eſt ꝙ ad unũ ex iſtis
nominibus collectiuis habuerit conſiderationem,
ad iſtum effectum, ꝙ eius hæreditas diuidatur in
19 ſtirpes,non aũt in capita.Et pro hoc † adduco in ſi
mili nota.per Bal.in c.fi. de offic. delega.ubi dicit
quòd quando in reſcripto delegatorio ponitur di-
ctio tu, tu cognoſcas, uel per te, te cognoſcas, pro
pter hanc geminationem uerborum delegatus ſub
delegare non poteſt: quia primum uerbum ſtat de
monſtratiuè,ſecundum uerò reſtrictiuè.
Vltimò adduco nota.ꝑ Ang.& Io.de Imo.in l.ſi
ſeruus communis Męuij, & caſtrenſis peculij.ff.de
20 ſtip.ſeruo.ubi quęritur,pone, † quidã ſeruus pluriũ
filiorum qui erant nati ex diuerſis fratribus ſtipu-
latus eſt ab extero certã quantitatem pecunię filijs
talis, & talis, an iſta pecunia diuidetur inter ipſos
dominos in ſtirpes, an in uirili, & concludunt ꝙ in
ſtirpes,& ſic ſi eſſent tres,quatuor,aut plures filij ex
uno domino dimidiam conſequẽtur,& ſi altero do
mino ſupereſſent unus uel duo filij, alterã dimidiã
habebunt;ex quibus concludo prędictã hæreditatẽ
in ſtirpes fore diuidendã. Et ad adducta in contra-
rium ex ſupradictis patet reſponſio. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Principis reſtitutio an trahatur ad fructus perceptos.& nu.5.6.& 8.*
2 *Colonus & inquilinus poſſident domino.*
3 *Commoditatem domus conſecutus ex cauſa oneroſa, ad penſionem conueniri non poteſt.*
4 *Reſtitutio non retrotrahitur,quando tertio prępiudicium infertur.& uide nu.14.26.*
6 *Reſtitutio procedens ex iuſtitia, fauorabilior eſt illa quæ procedit ex gratia.*
7 *Ratio cum generalior & dicto, ſecundum eius limites extenditur dictum.*
9 *Intellectus ad auc.idem de Neſtorianis.C.de hæred.& manichę.*
10 *Fauore fidei multa introducta ſunt.*
11 *Opinio communis quando in iudicando ſperni poſſit.*
12 *Iudicandum non eſt ex doctorum multitudine.*
13 *Banniti ſimplex reſtitutio comprehendit bona confiſcata non alienata.*
15 *Reſtitutus recuperat fructus.& nu.17.*
15 *Dictio perinde,denotat omnimodam ſimilitudinem.*
18 *Fiſcus ſolus uel habens cauſam ab eo contra actorem de iure fiſci opponere poteſt.*
19 *Sentẽtia ad nihilum reducta,cuius contemplatione,poſſeſſor rem tenebat, res ipſa cum fructibus reſtituitur.*
20 *Rebellis per quod crimen quis poſſit, uel non poſſit pronuntiari.*
21 *Error iuſtus cauſat fructuum acquiſitionem.*
22 *Publicè notũ cauſat malam fidem,ſaltem præſumptiuè.*

23 *Mala*

23 *Mala fides impedit acquiſitionem fructuum.*

24 *Error iuris ut indicat fructuum acquiſitionem quid requiratur.*

25 *Soluens falſo prælato ſeu domino exiſtenti in poſſeſſione non liberatur, & à uero prælato conueniri poteſt.*

CONSILIUM CXXVII.

VIdi, & maturè perſpexi elegantes & ſubtiles dubitationes propoſitas in cauſa uertente inter Ludouicũ ex parte una, & Achillem de Maluitijs parte altera, quibus tamen non obſtantibus puto ea q̃ p me aliàs deducta fuerunt in fauorẽ dicti Achillis de iure procedere, ut ex infra dicendis apparebit: & ut melius percipiantur reſponſiones quæ tradentur ad prædictas obiectiones, eas ſummatim referam.

Primò adducitur cõis concluſio Doctorum in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. qui adducentes tex. in auc. idẽ eſt de Neſtorianis. C. de
1 hæret. & manich. concludunt, † q̃ reſtitutio Principis, licet pleniſsima, non trahitur ad fructus perceptos, & licet quidam contradicant, tamen cum illa ſit communis opinio ab ea non eſt diſcedendum in iudicando. c. ne initaris. de conſti.

Secundò adducitur in fauorem dicti Ludouici: quia ipſe conſecutus fuit commoditatẽ dictæ domus de cuius fructibus agitur à Do. Io. Bentiuolo, cuius erat ſtipendiarius, pro ſolutione, eius quod ſibi debebatur ratione ſtipendij, & ſic ipſe dr̃ poſſe-
2 diſſe nomine ipſius D. Io. † ut dicimus in colono, & inquilino, qui poſsident domino. l. per uniuerſas. §. quod per colonum, & l. ſi colonus. ff. de acqu. poſſ. ipſos ergo fructus potius dr̃ percepiſſe D. Ioannes Bentiuolus, quàm ipſe Ludouicus, ideo tales fructus peti non poſſunt ueluti cõprehenſi ſub breui & mandato Summi Pontificis, in quo mãdat. q̃ fructuum perceptorum ex bonis occupatis per Io. Bentiuolum non habeatur conſideratio.

3 Præterea † cum d. Ludouicus conſecutus fuerit commoditatem dictę domus ex cauſa onerosa, uidelicet pro mercede ſua nõ põt conueniri ad pẽſionẽ, licet tradens non eſſet dominus. ita tenet Inno. in c. in literis. de reſtitu. ſpol. Bar. in conſi. 16. inci. ad claram deciſionem. ponunt Moderni in l. ſi urbana. ff. de cond. indeb.

4 Præterea & quartò, † reſtitutio non trahit̃ retro. qñ tertio infertur præiudiciũ, prout not. Gl. & omnes in d. §. & quid ſi tantum, prout in caſu noſtro, in quo fieret præiudicium dicto Ludouico, quo ad reſtitutionem penſionum dictę domus.

Quintò adducitur: quia licet Ludouicus poſsit cõueniri à camera pro talibus fructibus, non tamẽ conueniri põt ab iſto Achille de Maluitijs, niſi facta fuiſſet ſibi ceſsio, quæ minimè reperitur facta.

Iſtis tñ non obſtantibus uerisſimam puto cõcluſionẽ aliàs per me firmatam, pro qua in primis ad-
5 ducebã, † q̃ qñ reſtitutio facta fuit pleniſsimè, prout eſt reſtitutio facta de Maluitijs, quod ex eius tenore cõſpici poteſt, trahitur ẽt ad fructus medio tẽpore pceptos, l. uideamus. §. in Fauiana. ff. de uſur. l. in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iur.

6 Nec obſtat reſponſio partis aduerſæ q̃ dicit, † q̃ illa iura loquuntur in reſtõne quę procedit ex iuſtitia, quæ eſt fauorabilior q̃ ſit illa quæ procedit ex grã, iuxta nota. per Bar. in l. cum quis. §. ſi quis pro reo. ff. de ſolu. Quoniam iſta reſponſio non procedit, nec eſt uera eo, quia tex. in d. §. in Fauiana. ponendo rõnẽ quare in actione Fauiana ueniunt fructus, dicit, nam & uerbum reſtituo, quod in hac re prætor dicit plenã habet ſignificationẽ, ut fructus reſtituantur, & ſic uis huius uerbi reſtituo, eſt illa
7 quæ efficit ut fructus comprehendantur, † & cũ illa ratio ſit generalior dicto, ſecundum eius limites extendetur dictũ. l. regula. §. ſed ſi quis. ff. de iur. & fac. igno. l. nomen. §. fi. ff. de leg. 3. cum uulg. Et iſtã
8 opinionem † q̃ reſtitutio trahatur ad fructus, tenet Nellus in trac. banni. in 1. par. 3. tempo. q. 7. ubi dicit, q̃ ita uidit iudicari pp naturam reſtitutionis, q̃ eſt in priſtinum ſtatum repoſitio quam opinionem etiam tenet D. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum.

9 Non obſtat tex. in † d. auc. idem eſt de Neſtorianis. Nã ideò illud ibi ſtatutum eſt ſpeciali fauore fidei, uidelicet ne filij qui deceſſerunt à fide catholi-
10 ca nimiũ grauentur in reſtõne fructuũ. † Et fauore fidei multa ſunt introducta cõtra ius commune. c. i. fidei fauorẽ. de hær. lib. 6. arguendo ergo à caſu ſpe-
11 ciali ille tex. probat hanc concluſionẽ. † Et licet cõtraria opinio ſit cõis nihilominus ſperni põt iudi-
12 cando: quia conuincitur iuribus apertisſimis: † nõ n. iudicandum eſt ex Doctorum multitudine. l. 2. §. ſed neq;. C. de uete. iur. enucl. Io. Andr. in c. 1. de conſti. Abb. mod. in c. capellanus. de fer.

Præterea fatendo communem cõcluſionem eſſe ueram. adhuc procedit concluſio noſtra, eo, quia in
13 caſu † in quo fiſcus non alienauit bona delinquẽtis confiſcata, ſed illa penes ſe retinuit, put in caſu noſtro, in quo non reperitur, q̃ fiſcus donauerit dictã domum Ioan. Bentiuolo, nec dicto Ludouico, tunc ſimplex reſtõ facta de bannito cõprehendit bona confiſcata. l. 1. & l. fin. C. de ſenten. paſſ. & quia nulli dr̃ inferri præiudicium cum bona in alterũ pet fi-
14 ſcum non fuerint tranſlata, † tũc ſic ubicũq; nõ infertur p̃iudiciũ alteri, & ſic tertio, tũc reſtitutio trahitur retro. Ita tenẽt expreſsè Ang. & Imol. in l. ſi alienũ. §. in extraneis. ff. de her. inſti. ubi dicunt, q̃ ſi rebelles & banniti qui ex forma ſtatuti inſtitui non poſſunt heredes inſtituant, demũ reſtituti fuerint, retroualeſcit inſtitutio, quia trahitur retro reſtitutio ẽt ante conditum teſtamẽtũ. l. fi. ff. de bon. poſſ. cont. tab. pro qua opinione eſt tex. qui nõ põt cauillari in l. ſi qs filio exhæredato. §. fi. ff. de iniuſt. rupt. irritoq; teſt. quidquid dicat ibi Bar. & per illũ tex. idem ſentiunt Ang. & Imol. ibi, & expreſsè Paul. de Caſt. Stãte ergo hoc p̃ſuppoſito pro uero q̃ reſtitutio trahatur retro in caſu in quo nõ infertur tertio
15 p̃iudiciũ, † infertur q̃ reſtitutus fructus recuperabit. l. patri p̃ filio. §. itẽ ex diuerſo. ff. de min. & iſtã cõcluſionem expreſsè tenent Moderni repetentes in d. §. & quid ſi tantum. in pen. char. quos poterunt uidere Domini iudicare debentes.

Præterea & tertio in reſtitutione facta de prædictis Maluitijs ſic dr̃, uolumus, & decernimus fore, & eſſe perinde ac ſi dictus Marcus Antonius, & alij in dicto mandato deſcripti banniti & rebelles nun

quám pro rebellibus & bãnitis deſcripti fuiſſent,&
ipſorum bona,& iure confiſcata non fuiſſent. Ex q-
bus uerbis infero ꝙ uirtute dictæ reſtitutionis di-
cti de Maluitijs poterunt recuperare fructus perce
ptos ex eorum bonis, etiam ſi poſſeſſores taliũ bo-
16 norum cauſam á fiſco habuiſſent, eo,quia † dictio
perinde,denotat omnimodam ſimilitudinẽ,l.ſed ſi
lege.§ perinde.& ibi Ang.notat ff.de peti.hære di.
ſicut ergo in caſu in quo dicta bona non fuiſſent cõ
fiſcata,dictus Ludouicus qui occupauit dictam do-
mum,foret obligatus ad penſionem dictæ domus,
cũ in ea nullum titulum legitimum haberet. Ita &
in caſu iſto ad idem teneri debet,cum fuerit ſubla-
tus effectus dictæ confiſcationis.

Pro hac conſideratione etiã adduco tex.in l. ui-
deamus.§.in Fauiana.ff.de uſur. ubi dicit Iurecon-
ſultus ꝙ in actione Fauiana ueniunt fructus, demũ
ſubdit tex.quia prætor id agit ut perinde ſint oĩa,
ac ſi nihil eſſet alienatum,& ſic Iuriſconſultus inter
pretando edictũ prętoris,in quo dicebatur ut pin-
de ſint oĩa ac ſi nihil eſſet alienatũ,infert ex prædi-
ctis uerbis ꝙ fructus ſint reſtituendi, cum ergo in ꝑ
dicta reſtitutione dicatur ꝙ dicti rebelles ſint reſti
17 tuti, † perinde ac ſi bona ipſorum non fuiſſent con
fiſcata,inferẽdum eſt ex prædictis uerbis ꝙ fructus
percepti ex bonis ipſorum bannitorum & rebelliũ
ueniant reſtituendi.

Comprobatur hæc concluſio alia rõne,nam præ
ſuppoſito pro uero,ꝙ bona iſtorum de Maluitijs le
gitime fuiſſent cõfiſcata, nec de eis ſubſecuta fuiſ-
ſet reſtitutiõ,adhuc ꝑdictus Ludouicus qui nõ ha-
buit cãm á fiſco,poſſidendo dictam domũ,tenere-
tur ad ſolutionem penſionis ipſis de Maluitijs: qa
poſſent ei dicere quo ad te liberas ædes habeo.l.lo
18 ci corpus.§.competit.ff.ſi ſeruit.uendic. † Cũ ne-
mo poſſit opponere contra actorẽ de iure fiſci,niſi
fiſcus ipſe uel habens cauſam ab eo.Gl.in l.ſororẽ.
C.de iis,quib.ut indig.& in l.is conſequenter.§.fi.
ff.famil.erciſ.Et ſic falſum eſt fundamentum aduo
cati prædicti Ludouici,qui uult ꝙ opus erat ceſſio-
ne facienda per fiſcum ipſis de Maluitijs,ad hoc ut
poſſint agere contra dictum Ludouicum ad penſio
nem dictæ domus.

Vltimò pro pręmiſſa concluſione conſidero aliã
19 rationẽ.† Nam licet ꝑdictus Ludouicus poſſediſſet
prædictã domũ uirtute ſnĩæ confiſcationis latę con
tra ipſos de Maluitijs,attamẽ cũ dicta ſnĩa fuerit ir
ritata uirtute dictæ reſtitutionis,res ipſa cũ fructi-
bus reſtituenda eſt.caſus eſt ſingularis in l. cum fi-
lio,§.fin.ff.de inoff.teſta.quem ad hoc propoſitum
adducit Lud.Rom.in conſil.454. incipi. in re præ-
ſenti.in ult.col.

Nec obſtat rñſio aduocati partis aduerſæ, qui di
cit, ꝙ hoc procedit in ſnĩa nulla: quia rñdetur, ꝙ
imò loquitur in ſnĩa ualida, licet eſſet iniqua ex
poſt facto comparẽte filió ꝑterito, cuius cauſa erat
potior in ſucceſsiõe defuncti. Sed in caſu noſtro
ſnĩa confiſcationis bonorum lata contra dictum
Marcum Antonium de Maluitijs nedũ fuit iniqua,
ſed iniquiſsima,cũ fuerit lata eo, quia ipſe locutus
fuerat cũ Io.Baptiſta de Refrigerijs qui fuerat pro
20 nunciatus rebellis,ex eo, † quia dicebatur conſpi-
raſſe contra Ioannẽ Bentiuolũ, quod & ſi uerũ fuiſ-
ſet,ob tale crimẽ non debuit pronuntiari rebellis:
qa non erat crimen lęſæ maieſtatis aliquid moliri
contra ciuem ſeu potius tyrannum. Et ſic remanet
ſolidum præmiſſum fundamentum.

Sed adhuc opponi poſſet hoc modo,ꝑdictus Lu-
douicus potuit credere dictam confiſcationẽ legi-
timè eſſe factã,& ſic ꝑfatũ Io.Bentiuolũ de iure po
tuiſſe apprehendere ꝑdictã domũ,& per conſequẽs
illã ſibi tradere in recompenſationẽ mercedis ſuæ.
21 † Iuſtus aũt error cauſat fructuũ acquiſitionẽ. l.ſed
ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hære.Sed ad hoc rñdeo du
pliciter:& primò,ꝙ in ciuitate Bono.notoriũ erat
ꝑdictam confiſcationem eſſe iniuſtã,& inualidam,
hinc eſt,ꝙ pauci reperiebantur ꝙ eorũ bona eme-
22 re uellent. † Id autem quod publicè notũ eſt cau-
ſat malã fidẽ ſaltẽ præſumptiuè,ſecundũ Bal. in l.ſi
tutor petitus.C.de pericu.tut.Fely. in c. cũ contin-
23 gat.in 1.col.extra de reſcri. † Sed mala fides impe
dit acquiſitionem fructuum.l.certum.C.de rei uẽ-
di.& l.ſi fundum.C.eo.

24 Prætereà & ſecundò ut error iuris inducat fru-
ctuũ acquiſitionẽ,eſt neceſſe ꝙ probetur: cuius ꝓ-
batio eſt difficilis,cũ nõ pręſumatur,ſecũdũ Arge.
in l.ſed ſi lege.§.ſcire.ff.de peti.hær. ubi dicit ꝙ in
hoĩe qui nõ eſt iuris peritus,prout eſt miles, & ruſti
cus, ſufficeret probare ꝙ ipſe conſuluit peritiores
q erant in loco,an ſibi eſſet licitũ poſſidere dictam
rem,qui conſuluerũt ꝙ ſic, hoc.n.probato diceret
probatus iuris error,qui induceret fructuũ acquiſi
tionẽ,qđ cum minimè fuerit probatũ per dictũ Lu
douicũ,nihil proderit allegatio erroris iuris:Ex q-
bus ergo concludo pręfatum Ludouicum teneri ad
ſolutionem penſionis dictæ domus,quam occupa-
uit,nulla habita cauſa á fiſco.

Non obſtát adducta in contrariũ. Ad primũ fun
damentum rñdetur, ꝙ cum cõis opinio apertiſsi-
mis rationibus conuincatur,non eſt amplectenda
in conſulendo, nec in iudicando,prout dixi.

Prętereà licet ſit uera,tñ nõ ꝓcedit in caſu nr̃o,ĩ
quo reſtõ trahitur retro quod ſupra fuit oſtenſum.

Ad ſecundũ reſpondetur ꝙ non eſt uerum, ꝙ di-
ctus Ludouicus cauſam habuerit á Ioanne Bẽtiuo-
lo,nec iſtud eſt legitimè probatum.

Prætereà licet iſtud eſſet probatũ,attamen caſus
noſter non cõprehenditur in mãdato Summi Pon-
tificis,cũ nihil petatur á Ioanne Bẽtiuolo,ſed a di-
cto Ludouico cui imputari dẽt ꝙ uſum dictę do-
mus,quam ueriſimiliter ſcire debuit illam nõ eſſe
legitimè ꝯfiſcatã:qa iſtud publicè notũ erat,in cõ
penſationẽ ſtipendij ſui ſponte ſua receperit.

Ad tertiũ fundamẽtum rñdetur,uidelicet ad di
ctũ Inn.in c.in literis,ꝙ loquitur in illo, qui ſoluit
pẽſiones ei qui ab initio fuit uerus prelatus,ſed fue
rat amotus.Nã hoc caſu ſoluendo liberatur ſaltem
ope exceptionis.l.cũ quis.§.1.& l.diſpenſatorem.
25 ff.de ſolu. † ſed ſecus eſt in illo qui ſoluit falſo prę
lato ſeu domino,qui tamen eſt in poſſeſsione,nam
iſte ſic ſoluendo non liberatur.ideo conueniri po-
teſt á uero prelato, ſeu uero domino.l.ſi quis uxori.
§.apud Labeonẽ.ff.de fur.& ita tenet Bal.in l.2.in
ult.char.uer.ſed quid de ſexto puncto.C.de ſeru.&
aqua.Mod.in l.ſi urbana.ff.de cond. indeb.licet er
go d. Ludouicus ſoluerit dictã penſionẽ D.Ioanni
Benti-

Bentiuolo,prout dicitur eſſe probatum, ex quo tñ
ipſe nũquã fuit dominus uerus, nec uerus poſſeſſor
dictæ dotis,ꝑ hoc non cenſetur liberatus,ideò con
ueniri poteſt à prędicto Achille de Maluitijs.
26 Ad quartum fundamentum rñdetur † fatendo,ꝙ
reſtitutio trahatur retro,quando retro inferreretur
præiudicium,ſecundum Gl.& Doct.in d. §. & quid
ſi tantum,& dicatur inferri præiudicium qñ ius eſ-
ſet alteri acquiſitum legitimè,ut quia fiſcus uendi-
diſſet aut donaſſet bona confiſcata alicui: ſic loquũ
tur Doct.in d.§.& quid ſi tantum,ſed ꝙ non traha-
tur retro in præiudicium illius qui temerè,& nõ ha
bita cauſa à fiſco occupauit bona banniti. iſtud nõ
dicunt Glo.& Docto.in d.§.& quid ſi tantum. facit
tex.in c.audita.de reſti.ſpoli.

Ad ultimũ fundamentum rñdetur,ꝙ non fuit o-
pus aliqua ceſſione in perſonam dicti Achillis,pro
ut ſupra probaui, ſublatis itaq; argumentis addu-
ctis ꝓ parte cõtraria remanet apertiſſimè fundata
intentio prędicti Achillis de Maluitijs. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ nuptæ tempore mortis teſtatoris non tamen dotatæ an admittantur ad legatum quantitatis pro dote relictum pro qualibet filiarum, quæ tempore mortis teſtatoris indotatæ fuiſſent & non nuptæ.*

2 *Concurſus utriuſque copulati non requiritur, quando copula ponitur inter duo adiectiua habentia ſuum ſubſtãtiuum indefinitum.*

3 *Statutum ꝙ contra debitores ceſſantes & fugitiuos procedi poſſit ad capturam perſonę habet locum in debitore ceſſante ſoluere, licet non ſit fugitiuus.*

4 *Legatum factum doctoribus, & medicis comprehendit tàm medicos ſolum, quàm doctores duntaxat.*

5 *Filio inſtituto hęredi in omnibus bonis ei aſſignatis in partem, & deſcriptis in inſtrumento aſſignationis, ſpectant etiam bona quæ non fuerunt aſſignata, ſed in inſtrumento deſcripta.*

6 *Adiectiua poſita cum copula, quando poſſunt uerificari ad diuerſa ſubiecta, & diſpoſitio eſt fauorabilis, interpretatur, ut ſequens adiectum cum copula, ſit adiectũ gratia ampliandi legatum, & aliud ſubiectum in dubio referatur, quàm ad illud ad quod refertur adiectiuum pręcedens.*

7 *Relatiuum quis, uel quæ iunctum uerbo futuri temporis, importat conditionem.*

8 *Duo adiectiua copulata reſpectu alicuius ſubſtantiui, ſtant propriè, & utriuſque concurſus requiritur.*

9 *Concurſus utriuſq; copulati, tunc requiritur, quãdo duo adiectiua reſpectu unius ſubſtantiui certi, & limitati copulantur.*

10 *Teſtator ſi impoſuit pœnam filio ſeorſum habitanti, & ad diuiſionem prouocanti, omnia concurrere debent, ut ipſam pœnam incurrat.*

11 *Pater iudicis officio compellitur ad dotandum congruenter filiam, quod onus tranſit ad eius hæredes.*

12 *Dos an denegari debeat filiæ indigno nubenti. & nu.14.*

13 *Filiam nuptam ſine conſenſu patris, nulla genero dote promiſſa, an pater dotare teneatur.*

15 *Communis opinio in iudicando, & conſulendo ſequenda eſt.*

CONSILIVM CXXVIII.

EGregius Vir Ser Paulus cognomine
de Schiapa ciuis Bono. in teſtõ per
eum condito iure legati reliquit
cuilibet filiarũ ſuarũ, quæ reperirẽ-
tur in domo & familia ipſius teſtõ-
ris tẽpore eius mortis nõ nuptæ, &
non dotatæ,libras quadringentas monetæ Bono.ꝓ
dotibus cuiuslibet earũ,& ſcrineos,& mobilia con
decentes ſecundum earum qualitatem & uices hæ-
reditatis,ſic formaliter cantãt uerba dicti teſtamẽ-
ti.Modo quęritur an una ex dictis filiabus q̃ reperi-
tur nupta tẽpore mortis teſtatoris , & non dotata
poſſit petere uirtute legati ꝑdictam pecuniæ quan
titatem,uidelicet librarum quadringentarum.

Secundò dubitatur,an ex alio iure poſſit cogere
hæredes patris ad eã dotandam,cum ſit ꝙ nupſerit
ſine conſenſu patris,& perſonæ indignæ,habita cõ-
ſideratione ad eam quæ fuit orta ex honeſtis paren
tibus & ciuibus Bononienſibus.

1 Circa primũ articulũ , † primo aſpectu dicendũ
uĩ,ꝙ petere poſſit prædictã ſummã pecuniarũ,eo,
quia licet fuerit nupta tẽpore mortis teſtõris,atta-
men nõ fuit dotata,& ſatis eſſe uĩ,ꝙ iſta qualitas nõ
reperiatur purificata tẽpore mortis ipſius teſtõris ,
licet copulatiuè teſtõr ꝑdictas qualitates appoſue-
rit,ꝑ ea quæ notat Bar.in l.qui cõcubinã.in prin.ff.
de leg.3.& in l.ſi is qui ducẽta. §.utrũ.in 4. oppoſi-
2 tione,ff.de reb.dub.in quibus locis dicit Bar. † ꝙ
qñ copula ponĩ inter duo adiectiua q̃ hñt ſuũ ſub
ſtantiuũ indefinitũ,tũc nõ requirĩ cõcurſus utriuſ-
que copulati,uerbi grã dixit teſtõr lego ueſtes em-
ptas & paratas grã uxoris,certe in hoc legato com
prehendentur ueſtes emptę , licet nõ eſſent paratæ
grã uxoris.Et pro hoc ẽt facit notabile dictũ Rom.
3 in conſi.104.inci.pr̃ Reuerende,ubi conſuluit, † ꝙ
ſtatutũ ciuitatis Florentiæ quo cauetur, ꝙ cõtra de
bitores ceſſantes , & fugitiuos ꝓcedi poſſit ad ca-
pturã ꝑſonæ,uendicat locum in debitore qui ceſſat
ſoluere,licet nõ ſit fugitiuus . Et ſic ꝯſuluit Rom.ꝙ
iſto caſu copula nõ reqrat cõcurſum utriuſq; copu
lati,uidelicet ꝙ debitores ſint ceſſantes & fugitiui.

Facit & tertiò,id qđ uoluit Bald.in l.1.in ult.col.
4 ff.de iuſt.& iur.ubi uoluit † ꝙ ſi fuerit factũ legatũ
doctorib. & medicis Paduę , non requirit concur-
ſus,uidelicet ꝙ aliquis ſit doctor & medicus ſimul ,
quinimo cõprehendet oẽs tã medicos ſolũ , q̃ do-
ctores dũtaxat:qa copula non copulat plures quali
tates,ſed plura ſubiecta quorũ unũ nõ depẽdet ab al
5 tero.† Ideo infert D.Ale.in cõſi.20.inc.ponderatis
ijs.in 3.uol.& in 3.col.ꝙ ſi teſtõr inſtituit filiũ ſuũ
hęredẽ in oĩbus bonis mobilibus,iuribus & actio-
nibus aſſignatis in partẽ dicto filio,& deſcriptis,&
cõprehẽſis in inſtrõ aſſignatis &c.certè ad iſtũ filiũ
ſpectabũt ẽt bona q̃ non fuerunt aſſignata dummo
6 do fuerint deſcripta in dicto inſtrõ: † qa duo adie-
ctiua poſita cũ copula qñ pñt referri ad diuerſa ſub
iecta,& diſpõ eſt fauorabilis,ꝓut eſt legatũ uel in-
ſtitutio,ſit interpretatio ut ſequẽs adiectũ cũ copu
la ſit adiectũ grã ampliãdi legatũ,& aliud ſubiectũ
in dubio referaĩ,quã ad illud ad qđ refertur præce-
dens adiectiuũ , per l. ea tamen adiecto ff.de lega.

3.& ita notabiliter dicunt D.Ant.& Io. de Imol.in Clem.in pleriſq; de elec.ſic ſupplentes dicta Bart. in ꝑalleg.l.ſi quis ducenta.§.utrum. ff.de reb. dub.

Prędictis tñ non obſtantibus, concludo contrariũ,uidelicet ꝙ imò dicta mulier quę reperit ſe nuptam tempore mortis teſtatoris, non admittat ad hoc legatũ,licet ſit indotata,&pro hac concluſione pondero uerba quibus conceptum fuit dictũ legatũ.Nam dixit teſtator lego cuilibet filiarum libras quadringentas,quæ reperirentur non nuptæ,& non

7 dotatæ. † relatiuum.n.quis uel quæ innctum uerbo futuri temporis,importat conditionem,l.Stichum qui meus erit.in priu.ff.de leg.1.& ſic hoc legatum cenſetur factum ſub duplici conditione,prima eſt, ſi non fuerint nuptæ,ſecunda eſt ſi non fuerint dotatæ,utraq; ergo conditio eſt adimplenda, ut hoc legatum peti poſſit.l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſt. Sed in caſu noſtro una tantum conditio eſt purificata:quia dicta mulier eſt indotata:ſed altera defecit, quia reperit ſe nuptam tempore mortis teſtatoris: igitur prædictum legatum conſequi poteſt.

Secundò conſidero.Nam dictus teſtator legauit cuilibet filiarum libras quadringentas ſi nuptæ, & indotatæ reperirentur: ergo requiritur concurſus

8 utrinſq; copulati.eo,ꝙ † qñ duo adiectiua copulãtur reſpectu alicuius ſubſtantiui, tunc ſtant ꝓptiè, & utriuſque concurſus requiritur l. Seruis urbanis. §.fi.ff.de lega.3.l.Titiæ teſtores.ff.de lega.1. ꝑ q̃ iura hanc doctrinã ponit Bar.in l. ſi is qui ducenta.§. utrum. col.3.ff.de reb. dub.

9 Prætereà, & tertiò † qñ duo adiectiua copulanẽ reſpectu unius ſubſtantiui certi & limitati,tũc reqritur concurſus utriuſque copulati.doctrina eſt Barto.in l.qui concubinam.in prin.ff.de lega. 3.ſed in caſu noſtro illa duo adiectiua ſi non nuptę,& nõ dotatæ reperirentur ſunt appoſita reſpectũ ſubſtantiui,ſed filiæ quod eſt certum,& limitatum, igitur ut mulier iſta admittatur ad legatum, oportet ꝙ tempore mortis teſtatoris reperiat ſe non nuptam , & non dotatam coniunctim & copulatiuè, ſi ergo ſit nupta non admittetur ad hoc legatum,licet non reperiat ſe dotatam de bonis defuncti.

Pro hac concluſione etiam adduco, id qđ deci-

10 dit † D.Alex.in conſi.111.in 3.par.conſi.inci.circa primum dubium.col.3.ubi concludit ꝙ ſi teſtator impoſuit pęnam filio ſeorſum habitanti,& diuiſionem prouocanti,omnia concurrere debent,ad hoc ut prędictus filius incurrat pęnam impoſitam à teſtatore licet ergo ſeorſum habitauerit, nõ per hoc pęnam incurret ſi nõ prouocauerit ad diuiſionem, quia illæ duę qualitates apponuntur reſpectũ ſubſtãtiui filio,quod eſt certum.& limitatum. Igitur reqritur concurſus utriuſque,ex quibus patet ueram eſſe pręmiſſam concluſionem.

Non obſtat adducta in contrarium:quia,ꝓcedũt in caſu in quo duo adiectiua ponuntur reſpectu alicuius indefiniti,prout eſt hoc nomen ueſtis,ſecus ſi apponantur reſpectu alicuius particularis certi & limitati,prout in caſu noſtro,& ita declarat Barto.in d.l.qui concubinam.in princ.& latius ſubtilis Doctor D.Bartholo.Soc.in d.§.utrum. in uerſi. ſecunda limitatio.ff.de reb.dubi.

Circa ſecundum articulũ uř dicendum, ꝙ hæredes patris cogi poſſunt ad conſtituendum dotem ꝑ

11 dictæ mulieri,eo, † quia pater iudicis officio compelli põt ad dotandum filiam congruenter.l.qui liberos.ff.de rit.nupt.l.fina.C.de dot.promiſſ.& hoc onus competens patri tranſiuit ad eius hęredes.l.ſi quis à liberis.§.idem reſcriptũ.ff.de lib.agnoſcen. & cũ pater dictæ mulieris alijs filiabus tradiderit quadringenta in dotẽ,eadem quantitas erit ꝑſtanda nomine dotis huic mulieri: quia eam quantitatẽ arbitratus eſt př fore congruam dotẽ uniuſcuiuſque ex filiabus.Ideò nõ põt minui ꝑ eius hæredes.

12 Et licet † dicatur hanc mulierem nupſiſſe indigno, hæc non uř eſſe iuſta cã denegandi ei dotẽ,prout dicit Io.de Imol.in c.accedens.de procur.ubi dicit. ꝙ cum hodie hæc non ſit iuſta cauſa exhęredationis,licet olim ſecus,per tex.in l.3.§. ſi emancipatus.ff.de bono.poſſeſſ.cont.tab.qui hodie eſt correctus.per tex.in §.cauſa.in auct. ut cum de appellat. cognoſcitur.collat. 8. non debet etiam cenſeri iuſta cauſa denegandi dotẽ.quod confirmat D.Alex. in l.1.in 10.col.ff.ſolu.mat.optima rõ,de qua ibi ꝑ eũ.Sicut ergo př ſi uiueret non poſſet ex hac cauſa. quia nupſit indigno dotẽ huic mulieri ſuæ denegare,ita & multo minus eius hæredes: arg.l.ſi quis filium.§.pe.ff.de acqui.her.l.heredem.ff.de reg.iur.

Sed iſtis non obſtantibus teneo cõtrarium in ca

13 ſu noſtro duplici rõne.Prima eſt, † quia qñ filia nubit ſine cõſenſu patris,& nulla dos fuit promiſſa genero,tunc př non tenetur ad dotandũ filiam, quaſi ceſſet cã finalis propter quam pater compelli põt ad præſtandam dotem pro filia. uidelicet ut filia poſſit maritũ reperire.Ita tenet Bar.poſt Guliel.de Cun.in l.obligamur.ff.de actio.& oblig.& in l.cum ijs.§.mulier.ff.de condi.indeb.Bar.in auct.res quę C.commu.de legat.quẽ ſequitur ibi Saly.& in l.qui liberos.ff.de rit.nup.& Abb.in c.1.de ſponſ. impu. & in c.pen.de rapto.& in c.2.de adult.& in c.accedens.ſupra de procu.& eſt communis concluſio.

Prætereà alia rõne huic mulieri dos põt denega

14 ri, † quia præſuppouitur in facto ꝙ nupſit uiro indigno,ideo iſta eſt iuſta cauſa dotem denegandi.Iſta eſt cõis concluſio doctorum,licet Io.de Imol.in loco ſuperius allegato tenuerit contrarium. Et ꝙ ex iſta cauſa dos potuerit denegari.hoc tenuit Glo.in c.de raptoribus.36.q.1.cuius opinionem ſequitur Bald.in l.1.ff.ſolu.matr.& in l.ſi pater puellæ. C.de ſponſal.& in l.nec filium.C.de nup.D.Ant.in c. accedens.de procura.Abb.in c.cum cauſam.de adul. & Alex.in conſi.92.inc.principalis dubitatio.in 1. lib.col.4.Et licet ut dictũ eſt Imo.cõtradicat,huic

15 opinioni, attamen † cum contraria opinio ſit cõmuniter approbata ab ea non eſt diſcedendum in iudicando,& in conſulendo,c.ne initaris,de conſt. cum uulgar.

Prætereà negari nõ põt,quin ſaltem minor dos poſſit cõſtitui,ex quo nupſit indigno,ꝓut tenet ipſemet Io.de Imo.in d.c.accedẽs.& D. Ale.in d.l.1. col.10.ff.ſolu.mat.ex quibus concludo,ꝙ hæredes patris compelli non poſſunt quoquo modo ad dotandam dictam mulierem,tum quia nupſit ſine patris conſenſu, & non apparet ꝙ aliqua dos fuit promiſſa,tum quia nupſit uiro, indigno,& ſi quoq; modo cõpelli pñt,quod non eſt admittendũ per ſupradicta,

dicta minor dos ei conſtitui debet.& iſta eſt ueritas. Adducta in contrarium ex ſupradictis manent ſublata. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio facta fratri cum expreſſione meritorum, ac reuocari poſſit natiuitate filij poſteà ſuſcepti, meritis aliter non probatis, & nu.4.*
Aſſertioni donationis de benemeritis donatarij an ſtandum ſit.
2 *In prohibitis certo caſu permiſſis, non ſtatur uerbis dicẽtis & allegantis caſum permiſſum ſubeſſe.*
3 *Diſpoſitio l. ſi unquam. C. de reuocan. dona. ut locum non habeat, quæ requirantur. & nu.4.*
Benemerita inſignia eſſe debent, & quę ſint.
5 *Diſpoſitio d. l. ſi unquam, locum habet etiam in caſu in quo certa res donata fuit, & aliquid quod ſit minus dimidia parte bonorum. & nu.6.*
6 *Res donata ut cognoſcatur an ſit magni uel parui pretij, ad facultates donantis habenda eſt conſideratio.*
7 *Nemo præſumitur uelle in bonis ſuis extraneos præferri propriæ ſoboli.*
8 *Diſpoſitio d. l. ſi unquam. & l. cum auus. & l. cum acutiſſimi, quomodo procedat.*
9 *Lex interpretans recipit interpretationem à lege interpretata.*
10 *Partis appellatione ſimpliciter uenit dimidia portio, & ſi adijcitur terminus aliqua, uerificatur in minima portione.*
11 *Probatio ꝙ donans tempore mortis ſuæ habebat mille libras in bonis, an ſit concludens ꝙ eaſdem habebat tẽpore donationis.*
Ex præſenti pręſumitur in futurum.
12 *Maritus tutus ne conueniatur niſi inquantum facere poteſt in dote reſtituenda, ſoluendo integram, repetere nõ poteſt.*
13 *Qualitas iuncta uerbo intelligitur ſecundum tempus ipſius uerbi.*
14 *Creditor non habet actionem contra fideiuſſorem, niſi prius excuſſo principali, qui ſit non ſoluendo.*
14 *Creditor quomodo probet principalem non eſſe ſoluendo.*
16 *Hypotheca generalis contracta in bonis donantis præſentibus & futuris, non auget neque diminuit obligationem.*
17 *Iudex præ oculis æquitatem habere debet.*

CONSILIVM CXXIX.

IN præſenti conſultatione concluſiuè procedam, tum quia agitur corã indice peritisſimo, cui non eſt opus uerborum colloquio, tum quia anguſtia temporis mihi dati ad diſcutiendas infraſcriptas difficultates non patitur, ut circa multa uerſari posſim, paucis igitur rem ipſam abſoluam. Et quantum ex themate mihi propoſito perſpicere potui, tria dubia bia diſcutienda ſunt.

Primum eſt, an donatio facta cum expresſione meritorum reuocari posſit, uel ne, natiuitate filij poſteà ſuſcepti, meritis aliter non probatis.

Secundum dubium eſt, an diſpoſitio l. ſi unquam C. de reuo. dona. locum habeat in caſu in quo res, aut quantitas donata fuit, quæ non æquiualet dimidiæ parti bonorum ipſius donantis.

Tertium dubium eſt, an concludens ſit probatio per quam probatum extitit, ꝙ donans tẽpore mortis ſuę habebat mille & quingentas libras in bonis, ita ꝙ ex hac probatione pręſumatur ꝙ totidẽ bona haberet tempore factæ donationis.

1 Circa primum dubium concludẽdum eſt, ꝙ † ſola aſſertio donatoris exprimentis in cõtractu donationis ſe ſuſcepiſſe plurima beneficia à fratre, non eſt ualida, ad hoc ut dicta donatio ſortiatur effectũ donationis remuneratoriæ: quia opus eſt, ut aliter legitimè probentur. l. 1. §. ſi mutuã. ff. ſi quid ĩ frau. patron. l. ſi forte. & quod ibi notat. Bart. ff. de caſtr. pecu. Gl. & Doctores in l. ſi donatione. C. de colla. Bar. in l. cum quis decedens. §. Titia honeſtisſima. ff. de lega. 3. ubi dicit iſtud procedere etiã ſi dicta aſſertio meritorum iuramento eſſet firmata, & idẽ tenet Io. And. in rubri. de reb. eccle. non alie. in additio. ad Specul. ubi dicit, ꝙ non debet ſtari dicto
2 donantis aſſerentis merita præceſsiſſe: † quia in prohibitis, certo caſu permiſsis non ſtatur uerbis dicentis & allegantis caſum permiſſum ſubeſſe. l. qui teſtamentum. ff. de proba. & idem tenet Ludo. Rom. in auct. ſimiliter. in 1. col. C. ad leg. Falc. Alex. in cõſil. 55. incipi. conſideratis uerbis ſtatuti, in 1. lib. & iſtud non habet dubitationem.

Prætereà licet ſtandum eſſet aſſertioni meritorũ factæ per donantem, tamen adhuc dico, ꝙ natiuitate filij poſteà ſuſcepti cenſetur reuocata ex diſpoſi-
3 tione d. l. ſi unquam. C. de reuoc. dona. † quæ diſpoſitio locum non hẽt in caſu, in quo donatio fuiſſet facta propter benemerita inſignia: ut quia donatarius ſua cura, & ſolicitudine euaſit donantem de manibus inimicorum, qui uolebant eum occidere. aut de manibus hoſtium qui erant idem facturi. nã hæc renuntiatio laboris, ineſtimabilis eſt, ut dicit tex. in l. ſi pater. §. fina. ff. de donati. Ideò de hac donatione iudicandum eſt ac ſi titulo oneroſo res donata in donatarium fuiſſet tranſlata. Ita formaliter dicit Ang. in d. l. ſi unquam. ex cuius uerbis eli-
4 tio hanc concluſionem, † ꝙ ad hoc ut non habeat locum diſpoſitio l. ſi unquam, non ſufficit probatio cuiuſcunque meriti, quinimò neceſſe eſt ut præceſſerint aliqua merita inſignia, & magni momenti: cum ergo etiam ex aſſertione ipſius donantis non conſtet aliquod inſigne beneficium pręceſsiſſe ex parte ipſius donantis, dicendum eſt ꝙ natiuitate filii ſit reuocata præmiſſa dubitatio, eo maximè: quia non ſolum fauore donantis diſpoſitio d. l. ſi unquam. quinimò & fauore filiorum, quos poſtea ſuſcepit donans, in quorum pręiudicium nõ potuit pater aſſerere beneficia præceſsiſſe ex parte donatarii, locum habet niſi aliter probentur ipſa merita, prout notat Oldra. in conſil. 173. incipien. quidam habens unicum filium. Roman. in conſilio 279. incipien. non eſt dubium. Salycet. in d. l. ſi unquam, & in l. 1. C. de inofficio. donatio. in uerſi. nono quærò, & hæc ſufficiant quo ad primum dubium.

5 Capio ſecundum, in quo dicendum uidetur, † ꝙ diſpoſi-

diſpoſitio d.l.ſi vnquam.locum non habeat niſi in
caſu in quo oĩa bona fuerunt donata, aut dimidia
pars ipſorum bonorum:quia tex.ibi dicit oĩa bo-
na, uel partem aliquam facultatum fuerit donatio
ne largitus,appellatione.n.partis uenit dimidia.l.
nomẽ filiarũ.§.portionis.ff. de verb. ſignifi.c.2.de
decim. lib.6. & ita conſuluit Ricar. de Saly.prout
refert Bal.in d.l.ſi vnquam. cuius opinionẽ ſeqtur
idem Bal.in l.ſi cum uel in utero.C.de mili. teſta.
Sed hoc non obſtante concludo contrarium, ꝙ
imò diſpoſitio d.l.ſi vnquam.locum habeat etiã in
caſu, in quo certa res donata fuit, & aliquid qđ ſit
minus dimidia parte bonorum, & tenent Bar.in l.
Titia.§. Imperator.ff. de legat.2. in ulti.col.quem
ibi ſequitur Bal.& Io. de Imol.in c.fi.in 6.colu. de
donat.ubi dicit hoc nõ ꝓcedere in caſu in quo res
donata eſſet modici ualoris. Et ſic vult Imol. ꝙ ſi
res donata eſſet magni ualoris locus eſſet diſpoſi-
tioni d.l.ſi vnquã. ſed in caſu noſtro in quo fuerunt
donatæ libræ quingẽtæ,nemo arbitrabiť quin hæc
donatio ſit magni ualoris, cõſideratis facultatibus
donantis quæ omnia habito reſpectu ad probatio
nẽ factam per donatariũ,nõ habuit in bonis ultra
mille quingẽtas,& ſi deducanť oĩa creditorũ q̃ de-
ducẽda ſunt,prout infra dicetur, longe minus repe
6 riretur habuiſſe dictũ donans.† an.n.res donata ſit
magni uel parui ualoris,eſt habẽda cõſideratio ad
facultates ipſius donantis.l.ſi filiæ.ff. de legat.3.l.
ſed ſi ſuſceperit.§.1.& ibi Glo.ff.de iud.& ꝙ ita l.ſi
vnquam,habeat locũ in re particulariter donata,&
in minori parte donata,quã ſit dimidia,tenet Bal.ĩ
d.l.ſi vnquã.Lud.Roma.in l.ſicut certi.C.de milit.
teſta.Alex.in conſi.71.incip. conſideratis his, quæ
narrantur in themate.in 4.lib.Quorum opinio ul-
tra eos confirmatur etiã,& concludenti rõne.Nam
diſpoſitio d.l. ſi vnquam, emanauit ex præſumpta
uolũtate donãtis,quẽ non eſt ueriſimile fuiſſe dona
turũ ſi cogitaſſet de filiorũ procreatione.Cũ nemo
7 † præſumatur in bonis ſuis extraneos uelle pręferri
propriæ ſoboli.l.cũ auus.ff.de condit.& demonſtr.
& l.cũ acutiſſimi.C.de fideicõmiſ.Et iſtam rẽ nemi
tradit Bar.in d.l.Titia.§.Imperator. Ang.& Doct.
in d.l.ſi vnquam.Roma.in conſi.31.inci. pro deci-
ſione eorum.in ſecundo dubio. Pet.de Anch.& Io.
de Imol.in c.fi.de dona.Old.in conſ.227. incip.cũ
mulier donatrix.Alex.in cõſ.30.inci.perſpectis ijs
8 in 3.lib. Et ſic ſecundum præfatos Doctores † di-
ſpoſitio l.ſi vnquam. emanauit ex medulis & oſſi-
bus l.cum auus.& l.cum acutiſſimi.quam ſuperius
deduxi,quæ iura habent locum etiã in caſu in quo
teſtator grauauit filium de certa re particulari reſti
tuẽda.caſus eſt ſingularis in l.generaliter.§.cũ au-
tem.in ultimis uerbis.C.de inſtitu. & ſubſti.ſub cõ
dit.fact.per quem tex.hoc tenet Bal.in l.cũ acutiſ-
ſimi.C.de fideicomm. & eximius Doctor D.Iaſon
in d.l.generali.§.cum autem.in 5.col.ubi reprehen
dit Alber.tenentẽ contrariũ, dicens,mirandum eſ-
ſe ꝙ tantus doctor nõ aduerteret ad illũ tex.in quo
eſt ibi caſus expreſſus contra eũ. Cũ ergo diſpoſi-
tio d.l.cũ auus.& l.cum acutiſſimi, procedãt nedũ
in caſu, in quo filius fuerit grauatus de hæreditate
reſtituenda aut in totũ,aut pro parte,quinimò pro
cedat etiã & in caſu in quo fuit grauatus de reſti-
tuenda certa re particulari, eo modo. Et pari rõne
diſpoſitio d.l.ſi vnquã, procedet in caſu in quo res
9 particularis fuit donata: † quia lex interpretans,re
cipit interpretationẽ & declarationẽ à lege inter-
pretata,in auc.de fi.an.inſtru.dot.na.in prin. Bart.
in l.nihil.ff.de coniug.cum emen.lib.cum ſimili.
10 Non obſtat † tex.in d.l.ſi vnquam.in uer. aliquã
partem.quia ad illum reſpondẽdo dico,ꝙ licet ap-
pellatione partis ſimpliciter prolata ueniat dimi-
dia portio,tamẽ vbi adijcitur iſte terminus aliqua,
tunc uerificatur in minima portione,Gl.eſt in Cle.
1.in uerbo aut earum aliqua parte.de foro compe-
ten.quam ad hoc notat Bal. in d.l.ſi unquam.& in
l.1.in pen.col.C.de inoff. dona. Imol.in capitu.fi.
col.ſexta.de donat.Dominic.in capitu.ſecundo.§.
1.de decim.lib.6.Lodoui.Roma.in d.l.ſicut certi.
colum.vlti.C.de mili. teſtam.& hæc quo ad ſecun-
dum dubium.
11 Circa tertium dubium dicendum uidetur, † ꝙ
ſufficienter & legitimè ſit probatum prædictũ do-
natorem habuiſſe in bonis libras mille quingẽtas
tempore factæ donationis,cum ſit probatum quòd
tantum habuit in bonis tempore mortis ſuæ : nam
ex præſenti præſumitur in præteritum.l.ſiue poſſi-
detis.C.de probat.cum vulga.
Hoc tamen non obſtante concludo contrariũ,
eo,quia iſta probatio non cõcludit,donans habuit
in bonis tẽpore mortis ſuæ libras mille quingẽtas,
ergo tot habuit tempore factæ donationis:quia cũ
qualitas diuitiarũ ſit quædam qualitas regulariter
repugnans naturę, quia nemo naturaliter naſcitur
diues, argui non põt de ſtatu præſenti in pręteritũ.
prout not.Bar.in l.ſi prius.col.4.ff.de no.ope. nun.
Bal.poſt Nico.Mata.in l.ex perſona.C.de probati.
& in l.1.§.ſi magiſtratib.ff.de magiſtra.conuen. Et
ꝓ hoc facit tex.ĩ l. ſi defunctus.C.arbit.tute. Et ita
in iſtis terminis decidit Aret.in conſi.66.inci.uiſo
puncto.in vndecima col.uerſic.quod autem. Et tã-
to magis hoc procedit in caſu noſtro, in quo inter
tempus factæ donationis, & inter tẽpus quo dona-
tor deceſſit,intereſſent anni vigintiquinque.ita ꝙ
dicto tẽpore potuit ueriſimiliter donãs augere fa-
cultates ſuas,pro quo eſt iuris præſumptio.d.l.ſi de-
functus,& l.cura.§.deficiẽtiũ.ff. de mune.& hono.
12 Confirmãtur prædicta ex ijs quæ notat † Bar.in
l.ex diuerſo.§.fi.ff.ſolut.matrim.ubi dicit ꝙ ſi ma-
ritus qui habet priuilegium ne conueniatur niſi in
quantũ facere poteſt,in dote reſtituenda,ſi integrã
dotem ſoluerit,repetere nõ poterit,ſiue ſoluerit er
rore iuris,ſiue ſoluerit errore facti:qa exceptio ei
competens, uidelicet ꝙ non poſſit conueniri niſi
in quantũ facere poſſit,non eſt perpetua, nec etiã
eſt dubia, quo caſu iudicaretur perpetua.l. ſuffi-
ciat.ff.de condit. indebi.quinimò eſt tpalis,cũ lex
præſumat ꝙ in futurum poſſit ditari. d.l. ſi defun-
ctus.Ideo cum ſit tutus exceptione dilatoria & tẽ-
porali repetere non poterit,etiam ſi ſoluerit per er
rorem facti. l. fideiuſſor quamuis. & ibi notat. ff.
mand.& idem tenet Bar.in l.nam maritus.ff.de cõ
di.indebit.& in l.3.ff. de except.Glo.in §.appellan
tur.in Gloſſ.mag.inſtitu.de except.
Præterea & tertio præſuppoſito,non tamen con
ceſſo ꝙ uerum ſit,quòd diſpoſitio d.l. ſi vnquam,
proce-

procedat qñ omnia bona fuerunt donata, aut pars dimidia, tñ an dicatur eſſe pars dimidia uel ne, eſt habenda conſideratio ad bona quæ poſſedit donãs tempore factæ donationis.iſtud ꝓbat tex. in d.l. ſi unquam.ibi, omnia bona, uel partem bonorũ fuit
13 elargitus.† Nam qualitas iuncta uerbo intelligitur ſecundum tempus ipſius uerbi.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxal.l.Titius.ubi Bar.ff.de mili.teſt. & in l.ex facto.col.3.ff.de uulg. & pupill. ſubſtit.cũ ergo ſit habenda conſideratio ad æſtimationẽ bonorum quæ donator poſſedit tẽpore factæ donationis, ꝓut ꝓbatũ eſt, ſi dicatẽ ex parte hr̃dis ipſius donatoris ꝙ ipſe donator non habuit niſi tot facultates, ita ꝙ prædictæ libræ quingentæ fuerunt dimidia pars bonorum quæ tunc poſsidebat donator, ei credetur, & transferetur onus probandi cõtrarium in partem aduerſam.de hoc eſt Glo. not.in l.cũ lege.ff.de probat.quam ſequuntur Ang.& Imol.in l. cum ex cauſa.ff.de re iudic.Pau.de Caſt. in l.maritus.ff.ſolut.matri.& Roma.in conſi.216.incipien.
14 uiſis dubijs.in fi.& alibi ſæpe Doctores. Ideò † dicit Bar.in l.decẽ.ff.de uerb.obl. ꝙ creditor non poteſt habere actionem cõtra fideiuſſorẽ niſi prius excuſſo principali qui ſit repertus non ſoluendo.auc.
15 præſente.C. de fideiuſ.† quõ probabit creditor, ꝙ principalis non ſit ſoluẽdo, dicit ibi Bar. ꝙ probabit iſto modo dicendo ꝙ nihil habet in bonis, & q. uult dicere contrariũ hoc probet. allegando Gl. in d.l.cum lege.Et ſimilẽ doctrinam tradit idem Bar. in l.ſi conſtante.in 1.q. primi punc.ff. ſolut.matri. ubi quærit quomodo probabitur uiri facultates ad dotis exactionẽ non ſufficere, & reſpõdet ꝙ probabitur eo modo quem ponit Gl.in d.l.cum lege.

Præterea & quartò, aut uult donatarius ꝙ ſit habendus reſpectus ad bona quæ poſsidebat donans tempore factæ donationis, & tunc cum non probauerit quæ bona illo tempore poſſederit, ita ꝙ non poteſt ſciri an dimidia pars bonorũ fuerit donata uel ne, & tunc ex iſto capite obtinere nõ poteſt.aut uult ꝙ ſit habenda conſideratio ad bona, quæ habuit donator tẽpore mortis ſuæ, nec ex iſto capite obtinere poteſt, eo, quia dicitur ꝙ in eius hæreditate ſunt multi creditores, quibus ſolutis nõ remanebũt penes hæredem niſi libræ ſexcẽtæ, aut paulo plures, & ſic quaſi dimidia pars bonorũ reperietur donata. ſunt enim deducẽda onera creditorũ, quibus deductis id quod ſupeſt uenit appellatione bonorũ.l.ſubſigantũ.§.bona.ff.de ver. ſig. Nec faciẽ-
16 dũ eſt fundamentũ ſuper † hypotheca generali cõtracta in bonis donantis præſentibus & futuris: qa talis hypotheca nõ auget, neque diminuit obligationẽ ſup quã interponitur.l. creditor cui nõ idoneũ pignus.ff.ſi cert. peta.Bar. in l.fina.C. quæ res pig.oblig.poſſ.Ex quibus concludẽdo dico partes ſpectabilis D.Iudicis fore in pronũciando dictam donationẽ natiuitate filij fore reuocatam, & reum conuentum à petitis fore abſoluendum. & præmiſſa procedunt ne dum de rigore iuris, ſed ſubſiſtunt maxima æquitate, quam iudex præ oculis habere debet.l.quod ſi Epheſi.ff.de eo quod cert. loco, cui ſummopere cauſam huius pauperculi infantis iterum atque iterum commendo. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Citatio quo ad iudicem an & quando faciat perpetuatam iuriſdictionem, data ipſius ualiditate.*
2 *Supplicans probare tenetur ueritatem eorum quæ in ſupplicatione expreſſa fuerunt.*
3 *Reſcriptum interpretatur iuxta tenorem contentorum in ſupplicatione.*
4 *Reſponſio ſimpliciter facta regulatur iuxta metas, & terminos interrogationis.*
5 *Impetranti non facienti mentionem de his quę erant in eſſe tempore datæ literarum, imputandum eſt, etiam ſi illorum notitiam non habuit.*
6 *Expreſſio falſa cauſæ in reſcripto non tribuit iuriſdictionem.*
7 *Verba ſupplicantis contra ipſum fidem faciunt.*
8 *Superior recommittens cauſam, quatenus in ea concluſum ſit, intellexiſſe uidetur de concluſione ualida.*
9 *Litis conteſtatio ualida interrumpit præſcriptionem.*
10 *Geſta per iudicem à quo poſt appellationem, reuocanda ſunt per iudicem ad quem ex uia attentatorũ. & uide. nu.13.*
11 *Partium aſſertione merita cauſarum panduntur.*
12 *Iuriſdictio quando competit iudici non ſimpliciter, ſed alicuius qualitatis reſpectu, ut ualeat proceſſus per eum agitatus, debet in procedendo ſuper iſta qualitate ſe fundare, aliter nulliter procedit.*

CONSILIVM CXXX.

IN propoſita difficultate nõ utar multiloquio, tũ qa ueritas in paucis cõſiſtit, tũ qa cauſa diſcutiẽda eſt per iudicem eruditiſsimũ, qui ad motũ librorũ omnia percipere poterit.

Dubitatio ergo eſt an ſtãte commiſsione querelæ, una cũ negotio principali facta Excellentiſsimo Iureconſulto D.Ludouico de Sala die 20.Auguſti, & eadem die eidem præſentata. Itẽ an ſtante recommiſsione quæ emanauit per Reuerendum D. Gubernatorem die 1.Septemb. iudici à quo fuerat appellatum, eatenus quanuis in cauſa eſſet concluſum, potuerit dictus iudex cui cauſa fuit recommiſſa citare partem & ferre ſentẽtiam, an uero ſententia lata per eũ fuerit nulla, ita ꝙ præfatus D.Ludouicus in cauſa querelæ, cum negotio principali fuerit commiſſa, poſsit reuocare ex uia attentatorum geſta per dictum Iudicem.

In iſta quęſtione uidetur dicẽdum, ꝙ non poſsit præfatus D.Ludouicus reuocare attentata ꝑ dictũ iudicem à quo.eo, quia licet commiſsio eidem facta emanauerit die 27.menſis Auguſti, & eidem fuerint præſentata, & die 29.eiuſdem menſis fuerit procurator Domi.Thadeæ citatus pro die ſequenti
1 † ad uidendum produci dictam commiſsionem, & ſic reſpectu dictæ citationis quæ fuit commiſſa prædicta die 29.dici poſsit iuriſdictionem eſſe perpetuatam quo ad iudicem.c.fi.de offic.leg.& c.gratũ. eo.tit.& hoc data ualiditate citationis: aliàs ſecus: iux.Gl.in c.cũ in plures.in Gl.fi.de off.leg.in 6.attñ reſpectu partis nec ꝙ reſpectu iudicis à quo fuerat appellatũ nõdũ fuit ꝑ cõmiſsionẽ dictæ citationis pũctus ante productã querelam corã iudice ad

q̃em;

quē; potuit ergo iudex à quo cōmittere citationē
ad audiendam ſententiam, aut productionē quere-
læ quæ facta eſt die 30. & nuntius potuit exequi ci-
tationem commiſſam, nec dicitur quid innouatū.
Fely. in c. gratum. de offi. deleg. col. 2. &c.
Sed hoc non obſtante in caſu propoſito cōcludo
2 contrarium, & pręmitto primò, ꝙ † onus probandi
ueritatē eorū quæ in ſupplicatione expreſſa fuerūt
incūbit ſupplicanti. Iſtud uult Io. And. in c. 1. de lit.
conteſt. in 6. Abb. & cæteri Doctores in c. 2. de re-
ſcrip. cū ergo pro parte D. Thadeæ fuerit ſupplica-
tum Reuerendo D. Gubernatori ꝙ corā Do. Vice-
poteſtate pars aduerſa fuerat citata ad audiendam
ſententiā, & ꝙ iam fuerat concluſum in cauſa, tene
tur ipſa probare ueritatem iſtorū quæ expreſsit in
præmiſſa ſupplicatione, cū aſſerat iſta geſta fuiſſe
ante cōmiſsionem factam prædicto Do. Ludouico
de Sala. Sed ut patet ex inſpectione actorū ueritas
eſt in cōtrariū, eo, qa cōmiſsio facta D. Ludouico
emanauit die 27. mēſis Auguſti citatio uerò ad au-
diendā ſententiā emanauit 29. eiuſdē menſis, & ſic
præceſsit cōmiſsio dicti D. Ludouici dictā citatio
nē ad audiendū ſententiā. Igit̄ dictū reſcriptū non
tribuit iuriſditionē prędicto Domino Vicepoteſta-
ti, cū tēpore dictæ commiſsionis factæ D. Ludoui-
co nondum emanaſſet dicta citatio ad audiendam
ſententiā: Et licet Reuerēdus D. Gubernator reſcri
bēdo die primo Septēb. recommittat cauſam qua-
tenus in ea concluſum fuerit, attamen conſiderari
debet, an tempore quo fuit cōmiſſa cauſa D. Ludo-
uico iam eſt concluſum in cauſa coram dicto D. Vi
3 cepoteſtate. † quia reſcriptum interpretatur iuxta
tenorē contētorū in ſupplicatione. l. 1. C. de diuer.
reſcrip. ubi eſt caſus expreſſus. l. ſi defenſor. §. 1. ff.
de interrogat. actio. in argūm. & §. præterea. Inſtitu.
4 de inutili ſtipulat. ubi † reſpōſio ſimpliciter facta
regulatur iuxta metas & terminos interrogationis.
5 Pręterea † imputatur impetranti ſi nō fecit mē-
tionem de ijs qui erāt in eſſe tempore datę literarū
etiam ſi illorum non habuiſſet notitiam. c. cōſtitu
tus. & ibi D. Abb. ſupra de reſcrip. & ī c. de eccle. el
2. in 2. col. de præben. ergo multo magis imputādū
eſt impetranti ſi fecit mentionem eorum quę erāt
falſa tempore datę literarum, & quorū habuit noti
tiā, iuxta notat. in c. ſuper literis. extra de reſcript.
6 † ſed hic impetrans fecit mentionē in ſupplicatio-
ne, qualiter cauſa fuit commiſſa D. Ludouico de Sa
la, uni ex iudicibus appellationis; & ꝙ iam fuerat
in cauſa concluſum, quæ quidē expreſsio fuit falſa,
igitur dictum reſcriptum non tribuit iuriſditionē
prędicto iudici à quo, maximè cum dicta expreſsio
emanauerit circa ea quorum notitiam habuit ſup-
7 plicans. † quod patet ex uerbis ſupplicationis quæ
faciūt fidem contra ſupplicantem. l. cum precum.
C. de libera. cau. l. 2. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub con-
di. fac. in uerbo ex ijs quæ precibus complexa es.
8 Præterea Reuerendus D. † Gubernator recom-
mittens cauſam quatenus ī ea cōcluſum ſit, intelle
xiſſe uidetur de concluſione ualida, & legitima, nō
autem de inualida, & nulla; arg. tex. in l. quoties. ff.
q ſatisda. cogan. & tex. in c. propoſuiſti. in uerbo le
gitimè citatus. de fo. comp. Gl. in l. ſi pater. C. ne de
9 ſtat. defunc. quæ uult, † ꝙ ita demū litis conteſtatio
interrūpat p̄ſcriptionē ſi fuerit ualida: aliàs ſecus.
facit tex. in l. 3. §. condemnatum. ff. de ſentent. & re
iudic. & quod not. Bar. in l. non putauit. §. nō quis.
ff. de bon. poſſ. con. tab. cū multis ſimilibus de qui
bus latè per D. Fely. in c. ex tenore. de reſcri. ſed cū
cauſa eēt appellata à d. D. Vicepoteſtate, citatio p
eum facta ad audiendam ſententiā, & ſic concluſio
10 in cauſa in effectu eſt inualida, † cū geſta per iudi-
cē à quo poſt appellationē ſint reuocanda p Iudicē
ad quem ex uia attētatorum, c. nō ſolum. de appel.
lib. 6. igitur quidquid geſtū eſt per dictū iudicē re-
uocari dēt, p iudicē appellationis ex ui attētatorū.
Præterea recōmiſsio facta fuit prædicto D. Vice
poteſtati nō ſimpliciter ſed quatenus corā eo ī cau
ſa fuerit cōcluſum prius, ergo debuit iudici cōſtare
liquereq́;, ꝙ iam eſſet cōcluſum in cauſa tēpore cō
miſsionis factæ D. Ludouico: arg. tex. in l. hęc aūt.
in §. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. in uerbo, hoc aūt
conſtare debet iudici. & ibi Bar. not. & in l. multum
intereſt. de condi. & dem. & conſtare diceretur, ſi
11 pars ad hoc fuiſſet citata: † quia aſſertione partiū
merita cauſarū panduntur. l. fi. C. ſi per uim uel al.
modo. cū ergo pars nō fuerit citata ſuper cognitio
ne iſtius articuli, ſententia prædicti iudicis fuit nul
la, & ſic quidquid per ipſum geſtū eſt, reuocari de-
bet p iudicē ad quē tāquā nō habēte iuriſditionē.
12 Præterea & quinto, † qñ iudici competit iuriſ-
ditio reſpectu alicuius qualitatis, & ſic non ſimpli-
citer, ut ualeat proceſſus per eum agitatus, eſt neceſ
ſe ꝙ in procedendo fundet ſe ſuper iſta qualitate:
aliàs nulliter ꝓcedit, iſta eſt doctrina Inno. cū quo
tranſeunt Doctores in c. cum ſit generale. extra de
foro compet. ſi ergo dictus iudex cui cauſa fuit re-
commiſſa quatenus in cauſa ſit concluſum citando
partem non fundauit ſe ſuper iſta qualitate, dicta ci
tatio fuit nulla, & p cōſequēs ſententia ab eo lata.
Non obſtat ratio in contrariū adducta, qa dicta
inueſtigatio, an iuriſdictio dicatur præuēta, quo ad
partem & quo ad iudicem à quo, non eſt neceſſaria
in caſu noſtro: quod oſtendo apertiſsimè. Nā nul-
13 li dubium eſt, † ꝙ ſi dicta cauſa non fuiſſet recom-
miſſa prædicto iudici, ꝙ geſta per eum poſt appel-
lationem ab eo interpoſitam eſſent reuocanda ex
ui atttentatorum per iudicem ad quem. c. nō ſolū.
de appellat. libro 6. etiam ſi dicta appellatio fuiſſet
iudici incognita, dummodo parti fuiſſet nota, ſecū
dum Lap. alleg. 39. in ſecunda col. D. Anto. in capi-
tu. fin. in tertia col. de appellationib. licet Imo. ibi
contradicat ſi iuſta fuiſſet appellatio, ergo & in ca
ſu iſto, idem eſt dicendum: quia licet facta fuerit re
commiſsio prædicto iudici à quo, tamen facta fuit
ſub conditione, ſi iam fuit concluſum in cauſa co-
ram dicto iudice à quo tempore, quo cauſa querelę
fuit commiſſa Domino Ludouico: ſed cū tempore
dictæ commiſsionis factæ Do. Ludouico in cauſa,
nondum eſſet concluſum, quod tempus eſt conſide
randum, ut ſupra dixi, ſequitur ꝙ iudex non potuit
in dicta cauſa procedere, igitur geſta per eum ex
ui attentatorum reuocari poſſunt, ac ſi eidē nulla fa
cta fuiſſet recōmiſsio: & iſta eſt ueritas in iſta diffi-
cultate, in qua ſi qd omiſſum eſt, id ſupplebit præſtā
tia & integritas p̄ſtantiſsimi D. Ludicis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 Oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.
2 Statutum quòd mulier teſtificari non poſſit valet, licet ius commune ſit contrarium.
3 Statuta condere iuri communi contraria permiſſum eſt, vnicuique populo & ciuitati, etiam carentibus iuriſdictione.
4 Leges municipij ſeruandæ ſunt.
5 Mulier exiſtimatur fragilis & mutabilis, & facile induci poteſt ad deponendum falſum.
6 Statutum quòd non poſſit probari debitum per teſtes, ſed per publicum inſtrumentum valet.
7 Teſtis ſingularis non probat.
8 Singula quæ non proſunt, nec multa iuuãt. & vide. n. 62
9 Teſtis unus quando deponit de veritate, & alius probat confeſſionem, quæ plenè probata facit ſemiplenam probationem, coniungi non poſſunt.
10 Carnem ſuam nemo odio habere præſumitur.
11 Dolus in quo tutor verſatur, delictum dicitur.
12 Præſumptio quælibet excludens delictum ſumenda eſt.
13 Probationibus factis per mulierem deponentem de veritate. & per alium deponentem de confeſſione tutoris, præſentibus aliquibus ex minoribus, condemnari debet ipſe tutor, & poſſunt minores contra ipſum iurare in litem.
14 Minor de damno paſſo contra tutorem iurare poteſt.
15 Mulier de iure communi poteſt eſſe teſtis omni exceptione maior, adeò quòd actori probanti intentionem ſuã per mulierem honeſtam, defertur iuramentum in ſupplementum probationis.
16 Mulier põt teſtificari in cauſa criminali in foro Cæſaris.
17 Statutum prohibens mulieri teſtificari, eſt correctorium iuris communis.
18 Statutum interpretari debet vt minus lędat ius commune, quàm ſit poſſibile.
19 Interpretatio per quam reducimur ad ius commune fauorabilis cenſetur.
20 Statutum quòd mulier teſtificari non poſſit, intelligitur in negotijs quæ per alios teſtes probari poſſunt.
21 Crimen commiſſum à clerico per laicos probari poteſt, cùm per clericos probari non poteſt.
22 Mulier de iure Canonico non admittitur in teſtimonium in cauſa criminali, niſi quando veritas aliter haberi non poteſt.
23 Participes criminis admittuntur ad probãdum coniurationem ſecretè factam, ſecus in alijs caſibus.
24 Mulier domeſtica admittitur ad teſtimonium de his quæ domi geſta ſunt. & nu. 25. 26. & 27.
25 Probandi facultas amplianda eſt, non autem coarctanda.
26 Geſta domi difficulter probari poſſunt per alios, quàm per illos qui in domo verſantur.
27 Lex contentatur ea probatione quæ haberi poteſt.
28 Ad cognoſcendam qualitatẽ, & mores alicuius ex prę terito arguitur in futurum.
29 Morum honeſtas potius quàm diuitiæ in teſte conſideratur.
30 Regulam fallere nõ eſt iniquum, vbi æquitas hoc ſugerit.
31 Statutum interpretatur, & modificatur prout ius commune, & ab ipſo iure communi interpretationem paſſiuam recipit.
32 Statutum interpretari debet, ut non intelligatur repellere mulierẽ à teſtificãdo, vbi minorũ fauor uerſatur.
33 Mulier repellitur ab accuſando, niſi ſuam, aut ſuorum proſequatur iniuriam.
34 Mulier accuſare poteſt tutorem de ſuſpecto crimine.
35 Frater, vel conſanguineus, pro fratre, vel conſanguineo in teſtem productus, quando probet.
36 Duo teſtes faciunt plenam & perfectam probationem, & unus ſemiplenam. nu. 38
37 Duo teſtes ſufficiunt regulariter in vniuſcuiuſque actus probatione.
39 Confeſſio facta parte pręſente, & ſine cauſa, facit ſemiplenam probationem.
40 Duæ ſemiplenæ probationes coniungi poſſunt & debent, ad perficiendum vnam perfectam probationem, nedũ in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus.
41 Duo imperfecta ſimul coniunguntur, ita quòd unum totũ & integrale perficitur.
42 Confeſſio vna facta in inſtrumento diuiſionis, & altera emanata in vltima voluntate, inducunt plenam probationem.
43 Probationes in criminalibus debent eſſe luce clariores.
44 Iudicia ciuilia & criminalia regulariter paribus paſſibus procedunt.
45 Probatio plena & perfecta inducitur ex pluralitate præſumptionum.
46 Teſtis vnus deponens de numeratione pecuniæ, cum alio de confeſſione coniuncti plenè probant.
47 Teſtes quomodo coniungantur ad probandum præſcriptionem decennij.
48 Teſtes qualiter in plena probatione cognationis coniungantur.
48 Teſtis vnus probans confeſſionem factam in uno loco, parte præſente, & alius probans de alia confeſſione facta in alio loco. coniunguntur, & plenam probationem faciunt.
50 Tutor non faciens inuentarium, ad quod tenetur, in dolo fuiſse præſumitur.
51 Conſuetudo cum ſit facti non præſumitur niſi probetur.
52 Conſuetudo vt valeat quomodo probari debeat.
53 Iudices iuſti ęquitatem ante oculos ſemper habere dẽnt.
54 Iudices animum ſuum ad vnam ſpeciem probationis applicare non debent, ſed ex varijs argumentis veritatem rei proſpicere debent.
55 Confeſſio per partem acceptata, non poteſt amplius reuocari per confitentem, niſi per ipſum erronea probetur.
56 Famulus & ancilla poſſunt pro olim domino teſtificari, quando non ſunt amplius in eorum ſeruitio.
57 Famulus expulſus poſt litem motam, pro domino poteſt teſtificari.
58 Dolus licet ſit ſubtrahere probationem aduerſario, parare tamen ſibi probationem, non eſt illicitum.
59 Habilitas ſeu inhabilitas in teſte tempore deſpoſitionis conſideratur.
60 Pubes teſtificari poteſt de ijs quæ vidit tempore pupillaris ætatis.
61 Papa ſolus eſt idoneus teſtis, & probat, etiam in his quę ipſe uidit ante promotionem ad Papatus apicem.
63 Semiplenæ probationes quare coniungantur.
64 Facilius aliquid declaratur, quàm de nouo conſtituatur.
65 Legitimatio facta de filio non præiudicat niſi patri, ſecus eſt in ſententia per quam pronuntiatur aliquem eſſe filium alicuius.

CON-

CONSILIVM CXXXI.

Conſilijs noſtris adſit Deus trinus & unus.

Facti contingētia ſic ſe habet. Finita tutela adminiſtrata per quēdā tutorem, minores petunt ſibi reddi rationē tutelæ adminiſtratæ, dictus tutor reddit rationem de aliqbus bonis, & de qbuſdam non, & inter cætera conqueruntur prædicti minores, ꝙ ſibi non fuit reddita ratio, de quodā regiſtro paterno in quo continebātur iura debitorū eo patris, ſed dictus tutor negat ſe unquam habuiſſe notitiam de dicto regiſtro; prædicti duo minores uolentes probare ꝙ imò dictum regiſtrum ꝑuenit ad manus tutoris, producere uolunt in teſtem quādam mulierem alias ancillam patris ſui, quæ mulier dicit ſe de mandato matris ipſorum minorum dediſſe dictum regiſtrum prædicto tutori, uel ꝙ ea præſente prædicto tutore dictum regiſtrum tradidit prædicto tutori eius fratri. Itē etiam hoc probare intendunt per confeſsionem quæ ſponte emanauit à dicto tutore in præſentia vnius honeſti ciuis, & ꝑſentibus aliqbus ex dictis minoribus & illā acceptātibus, per quā dixit præfatus tutor ſe habere penes ſe dictū regiſtrū, licet illud nō ſit ſummatū, nūc dubitatur ex pręmiſſa facti ſerie, an iſte ꝓbationes ſint idoneę & legitimę ad cōuincēdū prædictū tutorē nunc inficiantem ſe dictū regiſtrū habere.

1 In iſta quæſtione, † quia teſte Philoſopho oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt, arguam ad partes, demum concludam ponendo ueram & iuridicam concluſionem.

Videtur itaque in primis eſſe dicendum, ꝙ prædictæ probationes licet fieri poſsint non ſint idoneæ pluribus ex cauſis.

Prima eſt, quia dicitur, ꝙ in ciuitate dicti tuto-
2 ris nec non dictorum minorum † adeſt ſtatutum, ꝙ mulier teſtificari non poſsit, quod quidem ſtatutum ualidum eſt, licet ius commune ſit in contrarium. l. qui teſtam. §. mulier. ff. de teſtam. l. ex eo. ff.
3 de teſti. † Nam pręmiſſum eſt unicuique populo & unicuiq; ciuitati etiam carentibus iuriſditione cōdere ſtatuta iuri communi cōtraria. l. oēs populi. ff. de iuſtit. & iure. & ibi Bal. & Alber. Bal. in l. 2. in 3. notab. C. de conſtitu. pecu. D. Alexan. in l. 1. in 3. col. §. de iuriſdic. om. iud. Canoniſtæ in c. quod clericis. de foro compe. pro quo Alber. in prima parte ſtatutorum. q. 5. pro quo multa iura allegat, inter cętera tex. in l. ut gradatim. §. 1. ff. de mune. & hono.
4 & tex. in l. 1. C. de emancip. libero. quæ † iura mandant leges municipij eſſe obſeruādas. Pro hac concluſione etiā facit tex. in l. ius pluribus. ff. de iuſtit. & iur. in uerbo in quacūque ciuitate. & tñ nō quælibet ciuitas habet iuriſditionē. l. ſi duas. §. 1. ff. de excuſat. tuto. & tanto magis hoc procedit: qa nullibi ius commune prohibet ſuper hoc edere ſtatuta: igitur cēſetur permiſſum uirtute d. l. omnes populi, &
5 hoc ſtatutum uidetur limitatū ſana ratione. † Nam mulier exiſtimatur fragilis & mutabilis, & facile īduci poſſet ad deponendum falſum, iuxta illud Poetæ, Variū & mutabile ſemper fęmina, de quo fit mētio in c. forus, de uerb. ſign. ideò probabiliter diſpoſitum fuit à ſtatuentibus in loco prædicto ꝙ mulier non poſsit eſſe teſtis.

6 Confirmatur prædicta. † Nā ualidum eſt ſtatutū ꝙ debitum non poſsit probari, (quod eſt fortius) per teſtes etiam maſculos, ſed quod in probatione debiti requiratur publicum inſtrm, prout cōcludit D. Alex. multa ad hoc adducens in conſi. 50. incip. in cauſa, & lite uertente. in 1. col. lib. 5. quod etiam tenent Bal. Lud. Roma. & Moderni in l. certi cōditio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. pet. cū ſuis cōcordātibus.

Secūda ratio eſt. Nam licet mulieri permittatur in hac cauſa poſſe teſtificari, & eius teſtimoniū foret recipiendum, attamē probationes de qbus hic, nō cōcluderēt, neq; eſſent legitimę ad cōdemnādū dictum tutorem in reddēda ratione dicti regiſtri.
7 eo, † quia dicta mulier eſt unica, & ſingularis, nec habet conteſtem deponentem eo modo quo deponit, igitur eius teſtimonium non eſt ſufficiēs, l. ubi numerus. ff. de teſtib. c. in omni negotio de teſti.

Similiter confeſsio quam aſſerunt minores emanaſſe à dicto tutore ſolū per unū teſtē probari poteſt, igiť nec iſta erit ſufficiēs probatio, cū per unū teſtē tantum probetur, nec coniungi poſſunt dictæ probationes, ad effectū perficiendi plenā probatio-
8 nē: † quia & quæ non proſunt ſingula, nec multa iuuant. l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excu. tut. Bar. in l. 1. §. idē Cornelio, ff. de quæſtio. Et pro hoc videtur in terminis deciſio eximij Doct. D. Io. Baptiſtæ de S. Seueri. olim primarij aduocati Conſiſtorialis in repet. l. admonendi. col. 80. ff. de iurciur.
9 in uerſ. ſecundus caſus, ubi dicit, † ꝙ qñ unus teſtis deponit de ueritate, & alius probat confeſsionem talem, quæ plene probata faceret ſemiplenā probationem, iſtæ duæ probationes coniungi non poſſunt, ut ibi per eum, & maximè cum nō ſit ꝑſumptio, ꝙ iſte tutor uelit celare dictū regiſtrū in pręiudicium dictorum minorū, qui ſunt ei coniūcti ſan-
10 guine † cum nemo præſumatur carnē ſuā odio habere. c. non ęſtimemus. 12. q. 2. l. 1. & ibi notatur. ff. in ius uoc. ut eant. aut ſatiſd. & ibi Alberic. Et cū ſit
11 † ꝙ dolus in quo dicit iſte tutor uerſatus fuiſſe, cenſeatur quoddam delictū. caſus eſt notabilis in l. 1.
12 §. nūc tractemus. ff. de tute. & ratio. diſtra. † oīs aūt ꝑſumptio delicti excluſiua in dubio aſſumēda eſt, l. merito. ff. pro ſocio. c. eſtote miſericodes. extra de reg. iur. ſtante ergo hac præſumptione pro tutore, uidelicet ꝙ nō ſit uerſatus in dolo, minoribus imponitur maius onus probandi, & probatio magis exacta & exquiſita requiriť in ꝓbatione iſtius actus c. ſuper hoc. & ibi plenè D. Ant. D. But. de renunt.

Præmiſsis tamen nō obſtantibus in hac quæſtione concludo contrariū. ideò more noſtro cōſueto procedēdo in diſcuſsione huius articuli facio hāc
13 concluſionē, uidelicet, † ꝙ factis probationibus ꝑ dictam mulierem deponentem de ueritate, & per alium deponentem de confeſsione facta per dictū tutorem pręſentibus aliquibus ex dictis minoribus, condemnari debebit ipſe tutor in reſtitutione dicti regiſtri, & ſi hoc non fecerit contra ipſum poterunt iurare minores in litem. Et ſic ſtabitur
14 † eorum iuramento de damno quod patiuntur occaſione dicti regiſtri. l. 1. §. officio. ff. de tut. & ratio. diſtra. l. qui reſtituere. ff. de rei uendic. latè Bar. in l.

in

in actionibus.ff.de in lit.iuran.
Et ex iſta concluſione ꝓbāda prius ꝑmittēdū eſt,
15 † ꝙ de iure cōmuni mulier poteſt eſſe teſtis & exi
ſtimat̃ teſtis omni exceptione maior,adeo ꝙ acto-
ri probanti intentionem ſuam per unicam mulie-
rem quæ ſit honeſta,deferri debet iuramentum in
ſupplementū probationis : & ita ſingulariter deci-
dit D.Abb.Modernus in c.ex inſinuatione.colū.3.
16 de procurato.† Et ne dum in cauſa ciuili mulier po
teſt eſſe teſtis, quinimò & in cauſa criminali, ſal-
tem in foro Cæſaris. Glo.in c.ex ea.15.q.3.& in c.
forus.de verb.ſign.Spec.in tit.de teſte.§.1.uerſ.itē
ꝙ eſt mulier.D.Ant.& Moderni ĩ c.quoniā.de teſt.
q̃ concluſio patet in l.3.§.lege Iulia.ff. de teſti.ubi
dicitur ꝙ in accuſatione criminis legis Iuliæ de ui
publica mulier repellitur à teſtimonio quæ quæſtū
ſui temporis fecit, ſumpto ergo arg.à cōtrario ſen
ſu,mulier quæ eſt honeſta,& quæ ſui corporis quæ-
ſtum non fecit à teſtimonio in cauſa criminali re-
pelli nō debet:quia ſi repelleretur, fruſtra ille tex.
exigeret prædictam qualitatem,per quam efficitur
17 infamis.† Ex hoc infero ꝙ ſtatutum, de quo ſupra
prohibens mulieri teſtificari eſt correctoriū iuris
communis:quia, ut dictū eſt,mulier honeſta de iu-
re communi poteſt teſtificari in quacunq; cauſa ēt
18 criminali. † eſt ergo interpretandum dictū ſtatutū
ut minus lædat ius cōmune quàm ſit poſsibile.iux.
nota.per Gl.& Doc. in l.fi. §. in computatione. de
19 iur. delib.& in c.cum dilectus.de conſuet.† oīs.n.
interpretatio per quam reducimur ad diſpoſitionē
iuris cōmunis cenſetur fauorabilis.c.2. in prin.de
decim.in 6.Glo.in c.ſtatutum.in uerbo numerādū
20 de pręben.lib.6.† Intelligendum ergo eſt hoc ſta-
tutū ut mulier nō poſsit teſtificari in negotijs quæ
per alios teſtes probari poſſunt.Sed quādo negotiū
de quo agitur eſt tale ꝙ ueriſimiliter ꝑ alios teſtes
probari nón poteſt, tunc iſta mulier admitti de-
beat ad probandum, ne pereat facultas probandi,
& ſtatutum præmiſſum hunc caſum non uidetur
comprehendere.Iſtud oſtendo uarijs rationibus.
21 Et primo.† Nam teſtimonium laici nō admitti-
tur contra clericos in cauſa criminali. c.de cętero.
de teſt. tamen ſi delictum fuerit commiſſum per
clericum in loco in quo alij clerici moram non tra
hunt,tunc crimen commiſſum à clerico per laicos
probari poterit in ſubſidium.cum per clericos tale
crimē probari non poſsit, ſic decidit Abb. Moder.
in cap.de cętero.in 2.col.
22 Iſtud etiam oſtenditur ex alio.† Nam mulier de
iure canonico non admittitur in teſtimoniū in cā
criminali ex diſpoſitione iuris canonici.c. forus.
de uerb.ſig.c.mulierem.33.q.5.in ſubſidium tamē
quando aliter ueritas haberi non poteſt admitti-
tur eius teſtimonium.Ita tenet Io.And.in tit.de te
ſte.§.1.in addit. quæ incipit fertur Iacob.de Are-
na.Alexan.in conſ.24.in 2.lib.col.3.
Prætereà & tertiò iſtud patet per tex. quē ibi no
23 tat Abb.in c.fi.de teſt.cogend.ubi † participes cri-
minis admittunt̃ ad probandā coniurationē factā
ſecretè per alios,qui tamē in alijs caſibus non poſ-
24 ſunt eſſe teſtes.l.quoniā liberi.C.de teſti.cum † er
go dicta mulier deponat qualiter mater dictorum
minorū exiſtens in domo tradidit dictum regiſtrū
prædicto tutori,& ſic deponat de his,quæ in domo
geſta ſunt,admittetur eius teſtimonium,non obſtā
te dicto ſtatuto:quod ueriſimiliter noluit compre-
25 hendere iſtum caſum,auferendo † facultatē probā
di quæ amplianda eſt,non autem coarctāda,l.quo-
26 niam.C.de hereti.& manich.cum ſit † ꝙ ea quę do
mi geruntur difficulter probari poſsint per alios
quàm per illos qui in domo uerſantur.ideo lex iſto
caſu non reſpicit teſtimonium domeſticorum qui
aliàs repelluntur propter domeſticitatem.l.cōſen
ſu.§.ſuper plagis.C.de repud.iuncta l. etiam.C.de
27 teſt.& c.in literis eo.tit.† lex enim cōtentatur ꝓ
batione quæ haberi poteſt,iuxta ea quæ traduntur
per Bar.& Doctores in l. filium eum diffinimus.ff.
de ijs qui ſunt ſui uel alie.iur.& in l.ſi uicini ſcienti
bus.C.de nupt.Et ſic concludo ꝙ ad probandum ta
lem actū geſtum in domo,mulier in ſubſidium ad-
mittetur,non obſtante dicto ſtatuto, ꝙ recipit prę-
dictam interpretationem.
Prętereà dicitur in facto ꝙ dicta mulier eſt mul-
tum honeſta,&in alijs pluribus negotijs dictorū mi
norum compertum eſt eam uera fuiſſe locutam:
ideò uidetur dicendum ꝙ eius teſtimonium recipi
debeat non obſtante dicto ſtatuto, ꝙ ueriſimiliter
emanauit hoc prætextu ne mulier quæ eſt fragilis
ſexus alliciatur ad deponendum falſum: quæ ratio
ueriſimiliter ceſſat in dicta muliere:tum q̃a eſt ho-
neſta, tum quia in alijs pluribus uera locuta eſt.
28 † Nam ad cognoſcendam qualitatem & mores ali
cuius ex præterito arguimus in futurum.c. manda-
ta de præſump.l.non omnes.§.à Barbaris. ff. de re
mili.l.3.§.idem erit quærendum.ff.de ſuſpec.tuto.
29 † Et in teſte potius conſideratur morum honeſtas
quàm diuitię:arg.l. ſcire oportet.§. cum reliquis.
ff.de tuto. & curat.da. ab his.& l. ſi quis ſtipulatus
ſit Stichum aut Pamphilum.§.fi.ff.de verbo.oblig.
& eſt Glo.in l.nec ei.§.fin.ff.de adoptio.
Prætereà & tertiò ſubeſt magna ęquitas, ut in cā
iſta mulier admittatur ad teſtificādum in fauorem
dictorum minorum,ne propter inopiam probatio
num ipſi patiātur damnum ob non reſtitutionem
dicti regiſtri, in quo continentur nomina debi-
torum,ideo non eſt abſonum dicere ꝙ prædictum
ſtatutum prohibens mulierem ferre teſtimonium
in cauſis limitetur,ut non procedat in caſu iſto,
30 † quoniā,ut inquit Gl.in auc.ut mat.debit.in prin.
collat.7.non eſt iniquum regulam fallere ubi æqui
tas hoc ſugerit, prout in caſu noſtro.
Suadetur & quartò hæc concluſio eadē ratione.
31 † Nam ſtatutum interpretatur,& modificatur pro
ut ius cōmune,& ab ipſo iure cōmuni recipit inter
pretationem paſsiuam.l.ſi ſerui ueſtri.C. de noxa.
Bar.in l.oēs populi.in 6.q.prin.ff.de iuſtit.& iur. &
in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad leg.Falcid.Sicut ergo ius
commune repellēs mulierē ab aliquo actu limita-
tur, ut non habeat locū in caſibus,in quo agitur de
32 fauore minoris,ut probabitur,† ſic & ſtatutū inter
pretari debet,ut nō intelligatur repellere mulierē
à teſtificādo in caſu in quo uerſatur fauor minorū.
Quod autem ius commune interpretetur, ut nō
comprehēdat caſum in quo agitur de fauore mino
33 ris,ſic patet.† Nā mulier repellitur ab accuſando,
niſi proſequatur ſuam aut ſuorū iniuriam.l.1. & 2.
ff.de

ff.de accuſ.& tñ fauore minoris limitatur dicta diſpoſitio.l.1.§.conſequens.ff.de ſuſpec.tut. & §.con
34 ſequens.inſti.eo.tit.vbi dicitur,† ꝙ cuilibet mulieri permiſſum eſt accuſare tutorem de ſuſpecto crimine,dummodo non egrediatur verecundiam ſexus & pietate quadã ad id quod dicatur. Et ex iſtis omnibus ſtat firma concluſio, ꝙ nõ obſtante dicto ſtatuto de quo ſupra,prędicta mulier teſtificari poſſet in prędicta cauſa,cum verſetur fauor minorum, maximè cum dicatur hanc mulierem eſſe prædictã magna honeſtate,& ꝙ non ſit veriſimile eã deieraturam,& ſic in ea ceſſet timor falſi:argu. eius quod ſingulariter decidit Io.de Imol.in c.cum V.canoni
35 cus.de off.deleg.vbi dicit,† ꝙ licet frater,vel conſanguineus qñ producitur in teſtẽ pro fratre vel cõſanguineo ſint ſuſpecti,vt ibi eſt tex. attñ ſi tales pſonæ eſſent multum notæ & ſpectatæ fidei, probarent in fauorem illorum, & in nihilo eorum fidei detrahetur,quod ſatis in ſimili probat text. in c.in literis.in fin.de teſtib. Quod fundamentum poſſet comprobari ex multis deciſionibus, quas in ſimili propoſito adducit D. Iaſon in auc. iubemus. C.de iud.Sequitur itaque ex præmiſſa concluſione,ꝙ cũ dicta mulier poſſit teſtificari, per eius depoſitionẽ diceretur dicti minores ſemiplenè probaſſe in-
36 tentionem ſuam:quia † cũ duo teſtes efficiant plenam & perfectã probationem, ſequitur ꝙ vnus faciet ſemiplenam probationem, & ita arguit Gl.in l.in bonæ fidei,& de reb.credit.& in l.admonendi. ff.de iureiur.pro qua Gl.Bar.ibi.in 6.col.dicit eſſe caſum in c.ex inſinuatione.de procur.& in c.fin.de ſucceſſ.ab inteſt.& hoc ſequũtur ubique Doct. iſta ergo ſemiplena probatio coniungi dẽt cũ alia probatione quæ elicitur ex confeſſione facta per dictũ tutorem, quæ licet probetur per vnum teſtem tm̃, attñ cum fuerit facta parte præſente, efficit unam ſemiplenam probationem,vt probabitur,ita ꝙ iſtę duæ ſemiplenæ probationes coniungi dẽnt, vt efficiant plenam & perfectam probationem,ita quòd virtute dictarum probationum conuincetur dictus tutor & ꝯ ipſum erit ferenda ſnĩa. Quòd autem dicta confeſſio probata per vnum teſtem conſtituat ſemiplenam probationem cum fuit facta parte pſente,oſtendo apertisſimè.Nam nulli dubiũ eſt, ꝙ ſi iſta confeſſio quæ dr̃ eſſe facta parte præſente per duos teſtes probaretur, ex ea induceretur plena &
37 perfecta probatio:quia † regulariter in probatione vniuſcuiuſq; actus duo teſtes ſufficiunt.l. vbi nu
38 merus.ff.de teſti.c.in omni negotio.eo.tit. † ergo ſi ſit probata per vnum teſtem ex eo conſtituetur ſemiplena probatio,per ea quæ dicta ſunt ſupra allegando Glo.& Bar.in l.admonendi. ff. de iureiur.& iſtud in terminis noſtris decidit Paul. de Caſtr. in conſi.333.inci.viſa petitione prædicta, & teſtibus. &c.col.3.& iſtud ſentit D.Matteſil.in notab.13.dũ
39 vult † ꝙ confeſſio quæ emanauit parte præſente, & ſine cauſa, faciat ſemiplenam probationem, & iſtud eſt indubitatum: & ſic ex ſupradictis apparet, ꝙ ex iſtis probationibus reſultant duæ ſemiplenæ probationes,quæ ſi coniungantur, prout coniungi debent,vt ſtatim probabitur,conſtituent unam plenam,& perfectam probationem virtute cuius poterit dictus tutor condemnari,eo modo, quo dictum
40 eſt. † Quòd autem duæ ſemiplenę probationes cõiungi poſſint,& debeant,ad perficiendum vnã plenam,& perfectam probationem pro hoc eſt Gl. in l.2.§. fi.ff.de excuſ.tutel. & Gl.in l.1.in verbo perficiunt.C.qui numero tut.lib.10.Ad idem eſt.Glo. in l.inſtrumenta.C.de prob.& in c.nihil.7.q.1.quę
41 vult,ꝙ † duo imperfecta coniungantur ſimul,ita ꝙ vnum totum & integrale perficiatur. & idem tenet Bar.in l.admonendi,in 10.col.ff. de iureiur. vbi ẽt D.Alex.in antepen.col.Bar.in l.1.§.idẽ Cornelio. ff.de qõ.D.Ant.in c.fi.in 6.col.de iureiur. Abb. in c.cum cãm.de prob.col.3.Sal.in l.in bonę fidei.12. col.C.de reb.cred.Pau.de Caſt.in conſ.84. inci. ꝙ
42 pręfata ſententia.vbi dicit,ꝙ pp † vnam cõfeſſionem factam in inſtrõ diuiſionis,& alterã quæ emanauit in vltima voluntate,vr̃ induci plena, & perfecta probatio:quia cum qualibet de per ſe emanauerit, parte abñte conſtituit ſemiplenã probationẽ, & ambæ ſimul iunctæ efficiẽt plenam probationẽ. c.fi.de ſucceſſ.ab inteſt.& idem tenet D.Ale.in cõſi.53.inci.in cã vertente inter Michaelem.in 1.lib. quæ concluſio procedit,ne dum in cauſis ciuilibus,
43 quinimò & in caſus criminalibus. † licet in eis requirantur probationes luce meridiana clariores.l. ſciant cuncti.C.de prob.& ita tenet Alberic.in l.3. §.fi.ff.de excuſ.tut.ubi dicit,ꝙ uidit cõiter obtineri,ꝙ in cauſis ciuilibus & criminalibus duæ ſemiplenæ probationes coniungantur , ita vt plenè &
44 perfectè probent,eo, † quia iudicia ciuilia & criminalia regulariter paribus paſſibus procedunt.l. abſentẽ.ff.de pęn.inſt.de pub.iud.in princ. & dicit Lud.Roma.in conſ.7.inci.viſis neceſſarijs. in prin,
45 & in conſ.54.inci.viſis circa id &c.† ꝙ ex pluribus præſumptionib.reſultat plena & perfecta probatio pp quam quis poteſt condemnari legitimè. Et pro hoc adducit tex.in l.excipiuntur.ff.ad Syll.& not.p Inno.in c.ad nr̃am.de emp.& vend.in c.illo uos.de pign. Ex quib.patet verã eſſe concluſionem,ꝙ duæ ꝓbationes ſemiplenæ conſtituunt unã plenã & pfectã probationẽ, ne dum in cauſis ciuilib. quinimo & in cauſis criminalibus.Ideò in ſpecie dixit Abb. Panor.in c.fi.in 2.col.per illum text. de ſucceſſ. ab
46 inteſt.† ꝙ ſi per vnum teſtem probetur de numeratione pecuniæ,& per alium probetur de confeſſione,iſti duo teſtes coniungẽtur, ita ꝙ plenè probabunt,& facient, ꝙ actor obtinebit in cauſa mutui,pro quo ipſe egit contra ſuum debitorem.

Confirmantur etiam prędicta ex ijs quæ decidit Bal.in l.teſtium.in 5.col.verſ.circa primas interro
47 gationes dẽ teſti.vbi decidit,† quidam volens probare præſcriptionem decennij probat per duos teſtes de poſſeſſione primi quinquẽnij, ꝑ alios teſtes ꝓbat de poſſeſſione alterius quinquennij, certè ex cõiunctione iſtorũ teſtiũ dicetur probata pfectè ꝑ-
48 ſcriptio decennij. Sicut in ſimili dicitur † in probatione cognationis:quia ſi duo teſtes deponãt, ꝙ Titius ſit filius Petri,& alij duo deponũt ꝙ Sempronia ſit filia Petri. Nã ex cõiunctione iſtorũ teſtiũ, dr̃ eſſe plena probatio, ꝙ Titius & Sempronia ſint fratres.Et idem tenet Bal.in l. Gallus.§. ille caſus, ff.de lib.& poſth.Ideo dicit Paul.de Caſt. in conſi. 280.inci.viſo proceſſu,& atteſtationibus, in 3.col.
49 quòd † ſi per vnum teſtem probetur confeſſio facta

facta in vno loco parte præſente,& per alium teſtē
probetur de alia cōfeſsione facta in alio loco, iſti
duo teſtes coniungentur,& facient plenā probatio
nē. Concludo ergo ex ſupradictis coniungēdū eſſe
teſtimoniū dictæ mulieris deponētis de ueritate,
& confeſsionē dicti tutoris, quæ probatur per vnū
teſtē, ita ꝙ ex coniunctione iſtarū probationū re-
ſultabit plena probatio, uirtute cuius ꝑdicti mino-
res agētes cōtra tutorem erunt uoti cōpotētes. Et
tāto magis hoc ꝓcedit in caſu nr̃o duplici rōne, pri
50 ma eſt: quia dictus † tutor nullū confecit inuenta
rium, ad ꝙ de iure tenebatur. l. fi. C. arbit. tut. & cū
iſtud omiſerit, ꝑſumitur fuiſſe in dolo. & licet dica
tur ꝙ ſit cōſuetudo in ciuitate dictorū minorum, ꝙ
tutores nō teneātur ad confectionē inuentarij, atta
51 men † cum ꝑdicta conſuetudo ſit facti, nō præſumi
tur niſi probetur. l. in bello. §. facti. ff. de capti. c. 1.
52 de conſtit. in 6. † Et ut ualeat cōſuetudo eſt neceſſe
probare, ꝙ fuerit obtenta in contraditorio iudicio
iuxta modū quē ponit Bar. ī l. de quibus. ff. de legi.
Præterea dicit in facto, ꝙ prædictus tutor ī libro
proprio ſcripſit ſe ſoluiſſe octingentas marcas pa-
truo dictorū minorū, & poſtmodū emendato dicto
libro, ſcripſit ſe ſoluiſſe mille marcas, & conſtat in
ueritate ex teſtimonio prædictæ mulieris, ꝙ ſolū ſo
luit octingētas marcas, cū aliæ ducentę fuerint re-
miſſæ per dictū creditorē; quis ergo ſtātib. ijs non
arbitrabitur iſtū tutorē doloſè fuiſſe uerſatū in tu-
tela, & ꝙ animo decipiendi prædictos minores ꝑ-
dictū regiſtrū occultare conatur, cuius proteruita-
ti & malitiæ ꝓuidere debet iudex, ne ex dolo ſuo
cōmodū cōſequatur: q̃a in hoc ſubeſt maxima ęqui
53 tas ex parte dictorū minorū, † quā boni & iuſti iu-
dices ante oculus ſemp hēre debēt, ut dicit Iurecō
54 ſultus in l. qđ ſi Epheſi. ff. de eo ꝙ certo loco. Et † q̃
iudices nō debēt applicare animū ſuū ad vnā ſpe-
ciē probationis, ſed ex uarijs argumētis ueritatem
rei ꝑſpicere debēt. c. præterea. de teſti. c. in ꝑſentia
de renūt. cū vulgar. & iſta eſt uera cōcluſio, & ſubni
xa maxima ęq̃tate, quā iudices obſeruare debent.
Non obſtant aducta in contrarium. Nam ad pri-
mum, in quātum dicebatur ꝙ ſtatutū prohibet mu-
lierem poſſe teſtificari, reſpondetur, ꝙ præmiſſum
ſtatutum non uendicat locum in caſu noſtro, quod
pluribus rationibus ſupra apriſsimè oſtenſum fuit.
Non obſtat ſecundo dum dicebatur, ꝙ prædicta
mulier licet admittatur ad teſtificādū, tñ adhuc nō
probabit, cum ſit vnica & ſingularis: quia ad hoc rñ
detur ꝙ cum eius probatio efficiat ſemiplenā ꝓba
tionem, cōiungenda erit cum dicti tutoris confeſ-
ſione, quæ probata per vnū teſtē præſente parte con
ſtituit ēt ſemiplenā probationē. Et ſic hæ duæ ſemi
plenæ probationes ſimul iunctæ perficiunt vnam
plenā probationem, prout abundè dictū fuit ſupra.
Non obſt. ēt ſi dicatur, ꝙ dictus tutor poſtmodū
reuocauit dictā cōfeſsionē, aſſerendo ꝙ ipſe cōfeſ-
ſus fuerat ſe habuiſſe dictum regiſtrū abſque tñ ſui
ꝑiudicio. quia iſta ſua aſſertio nihil ꝓdeſt ei, & nul
lum affert damnū ꝑdictis minoribus, quib. ius fuit
acq̃ſitū uirtute dictę cōfeſsionis factæ eius ꝑñtib⁹:
arg. l. fi. ff. de pac. & l. ſi partē. §. fi. ff. quēadmo. ſeru.
amitt. & ita tenet Bal. in l. Gallus. §. q̃dam rectè. ff.
55 de lib. & poſthu. ubi dicit † ꝙ cōfeſsio acceptata p
partem non pōt amplius reuocari per cōfitētē niſi
per ipſum probetur, ꝙ errore emanauit dicta cōfeſ
ſio: arg. l. ſicut. C. de act. & oblig. & hāc deciſionem
ſequitur Ludo. Roma. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter.
ff. de uerbo. obli. D. Alex. in conſ. 90. incip. ferè om
nis uis huius conſultationis reducitur &c. in 1. lib.
ubi pro cōfirmatione adducit nota. per Dominic.
de S. Gemi. in c. 2. col. 4. de renuntia. lib. 6.
Nō obſtat & quartò ſi dicatur, ꝙ dicta mulier in
56 dicta cauſa non poſsit teſtificari cum ſit † ꝙ fuerit
ancilla, & multo tēpore ſeruierit parētibus dictorū
minorum. l. etiam. C. de teſta. quia iſta obiectio ni
hil operatur cū ſit ꝙ iam multo tempore deſiuerit
eſſe in famulatu eorū, ita ꝙ tēpore depoſitionis nō
eſt ancilla, nec in eorū ſeruitio. Ita not. Cyn. & Sal.
in l. etiā. C. de teſti. & Bal. in c. inſuper. de teſti. &
Alex. in conſi. 5. incipi. in cauſa inquiſitionis. in 1.
lib. Nam concludūt prędicti Doctores ꝙ famulus,
uel ancilla poſſunt ꝓ dño ſuo teſtificari, qñ nō ſunt
amplius in eorū ſeruitio. Quinimò dicit Specul. in
57 titu. de teſte. §. 1. uerſ. ꝙ ſi olim. † ꝙ famulus qui
fuit expulſus poſt litē motā, pro dño pōt teſtificari.
ꝓ quo benè facit tex. in c. in literis. de teſti. quē ꝓ
58 hoc ponderat ibi D. Fely. qui dicit, † ꝙ licet dolus
ſit ſubtrahere probationē aduerſario, parare tñ ſibi
ꝓbationem non eſt illicitum. Et rō prędictorū eſt:
59 † quia habilitas ſeu inhabilitas in teſte conſideratr̃
tēpore depoſitionis. l. 3. §. duæ cauſæ. ff. de Carbon.
60 edic. Hinc eſt, † ꝙ pubes poteſt ferre teſtimonium
de ijs q̃ uidit tēpore quo erat pupillus, cū ſit, ꝙ tem
pore deponit ī iudicio ſit pubes, & ſic habilis ad te
ſtificādū. Sic tenet Spec. in titu. de teſta. §. 1. uerſic.
ſed nunq̃d factus pubes. & Glo. in §. 1. inſtit. de te-
ſtam. & Gl. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de teſti. Bar. per il-
lū tex. in l. notionē. §. inſtrumētorū. ff. de uer. ſign.
Pro hoc facit ꝙ ſingulariter dicit Lud. Roma. in
ſing. 127. ici. Sāctiſsimus pater Eugenius, ubi dicit
61 † ꝙ Eugenius Sūmus Pontifex tempore quo erat
Cardinalis uidit ꝙ quædā reſignatio beneficij fuit
facta p metū à quodā clerico, itaq; uolens ſanè me
tū paſſo ſuccurrere, cōſuluit Auditores nunq̃d diſpō. c.
cū à nobis. de teſti. diſponēs, ꝙ ſoli Sūmo Pontifici
credatr̃ ad effectū plenæ probationis, locū habeat ī
ijs q̃ Pōtifex uidit ante, q̃ eſſet ꝓmotus ad apicē Pō
tificatus. & reſpōdet ſup hoc Auditores multū du-
bitaſſe, tādē cōcludit fuiſſe iudicatū, ꝙ credatr̃ ſoli
Pontifici teſtificanti, ēt ſup ijs q̃ uidit, & cognouit
tpe quo nondū erat creatus Pontifex. Et ꝓ hoc ad-
ducit Gl. in c. 1. de renūti. lib. 6. & in c. ad Apoſtoli
cæ. de ſent. & re iudic. eod. lib. in ver. ꝓmiſiſſent, pa
tet ergo ꝙ nihil obeſt ad impugnandū teſtimoniū
dictæ mulieris ꝙ ipſa fuerit ancilla, & lōgo tēpore
ſeruierit parētibus dictorū minorū, cū ſit ꝙ tēpore
depoſitionis non ſit illorum ancilla & domeſtica.
Non obſtat dum ultimo loco dictum fuit, ꝙ illæ
duæ ſemiplenæ probationes coniungi nō poſſunt,
62 † quia quæ non proſunt ſingula, nec multa iuuant.
Ad hoc enim multipliciter reſpondetur, & primò,
ex not. per Bart. in l. 1. §. idem Cornelio. ff. de quæ-
ſtio. & in l. admonendi. in 5. col. ff. de iureiuran.
Vel aliter & ſecundo poteſt reſponderi ex not.
per Bal. in l. Spadonem. §. qui iura multa. ff. de ex-
cuſat. tuto. qui optimè ſoluit hoc contrarium.

Vel aliter & tertio rñdeo ex mẽte Pet.de Anch. in conſi.276. inci. uiſa diligenter narratione. in
63 vlt.col.vbi dicit,† ꝙ ideò ſemiplenæ probationes coniunguntur: Quia ſunt ad declarationem veritatis præambulæ de qua litigatur, non autem ad iudicandum ſeu producendum de nouo obligatio-
64 nem.l.Publia.ff.depoſit.Certum autem eſt† ꝙ facilius aliquid declaratur, quàm de nouo cõſtituatur. l.hæredes palam.§.ſed ſi nota. ff. de teſta. Et iſtam rationem ante eum tradidit Bal.in l.ſi quis ex argẽtarijs.§.1.ff.de eden.quę rõ optimè poteſt comprobari ex nota.per Bar.in l.1.§.fi.ff.de liber. agnoſc.
65 vbi dicit,† ꝙ ideò legitimatio facta de filio nõ præiudicat niſi patri, quod ſecus eſt in ſententia, ꝑ quã pronuntiatur aliquem eſſe filium alicuius, vt ibi eſt tex.quia legitimatio eſt actus qui rẽ de nouo ineſſe conſtituit; quia ante filius naturalis non erat legitimus, ſed per actũ legitimationis fit legitimus, ſententia autem eſt actus qui nihil de nouo conſtituit ſed eſt actus declaratorius.l.ſicuti.§. etſi quæratur. ff.ſi ſeruit.uendi.igitur &c.Ex quibus cõcludo partes Dominorum Iudicũ eſſe factis dictis probationibus in condẽnando dictum tutorem & in cõpellendo, oportunis remedijs ad reſtitutionẽ dicti regiſtri, & iſtud erit pium, ſanctum iuri & omni æquitati conſentaneum. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerans aliquem lethali vulnere, & certum eſt, morte quandocunque ſecuta, de occiſo tenetur.*

2 *Intellectus ad l.huic ſcipturæ.§.ſi ſeruus.ff.ad leg.Aqui.*

3 *Vaſallus deſerens dominum in prelio lethaliter vulneratum, non amittit feudum.*

4 *Percutiens aliquem vulnere non lethali, de morte ſecuta non tenetur.*

5 *Cauſa immediata cõſideranda eſt in qualibet diſpõne. Cauſæ mediatæ nulla habenda eſt conſideratio.*

6 *Vulnus præſumitur lethale, quãdo ſumus in dubio & nõ conſtat de negligentia adhibita in curãdo vulneratum. Exitus acta probat.*

7 *Percutiens allegans non fuiſſe adhibitam diligentiam in curando vulneratum, illam probare debet.*

8 *Vulneratus non præſumitur ex vulnere deceſſiſſe, ſi eius malo & inordinata uita probetur.*

9 *Vna præſumptio alia contraria fortiori præſumptione tollitur.*

10 *Medici imperitia, aut domini negligentia ſi nõ accidit, rectè de occiſo ſeruo agi poteſt.*

11 *Vulnerans debilem, propter quod vulnus ſanus non moreretur, an de occiſo teneatur, ſi ille debilis moriatur.*

12 *Vulneratus, quando dubium eſt, an vulnus ſit mortale, ſi aliquibus diebus ſuperuixit, an præſumatur ex vulnere deceſſiſſe, & quòd tempus requiratur, ne dicatur, ex vulnere mortuus.*

13 *Vulnus illatum alicui an fuerit lethale, iudicio medicorum relinquitur, & ſi duo medici haberi poſſunt, nunquam eſt ſtandum dicto unius.nu.14.*

15 *Iudex non tenetur mittere pro peritis de vulnere extra locum, quando in loco ſunt. Et quid ſi vnus tantum in loco reperitur.*

16 *Probatio plena per ſemiplenam an & quando elidatur.*

CONSILIVM CXXXII.

SAepenumero dubitari ſolet, an ſi ꝑcuſſus aliquo vulnere poſt nõnullos dies deceſſerit, præſumatur dictus ꝑcuſſus deceſſiſſe ex dicto vulnere, ita ꝙ vulneratus de occiſo teneatur.

Dubitari ẽt ſępenumero cõtingit, an ſi dubitetur vtrũ vulnus illatũ percuſſo fuerit lethale, uel ne, ſtandũ ſit iudicio peritorũ in arte uidendi, & ꝙ requirantur ad faciendũ tale iudiciũ.

Circa primam qõnem omiſſo multiloquio: quia veritas in paucis conſiſtit, conſideratis & diligenter trutinatis iuribus & doctrinis doctorũ loquentiũ de hac materia, aliqui caſus poſſunt cõſiderari.

1 Primus caſus eſt,† qñ certum eſt vulnus illatũ alicui fuiſſe lethale, & tunc quandocunque ſequatur mors, vulnerans tenetur de occiſo, caſus eſt in l. ait lex.ff.ad leg.Aqui.vbi dicitur, ꝙ ſi aliquis mortifere fuerit vulneratus, & poſtea poſt longum interuallum mortuus ſit, tenebitur percutiens de occiſo, & æſtimatio fiet corporis interfecti, connumerando annum à die ex quo occiſus & vulneratus fuit. Idẽ
2 probatur in l.ſi ex plagis.ff.ad leg.Aqui.† Et ita intelligatur tex.in l.huic ſcripturæ.§. ſi ſeruus. ſecundum Gl.& Doc.ibi.ff.eo.tit. & ita concludit Albe. de Roſa.in l.item Mela.§.Celſa.& in d.l.huic ſcripturę, ff.ad leg.Aquil.Sal.in l.1.C.de emend.ſeruo. Bal.in c.1.uerſ.ſeptimò quæritur.in tit.quib.mod. feud.amit.Ideò dicit Bar.in l.fi.ff.ad leg.Corne.de ſicar.ꝙ in caſu iſto ſtandum eſt certitudini, & in caſu præmiſſo vulnerans non excuſaretur allegando, ꝙ percuſſus deceſſit ex eo, quia nullus fuit adhibitus medicus, nec qui eius vulnus curaret, vel ꝙ medicus adhibitus fuit imperitus, nec etiam excuſaretur allegando vulneratum deceſſiſſe ob aliquam culpam ab eo commiſſam: quia licet per huiuſmodi ſupradicta mors percuſſi potuerit accelerari, attamen per hoc non minus vulnerans tenetur de occiſo.l.ita vulneratus.in prin. ff. ad leg. Aquil. & ita firmant Gl.& Alberic.in prætallegata l. huic ſcripturæ.§.ſi ſeruus.Et pro hoc facit tex.in l.ſi alijs. §. eſt autem & alia.ff.quod ui aut clam.in ratione ſui, in quantum ibi dicitur nullum enim damnum datum intelligitur ædibus eq; perituris.Ad idem tex.in c.
3 1.in prin.in libro quib.mod.feud.amit.ubi † uaſallus deſerens dominum in prælio lethaliter vulneratum non amittit feudum, ex quo ſua præſentia non poterat quicquã prodeſſe domino: quia omnimodo erat periturus ex dicto vulnere ſibi lethaliter illato. Et prædicta iura ad hoc propoſitum adducit ſubtilis Doctor D.Bartholo.Soc.in conſi.178.inci. primo aſpectu, &c.vbi etiam ad hoc allegat Bald. idem tenentem in conſ.inci.ſapiẽtiſſimè. allegañ.
4 Secundus caſus eſt, qñ certum erat† ꝙ vulnus illatum alicui non erat lethale, & tunc percutiens non tenetur de occiſo, licet mors ſequat̃ ex dicto vulnere: qa dr̃ deceſſiſſe nõ ex vulnere immediatè, ſed ex negligẽtia ipſius ꝑcuſſi, aut ĩperitia medici. de hoc eſt caſus in l.q occidit.§.fi.ff.ad leg. Aquil. vbi expreſsè dr̃, ꝙ ſi quis vulneratur non mortifere, tenetur vulnerans de vulnerato, nõ autem de occiſo. &
5 ratio eſt, quia † in qualibet diſpõne cõſiderãda eſt

cauſa

cā immediata: q̃a cauſæ mediatæ nulla eſt habēda ꝯſideratio.l.ſociū,q. in eo.ff.pro ſoc. Bar.ī pulchra q̃ōe,in l.cū oportet.in prin.C.de bon.q̃ libe. Gl.in l.ſi mulier.ff.re.amot.& in c.de cętero.de homici.

6 Tertius caſus eſt,† q̄n ſumus in dubio,an vulnus illatum fuerit lethale,vel ne,& non conſtat de aliqua negligentia adhibita in curando vulneratū, & tunc vulnus præſumitur lethale, ex quo mors fuit ſubſecuta:q̄m exitus acta probat.l.aut facta.§.euentus. ff.de pęn.l.rem non nouam.§.ſi.C.de iud. & ita tenet Bal.in c.1.in prin.in ver.ſextò quęro.in tit.qui

7 bus mod.feu.amittit.Nam † percutiēs qui allegat non fuiſſe adhibitam diligentiam illā probare dēt: arg.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. & iſtud tenet Alb. in d.l.Itē Mela.§.Celſus.& Sal.in d. l. 1. C.de

8 emend.ſeruo.vbi dicit† ꝙ ſi probetur mala & inordinata vita ipſius percuſſi,tunc non pręſumitur de-

9 ceſſiſſe ex vulnere:† quia vna p̄ſumptio tollitur alia præſumptione cōtraria fortiori.l. diuus.ff.de in integ.reſti.c.afferte mihi gladiū.de præſump. Hoc ēt tenuit Gādi.optimus practicus ī maleficijs,in trac. maleficio.in rub.de homicidiarijs ad fi.& D. Flor. in l.qui occidit.§.fi.ff. ad leg. Aquil. Et probat iſta concluſio in l.ſi ex plagis.ff.ad leg. Aquil. in princ.

10 vbi dr̄,† ꝙ ſi ex plagis ſeruus mortuus ſit, neque id medici imperitia,aut dn̄i negligentia acciderit rectè de occiſo ſeruo agi poteſt,& hanc opinio. etiā firmat D.Auguſti.de Arimino in addi. ſuis ad tractatum Ang.de Aretio ſuper verbo ex interuallo dictus Titius, &c. & incipit additio,tu autem in hac materia.vbi adducendo Gandi.in tract.maleficio. in rub.quæ incipit ſi iudicetur per medicos vulneratum non moriturum,&c.concludit, ꝙ in dubio vulneratus præſumitur mortuus ex vulnere,niſi probetur negligentia vel mala cuſtodia vulnerati:quia hoc caſu percutiens non tenebitur de occiſo, & ponit exemplum de ruſtico qui leuiter percuſſus in capite iuit ad laborandum cum bobus ad ſolem,& calefactus domum redijt,& mortuus eſt, nam tūc vulnerans non tenetur de occiſo. Et pro hoc adducit tex.in c.tua.de homici. ibi, q̃ ſpreto præcepto &c.

11 Quartus caſus eſt,†q̄n fuit illatum vulnus alicui debili,quod vulnus in ſano nō fuiſſet lethale,& ille debilis mortuus eſt:nā tunc percutiens tenetur de occiſo:caſus eſt in l.pactione.in §.ſi quis ęgrotum. ff.ad leg. Aquil.quē tex.not.ibi D.Floria. & in l.ita uulneratus.eo.tit.Ang.Are.in d.ſuo tract. malefic. ſup uerbo,& ex interuallo.uerſ.quæro quid ſi mortuus eſt &c.ubi dicit hoc eſſe bene notandum:quia uidit Nurſiæ aliquos errare uolentes defendere homicidas:quia capitularunt,ꝙ uulneratus erat debilis,& ſic capitularunt contra ſe. & illum tex. etiam not.Raph.Cuma.in conſi.134.inci.uiſis denuntiationibus.ubi dicit,ꝙ lenis percuſſio illata infirmo & debili ſolet eſſe mortifera , quanuis ſanus ex ea percuſſione ueriſimiliter non deceſſiſſet.

12 Quintus & ultimus caſus eſt,†q̄n dubiū eſt an uulnus ſit lethale,uel ne,& uulneratus poſt uulnus ſibi illatum ſuperuixit aliquibus diebus, tādē mortuus eſt,& tūc quanto tēpore ſit neceſſe ut ſuperuixerit ipſe uulneratus,ne p̄ſumatur deceſſiſſe ex uulnere. Gl.& Doc.uidētur uariare,prout habetur,in l.1.C. de emēd.ſeruo. & latè D.Ant.& Abb.in c.2.de cle. percuſſo.Floria.in l.ait lex.in prin.ff.ad leg. Aquil. cōior tn̄ opinio eſt,ꝙ iudex habeat arbitrari iſtud tēpus infra quod vulneratus præſumatur mortuus ex vulnere,vel ex ſua negligentia,adhibito iudicio medicorum, quibus in hoc ſtandū eſt. Ita tenet D. Ant.in c.preſbyterū.de homic.Abb.in c.2.de cler. percuſſ.Bar.in l.fi.ff.ad leg.Corne.de ſicar.qui pro hoc adducit tex.in l.ſemel.C.de re milit.lib. 12.in verb.medicis denuntiantibus. Idē etiā tenet Ang. in l.1.C.de emen.ſeruo.D.Floria.in pręalleg.l. ait lex.in prin.& Albe.de Roſa.in 2.par.ſtatutorum.q. 36.quæ incipit,itē quid ſi aliquis vulnerauerit &c. vbi concludit,ꝙ hoc caſu vidit ſtari dicto medicorum,& ꝙ ita de facto obtinuit,& idē concludit Auguſtin.de Arimi.in dicto tractatu ſuper verbo,& ex interuallo , & ex iſtis caſibus ſic conſideratis puto perfectè abſolutam hanc primam difficultatem.

Capio ſecundū articulum,in quo concludendum

13 eſt,† ꝙ ſi moueatur dubitatio , an vulnus illatū alicui fuerit lethale,uel ne,hoc relinquit iudicio medicorum.l.ſemel.C.de re mili.lib.12.Bar. in l.ſi in rixa.circa fi.ff.de ſicar.& idē no.Bal.in c.1.in prin. in tit.quib.mod.feud.amit.Spe.in tit. de baptiſ.§. fi.uer.quoque.Ang.Are.in d.ſuo tract. ſuper uer.ci

14 catrix.† Et ſi duo medici pn̄t haberi nunquam eſt ſtandum dicto unius,ſecundum Bar. in d. l.ſi in rixa.circa fi.& alios Doc.ſuperius alleg. & Ang. in l. q luminib.ff.de ſeru.urb.pręd.ubi conſuluit iudicibus maleficiorū,ut nunquam ſtent dicto unius medici,ſed ad minus adhibeant duos medicos,quorū

15 fama ſit præclarior.Subdit tn̄ † ꝙ ſi in loco ſint periti non tenetur iudex pro eis mittere extra locum, & ita cōiter concluditur per doc.in l.1.§. fin.ff.de uerb.obl.ſi tn̄ in ciuitate non eſſet niſi unus medicus ſufficit ꝙ ille adhibeatur:quia non eſt opus , ꝙ pro alio mittatur extra locum, ſecundum Bar. in l. idem quæſitum. ff. pro ſocio. & in tract.de teſte,in uer.lata culpa.Licet Abb.moder.in c. propoſuiſti, de prob.teneat contrarium.ſed eius opinionē impugnant cōiter Doc.& in ſpecie Auguſti. de Arim. in d.trac.ſuper uer.una alia percuſſione. Quinimò dixit Pet.de Anch.in conſi.283.inci.iure ſtricto,ꝙ

16 ſi unus medicus dicat † ꝙ uulneratus mortuus eſt, ex morbo ſuperueniente , licet millies conſtet de morte uulnerati , occiſor tamen non debet puniri pęna mortis:q̃a ſicut in cauſis ciuilibus,ſi per duos teſtes conſtet de debito,& per unum teſtem probetur ſolutio , per hunc ſolū teſtem idoneū probantē de ſolutione elidit̄ illa plena probatio,ſic in cauſis criminalibus idem dicēdū eſt,arguendo de uno ad aliud quod permittitur.l.abſentem. ff. de pęn.& hæc ſufficiant pro diſcuſſione pn̄tis articuli.Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio l.ſi vnquam.C.de reuoc.don.an locum habeat in donatione remuneratoria.*

2 *Aſſertioni donantis exprimentis, merita abſq; alia probatione dictorū meritorū an ſtandum ſit . et nu.6.et 9.*

3 *Iudicis aſſertioni an & quādo ſtādū ſit, et nu.10.et 11.*

4 *Præſumptio magis eſt pro iudice, quam pro priuato. & numero 12.*

5 *Diſpoſitio d.l.ſi vnquam, an procedat ſolum quo ad legitimam. & nu.14*
7 *Pater an ob merita poſſit libere donare in præiudicium filiorum naſciturorum.*
8 *Legis diſpoſitio ſemper interpretanda eſt, etiam illam extendendo de caſu ad caſum, licet ſit pœnalis & exorbitans, ne redatur eluſoria.*
9 *Exempla licet regulam non reſtringant, eam tamen declarant, ita quòd regula non habet locum in alijs caſibus habentibus diſſimilem rationem.*
10 *Verbis iudicis aſſerẽtis cauſæ cognitionem interueniſſe in inſtrõ alienationis factæ de re minoris, an credatur.*
12 *Præſumptio non minus eſt pro prælato quàm pro iudice.*
13 *Aſſertioni prælati non ſtatur ſuper eo quod eſt ei prohibitum, licet aliquibus ſit permiſſum.*

CONSILIVM CXXXIII.

Excellentiſsime D. Iudex, concluſionem aliàs per me firmatam in fauorẽ, &c. in cõſ. 129. ſupra eo. lib.

Super ualiditate donationis factę per eius patrẽ percepi excellẽtiſsimũ aduocatum partis aduerſę inſurgere nõnullis rationibus, qui conatur oſtẽdere p̃dictam donationẽ nõ eſſe reuocata natiuitate
1 dicti infantis. Et mouetur primò, † quia diſpoſitio l. ſi vnquam, locum nõ habet in donatione remuneratoria: q̃a illa non eſt propria donatio, ſed potius quædã permutatio, ut inquit tex. in l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hæredita. & ibi not. Ang. & hoc tenent cõmuniter Doctores, quos breuitatis cauſa omitto. Et ſubdit, ꝙ ſtãdũ eſt aſſertioni donãtis qui in donatione expreſsit ſe facere dictã donationem ob merita in eũ collata per donatariũ, nec eſt opus ꝙ merita aliter probentur, eo, quia hæc donatio facta fuit ab illo qui potuit donare libere nullis præcedentibus meriti, iuxta not. per Bar. ĩ l. ſi forte. C. de caſtren. pecu. cũ alijs quæ adducunt copioſè per Mod. doct. in l. ſi donatione. C. de coll.

2 Præterea & ſecundo mouetur, quia † quãdo merita ſunt expreſſa ĩ cõtractu donationis, uerba enũciatiua meritorum prolata à donante, inducunt plenam probationem, nec alia probatio requiritur, iuxta not. per Bal. in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſi. & Iaſo. in l. ſi donationem. C. de collat.

3 Mouetur & tertiò, quia † in caſu noſtro de meritis conſtat, non ſolum ex aſſertione donatoris, ſed ẽt ex aſſertione iudicis, qui aſſerit ſe plenam adhibuiſſe cauſæ cognitionem ſuper meritis expreſsis per donatorem, cuius aſſertioni ſtandum eſt, ita uoluit Iaſ. in l. ſi donatione. C. de collat. in antepen. colum. ubi hoc probat per aliqua ſimilia, de qui-
4 bus ibi per eum, & † quia pro iudice ita aſſerente magis præſumendum eſt quã pro priuato. l. Herennius. §. Caius. ff. de euictio. l. 2. C. de offic. ciuil. iud.

5 Mouetur & quarto, † quia diſpoſitio. l. ſi vnquam C. de reuocan. dona. nõ procedit niſi quo ad legitimam, & adducit Alex. in conſi. 103. inci. circa primam dubitationem. col. 4. in 3. lib.

Iſta in effectu eſt ſumma & tota uis eorũ quę adducuntur cõtra aliàs deducta in mea cõſultatione.

Quibus tñ nõ obſtantibus adhuc ueriſsima eſt concluſio noſtra, & intrepidè amplectenda, per rationes de quibus in dicto conſilio.

Supeſt ut ſolum tollantur de medio rationes ſupradictæ, quibus clara & aperta dabitur reſponſio.

Et ad primã rationẽ inquantum dicitur, ꝙ diſpoſitio d. l. ſi vnquam, nõ procedit in donatione remu
6 neratoria, iſtud admittitur, † ſed in quantũ dicitur ꝙ ſtandum ſit aſſertioni donãtis exprimentis merita abſque alia probatione dictorũ meritorum: q̃a donatio facta fuit ab illo qui poterat libere donare, iſtud inficior: quia iſtud eſt falſiſsimũ, ut oſtẽdo, ergo ſumus in regula quę traditur per Gl. & Doct. in d. l. ſi donatione. C. de collation. & per Bar. in l. cũ quis decedens. §. Titia. ff. de legat. tertiò. Quod
7 † aũt pater non potuerit liberè donare in pręiudicium filiorum naſciturorũ, demonſtrat. Nã pone ꝙ quis donet bona ſua aut aliquã partẽ bonorũ pacto expreſſo appoſito, ꝙ non vult illam poſſe reuocari etiã in caſu in quo filij ſibi naſcãtur, an ualebit tale pactũ, certè cõcludo ꝙ non: quia diſpoſitio l. ſi vnquam, emanauit nedũ fauore donantis, ſed etiã fauore filiorũ, quibus per pactum de quo ſupra pater non poteſt p̃iudicare: arg. l. 2. C. de uſufru. & l. ſcire. C. ut in poſſ. lega. & ita tenet Io. And. ita concludens in titu. de inſtrumẽ. edit. §. porrò. verſ. hoc aũt certũ eſt, in addi. ad Specul. Alberic. in d. l. ſi vnquã ubi dicit ſe ita obtinuiſſe in quæſtione facti, & hãc opinionem etiam tenet Saly. in l. 1. in uer. quæro nonò, ꝙ ſi pater. C. de inoff. dona. Roma. in conſi. 269. incip. nõ eſt dubium, ꝙ donatio, ubi dicit formaliter ꝙ reiectis falſitatibus ſequenda eſt prædicta opinio Io. And. & ita conſuluerũt tres excellẽtiſſimi viri D. Franciſcus Curtius, Bart. Soci. & Io. Puteus in cauſa ardua in ciuitate Papię, quorũ cõſilia ſunt inſerta in lib. cõſi. prædicti D. Franciſci Curt. q̃ mittã ad excellentiam ueſtrã ſi opus erit: cũ ergo per pactũ expreſſum non poſsit pater taliter donare, quin natiuitate filiorum donatio poſsit reuocari: ergo falſum eſt dicere hanc donationẽ factam eſſe ab illo q̃ liberè potuit donare: q̃a iſtud non eſt uerũ reſpectu filiorũ naſciturorũ. Stãdũ ergo nõ ẽ aſſertioni donantis exprimentis merita per donatariũ in eũ fuiſſe collata, q̃a hæc enũciatio meritorũ fit à p̃ſona p̱hibita, iuxta doctrinas ſupius alleg.

Quod ẽt demõſtro apertiſsima rõne. Nã ſi aſſertio meritorum à donatore emiſſa induceret plenã probationẽ, alia uia permitteretur, id qđ prohibitum eſt, uidẽs donator ꝙ non poſſit pręiudicare filijs naſcituris pacto expſſo, ut dixi, ſemp exprimeret merita in donatione, quod dici nõ debet. c. tuę de procu. l. ſcire oportet. §. 1. ff. de tut. & curat. dat.
8 ab his. † Et diſpoſitio legis ſemper eſt interpretanda etiam illã extendendo de caſu ad caſum, licet ſit pęnalis, & exorbitans, ne reddatur eluſoria. c. ſi ciuitas. de ſenten. excommuni. in 6. lege. 1. §. ſi pecuniam. ff. de calumniat. quem ad hoc not. D. Anto. de But. in diſputatione incipi. Bononienſis. & etiam eſt Glo. in c. quanquam. in fi. de vſur. lib. 6.

Pręterea ut dixi aliàs nõ q̃libet merita ſufficiũt, ut donatio non poſsit reuocari natiuitate filij, ſed eſt opus ꝙ ſint magna merita exceſsiua, & inæſtimabilia allegando Angel. in d. l. ſi vnquam.

Nec obſtat dum dicitur ex aduerſo ꝙ Ang. ponit ibi exemplũ quod regulam non reſtringit. Ad hoc reſpon-

9 reſpondeo clarè,† ꝙ licet exempla regulam nõ re
ſtringant, eam tamen declarant,ità ꝙ regula non
habet locum in alijs caſibus habentibus diſsimilẽ
rationem.Glo.eſt in Clem.nõ poteſt.de procurat.
c.ſedes apoſtolica.ubi latè Doctores. de reſcrip.
Ad ſecundam rationem in quantũ dr̃, ꝙ ex quo
merita fuerunt ſpecificata, dicta aſſertio meritorũ
inducat eorũ probationẽ.rñdetur iſtud eſſe falſum
eo,quia ſi hoc eſſet uerũ de facili fieri poſſet fraus
legi ſpecificatis meritis.l.cõtra.ff. de legi.ideò D.
Alex.in l.ſi donatione.reprehendit Bal.ibi.adducẽ
do nota.per Bar.in l.cum quis decedens.§.Titia.ff.
de legat.3.& alios Doctores, de quibus ibi per eũ.
10 Ad tertiam rationem factã,† de iudice qui atte-
ſtatur ſe adhibuiſſe plenã cauſę cognitionem aſſer-
tioni dictorum meritorũ, rñdeo dupliciter, & pri-
mò,ꝙ limitatio quã tradit Iaſ. loquit̃ in iudice di-
ſponẽte in actu pertinẽte ad cõmodũ uel incõmo-
dũ,ut q̃a delegat cãm in qua iuriſditionẽ,& dicit ꝙ
hoc facit legitimè impeditus. Nã huic confeſsiõi
ſtabit̃:q̃a ex hac cõfeſsione nulli parat̃ prȩiudiciũ,
ſed ſolũ inducitur quædam exoneratio ipſius iudi-
cis.Sed in caſu noſtro ſecus eſt: quia ex hac aſſertio
ne iudicis infertur præiudicium filijs naſcituris, ſi
merita adducta ꝑ donãtẽ aliter nõ eſſent probãda.
Vel aliter reſpõdeo ꝙ aſſertio iudicis dicẽtis ſe
adhibuiſſe cauſæ cognitionem aſſertioni dictorum
meritorum nullo modo hoc probat, & pro hoc ad
duco in terminis pulchrũ conſiliũ Pau. de Caſt.nu.
11 2.inci.ſuper eo ꝙ quæritur.91.ubi dicit † ꝙ ſi ĩ in-
ſtr̃o alienationis factæ de re minoris cõtineat qua
liter iudex adhibuit cãæ cognitionẽ, iſta uerba nõ
ꝓbãt cãæ cognitionẽ allegatã fuiſſe adhibitã:q̃a in
cãę cognitione requirit̃ tp̃is ĩteruallũ,& cũ nõ po-
tuerit fieri tẽpore,quo inſtr̃m celebrat̃ non p̃ſumit̃
fuiſſe adhibita,iuxta not.ꝑ Bar.ĩ l.1.C. de fid. ĩſtru.
& iure haſtæ fiſc.lib.10.& in l.ſciẽdũ.ff.de verb.ob.
Nec obſtat ꝙ præſumatur pro iudice, quia reſpõ
12 deo,† ꝙ iſtud nihil obſtat, quod oſtendo.Nam nõ
minus p̃ſumitur pro prȩlato,& ſic perſona eccleſia-
ſtica,q̃ pro iudice.c.abſit.11.q.3.c.1.§.& ſi cliẽtu-
13 lus.de alien.feud. in vſib.feud.† & tñ nõ ſtat̃ aſſer-
tioni p̃lati ſuper eo quod eſt ei prohibitũ,licet aliq̃
bus caſib.ſit ꝑmiſſum.Ita decidit Bal.in p̃lud.in ter
tia diuiſione feudi.Io.de Im.in c.2.col.pen.de feu.
Alex.in conſi.10.incip.ponderatis. in 3.lib.col.2.
14 Ad ultimam rationẽ in † quãtũ dicitur ꝙ ex di-
ſpoſitione.l.ſi vnquã.non inducit̃ reuocatio dona-
tionis niſi quo ad legitimã, dico, iſtud eſſe falſiſsi-
mum,ut expreſsè dicit Bar.in l.Titia.§.Imperator.
in 1.col.ff.de leg.2.quem Doctores ibi ſequuntur.
Non obſtat auctoritas Alexandri in prȩallegato
conſ.104.quia ibi Dom.Alex.dans multas ſolutio-
nes cuidam argumẽto dicit,ꝙ in caſu.l.ſi vnquam,
donatio fuit inofficioſa,&c. non tamẽ ſe fundat ſu
per dicta ſolutione principaliter, quia ſciebat illã
non eſſe iuridicam: propterea D.Conſulens per-
pendens hoc non eſſe ſtabile fundamentũ,nõ ſe fir
mat in hoc,& trãſit ſicco pede.Sublatis itaq; addu-
ctis in fauorem partis contrariæ remanet cõcluſio
aliàs per me firmata uera,& indubitata,quã offero
me ſemp̃ & omni tẽpore ſuſtentaturũ. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio ſibi conceſſo per decennium non utens an il-
lud amittat.*
2 *Priuilegio vniuerſitatis per quãtũ tẽpus præſcribatur.*
3 *Vniuerſitas ſeu collegia conſtructa non ad pium vſum,
in aliquo non ſunt priuilegiatæ de iure communi, ſed
iure priuatorum vtuntur.*
4 *Reſtitutio in intregrũ peti nõ poteſt per collegiũ nõ piũ.*
5 *Negatiua quòd quis non ſoluerit collectam quomodo pro
betur.& nume.6.7.*

CONSILIVM CXXXIIII.

SI uera ſint ea quæ in facto proponun
tur, uidelicet ꝙ magiſter Benedi-
ctus iam decem annis elapſis & plu
ribus, chartas ſeu papirrũ publicè
uendiderit, & ꝙ nunquàm ſoluerit
quicquam ſocietati aromatariorũ,
ſine dubio ab illis de cætero minimè compelli po
teſt ad ſolutionẽ alicuius pecuniæ occaſione vendi
tionis quæ ꝑ ipſum fieret publicè de charta aut pa-
1 pirro.† eo,quia ubi alicui vniuerſitati ſeu collegio
cõceſſum fuit priuilegiũ,aliquid exigẽdi ſeu aliud
faciendi,ſi per decem annos ſteterit, quibus dicto
priuilegio vſus nõ fuerit extinguunt̃ uires dicti pri
uilegij, caſus eſt in l.1.ff.de nũdinis. per quẽ tex.di
cit ibi Bar.ꝙ ſi princeps conceſſerit priuilegiũ ſtu
dij generalis alicui ciuitati,& dicta ciuitas illo nõ
fuerit uſa per decenniũ,illud amittit.& iſtud idẽ te
net Bar.in l.locatio.§.earũ.ff. d̃ public.ubi dicit,ꝙ
ſi exactio uectigalis non pertinebat ad Rempubli
cã nec ad fiſcũ, ſed pertinebat ad aliquẽ priuatũ, ſi
fuerit ceſſatum decẽ annis in ſolutione dicti uecti
galis, cẽſetur præſcriptum iuri exigendi dictum ue
ctigal,per tex.in d.l.1.ff.de nund. hanc etiã cõclu-
ſionem ponit Io.And.in c.2.de immun.eccl. lib.6.
Pet.de Anch.in cõſ.261.incip. in q̃õne q̃ uertit̃.ad
fi.Glo.& Doctores in c.cum acceſsiſſent. de conſti
tu.ubi latè Do. Fely.col.10. & idem etiam tenent
Bar.& Moderni in l.fina.ff.de conſtitu. princ.ſi er-
go magiſter Benedictus iam decem annis præteri-
tis uẽdiderit chartam, & nunquam fuit coactus ad
ſolutionẽ alicuius pecuniæ occaſione prædicta, nõ
poteſt de cætero ſuper hoc inquietari à ſocietate
aromatariorum licet dicãtur habere priuilegium
à Reuerendiſsimo olim Legato Bononiæ exigendi
certam ſummam pecuniarum ſingulis annis à libra
rijs uendentibus publicè chartam, aut papirrum:
quia per non vſum dicti priuilegij per ſpatium de-
cem annorum illud cenſetur extinctum.d.l.1.ff.de
nundinis.cum alijs ſuperius allegatis.
2 Nec obſtat ſi dicatur † ꝙ cũ dictum priuilegiũ
fuit cõceſſum uniuerſitati nõ ſufficiet tẽpus 10.an
norũ in amiſsione talis priuilegij,quinimo req̃rat̃
ſpatiũ 40.anno. prout dicitur in eccleſia,& in ciui
tate.c.ſi de terra.& c.accedẽtibus.ĩ.de priuileg. in
argũ.Io.And.Imo.Abb.& Mo.ĩ d.c. cũ acceſiſsẽt.
de cõſtit.Ad hoc.n.rñdet̃ ꝙ licet iſtud ꝓcedat ĩ ec-
cleſia,nõ tñ ꝓcedit ĩ alia vniuerſitate, ſeu collegio
3 qđ nõ eſſet cõſtructũ ad piũ vſũ,† q̃a tales vniuerſi-
tates nõ repiuntur ĩ aliquo priuilegiatę à iure cõi,

quinimò utūtur iure priuatorum. iſtud in terminis noſtris vult Bar. in d.l.1.ff.de nūdinis.& in d.l.loca tio.§.earum.ff.de publica. probatur etiam ex ijs q̄ ponit Pau.de Caſt. in l.fin.C. de ſacroſ.eccl.col.4. ubi dicit ꝙ extra caſus poſitos in illa lege contra ciuitates & vniuerſitates preſcribitur ſicut contra priuatos: quia inſtar priuatorum obtinent.l.eum qui uectigal.ff.de verborum ſignification.

Probatur ex ijs quæ habentur per D. Abb.Mod.
4 in c.1.col.pen.de reſtitu.in integr.ubi dicit, † ꝙ ſi collegium non eſt pium nō poteſt petere reſtitutionem in integrum, licet læſum fuerit ex ſuo cōtractu & ſic vult ꝙ collegium aut vniuerſitas non ſit priuilegiata circa petendam reſtitutionē in integrum, prout eſt eccleſia.c.1.& c.auditis.de reſtitu.in integr.ſed ꝙ uti debeat iure communi in ſuis cōtractibus. Ex quibus ergo cōcludendum eſt, ꝙ ea quę ſupra allegata fuerunt de lapſu decem annorū procedant etiam in priuilegio conceſſo dictæ vniuerſitati aromatariorum: quia non eſt vniuerſitas conſtructa ad pium vſum. Sed inſtari poterit quomodo ꝓbabitur, ꝙ ꝑ decē annos præteritos præfatus magiſter Benedictus nunquam ſoluerit quicquam vniuerſitati aromatariorum chartam uendendo. Ad hoc reſpondeo, ꝙ iſta negatiua ex parte ipſius cenſetur probata, ita ꝙ onus probandi ipſum ſoluiſſe prædicto tempore incumbit ipſi vniuerſitati, & ra-
5 tio eſt: † quia ex parte magiſtri Benedicti iſta negatiua eſt improbabiliſsima, & non poſſet coarctari loco aut tēpore. c.quoniam contra falſam.de probatio.& lex non arctat aliquem ad impoſsibilia.l. impoſsibilium.ff.de regu.iur. igitur &c.& hanc doctrinam ponūt Petr.& Cy.in l.2.C.de iure emphy.
6 Vel aliter poteſt † dici, ꝙ iſta negatiua poteſt ꝓbari ex inſpectione librorum dictæ vniuerſitatis, in quibus deſcripta ſunt nomina illorum qui ſoluerunt prædictę vniuerſitati, & ſi ibidem magiſter Benedictus nō reperiatur deſcriptus ꝓbata erit eius intētio, ut in ſimili not. Ang. per illum tex. in l.1.C.
7 de exact.tribut.lib.10. ubi dicit, ꝙ † quis probatur nō ſoluiſſe collectā ex productione libri cōmunis, in quo deſcribunt nomina illorū qui ſoluerunt, & in dicto libro ille non reperiatur deſcriptus. faciūt nota.per Bar. in l.decem.ff.de verb.obli. ubi dicit ꝙ iſta negatiua, talis nō habet niſi tot bona probat per inſpectionē libri communis, in quo ſolent deſcribi bona ſubditorū, ut ibi per eū. Ex q̄bus ergo concludo Magiſtrū Benedictū nullo modo poſſe inqetari à ꝑdicta ſocietate aromatariorū. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Statuta laicorum diſponentia circa iuramenta inualida ſunt.*
2 *Verba generalia ſtatutorum non comprehendunt caſum ſuper quo ſtatuentes in ſpecie diſponere non poſſunt.*
3 *Extenſio permittitur in limitatis & exorbitantibus.*
4 *Filiusfamiliâs an poſſit contrahere ſine conſenſu patris.*
5 *Statutum prohibens filiumfamiliâs poſſe contrahere abſq; conſenſu patris, qua ratione moueatur.*
6 *Contractus celebratus per filiumfamiliâs non poteſt eius iuramento ſuper eo interpoſito firmari.*
Prodigus non obligatur ad obſeruātiā cōtractus iurati.
7 *Origo contractus inſpicienda eſt.*
8 *Statuta laicorum an comprehendat eſt.*
Statuta laicorum fauorabile poſſunt uti clerici, ueluti priuilegio.
9 *Clerici uti poſſunt laicorum ſtatuto excludente filias fœminas à ſucceſſione parentum extantibus maſculis.*
10 *Statutū non abſolutè prohibens contractū, ſed ſub certo modo, ualet etiā reſpectu eccleſiarū & clericorum.*
11 *Statutum quòd nullus ſubditus poſſit alienare in nō ſubditum, niſi ſoluat tantum pro libra, etiam perſonam eccleſiaſticam comprehendit.*
12 *Statutum quòd non ualeat teſtamentum niſi fuerit inſinuatum, comprehendit etiam clericum teſtantem.*
13 *Statutum laicorū ꝙ in alienatione rei immobilis faciēda à minore 25. annis conſenſus alicuius agnati debeat interuenire, aliâs contractus ſit nullus, comprehendit clericum minorem donantem laico maiori.*
14 *Statutum laicorum quòd nullus contrahere poſſit ſine licentia presbyteri, comprehendit etiam contractum cum clerico celebratum.*
15 *Statutum excipiens certos caſus in quibus filiusfamilias contrahendo obligari poſſit ſine patris conſenſu, omnes alios caſus ſimiles cenſetur comprehendere.*
16 *Statutum inducens ferias, excipiens alios caſus in quibus reddi poſſit ius tempore feriato, omnes alios caſus ſimiles expreſſis cenſetur excludere.*
17 *Statuto diſponente quòd contra inſtrumentum nulla poſſit opponi exceptio niſi talis, & talis, nulla alia etiam ſimilis poteſt opponi.*
18 *Statutum excipiens famulos, pediſequos, & filiosfamiliâs exercentes aliquā artem, intelligitur in cā in quo cōtrahunt in arte quā exercent, ſeu in eorū exercitio.*
19 *Statutum diſponens filiumfamiliâs poſſe contrahere, intelligitur ſolum in factis reſpicientibus mercantias.*
20 *Statuta mercatorum in materia non concernente mercantias, in alio foro non operantur.*
21 *Extenſio ſeu declaratio eſt intelligenda in ijs caſibus, de quibus lex extenſa loquitur, ſeu interpretatur.*
22 *Inſtrumento & aſſertioni contrahentium ſtandum eſt.*
23 *Aſſerenti pecuniam mutuatam fuiſſe conuerſam in utilitatem eccleſiæ, non creditur niſi probetur.*
24 *Aſſerenti caſum permiſſum ſubeſſe non ſtatur quando ſumus in prohibitis, certo caſu permiſſis.*
Veritas & non fictio ſpectanda eſt.
25 *Annullato principali, non annullatur acceſſorium, quando cauſa annullans principale non concurrit cum acceſſorio. & nu.30.*
26 *Iuramentum ſuper actu interpoſitum facit eum ualere eo modo quo poteſt.*
27 *Fideiuſſor adimplere poteſt promiſſionem iuramento firmatam abſque labe peccati.*
Obligatio principalis poteſt conſiſtere ſine obligatione fideiuſſoris. & nu.32.
28 *Statutum ubi eſt exorbitans & pœnale an ſiat extenſio. & nu.34.*
29 *Fideiuſſor ſoluens pro filiofamiliâs, qui contrahendo ex forma ſtatuti non obligatur, an contra illum regreſſum habeat. & nu.30. & 39.*
31 *Obligatio principalis qua ratione non firmatur iuramēto, ita non firmatur obligatio fideiuſſoris.*
33 *Beneficium conceſſum per aliquam diſpoſitionem, etiam ſtrictè interꝑtandā, principali, cōpetit etiā fideiuſſori.*
35 *Extenſio de caſu ad caſum ex rationis identitate in qualibet*

qualibet materia, permittitur.

Extenſio in materia correctoria an ſit permiſſa, & in materia exorbitanti & pœnali, & nu. 36.

36 *Diſpoſitio quando non eſt conſecutiua alterius, tunc quę libet diſpoſitio in qua non eſt permiſſa extenſio cōprehendit conſecutiua principalis diſpoſitionis.*

37 *Teſtamentum expugnare non permittitur ijs qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt.*

38 *Annullatio actus dicitur eſſe pœna.*

39 *Filiusfamilias ex contractu mutui non obligatur.*

40 *Paria ſunt cōtractū eſſe nullū ipſo iure, uel ope exceptionis, cōſiderato effectu ad quē eſt hēnda cōſideratio.*

CONSILIVM CXXXV.

Contra conſilium aliàs per me editū in fauorē Ludouici de Attolis Excellentiſſimus aduocatus partis aduerſę inſurgit nonnullis rationibus firmantibus concluſionem contrariam, & ut magis accommodatum reſponſum dari poſſit eius fundamentis, illa quam breuiſſimè referam.

In primis adducit uulgatam cōcluſionē doctorū
1 qui uolunt, † q̄ ſtatuta laicorum quæ deponunt circa iuramenta ſunt inualida, cum non habeant poteſtatem diſponendi circa ea quę ſunt ſpiritualia, prout concluditur latè per Doctores in auc. ſacram. puberum, C. ſi aduerſ. uend. poſt Bar. in l. omnes populi, in 2. q. 3. q. principalis. ff. de iuſt. & iur. & latiſſimè per D. Alex. in conſi. 59. incipi. uiſo inſtrumento. in primo lib. & in conſi. 125 inc. uiſis, & conſideratis, & in multis alijs locis Doctores qui habeantur pro relatis, ne ex relatione plurium Doctorum chartæ uideantur denigrari.

Secundò principaliter ipſe conſiderat unum, q̄ ſecundum eū ſufficeret pro uictoria reportandà, nā dicit q̄ iſte contractus, de quo agitur fuit celebratus, per clericum filiumfami. maiorem 25. annis, & rectorē cuiuſdā eccleſiæ parochialis, & ſuper bonis & rebus dictæ eccleſiæ, ideò ſtatutum præmiſſum non poteſt comprehendere dictum filium fami. cle
2 ricum, † quia uerba generalia ſtatutorum nō comprehendunt caſum ſuper quo ſtatuentes in ſpecie diſponere non poſſunt. c. à nobis. ubi Abb. notat de ſent. excom. c. tua. de act. Bal. in l. fi. §. in computatione. C. de iure delibe. Canoniſtæ in c. ut animarū de conſti. lib. 6. cum ſuis concor.

Mouetur, & tertiò principaliter: quia p̄miſſum ſtatutum excipit certos caſus in quibus obligatur filiusfamil. contrahens, uidelicet nobiles, ſcholares, pediſequas, forenſes, & alios filiosfamilias maiores 25. annis exercētes aliquam artem, negotiationē exercitiū, &c. ergo multo magis ur̄ excipere filiū
3 familiàs clericum, in quo uī eſſe maior rō quo † caſu in limitatis, & exorbitantib. p̄miſſa eſt extenſio, c. cum dilecta. de confir. util. uel inut. Glo. in l. 1. C. de condi. indeb. Eo maximè, quia interpretatio eſt
4 † fauorabilis cū per eam reducamur ad diſpoſitionem iuris communis permiſit filiumfamil. poſſe cōtrahere abſque conſenſu patris l. filiusfam. ff. de actio. & obli. l. tam ex ꝯtractibus. ff. de iud. iux. not. per Gl. in c. ſtatutum. in uerbo numeran. de præb. lib. 6. pro qua eſt bonus tex. in c. 2. in princ. de deci. lib. 6. Iſta in effectu eſt ſumma uerborū q̄ per multas chartas adducuntur per aduocatum partis aduerſæ.

Quibus non obſtantibus adhuc credo cōcluſionem per me ſupra firmatā in primo articulo cōſultationis eſſe uerisſimā. quam ultra ſuperius adducta confirmo alia ratione iudicio meo urgentiſſi
5 ma. Nā † ſtatutum nulla alia rōne prohibuit filios familiàs poſſe contrahere abſque patris conſenſu, niſi quia uoluit coarctare iuueniles calores. iuxta tex. in l. fi. §. filijs aūt. C. de bon. quæ liber. Et ſic interdixit filijs familias facultatē contrahendi ueluti prodigis, ut in ſimili dicunt Bald. & Pau. de Caſt. in d. l. fi. §. filius aūt. C. de bon. quæ libe. ſequitur ergo
6 † q̄ contractus celebratus per dictos filiosfami. nō poſſunt firmari iuramento interpoſito ſuper talib. contractib. prout concludit Bar. in l. is cui bonis. ff. de uerb. obli. poſt Fride. de Senis in conſi. per eū allegato, & idem tenent Pet. de Anch. Ang. & Paul. de Caſtr. ibi, in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. quem etiā opinionē poſt multa ſequitur ibi D. Alex. in fi. concludens ueram eſſe opinionē Bart. q̄ prodigus non obligetur ad obſeruationem contractus iurati. Et ex iſto fundamento infero, q̄ ſi ſtatutum ulterius irritat iuramentum interpoſitum ſuper eius contractibus adhuc non tenentur ad obſeruationem dicti contractus, cum ſit q̄ cenſeatur interdicta facultas contrahendi ueluti prodigo, per ea quæ ſupradicta ſunt. allegando Bal. & Paul. de Caſt. in d. l. fi. §. filius autem. C. de bonis quæ liber. & ex iſta ratione tollitur primum fundamentum Do. Conſultoris. Ad quod etiam uariæ ſolutiones elijci poſſunt ex deductis in dicto meo conſilio: quia me non latuit dictū fundamentum prima facie contrariari intentioni prędicti Ludouici.

Ad ſecundum fundamentum in quo dicebatur, q̄ ſtatuta laicorum nō cōprehendunt clericos, rn̄deo p̄mittendo prius unū in facto, uidelicet q̄ contractus principalis celebratus inter Ioānem de Gilio parte una, & D. Ortenſium clericum parte altera, fuit contractus mutui. nam prædictus Io. mutuauit eidem Ortenſio libras trecentum octuaginta ſeptem monetæ currentis, prout patet ex inſtrumēto rogato per Ser Franciſcum de Comitibus anno, & die in eo contentis. Et licet rōne talium pecuniarū pro quibus fideiuſſit dictus Ludouicus locauerit p̄dictus D. Ortēſius eidem Ioanni fructus beneficio
7 rum ſuorum nihilominus † origo contractus quę eſt inſpicienda ut dicit tex. formalis in l. ſi filius. C. ad Maced. & in l. tutor. ff. de fideiuſſ. fuit cōtractus mutui. Et ſic nō eſt uerum, id quod dicitur per aduocatum partis aduerſę q̄ contractus iſte fuerit celebratus ſuper bonis & rebus eccleſiæ, licet fuerit celebratus per filiumfamilias clericum.

Hoc ergo p̄miſſo rn̄deo obiectioni propoſitæ,
8 † q̄ ſtatutum de quo ſuprą comprehendit filiumfamilias etiam clericum, iſtud oſtendo pluribus rationibus & primò, quia dictum ſtatutum emanauit fauore filiorum familias, & ſic eſt fauorabile. poſſunt ergo clerici uti hoc ſtatuto laicorum in ſui fauorem, ueluti quodam priuilegio, & excludere creditores agentes contra eos. iux. not. per Abb. & latè Modernos in c. eccleſia S. Mariæ. in ulti. colum.

de

9 de conſti. ubi concluditur ꝙ † ſtatuto laicorum ex-
cludente filias fęminas a ſucceſsione parentum ex-
tantibus maſculis, uti poſſunt clerici, ueluti quodã
priuilegio ad excludendũ prædictas filias fęminas.
10 Pręterea & ſecundò rñdetur ꝙ † quando ſtatutũ
non abſolutè prohibet contractum, ſed ſub certo
modo & forma, tũc huiuſmodi ſtatutum ualet etiã
reſpectu eccleſiarum, & clericorum. Iſtud patet ex
ijs qui decidit Bald. in c. clerici, in col. 1. de iud. ubi
11 dicit, † ꝙ ſtatutum ciuitatis Mediolani quo cauet
ꝙ nullus ſubditus Poteſtati Mediolani alienare poſ
ſit in non ſubditum niſi ſoluat tantum pro libra, cõ
prehendat etiam perſonam eccleſiaſticam, & dicit
ita conſuluiſſe D. Signorolum de Homodeis docto
rem Mediolanenſem, & idem conſuluit D. Franci-
ſcus de Albergo. ut refert Do. Cardin. in conſ. 144.
col. 2. & in c. perpendimus, q. 9. de ſent. excommu.
cum ergo ſtatutum prædictum non ſimpliciter, aut
abſolutè prohibeat filiumfamilias contrahere ſed
ſub certa forma, uidelicet ſi pater conſentiat, huiuſ
modi ſtatutum non comprehendet etiam perſonã
eccleſiaſticam.
12 Confirmatur iſta † ſolutio ex not. per Bar. in l. cũ
ctos populos. C. de ſumma Trini. & fid. cathol. in 9.
col. qui dicit, ꝙ ſtatutum diſponens ꝙ nõ ualeat te
ſtamentum niſi fuerit inſinuatum comprehendit ẽt
clericum teſtantem: quia eius teſtamentum uitia-
bitur ſi non fuerit inſinuatum, & idem tenet Bal. in
auct. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccle. Fely. in c. quæ
13 in eccleſiarũ. col. 30. de conſti. Accedat † ꝙ uoluit
Saly. in d. auct. caſſa. col. pen. ubi dicit, ꝙ ſtatutum
laicorum quo cauetur: ut in alienatione rei immo-
bilis facienda à minore 25. annis conſenſus alicu-
ius agnati debeat interuenire, aliàs contractus ſit
nullus, comprehendit laicum minorem alienãtem
aliquam rem clerico titulo uenditionis uel dona-
tionis: quia dicta alienatio erit nulla, ſi agnatus nõ
conſenſerit: & ratio eſt ſecundum eum, quia alienãs
eſt ſuppoſitus iuriſdictioni ſtatuentium: qui eidem
prouidere potuerunt, & ſubdit Saly. idem eſſe è con
tra ſi clericus minor donaret laico maiori: q; a nec
iſto caſu alienatio ualeret, cum militia non tollat
leges propter imbecillitatem conſilij perſonæ cui
cohærent prouidentes. l. ſi Rufinus, & in l. fin. C. de
mili. teſta. & idem tenet Alberic. de Roſa. in 2. par
te ſtatuto. q. 2. in fi. ubi loquitur de prędicto ſtatuto
ciuitatis Mediolani.
14 Vltimo loco adduco notata † per Bal. in repe. l.
cunctos populos. C. de ſum. Tri. & fide cath. col. 10.
ubi uoluit ꝙ ſtatutum laicorum uolens ut nullus cõ
trahere poſſit ſine præſenia presbyteri, comprehen
dat etiam contractum qui fiet cum clerico, adducit
id quod habetur in l. cum lege. C. de epiſco. & cler.
& in l. generali. C. de ſacroſ. eccle. Et hoc dictum ſe
quitur Alex. in cõſi. 93. inci. uiſis & põderatis. col.
8. & lib. 2. Ex quibus oĩbus indubitanter concludo,
ꝙ præmiſſum ſtatutum comprehendit clericum fi-
liumfamil. contrahentem, dummodo non faciat
contractum ſuper rebus eccleſiæ, quia non abſolu-
tè prohibet filiumfamil. contrahere, ſed ſecundũ
quid, uidelicet patre non conſentiente.
Ad ultimum fundamẽtum reſpondetur duplici-
15 ter, & primo, † ꝙ ex quod dictum ſtatutum excipit
certos caſus in quibus filiusfam. contrahendo obli
gari põt abſque patris conſenſu, omnes alios caſus
ſimiles, & per conſquens caſum noſtrũ uĩ uelle com
prehẽdi ſub regula dicti ſtatuti prohibentis filium
familias poſſe cõtrahere ſine pr̃is cõſenſu: arg. l. nã
quod liquidè: §. fi. ff. de pen. leg. & l. quæſitũ. §. deni
que. ubi Bar. ff. de fund. inſtruc. inſtrumento que le-
gat. Ideo dicit Bal. in l. 1. §. ſed excipiuntur. in fi. ff.
16 de fer. † ꝙ ſi ſtatutũ inducẽs ferias excipiat tres ca
ſus quibus reddi poſſit ius tẽpore feriato, oẽs alios
caſuſ ẽt ſimiles expreſſis cenſetur uelle excludere.
Et idẽ in ſimili dicit Bal. in l. ita nobis pudor. C. de
17 adul. ubi uoluit † ꝙ ſtatutũ ſi diſponat ꝙ cõtra iſtũ
nulla poſſit opponi exceptio niſi talis, & talis, nulla
alia ẽt ſimilis poterit opponi, & idẽ dicit in l. item
uidendũ. §. fi. ff. de peti. hære. & Io. de Imol. ubi pul-
chrè hoc declarat in l. fi. col. 6. ff. à quib. appel. non
18 li. Vel aliter põt reſponderi, ꝙ prædictum † ſtatutũ
excipiens famulos pediſequas, & filiosfamilias e-
xercentes aliquã artẽ, eſt intelligendum in caſu in
quo iſti contrahunt in arte, quã exercent ſeu in eo-
rum exercitio: quia ſi contraxerint ex alia cauſa nõ
obligabuntur uirtute regulę quam ponit dictũ ſta-
tutũ. Ita dicit Bald. in d. l. & ita. §. ex hoc edicto. ff.
19 nau. caup. ſtab. ubi ꝑ illũ tex. uoluit, † ꝙ ſtatutum di
ſponens filiumfamilias poſſe contrahere, intelli-
gitur ſolum in factis reſpicientibus mercantias &
non in alijs. Idem in ſimili propoſito dicit Bal. in l.
fi. C. ad Macedon. & in l. 2. C. de conſti. pec. col. 2.
20 ubi dicit † ꝙ ſtatuta mercatorum in materia nõ cõ
cernente mercantias non operantur in alio foro: ſe
cus ſi concernerent mercantias. Et pro confirma-
tione huius multa adduci poſſent quę agregauit D.
Fel. in c. ordinẽ, de reſcr. in uer. limitata cauſa poſi
to ergo ꝙ dictum ſtatutum in illis caſibus expreſ-
ſis comprehendat filiumfamil. clericum, tamẽ eſt
intelligendum in caſu in quo clericus contrahere
circa ea quę ſpectant ad eccleſiã, ſeu ad clericatum
21 ſecus ſi contraheret ex alia cã: † quia extenſio ſeu
declaratio eſt intelligenda in ijs caſibus, de quibus
loquitur lex extenſa ſeu interpretatur Bar. in l. ni-
hil. ff. de coniug. cum emancip. lib. Gl. in c. ſicut. in
uerb. formã. de elec. lib. 6. Sed in caſu noſtro filius
familias clericus celebrauit contractum mutui
principaliter ut ſupra dixi, non ex cauſa reſpiciẽte
utilitatẽ eccleſię: igiť comprehẽdetur ſub regula
dicti ſtatuti prohibẽtis filiumfamilias contrahere
non aũt in exceptione dictorũ caſuũ quos poſuit
dictũ ſtatutũ. Et ex iſtis patet clara reſponſio ad ea
quæ adducta ſunt longa uerborum ſerie contra pri
mũ articulũ noſtræ cõſultationis, quibus ſublatis,
remanet clara, & uera concluſio per me firmata.
Cui non obſtat ſi dicatur ꝙ mutuum fuit cele-
bratum ex cauſa concernente utilitatem eccleſiæ:
22 † quia ita aſſeruit in inſtrumento præfatus filiusfa
mil. clericus, cuius aſſertioni ſtandum eſt. l. opti-
mam. C. de contrah. & commiten. ſtipulatio. cum
23 uulg. quia ad hoc clare reſpondetur, † ꝙ iſta aſſer-
tio nihil operatur niſi probetur pecuniam mutua-
tam fuiſſe uerſam in utilitatem eccleſiæ, prout tra
dunt. Bar. & Doct. in l. ciuitas. in fi. ff. ſi cert. pet.
24 Præterea quãdo † ſumus in ꝓhibitis certo caſu
permiſſis nõ ſtatur dicto alicuius aſſerentis caſum
permiſſum

permiſſum ſubeſſe : quia ueritas ſpectanda eſt,non
quod quis finxit.l. forte.ff. de caſtren. pecul. ubi
Bar.notat.Idem Bar.in l.cum quis decedens.§.Ti-
tia.ff.de leg.3.Gloſ.& Doctores in l. ſi donatione.
C.de collat.Ludo.Roma.in auc.ſimiliter.col.1.C.
ad leg.Falcid.

Contra ſecundum articulum præmiſſæ conſulta
tionis idem Conſultor adducit aliquas rationes.

25 Et primo,† quia annullato principali nõ annul-
lať acceſſoriũ, qñ cã annullãs prĩcipale nõ ꝯcurrit
in acceſſorio.c.debitores. vbi Abb.de iureiur.col.
1.adducit etiam tex. in §.ſi quis alium. inſtitu.de
inutil.ſtipul.& tex.in l.& ſi is. C.de præd.mino. &
tex.in l.in teſta.la 1.ff.de cond.& demonſtrat. & ca
ſum quẽ dicit eſſe notabilẽ in l.fi.§.fi.ff.de condit.
indeb.& multa alia quę dilatãdo fimbrias adduxit,
quibus multa addi poſſent ſi folia adimplere vellẽ.

26 Secundò adducit, † quia iuramentũ interpoſitũ
ſup actu facit eum ualere eo modo quo poteſt.l.cũ
patre.§.filius matrem.ff.de lega.2. Bar. allegando
dictũ tex.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo. col.ult.
& Doctor.in ultimis locis de quibus per Iaſonẽ.in
§.item ſi quis.inſtit. de action.& ſubdit ꝙ leuitas
27 eſt de hoc dubitare cũ † fideiuſſor poſsit adimple-
re promiſsionem iuramento firmatam abſq; labe
peccati.& in hoc uerſatur probitas & honeſtas ip-
ſius l.Quintus.ff.mãd.ubi Glo. ſubdit etiã ꝙ obli-
gatio fideiuſſoria non eſt conſecutiua principalis
obligationis,quia ſine fideiuſsione obligatio prin
cipalis conſiſtere poteſt.l.1. ff.de fideiuſſ.

Adducit & tertio,quia ſtatutum de quo ſupra,eſt
28 † exorbitans & pęnale, ideo non extenditur ex ra-
tionis idemptitate Glo.in Clemen. ut hi qui in ver
bo, in eiſdẽ.de æta.& qualit.Aret. in c.per tuas de
prob.& in c. cum non ab homine.de iudic.ubi ad-
ducit tex. in l. ſed ſciendum.ff. ad leg. Pompeiam
de Paricid.& in l.ſi uxor. in prin.ff.de adult.

29 Vltimò dicit † ꝙ cum ſtatutum uelit, ꝙ filiusfa-
milias contrahendo non obligetur fideiuſſor ab eo
datus ſoluens.pro eo non habebit regreſſum con-
tra illum,& pro hoc dicit eſſe caſum in l.ſed ſi pa-
ter.§.non ſolum.ff. ad Maced.& ſubdit iſtũ caſum
eſſe ſibi,& cuicunque intelligẽti eſſe clariſsimum.

Sed iſtis non obſtantibus dicta & concluſa in pręmiſſo ſecũdo articulo dictę cõſultationis puto eſſe
ueriſsima & clara mihi,& cuicũq; ſanè intelligẽti,
ſi ea quæ dixi,rectè intelligãtur,& bono ſenſu inter
pretentur,& non ſiniſtro modo,licet ad omnia ad-
ducta in contrarium,ex ijs quæ per me adducta fue
runt pateat clara & aperta ſolutio,in ſpecie tamen
reſpondebitur vnicuique obiectioni.

30 Et ad primam † in quãtum dicebatur,ꝙ annulla
to principali non tollitur acceſſorium, ſi cauſa an-
nullans principale non concurrat in acceſſorio, rñ
detur,ꝙ iſtud aſſumptũ facit ꝓ cõcluſione nr̃a:quia
in acceſſorio concurrit cã quæ concurri cum prin-
cipale,patet : quia ut dixi fideiuſſor exactus poſsit
hr̃e regreſsum contra filiumfamilias, & ſic ſibi nõ
prodeſset beneficiũ dicti ſtatuti, ideo ad fideiuſſo-
rem extendetur beneficium ſtatuti.d.l.ſed ſi pater.
§.nõ ſolũ. ff. ad Maced.cum alijs.per me adductis.

Solutio etiam poteſt colligi ex notat.per Pet.de
31 Ancha.in conſi.331.incip.uiſis ubi dicit, † quòd
qua rõne obligatio rei principalis non firmatur iu
ramento,ita & pari rõne non firmabitur obligatio
fideiuſſoris,ideo D.Conſultor ꝑpendens, ꝙ nõ po
terat bene reſpondere ad dictum conſilium Anch.
dicit ꝙ ex adductis per eum patet reſponſio: ſed ex
eius.dictis non percipio quomodo ad illud reſpon
deat,ad ſecundam rationem in ſpecie reſpondi in
d.conſilio,ideò non repeto ſolutionem.

32 Ad id quod dicebatur,† ꝙ obligatio principalis
poteſt cõſiſtere ſine obligatione fideiuſſoris,reſpõ
detur ꝙ hoc eſt uero uerius,& iſtud notum eſt, etiã
in tonſoribus,& quia fundamentum per me addu-
ctum non fuit intellectum,ideò declaro, & dico,ꝙ
obligatio fideiuſſoris eſt acceſſoria & conſecutiua
obligationis principalis : quia ipſa obligatio fide-
iuſſoris non poteſt conſiſtere ſine principali. Bene
uerum eſt, ꝙ principalis obligatio ſine fideiuſſore
33 conſiſtere poſsit. † attamen beneficium cõceſſum
per aliquam diſpoſitionem. etiam ſtrictè interpre-
randam,principali,competit etiam fideiuſſori: qa
niſi competeret dictum beneficium fideiuſſori, nõ
prodeſſet etiã reo principali.l.aduerſus.ff.de arbit.
l.fideiuſſoris.iuncta l.ſi vnus.§.in ſumma.ff.de pac.
& d.l.ſed ſi pater.§.non ſolum. ff.ad Maced. & hac
de cauſa dixi obligationem fideiuſſoris eſſe conſe-
cutiuam obligationis principalis,& ſic per me ad-
ducta optimè procedunt.

34 Ad penul.in quo dicebatur, † ꝙ ſtatutũ hoc eſt
pęnale,& exorbitans, ideò non dẽt extendi ad aliũ
caſum etiam ex rationis identitate, reſpondeo, ꝙ
Conſultor in hoc iudicio meo decipitur: quod oſtẽ
35 do.† Et primo dico,ꝙ ex rõnis identitate,in quali-
bet materia permiſſa eſt extẽſio de caſu ad caſum,
quæ tamen potius dicitur quædam intentio, prout
declarat pulchre Bald.poſt Cyn.in l.de quibus.col.
6.ff.de legi.Pau.de Caſt.in conſi.338,inci. præſens
caſus,col.1.ubi dicit ꝙ male allegatur Gl. per Do-
ctores in auc.quas actiones.C.de ſacroſan. eccl.dũ
dicunt,ꝙ ex rõnis idemptitate non eſt permiſſa ex
tenſio in materia correctoria:quia debuit allegari,
ꝙ in dicta materia non eſt permiſſa extenſio ex rõ-
nis ſimilitudine,ut ibi latius per eum,cum ergo ea-
dem ratio quæ eſt in principali concurrat etiã in fi-
deiuſſore, caſus iſte includetur in dicto ſtatuto.

36 Vt aliter reſpondeo, † ꝙ quando una diſpoſitio
eſt cõſecutiua alterius, prout dixi eſſe obligatione
fideiuſſoris, tunc quælibet diſpoſitio, in qua nõ eſt
permiſſa extenſio comprehendit conſecutiua prin
cipalis diſpoſitionis,iſtud ſic patet. Nam nõ minus
ꝓhibita eſt extenſio in materia correctoria ſimpli-
citer,q̃ in materia exorbitanti & pęnali ſimul: quia
ſicut ex rationis ſimilitudine non eſt permiſſa ex-
tenſio in materia exorbitãti, & pęnali ſimul,etiam
ſic nec in correctoria ſimpliciter , ut traditur per
Gl.& Doc.in auct.quas actiones. C.de ſacroſ.eccl.
ſed in materia correctoria fit extenſio ad conſecu-
tiua diſpoſitionis quę corrigitur.c.à multis.de ęta.
& quali.c.miramur.de ſer.non ordinan. Gl. ubi D.
Abb.in c.non debet.de conſan.& affinit.ergo & in
caſu noſtro fiet extenſio ad conſecutiua principalis
obligationis.& ſic ad fideiuſſorem.

Confirmatur hęc ſolutio ex notat.per Bar.& Do
ctores communiter in l.Gallus.§. & quod ſi tãtum.

ff.de

37 ff.de liber.& poſth.ubi concludunt ꝙ cum ſit † ꝙ ij
non poſſunt expugnare teſtamẽtum,qui ab inteſta-
to non poſſunt ſuccedere.§.item adoptiuos, inſtit.
de hęre.quæ ab inteſta.deferun.l.poſt mortem.§.ſi
liberis.ff.de bono.poſſ.cont.tąb.ſi ſtatutum corre-
ctorium iuris communis excludat fęminas extanti
bus maſculis à ſucceſsione patris defuncti ab inte-
ſtato,tunc filia præterita in teſtamento patris, non
potuit dictum teſtamẽtum expugnare, licèt de hoc
prędictum ſtatutum iuris communis correctorium
nihil loquatur.

Præterea ꝙ prædictum ſtatutum ſit exorbitans
iſtud clarum eſt,ꝙ autem ſit pęnale non uideo hoc
poſſe dici,niſi dicatur,ꝙ ſit pęnale iſto reſpectu: q̃a
annullat contractum celebratum à filiofamiliàs ſi-
38 ne patris conſenſu † annullatio aũt actus dr̃ eſſe pę
na.l.Senatus,ff.de contrah.empt. l.fi. C.de poſthu.
hæred.inſti.& c.ſi religioſus. de electio. lib.6. Bal.
in l.non dubium.C.de legi.Abb.in c.cognoſcẽtes.
de conſti.ſed proculdubio licet prædictum ſtatutũ
procedat annullando contractum celebratum à fi-
liofamilias,per hoc non dicetur pęnale, eo quia e-
manauit in fauorem principaliter filiorumfami-
lias,uel eorum parentum.Ideò hoc caſu diſpoſitio
non dicetur pęnalis,prout magiſtraliter & pulchre
declarat excellens Doctor D.Philippus Deci.in c.
cognoſcentes.col.4.de conſti.ubi dicit, ꝙ quando
diſpoſitio annullat contractum in odium alicuius,
tunc dr̃ penalis,ſi uero annullat cõtractum in fauo-
rem alicuius principaliter, tunc non dicetur pęna-
lis,& licet hoc tendat in præiudicium aliorum,ta-
men cum hoc ueniat in conſequentiam, diſpoſitio
dicetur fauorabilis,licet actus annulletur, & addu-
cit Ale.per illum tex.in l.2.ff.de libe.& poſth.& ſic
ceſſat obiectio ſupra facta.

39 Ad ultimum † d.l.ſed ſi pater.§.non ſolum.ff.ad
Macedon.ubi dicit Cõſultor eſſe caſum expreſſum
&c.rñdeo,ꝙ imò ibi eſt caſus expreſſus pro conclu
ſione mea,& p̃mitto ꝙ filiusfamil.ex contractu mu
tui in effectu non obligatur:quia tutus eſt exceptio
ne Senatusconſulti Macedoniani , & tamen ibi dr̃
ꝙ fideiuſſor datus ab eo, ideo non obligatur effica
citer:quia ipſe mãdati heberet regreſſum , & ſic e-
xactus à creditore haberet regreſſum cõtra filium
familias,pro quo fuiſſet compulſus ad ſoluendum,
& ſic non eſt bona conſequentia,ſtatutum diſponit
ꝙ filiusfamil.non obligetur : ergo fideiuſſor datus
ab eo non habet regreſſum contra eum : quia ibi
lex expreſsè decidit contrarium.Nec obſtat ſi dica
tur in caſu noſtro cõtractus eſt nullus ipſo iure , in
caſu autẽ §.ſed ſi pater. contractus mutui celebra
tus per filiũfamil.mero iure ualebat , licet obſta-
ret exceptio Senatuscõſulti Macedoniani , ad hoc
40 reſpondeo clare,† ꝙ conſiderato effectu ad quem
eſt habenda conſideratio , paria ſunt contractum
eſſe nullum ipſo iure,uel ope exceptionis, l.nihil,
ff.de reg.iur.l.ſi dare.ff.de uerb.obli.Ex quibus in
trepidè concludo omnia dicta in præmiſſa conſul
tatione noſtra, cũ iis hic additis eſſe uerisſima, q̃d
quid dicant Conſulentes contrarium. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Ferro uiam aperit qui per contraria tranſit.*
2 *Iuri patronatus competenti laico ex dotatione,aut ex ædificatione eccleſiæ, an derogari poſſit.*
3 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, non tamen illam ampliat, ut ſub ea comprehendantur quæ aliàs non fuiſſent comprehenſa.uide, nu.30.*
4 *Legati facultas circa derogationem iuris patronatus ſtrictiſſimè eſt interpretanda.*
5 *Ius patronatus laico acquiritur ex præſcriptione, priui legio ,aut ex conſuetudine.*
6 *Extenſio de caſu ad caſum ex rationis ſimilitudine per mittitur, in ijs quæ excipiuntur à regula & nu.42.*
7 *Similia illa dicuntur quæ per eandem rationem regulan tur.*
8 *Ratio quæ ſola reddi poteſt, pro expreſſa habetur.*
9 *In diſpoſitione in qua eſt expreſſa ratio includuntur alij caſus in quibus congruit ipſa ratio,non per extenſionẽ ſed per intentionem.*
10 *Paria ſunt eſſe tale,uel haberi pro tali,quo ad iuris effectum.*
11 *Intellectus ad c.quoniam. de iure patrona.*
12 *Exemplum non reſtringit regulam.*
13 *Verba in dubio interpretanda ſunt, ut iuri communi nõ derogent,etiam ſi nullum effectum operarentur,& nu mero 55.*
14 *Diſpoſitio quælibet ſumit interpretationem à iure natu rali cum ſit iuſta huiuſmodi interpretatio & æqua.& numero 57.*
16 *Donans aut ædificans eccleſiam maiorem impenſam & ſumptus facit, quàm aſſignans fundum in quo eccleſia conſtruenda eſt.*
16 *Verba reſcripti debent conformare æquitati, etiã ſi hoc uerba ipſa non patiantur.*
17 *Legatus de latere non poteſt conferre beneficium iuris patronatus laici,ſecus ſi habet priuilegium à Summo Pontifice expreſsè indultum.*
18 *Legatus de latere beneficium patronatum laici ex dota tione, fundatione,& ædificatione,conferre non poteſt.*
19 *Diſpoſitio quælibet interpretanda eſt, ut non ſit ſuperflua,ſed ut aliquem effectum operetur.*
20 *Syllaba quælibet appoſita in inſtrumento aliquem effectum debet operari.*
21 *Epiſcopus habens priuilegium teſtandi de bonis ſuis, teſtari poteſt etiam de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis.*
22 *Epiſcopus teſtari poteſt de bonis proprijs de iure communi.*
23 *Princeps concedens iudici ius inquirendi de delicto, de quo poterat prius inquirere , concedere intelligitur,ut procedere poſſit non præcedente fama.*
24 *Verba in ſupplicatione contenta, ꝙ derogetur iuri patronatus competenti laico pro una uice tantum , quæ importent.& quæ uerba, concedimus , & derogamus in ſignatura poſita,& nu.26.31.32.*
25 *Fruſtra precibus imploratur quod à iure conceſſum eſt.*
26 *Exceptio non debet dici bona , quæ non excepta non includeretur ſub regula , & ſub ea incluſis & conceſſis.*
28 *Vicarius epiſcopi ab eo habẽs auctoritatem expediẽdi omnia quæ ipſe epiſcopus poteſt,excepta collatione beneficiorum,poteſt etiam expedire omnia negotia quæ ſpeciale mandatum requirunt.*
29 *Procurator qui ex mandato poteſt omnia quę poteſt do*

minus

minus excepto aliquo negotio, poteſt expedire alia negotia quæ mandatum ſpeciale exigunt.

30 *Papa cõfirmando omnia priuilegia ſi unũ excipit quod eſt contra ius omnia alia priuilegia quæ ſunt contra ius confirmare cenſetur.*

33 *Poteſtas caſſans unum proceſſum ſui aſſeſſoris, omnes alios cenſetur approbare.*

34 *Voluntas diſponentis non trahitur ad ſibi incognita.*

35 *Exceptio quæ fit à regula firmat eam in caſibus nõ exceptis.*

36 *Conſuetudo diſponentis multum eſt conſideranda, quo ad interpretandam eius diſpoſitionem.*

37 *Appellatione filij quando nepos contineatur.*

38 *Experientia eſt efficax rerum magiſtra.*

40 *Intellectus l.generali.§.uxori.ff.de uſufruc.lega.*

41 *Exceptio inutilis, & nullum effectum operans, ampliat regulam, ut ſub ea contineantur quæ aliàs non fuiſſent contenta.*

43 *Lex facilius modificat, & ampliat diſpoſitionem ſuam, quàm diſpoſitionem hominis.*

44 *Extenſio in diſpoſitione hominis non fit de caſu ad caſum ex rationis ſimilitudine, aut maioritate.*

45 *Rationis maioritas in pactis an includat caſum diuerſum.*

46 *Pactum inter conductorem & locatorem. ꝙ conductor non teneatur ſoluere penſionem ſi peſtis aut bellum contingerit, non extenditur ad ſiccitatem.*

47 *Diſpoſitio taxatiua appoſita in diſpoſitione legis nõ excludit hæredem illius de quo facta fuit mentio in diſpoſitione, ſed ſecus in diſpoſitione hominis.*

Intellectus l.ſi neceſſarias.§.de uendendo.ff.de pigno. actio.

48 *Statutum ꝙ debitor poſſit capi perſonaliter, cõprehendit eius hæredem.*

49 *Pactum appoſitum in inſtrumento ꝙ debitor poſſit perſonaliter capi, ad hæredem eius non tranſit.*

50 *Verba generalia prolata ab homine, non recipiunt reſtrictionem de habilitate, ſed intelligenda ſunt in ſui generalitate, licet ſecus ſit in diſpoſitione legis.*

51 *Feudum conceſſum pro ſe & quibuſcunque hæredibus, tranſit in fideicommiſſarium facta reſtitutione. Et in eo etiam ſuccedunt hæredes extranei.*

52 *Intellectus ad c.quoniam de iure patronatus.*

53 *Dictio taxatiua non excludit caſus ſimiles.*

Iurium correctio eſt euitanda, & nu.54.

54 *Verba generaliter prolata in lege quare reſtringuntur. ad perſonas habiles, & inhabiles excludunt.*

55 *Intellectus ad doctrinam Domi.à S.Geminia.in c.ſi Papa in fi.de priuileg.lib.6.& in c.ſi Romanorum 19. diſtin.*

56 *Papa concedens teſtabili ut teſtari poſſit, uidetur remittere ſolennitatem de iure canonico requiſitam.*

57 *Interpretatio ceſſat in caſu claro.*

58 *Ius patronatus competens ex fundatione parte una, in quibus differat à iure patronatus competente dotatione, aut ædificatione.*

59 *Fundus exiſtimatur dignior ędificio cuiuſcunque pretij ſit.*

60 *Intellectus ad Gl.in c.paratus.33.q.1.*

61 *Nulli iniuriam facit, qui poteſtate ſibi conceſſa à lege utitur.*

CONSILIVM CXXXVI.

IN Chriſti nomine amẽ. Superioribus annis petitum fuit à Reuerẽdo in Chriſto patre D. Altobello Epiſcopo Polenſi tunc ciuitatis Bononiæ vicelegato, per D. Paulum de Saracenis clericum Bononienſem ſibi prouideri de quodam beneficio quod tunc uacabat, cum derogatione iuris patronatus laico cõpetentis, qui D. Vicelegatus in ſignatura appoſuit hæc uerba formalia, concedimus, & derogamus, ut petitur, dummodo non ex fundatione, ex hac ſignatura ſic vt ſupra concepta, oritur dubitatio utrũ uirtute iſtorum uerborum cẽſeatur derogatum iuri patronatus laico competenti ex dotatione eccleſiæ uel eius ædificatione, licet ſolum dictum fuerit, dummodo non ex fundatione.

In hac dubitatione, quia teſte Bal.in l.precibus.
1 C.de impub. † ferro uiã aperit qui per cõtraria, &
oppoſitiones procedit, ad partes arguam: quia ſic
ueritas huius dubitationis magis eluceſcet, uł ergo
2 multis rationibus fore dicendum, † ꝙ iuri patronatus,
competenti laico ex dotatione aut ex ædificatione
eccleſiæ minimè cenſeatur derogatum.
3 Et primo: quia licet regula ſit trita † ꝙ exceptio
firmet regulam in caſibus nõ exceptis. l.quæſitum
§.denique.ff.de fund. inſtruc. inſtrumentoq; leg.l.
nã quod liquidè.§.fi.ff.de penu.leg.c.2. de cõiugio
ſeruo.cum uulga.ipſam tamẽ regulam nõ ampliat
ut ſub ea comprehendantur quæ aliàs non fuiſſent
cõprehenſa, ſi exceptio facta non fuiſſet l.generali.
§.uxori, ff.de uſufr.leg.quem tex. ad hoc ponderãt
Doc.& Bar.in l.Lucius.§.pluribus, ff.ad Trebel. &
in l.1.ff.de reg.iur.Bal.in l.in ijs, ff.de legi.Alex.in
conſ.106.inci.uiſis in 5.lib.uer.ſolum reſtat. Aret.
in conſ.8.in fi.& in conſ.30.Petrus de Anch. in c.q
ad agendum, de procurat.lib.6.& in pleriſque alijs
locis Doctores quos non refero. Et ratio eſt, qa exceptio
tendit ad diminutionem eorum quæ ſub regula
contineri poterant. igitur eius augmentum
operari non debet l.cum tale.§.falſam, ff.de cond.
& demon.l.ſi quis mancipia, ff.de fund.inſtruc.inſtrumẽtoque
leg.exceptio ergo illa dummodo nõ
ex fundatione, non debet operari, ut iuri patronatus
cõpetenti laico ex dotatione, aut ædificatione
4 dicatur derogatum: patet iſta minor: † quia facultas
cõceſſa dicto legato circa derogationẽ iuris patronatus
cũ ſit cõtra ius, ſtrictiſſimè eſt interpretãda
l.cũ uero, & l.ſingulari, ff.de legi. Et in dicta facultare
dr̃ ꝙ ubi uult uel intendit derogare iuri patronatus,
dẽt in ſignatura apponere iſta uerba pro
hac uice duntaxat, ex quo infertur qđ licet ſit petitũ
derogari iuri patronatus cõpetenti laicis, & in ſignatura
dr̃ derogamus ut petit̃, ꝑ hoc nõ cẽſetur derogatũ
iuri patronatus laico cõpetẽti modis ꝓdictis,
referenda ergo eſt dicta derogatio ad ius pronatus
5 cõpetẽs† laico ex ꝓſcriptione, priuilegio, aut
cõſuetudine quibus ẽt modis ius patronatus acqri
põt, prout latè declaraui in c.2.de iure patronatus.
6 Secũdo pro hac parte ſic arguitur. † Nã etiã in ijs
quæ excipiuntur à regula permiſſa eſt extenſio de
caſu ad caſum ex rõnis ſimilitudine c.cum dilecta.

de

de confir.util.uel inutil.Bar.in l.ſi cōſtante,in 9.q. 1.prin.ff.ſolu.matr.& Gl.in l.1.C.de condi.indeb. no.Abb.in c.tranſlato.de conſti.& ſecundum Pet. de Anch.in conſ.351.inc.in qſtione pdicta. † Simi
7 lia illa dicuntur quæ regulantur per eandem rationem,& ſecundum Bal.in l.1.col.pen.C.de fur.ſimilitudo eſt in diuerſis rebus uel ſimilis qualitas. Sed ratio quare noluit præfatus D.Vicelegatus deroga re iuri patronatus competenti ex fundatione uide licet ne laici retraherentur à fundationibus eccleſiarū,de qua ī c.nobis,& in c.cū dilectus,de iure pa tronatus militat etiā in iure patronatus acquiſito mediante dotatione aut ædificatione eccleſiæ:igitur ad iſtum caſum extendetur dicta exceptio, de qua in ſignatura.

Corroboratur hoc argumentū.Nā nulla alia rōne noluit dictus legatus derogare iuri patronatus cōpetenti ex fundatione,niſi quia noluit laicos re-
8 trahi à fundationibus eccleſiarum † & cum hęc ſola ratio poſsit reddi,illa habetur pro expreſſa, uulgata Gl.in l.quanuis.C.de fideicom.Bal.in l.maximum uitium.C.de libe.præteritis. pro qua eſt bonus tex.in c.ſuggeſtū.ponderatus ibi à Do. Philip. Peruſi.iuncto c.meminimus.de appella. ſicut ergo
9 † in diſpoſitione in qua eſt expreſſa rō includūtur alij caſus quibus congruit dicta rō non per extēſionem,ſed per intentionem, prout pulchrè declarat Bal.poſt Cy.in l.de quibus ff.de legi. & elegantius Paul.de Caſt.in conſi.338.inci.præſens caſus,1.colum.ſic in caſu noſtro in quo dicta rō habetur pro expreſſa comprehendetur ius patronatus intenſiuè non āt extenſiue acquiſitum mediante dotatione
10 aut ædificatione: † quia quo ad iuris effectū paria ſunt aliquid eſſe tale,uel haberi pro tali l.cū ex oratione,in princ.ff.de excuſat.tuto.& iſtud eſt fortius argumentum quod poſſit adduci pro iſta parte.
11 Pro qua etiam. & tertiò uidetur † eſſe caſus in c. quoniam.de iure patronatus ubi ſit mentio de fundationib.eccleſiarum,& tamen ſecundū Doct. ille tex.ēt intelligitur in patronis quibus competit ius patronatus ex dotatione & ædificatione, cum ex-
12 preſsio de fundatione uideatur facta grā † exēpli per quod regula reſtringi non ſolet l.damni infecti quidam ff.de dam.infec.c.1.ne cler.uel mona.ſic ī caſu noſtro dicendum eſt.
13 Quartò corroboratur hęc opinio. † quia uerba in dubio ſunt interpretanda, ut non derogent iuri communi etiā ſi nullū effectū operarentur, doctrina eſt Domi.in c.ſi Papa.in fi.prin.de priuil. lib.6. & in c.ſi Romanorum,19.diſt.maximè quando alteri indebitè damnum inferrentur, iuxta Gl.in l.fi. §.in computatione,C.de iur.deliber.pro hoc facit tex.in l.ex facto,in prin.ff.de uulga.& pup.quē notat ibi Io.de Imol.& eſt doctrina Innoc. in c.innotuit de eo qui furtim ordin.ſuſcept.igitur prædicta exceptio facta de iure patronatus acquiſito ex fundatione,extendetur ad ius patronatus acquiſitum dotatione,aut ædificatione,licet pdicta derogatio aliàs eſſet ſuperflua facta huiuſmodi interptatione.
14 Quintò facit. † Nā oīs diſpō ſumit interpretationē a rōne naturali,quia iuſta eſt hmōi interpretatio & ęqua l.non ſine.C.de bon.quæ libe.l.in his, ff.de cond.& demon.l.ſcire oportet.§.ſufficit,ff.de excuſa.tuto.Roma.in conſi.16.Sed dicta rō naturalis q ſicut præfatus D.Vicelegatus noluit derogare iuri patronatus competēti ex fundatione eccleſię, multo minus cenſendum ſit noluiſſe derogare iuri patronatus competenti laicis ex dotatione, aut ædificatione,cū ijs duobus caſibus militet maior rō
15 patet. † quia maior ſit impenſa & ſumptus per illū qui dotat aut ædificat eccleſiā,quā p illū, qui aſsignat fundū in quo eccleſia cōſtruēda eſt,ut p Gl. in c.nemo.de conſecrat.diſt.1.& in c.1.21.q.1.& per Abb.in cōſ.89.inci.ex themate ꝓpoſito. in 2.par.

Vltimo adduci pōt,id quod uult Gl.in c.paratus
16 33.q.1.quæ uult † q uerba reſcripti debemus confirmare æquitati,etiam ſi uerba ipſa hoc non patiātur,& de illa Gl.meminit Old.in conſi.262.Moderni in l.ex facto,ff.de uulg. & pup.ſed æquitas dictat ut iuri patronatus cōpetēti laico ex dotatione aut ædificatione non cēſeatur derogatū per nota. in d. c.nobis,& in c.cum dilectus.de iure patronatus igitur dicta exceptio,de qua in ſignatura cōprehendere debet ius patronatus prædictis modis competēs laicis ēt ſi uerba hanc interpretationem non paterentur, hęc ſunt quæ adduci poſſunt pro hac parte.

Quibus tn̄ non obſtantibus contrariā opinionē intrepidè amplectendam puto.pro cuius maiori in-
17 telligētia duo ſunt pmittenda,primum eſt. Nā † licet legatus de latere non poſſit conferre beneficiū iuris patronatus laici c.cum dilectus, de iure patronatus, tamen in caſu noſtro potuit uirtute priuilegij expreſsè indulti à ſummo Pontifice Reuerēdiſ. Cardinali S.Petri ad uincula, tunc ciuitatis Bononiæ legato benemerito,nec non eius ſubſtituto.
18 Præmitto † & aliud q de iure communi poteſt legatus conferre beneficia iuris patronatus ſpectātis ad laicos ex priuilegio,conſuetudine, uel pſcriptione,licet ſecus ſit in iure patronatus ad illos ſpectāte ex dotatione,fundatione,aut ędificatione:qa in hmōi iure patronatus uī ceſſare ratio de retrahendo eos à fundatione,& ita tenet Frider.de Sen. in conſ.65.inci. ſupraſcriptæ qſtiones non ſunt leues.D.Ant.&Abb.in c.dilectus,de off.lega.D.Car. in Clem.per literas.q.3.de præb.& in Clem.2.q.7. ut lit.penden.ubi atteſtatur ſe idē tenuiſſe in d.c.dilectus,de off.leg.Idē ēt tenet D.And. Barba.in conſi.74.inci.uiſo puncto,quaſi in fi.& reperitur in forma hoc conſiliū in 4.lib.conſiliorū D.Ale.& ibi reprobat pfatus Doctor Io.de Imo.qui tenuit opinionē contrariā in pallegato c.dilectus.& eius rōni optimè rſidet,ut ibi per eum.Idem etiam concludit D.Fely.in ſuo breui tractatu iuris patronatus,in ulti.col.uerſi.limitatur undecimo. Iſtis duobus præmiſsis pro hac concluſione primò ſic arguitur. Nā
19 quælibet† diſpoſitio eſt interpretanda,ut non ſit ſuperflua: Sed ſic dēt interpretari,ut aliquem effectū operetur l.ſi quando,ff.de leg.1.c.ſi Romanorum, 19.diſt.& uulgo ſolet allegari doctrina Bal.in rub.
20 C.de contrah.empt.in 9.q.ubi dicit, † q quælibet ſyllaba appoſita in inſtrumento aliquem effectum debet operari, & pro hoc indiuiduo adduco pulchrum conſilium Petri de Ancha.in conſi.186. in-
21 cip.pro parte dictæ eccleſiæ, ubi dixit, † quòd ſi Epiſcopo fuerit conceſſum priuilegium poſſe teſtari de bonis ſuis, poterit uirtute huius priuilegij

legij cōder e teſtū etiā in bonis intuitu eccleſię ac quiſitis, ne dictū priuilegium reddatur inane & ſu-
22 perfluum, cū de iure † cōi ſit ei permiſsū teſtari de bonis ꝓprijs. c. epi. & c. ſint manifeſte. 12. q. 1. c. 1. & ibi not. de teſta. Et ꝓ hoc facit tex. in l. 1. in fi. ff. ad munici. & c. in ijs. de priuileg. Ad idē adduco notabile dictū Bal. in l. nullus. C. ad leg. Iuli. maieſt. ubi
23 uoluit, † ꝙ ſi iudici det̄ facultas inqrēdi de aliquo delicto, de quo tñ aliās poterat inquirere, certè ne hæc diſpō ſit ſuꝑflua interpretabit̄ ut inquirere poſſit fama non p̄cedēte, q̄ aliās inquiſitionē p̄cedere dēt, c. qualiter, & qñ de accuſ. & hoc dictum extollit Rom. ī l. 1. in 23. col. C. de hęred. inſti. cū cōcordantib. de qb⁹ p Fel. ī c. 1. ſup ver. priuilegiū. de reſcri.

Stāte ergo hoc aſſumpto, profecto derogatio facta per præfatū D. Vicelegatū de iure patronatus eſſet ſuperflua, intelligēdo eam ꝙ non cēſeatur derogatū iuri patrona. acquiſito laico ex dotatione, aut ædificatione. cum ſit ꝙ de iure patronatus cōpetente laicis ex priuilegio, cōſuetudine, aut præſcriptione liberè poſſit diſponere de iure cōi abſque ulla mētione, ſeu derogatiōe ipſius iuris pron. ut s. dictū eſt in p̄miſsis, & iſtud vnicū fundamentū ſufficeret pro ueritate iſtius cōcluſionis, per quod euertūtur omnia quę in contrariū adduci poſſent.

Cōprobat̄ hæc eadē cōcluſio. Nā petitū fuit in
24 ſupplicatione † derogari iuri pronatus cōpetenti laico pro vna uice tm̄, q̄ uerba cū ſint indefinitè & ſimpliciter ꝓlata, includūt derogationē iuris patronatus quomodocūq; competētis ipſi laico, & ſic ex fundatione, dotatione, ædificatione, aut quo uis alio mō. l. ſi pluribus. ff. de lega. 2. c. qa circa. de priuileg. Demū p̄fatus D. Vicelegatus in ſignatura dixit, cōcedimus, & derogamus, ut petit̄, dūmodo nō ex fundatione. ex qbus uerbis ꝓlatis ī dicta ſignatura cōſtat aptiſsimè ꝙ uoluit derogare iuri pron. cōpetēti laicis ex dotatione, aut ędificatione: quia hoc fuerat petitū ī ſupplicatione. l. 1. C. de diuer. reſcri. & tex. ī argm̄. ī l. ſi defenſor. §. 1. ff. de interrog. actio. & §. p̄tereā. iſtit. de ſtipul. eo maximè, qa dicta ſupplicatio ī qua fuit petitū derogari iuri pronā. nō pōt ītelligi de iure pronat. acqſito ex priuilegio, cōſuetudine, aut p̄ſcriptione, cū non ſit opus in huiuſmodi iure patro. aliqua derogatione, ut ſu-
25 pra dixi, † & fruſtra precibus imploratur, qd̄ à iure conceſſum eſt. l. 1. C. de theſaur. lib. 10. l. 1. ff. ad munici. Intelligenda ergo eſt dicta ſupplicatio in iure pronat. competente laico ex donatione, aut ędificatione, & conſequēs prædicta derogatio, d. l. 1. C. de diuer. reſcrip. & d. l. ſi defenſor. §. 1.
26 Tertiò † ꝓ hāc cōcluſione moueor alia ratione inconuincibili. Nam in dicta ſignatura dicitur, cōcedimus, & derogamus, ut petitur, dūmodo non ex fundatione, pondero dictam exceptionē dūmodo nō ex fundatione: ex qua colligitur exp̄ſſa intentio p̄dicti D. Vicelegati ꝙ uoluit derogare iuri prona. cōpetēti laico eo iure, & eo modo, quo cōpetit ius pronat. acqſitū ex dotatione, aut ædificatione: quia
27 † bona nō dēt dici exceptio q̄ nō excepta nō includeret ſub regula & ſub eā incluſis & cōceſsis. arg. c. non ne benedicimus. de p̄ſump. Ideo dixi Do. de
28 S. Gem. in c. licet. in fin. de off. vica. lib. 6. ꝙ † ſi eps cōmiſerit Vicario ſuo, ut poſsit omnia expedire q̄ pōt ipſe excepta collatione b̄nficiorū, p hanc exceptionē vr̄ ei cōceſsiſſe facultatē expedīēdi oīa alia negotia q̄ requirūt ſp̄āle mandatū: qa aliās p̄dictā exceptio nō eſſet bona, & ꝓ cōfirmatione adducit no. p Spe. ī tit. de iuriſd. om. iud. ver. qd ergo dices. Facit et ſecūdo ꝙ uoluit idē Do. ī c. q. ad agēdū. ī §.
29 ſed ſi aliqs. de ꝓcura. in 6. ubi dicit † ꝙ qñ in mādato ꝓcuratorio exprimit̄ exceptione aliqd̄ negotiū requirēs mādatū ſpeciale, ut qa dr̄ ꝙ poſsit ꝓcurator oīa q̄ pōt dn̄s, eo excepto, ꝙ nō poſsit iurare de calūnia, uel iurm̄ deferre, hoc caſu ille tex. nō ꝓcederet, & ſic poterit dictus ꝓcurator expedire: oīa alia negotia q̄ exigūt mandatū ſp̄āle: qa oportet ꝙ exceptio ſit de regula, aliās nō eēt bona exceptio.
30 Patet† & tertiò iſtud ex no. per Bal. in c. 1. ī prin. in titu. p quos fiat inueſtitu. ubi dicit ꝙ licet regula ſit ꝙ Pontifex confirmādo priuilegia generalia nō cēſeatur confirmare priuilegia quę ſunt contra ius, attñ ſi confirmādo priuilegia exciperet vnū qd̄ eſt contra ius, huiuſmodi exceptio efficiet ut oīa alia priuilegia q̄ ſūt cōtra ius cōfirmaſſe cēſeat̄, ut dicta exceptio ſit bona. Adducit tex. ī l. iubem⁹. §. fi. ff. de mili. teſt. & hoc dictū ſequit̄ Mod. ī l. fi. ff. qd̄ q. ſ. lut.

Ad idē faciūt nota. ꝓ Bal. in l. 1. §. ſed excipiunt̄. ff. de ferijs. & ex nota. p Io. de Imol. in l. fi. col. 8. ff. à qbus appella. nō licet. de qbus meminit Fely. in c. qm̄ frequenter. in prin. & in col. ſupra. ut lite nō
31 cōteſt. † Ex qbus infero ꝙ licet p illa uerba concedimus, & derogamus ut petit̄, nullis alijs uerbis additis, qbus poſſet non eē derogatū iuri patronatus cōpetēti laico ex donatione, aut ædificatione, licet hoc nequaquā ſit admittēdū, attñ p dictā exceptionē factā de iure patronatus competēti ex fundatione diceret̄ fuiſſe derogatū iuri patronat. competenti p̄dictis duobus modis, cū dicta exceptio aliās diceretur inepta. Nec p̄dictis obſtat tex. in l. gn̄ali. §. vxori. ff. de vſufruc. lega. qa ad illū inferius r̄ndebitur poſt D. Alex. in l. fin. ff. quod quiſq. iur. in al. ſta.

Quartò comprobatur hęc concluſio. Nā p̄dictus
32 D. † Vicelegatus ī p̄dicta ſignatura ſolò reſpicit derogationē iuris patronat. competēti laico ex fundatione: ergo reſpectu iuris prona. competētis ex dotatione aut ædificatione derogationē ipſam approbare cēſetur. arg. l. ſi maritus. C. de ꝓcur. & l. cū prętor. ff. de iudi. & c. non ne benedicimus. de p̄ſump.
33 † Ideo dicit Bal. ī l. Tribunus. §. fi. ff. de milit. teſta. ꝙ ſi poteſtas caſſauit vnū proceſsū ſui aſſeſſoris, oēs alio cēſet approbaſſe, ſi illorū habuit notitiā & co-
34 gnitionē: aliās ſecus: † qa uoluntas diſponētis non trahitur ad ea q̄ ſibi incognita erāt. l. cū Aquiliana. ff. de trāſac. l. mr̄ decedēs. circa med. ff. de inoſ. teſt.

Quintò ꝓ eadē concluſione adducitur. Nā ꝓcul dubio ſi in dicta ſignatura ſimpliciter dictū fuiſſet, concedimus, & derogamus, petitur, p hanc ſignaturā diceret fuiſſe derogatū iuri prona. competēti laico ex fundatione, dotatione, aut ędificatione, ꝓ vt s. fuit ꝓbatū. cū ergo p̄fatus D. Vicelegat. modificādo dictā derogationē excipiet ius pron. cōpetēs laico ex fundatione, vr̄ voluiſſe ꝙ ī iure patrona. cōpetēte alijs modis p̄dicta derogatio effectū ſortiatur:
35 qa vulgatiſsima eſt regula, † ꝙ exceptio q̄ fit à regula firmat eā in caſibus non exceptis, l. nā qd̄ liqdè. §. fi. ff. de pen. leg. ubi hr̄ ꝙ ſi teſtator legauerit

penum præter uinũ in legato comprehenditur om
nis penus:q̃a illa exceptio firmat regulam,& illum
tex.allegat Gl.4.in c.cordi.de appel.in 6.& ſecun-
dũ Imo.in l.filio,in 18.col.ff.de iniuſt.rup.irritoq;
teſta.ſingularis eſt ille tex.ſed idem patet in l.quæ-
ſitũ.§.deniq;.ubi Bar.ff.de fun.inſt.inſtru.q; leg.&
in l.Lutius.§.pluribus.ff.ad Treb.quẽ tex.Ange.in
l.1.ff.de reg. iur. dicit meliorem de corpore iuris.
Vltimò cõſidero aliud pro hac concluſione.Nã
prout mihi fuit relatũ p̃fatus D. Vicelegatus dero-
gando iuri patrona. cõſueuerat ſemper in ſignatu-
ra apponere prædicta uerba,cõcedimus,ut petitur,
36 & derogamus,dũmodo nõ ex fundatione,† arguẽ-
do ergõ à cõſuetudine ipſius diſponentis q̃ multũ
eſt cõſideranda quo ad interpretãdam eius diſpoſi
tionẽ.l.liberorum.§.quod tñ Caſsius. ff.de lega.3.
Bar.in l.alimenta.in prin.ff.de alim.& cib.leg.ubi
37 dicit,† ꝙ licet appellatione filij nepos nõ cõtineat
l.ꝙ ſi nepotes.ff.de teſta.tut.tñ ſi ſit nepos quẽ auus
ſolebat filiũ noĩare,tũc appellõne filij facta per te-
ſtatorẽ,nepos cõtinebitur,& hoc dictũ ſequitur , &
reputat ſingulare Lud.Rom.in l.ſi uero.§.de uiro.ĩ
33.fallen.ff.ſol.mat.& in conſi.438.inci.in caſu pñ
tis cõſultationis,in ulti.uerbis.Ang.Aret.in §.ſi.in
ſti.qui da.tuto.poſ. Dico ergo ꝙ ꝑ hmõi ſignaturã
cẽſet̃ p̃fatus D. Vicelegatus uoluiſſe derogare iuri
patrona.alijs modis laicis competẽti , q̃ ex funda-
tione:quia aliàs ſequeretur unũ maximũ abſurdũ ,
uidelicet ꝙ iſte nunquam uoluiſſet exercere ptãtẽ
ſibi traditã à Summo Põtifice circa derogationẽ iu
ris p̃ronatus,cũ ſit ꝙ de iure cõi abſq; alia ſpãli cõ
miſsione diſponere poſsit Legatus de Latere , aut
eius ſubſtitutus,de bñficijs iuris patro.laicis com-
petẽtis ex priuilegio,p̃ſcriptione,aut cõſuetudine.
38 iſtud nequaquã p̃ſumendũ eſt: † q̃a ut docet expe-
riẽtia q̃ eſt efficax rerum magiſtra,ut dicit tex.in c.
quã ſit.de elec.li.6. unuſquiſq; cupit exercere ptã-
tẽ ſibi traditã,quinimò ut plerũq; uidemus,quis ab
utitur priuilegio,& ptãte ſibi cõceſſa illius metã &
modũ excedẽdo,& hoc unicuiq; expto in negotijs
humanis notiſsimũ eſt,& nõ ĩdiget alia ꝓbatione.
Ex q̃b.oĩbus & ſingulis patet uerisſimã eſſe p̃miſſã
cõcluſionẽ,cuius ueritas notior fiet ſublatis funda-
mentis adductis ꝓ parte ꝯria,ad q̃ paucis r̃ndebit.
39 Ad primũ igitur fundamẽtũ in quo dicebat, † ꝙ
exceptio nõ efficit ut ſub regula cõprehẽdantur , q̃
aliàs non fuiſſent cõprehenſa , r̃ndeo dupliciter,&
primò,ꝙ in caſu nr̃o ſub regula facta de derogatio
ne iuris patrõ.cõprehenſum fuiſſet ius patronatus
cõpetẽs ex dotatione , aut ex ædificatione,prout ſ.
apertè fuit probatũ.ergo dicta exceptio facta de iu
re patro.competente ex fundatione firmabit regu-
lam in iure patrona.alijs modis competenti d.l.nã
ꝙ liquidè.§.ſi.cum alijs ſuperius adductis.
Secundò r̃ndet̃ , ꝙ primò exceptio efficit ut ſub
regula ꝯprehẽdãtur q̃ aliàs nõ facta dicta exceptio
ne nõ fuiſſent cõprehenſa , cũ exceptio dẽt eſſe de
regula,& illud ſuperius uarijs modis fuit probatũ.
40 Nõ obſt. † lex q̃ uĩ facere in ꝯriũ in d.l.gñali,§.
uxori.nã ſecundum D.Alex. in l.fi.ff.quod quiſque
iur.ideo in d.§.uxori.exceptio q̃ ibi fit nõ ampliat
regulã,quia dicta exceptio operabatur effectum in
ipſo excepto,declaro hanc ſolutionẽ.Nã ibi teſtõr
dixit lego oĩa q̃ ſunt ĩ domo excepto argẽto, ꝑ hãc
.n.exceptionẽ nõ ampliat̃ regula,ut in dicto legato
cõprehendunt̃ uenalia,q̃ non fuiſſent comprehenſa
in caſu in quo argentũ non fuiſſet exceptũ, qđ non
erat uenale , eo q̃a ſi dictũ argẽtũ non fuiſſet exce-
ptũ fuiſſet cõprehẽſum in legato facto de oĩb. ijs q̃
41 erãt in domo,cũ nõ eſſet uenale dictũ argẽtũ, † ſed
ubi exceptio foret inutilis,& nullũ effectũ operare
tur,tunc ampliaret regulã ut ſub ea cõtinerent̃ quę
aliàs non fuiſſent ꝯtẽta:arg.l.quoties in ſtipulatio-
nib.ff.de uerb.obl.& in l.ſi qñ,in prin.ff.de leg.ſed
in caſu nr̃o dicta exceptio facta de iure patronatus
competente ex fundatione eſſet inutilis,& ſupflua,
niſi diceremus fuiſſe derogatũ iuri patronatus cõ-
petenti ex dotatione aut ædificatione, cum in alijs
nõ ſit opus derogatiõne . igitur ampliabitur dicta
regula,& inducta ad diminuendum operantur aug-
mentũ in neceſſariam conſequentiã l.deniq;.§.in-
terdum,ff.de pecul.lega.l.Proculus,ff.de uſufru.
42 Ad ſecundum in quo dictũ fuit, † ꝙ in ijs q̃ exci-
piuntur à regula p̃miſſa eſt extẽnſio de caſu ad caſũ
ex rõnis ſimilitudine,d.c.cum dilecta. R̃ndet̃ ꝙ p̃-
dicta ꝓcedũt in diſpõne legis, ꝓut declarat Abb.in
c.q̃m frequenter.in prin.ut lit.non conteſta. ſed in
43 diſpõne hoĩs ſecus dicendũ eſt, ut probabitur,† &
rõ eſt,quia lex facilius ꝓcedit modificando,itẽ am
pliando diſpõnẽ ſuã q̃ diſpõnẽ hoĩs , iuxta not. per
Gl.magnã in l.aſsiduis.qui pot.in pign. hab. & per
Io.de Imo.in Clem.religioſus.de ꝓcu.dũ r̃ndet ad
44 tex.in c.iudex,de off. dele.lib.6. † Quod aũt in di-
ſpõne hoĩs nõ fiat extenſio de caſu ad caſum ex rõ-
nis ſimilitudine aut maioritate,patet in c.ſuſceptũ
de reſcrip.lib.6.iunctis nota.ꝑ Gl.in Cle. Romani,
§.ſanè.de elect. Et ꝓ confirmatione huius ſolutio-
nis adduco not.per Pet.de Anch.in conſ.151. inci.
caſus talis eſt,Illuſtris Ducalis,in fin.ubi dicit, ꝙ in
45 pactis,& ſic in diſpõne hoĩs maioritas rõnis non in
cludit caſum diuerſum,licet hẽat in ſe maiorẽ rõnẽ
illũ includẽdi,& ꝓ hoc adducit tex.in l.ſi uiua.ff.de
peric.& cõmo.rei uen.& not.ꝑ Cy.in l. quod fauo-
re.C.de legi.Secundò adduco not.per Do. Alex.in
conſ.31.inci.uiſis,& accuratè ponderatis,in 2.uol.
46 in uer.non obſtat ꝙ exceptio,&c.ubi dicit, † ꝙ pa-
ctũm inter conductorem & locatorem,uidelicet ꝙ
conductor non teneatur ſoluere penſionẽ ſi peſtis
aut bellũ contingerit,non extẽditur ad ſiccitatẽ,li-
cet uideatur par ratio,niſi fuerit ſiccitas extraordi-
naria,& nunquam uiſa:quia de illa non præſumitur
cogitatũ.l.fiſtulas.§.frumenta,ff.de contrah.empt.
47 Cõprobatur,& tertio iſta ſolutio † ꝑ tex.in l.ſi ne
ceſſarias.§.uẽdẽdo,ff.de pig.actio.ubi dictio taxa-
tiua appoſita in diſpõne legis non excludit hæredẽ
illius de quo facta fuit mẽtio in dicta diſpõne: q̃a
reputat̃ eadẽ p̃ſona cũ defuncto,l.cum à mr̃e.C.de
rei uẽd.qđ ſecus eſt in diſpõne hoĩs,in qua dictio ta
xatiua excludit p̃ſonã hæredis,l.non ſolũ. §.tale,ff.
de lib.lega.qui tex.reputat̃ à Doctorib. ſingularis.
Confirmatur,& quarto ex ijs quæ not.Barto.in l.
poſtulante,ff.ad Senatuſcõnſul.Trebel.ubi dicit, ꝙ
48 † ſi ſtatuto caueatur , ꝙ debitor poſsit capi p̃ſona-
liter,hoc ſtatutum comprehendit eius hęredẽ,licet
49 de hærede in ſtatuto nulla facta fuerit mẽtio,ſed† ſi
aliquis in contractu obligauit ſe ut perſonaliter ca
pi poſsit

pi poſſit pro obſeruantia contractus, licet tale pactum ualeat non tñ afficiet eius hæredē, ut uirtute talis pacti capi poſſit. Ita determinat Bar. in l. ſi de ceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. quē ſequuntur ibi Doctores & Abb. Modernus, in c. fi. col. 1. de arbi.

50 † Vltimo faciunt not. per Bal. in l. fi. C. ſin. cenſ. uel reliq. col. 1. ubi dicit, ꝙ uerba generalia prolata ab homine nō recipiunt reſtrictionē de habilitate, ſed intelligenda ſunt in ſui generalitate, licet ſecus ſit in diſpoſitione legis, ut not. Bar. poſt Iaco. de Aret. in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunc. Ideò

51 † ſi fuerit conceſſum feudū alicui pro ſe, & quibuſcunq; heredibus, tunc uirtute dictorū uerborū feudum tranſibit in fideicōmiſſariū, facta reſtōne, in eo ēt ſuccedere poterunt heredes extranei, c. 1. de feu. non haben. prop. na. feu. Bald. in l. 1. q. 34. & q. 48. ff. de rer. diuiſ. D. Ale. in l. ſi patroni, in prin. col. pen. ff. ad Treb. Iaſ. in prælud. feudo. col. 16. uerſic. quartò limita. Ex quibus ergo patet ꝙ lex facilius modificat, & ampliat diſpoſitionē ſuam, quàm diſpoſitionē hominis. Non eſt ergo bona conſequentia, ſit extēſio, fieri debet ad caſum omiſſum ex rōnis ſimilitudine, prout patet ex ſuperius adductis.

52 Ad tertium argumentum † d. c. quoniā, de iure patro. Reſpondeo, ꝙ ibi ille tex. extenditur ad dotātes aut ædificātes eccleſias: q̃a illa eſt legis diſpō. non hominis, ut dixi in præcedenti ſolutione.

Vel aliter, ibi fit extenſio, quia niſi diceremus illum textum procedere etiam in dotantibus, aut ędificantibus eccleſias, iura antiqua quæ permittūt prędictis patronis ius prçſentandi. c. quicunq;. & c. filius, 16. q. 7. corrigerentur, ideò ut euitetur iuriū correctio dicendum eſt illum tex. procedere etiā in patronis, quibus cōpetit ius prçſentādi ex dotatione, aut ædificatione, c. cū expediat, de elec. li. 6.

53 Comprobatur † iſta ſolutio ex not. per Glo. in l. ob æs. C. de præd. mino. quæ uult, ꝙ dictio taxatiua non excludat caſus ſimiles deciſos in alijs legibus

54 ne dictorum iurium ſequatur correctio. † Et iſta eſt rō, quare uerba gñalia prolata in lege reſtringūtur ad pſonas habiles, & inhabiles excludūt, ne ſequatur iurium correctio, ſecundū Bal. in l. fi. C. ſin. cenſ. uel reliq. Sed hæc ratio ceſſat in caſu noſtro, in quo non ſequetur aliqua iurium correctio licet exceptio facta de iure patrona. competente laico ex fundatione non extendatur ad ius patronatus competens ex dotatione, aut ædificatione.

55 Non obſtat dū quarto loco † adducebat doctrina Domin. in d. c. ſi Papa, & in d. c. ſi Romanorum. quia Domin. nō ita gñaliter loquitur, & ſi ita fuiſſet locutus malè dixiſſet. Dicit. n. ibi Domin. ꝙ qñ id quod conceditur totū erat ex diſpōne iuris cōis, tunc talis cōceſſio nihil operatur. c. quia in cauſis. de procu. quia fit talis conceſſio ut magis timeat, quod ſpecialiter conceſſum eſt. c. ſi aduerſus. de hæret. c. quanquam. 23. diſt. ſed qñ id quod conceditur non erat ex toto de iure cōi, ſed pro parte, tunc dēt taliter interpretari, ut aliquē effectū operetur, ut ibi latius per eū. ſed in caſu noſtro conceſſio facta de bñficio iuris patro. nō erat ex toto ex diſpōne iuris cōis, c. cū dilectus, de iur. patro. ideo dicta derogatio dēt taliter interpretari, ut aliquem effectum operetur, ut ſupra latius declaraui.

Vel aliter rñdetur ꝙ doctrina Domin. pcedit in caſu in quo interpretatio ſumi nō pōt, per quā cōfeſſio aliquid addat iuri cōi, ut in caſu. d. c. quia in cauſis, ſecus ubi talis interptatio ſumi pōt, put Gl. & cōiter Doc. in l. ſi qñ. in prin. C. de inoff. teſtā. &

56 in ſpecie Saly. qui dicit † ꝙ ſi Papa conceſſit alicui teſtabili, ut poſſit teſtari per hāc conceſſionem, uſ remiſſa non ſolū ſolēnitas requiſita in actu teſtandi de iure ciuili, ſed ēt ſolennitas requiſita de iure canonico, dummodo teſtet corā duobus teſtibus: quia interpretando dictā conceſſionem, ut per eā ſola ſit ſublata ſolennitas iuris ciuilis nil operaretur, cum in terris ſubiectis eccleſiæ talis ſolennitas non requiratur. c. cum eſſes. de teſtam.

Ad penultimum argumentū, in quo dictum fuit,

57 † ꝙ quælibet diſpoſitio ſumit interpretationem à ratione naturali, reſpondeo dupliciter, & primò, ꝙ aſſumptū procedit in dubio, ſed in caſu claro ceſſat iſta interpretatio. l. ille aut ille. §. cum in uerbis ff. de leg. 3. l. continuus. §. cum quis, ff. de uerb. obl. caſus autem noſter clarus eſt, ꝙ noluerit præfatus D. Vicelegatus derogare iuri patronatus competēti ex fundatione, & alijs modis competēti, ut ſupra probaui, igitur ceſſabit iſta interpretatio.

Vel aliter rñdeo, ut ſatisfiat in totum tenēti opi-

58 nionem contrariam, † ꝙ diuerſa eſt ratio in iure patronatus competente ex fundatione parte una, & in iure patronatus cōpetente alijs modis, uidelicet ex dotatione aut ædificatione, nā patrono qui fundauit eccleſiam maius onus à lege eſt impoſitū: quia alio non dotante, eccleſiā cogitur eā dotare, ut per Gl. in c. nemo. de conſecr. diſt. 1. & in c. cū ſicut. de conſecra. eccle. uel altar. nil mirū ergo ſi uoluit D. Vicelegatus derogari iuri patrona. competēti ex fūdatione: arg. in l. cū q. in pri. ff. de iureiur.

59 Præterea † fundus exiſtimatur dignior ædificio cuiuſcunque pretij ſit, ita ꝙ ſolo cedit. §. ex diuerſo. Inſti. de rer. diui. igitur illius magis habenda eſt ratio, quàm dotis aut ædificij.

60 Vltimò † ad Gl. in c. paratus. 23. q. 1. reſpondeo, ꝙ illa loquitur in reſcripto quod conceditur ad iuris cōis obſeruationem. l. falſò. C. de diuer. reſcri. non eſt ergo abſurdū ꝙ uerba in eo appoſita interpretentur ſecundum ius cōe, etiam ſi uerba hoc nō patiantur, c. cām q̃. de reſcr. ſed ſecus eſt in alia cōceſſione in qua interpretatio fieri dēt, ut aliqd operetur. c. ſi Papa, de priuil. cū alijs ſuperius adductis. Præterea in caſu nr̃o intelligēdo dictā ſignaturā, ꝙ per eā cēſeatur derogatum iuri patrona. cōpetenti ex dotatione aut ædificatione cui cōpetit D. Vice

61 legatus derogare nulla inſurgit iniqtas, tū † q̃a nulli iniuriā facit qui ptāte ſibi conceſſa à lege utitur. c. eccleſia. de elect. tū quia licet auferatur patrono facultas pñtandi pro illa uice tm̃, in alijs remanet patronus, & retinet iura patronatus, & damnum qd̃ patit ex eo ꝙ non poſſit pñtare cū non ſit pecuniariū illius non hr̃ conſideratio. Gl. in l. fideiuſſores, ff. de pac. q̃ reputatur ſingularis. Sed eſt ſimilis Gl. in l. 3. §. 1. ff. iudic. ſol. & p hoc ſoleo pōderare tex. in c. dudū. circa fi. de pb. in 6. ibi, & nō de piudicio Epiſcopi memorati. Ex quibus ergo liquidè conſtat de ueritate huius concluſionis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio generalis omnium bonorum per debitorem facta, includit nomina debitorum ipſius.*

Principalis debitor excuti debet prius, quàm agere poſſit creditor contra præfatos debitores.

2 *Vltima opinio in dubio relata, approbata cenſetur.*

3 *Intellectus ad ſtatutum Bonon. ſub rub. de præcep. fien. in uerſi. quæ bona, & nu. 4.*

4 *Verba præcedentia ex ſubſequentibus declarantur.*

5 *Alternatiua poſita in una parte orationis alteram declarat.*

6 *Debitum per confeſſionem factam in iudicio liquidiſſimè conſtat.*

7 *Inſtrumentum publicum eſt probatio probata, non indigens diſceptatione fori quod intellige ut infrà, nu. 9.*

8 *Euidentiſſimè conſtare dicitur, quod per publicum inſtrumentum conſtat, & uide nu. 9.*

10 *Acta iudicis non faciunt rem notoriam, niſi poſt concluſum in cauſa.*

11 *Mulier occaſione dotis ſuæ præfertur in bonis mariti ſibi expreſsè hypothecatis ipſius creditoribus anterioribus tempore, ſimiliter expreſſam hypothecã habentibus.*

12 *Tacitum, & expreſſum à pari procedunt.*

13 *Origo contractus eſt inſpicienda.*

14 *Pecunia aliam pecuniam generare non poteſt.*

15 *Mulier ſoluto matrimonio paſſam morã in reſtitutione dotis in pecunia conſiſtentis, an poſſit aliquid annuum petere ab hæredibus mariti.*

16 *Solutum intuitu pecuniæ, præſumitur eſſe uſura, licet nomine intereſſe, uel quocũq; alio uocabulo nũcupetur.*

17 *Sermo rebus ſubiectus eſſe debet non res ſermoni.*

18 *Promittens reddere in nundinis certam quantitatem pecuniæ, & non ſoluendo reddere quinque pro centenario pro intereſſe, ad illa quinque compelli nõ poteſt, niſi probetur in tanta quantitate fuiſſe intereſſe.*

19 *Intellectus ad c. ſalubriter. de vſur.*

20 *Compenſatio an habeat locum in depoſito.*

CONSILIVM CXXXVII.

IN cauſa illorum de Ruſtigelis tria dubia diſcutienda proponuntur.

Primũ eſt dubium, an creditores olim Ser Franciſci de Roſa defuncti agere poſſint contra quedã eius depoſitarium in certa ſumma pecuniarum non facta prius excuſſione in bonis, & hæreditate dicti Ser Franciſci, maximè eius hærede ſe offerente liti, & fideiubente de iudicio ſiſti & iudicato ſoluendo.

Secundum eſt dubium, an poſito ꝙ poſſit agi cõtra dictũ depoſitariũ, an uxor dicti Ser Franciſci reſpectu dotis ſuæ agere poſſit contra dictum depoſitarium, ita ꝙ ipſa licet ſit poſterior tempore; præferri debeat aliis creditoribus prioribus tempore expreſſam hypothecam habentibus in bonis & hæreditate prędicti Ser Franciſci.

Tertium eſt dubium, an ſaltem poterint hęredes compenſare cum dictis creditoribus occaſione depoſiti certam quantitatem pecunię, uidelicet ſeptẽ pro centenario, quam dicitur ſoluiſſe prædictus Ser Franciſcus ſingulo anno creditoribus dictæ pecuniæ penes eum depoſitæ.

Circa primũ dubiũ omiſſo multiloquio, quia ueritas in paucis ꝯſiſtit concludo minimè poſſe agi ꝯ dictũ depoſitariũ ipſius Ser Fráciſci, ſeu eius hęredũ, non facta prius excuſſione in bonis & hęreditate dicti Ser Fráciſci, eo, qa † licet uerum ſit ꝙ licet
1 in gñali obligatione oĩum bonorũ facta p debitorẽ includãtur ẽt noĩa debitorũ ipſius. l. nomen. C. q̃ res pig. obli. poſſ. attñ neceſſaria eſt excuſſio, prout in alijs bonis prius, q̃ poſſit agere creditor cõtra p̃fatos debitores, iux. tex. in auc. hoc ſi debitor. C. de pigno. & in corpore unde ſumitur, & ita firmat Bal. poſt Nicol. de Matarel. in l. 3. C. de hære. actio. Iac. de Aret. in d. l. nomẽ. quã ẽt opi. tenent Bal. & Saly. in l. 2. C. qñ fiſc. uel priua. & latè Saly. in d. l. nomen. ubi inter cętera ad hoc ponderat tex. in §. neque, ĩ auct. de fideiuſſ. ubi dr̃ ꝙ prius excuti dẽt principalis debitor ĩ rebus, ſecũdo in iurib. noĩbus, & actionibus, & poſteà ad fideiuſſores, & ſpõſores puenit, & ſubdit ibi Saly. ꝙ põt dici, ꝙ ibi fit caſus expſſus pro hac opin. quã ẽt uꝛ̃ ſequi Pau. de Caſt. in l. ſi conuenerit. la ij. in prin. ff. de pig. actio. dũ ultimo loco refert opin. Bal. in l. 3. C. de hęre. act. quẽ ſupra retuli, iux. ea quæ habentur per Gl. in l. qui filium, §. Sa-
2 binus. ff. ad Treb. quę uult, † ꝙ ultima opinio quę refertur in dubio cenſetur approbata; quod etiam uoluit Barto. in l. bona fides. per illum tex. ff. depoſi. & Bal. in auc. ex teſtamẽto. C. de collat. Ange. Aret. in §. pretium, inſti. de emp. & uendi.
3 Nec † huic cõcluſioni obſtat ſtatutũ poſitũ ſub rub. de pcep. fien. in uerſ. q̃ bona, qa hmõi ſtatutum intelligendũ eſt, in caſu in quo cõſtaret aliquẽ eſſe debitorẽ, debitoris p eius cõfesſionẽ factã in iudicio, uel p alias legitimas pbationes, ita ꝙ in dubiũ nõ poſſit refricari de eius debito. Iſtud colligit̃ ex uerbis dicti ſtatuti dũ dicit, q̃ p dbitores, debitoris cõficerẽt, uel de qb. alias legitimè ꝯſtaret tale debitore pñte, uel ltĩmè citato, & ſic loquit̃ pdictũ ſtatutũ de cõfesſione q̃ emanauit ĩ iudicio, qa illa effi
4 cit rẽ notoriã. c. fi. de coha. cle. & mul. Et † ꝙ loquat̃ de cõfesſione facta in iudicio, oſtẽdũt uerba q̃ ſubſequũtur, ex qbus pcedẽtia declarãtur, l. ſi ſeruus pluriũ, §. fi. ff. de leg. 1. l. hęredes palam. §. 1. ff. de teſta.
5 Prætereà † alternatiua poſita ĩ una parte orõnis, alterã declarat. l. 1. ff. de reb. dub. Bal. ĩ l. ſi poſt tres, ff. ſi qs cau. ſicut ergo ſtatutũ illud reqrit, ꝙ de debito ꝯſtet p legitimas pbationes factas ĩ iudicio pñte ipſo debitore, uel citato, ita in quantũ loquit̃ de cõfesſione facta p debitorẽ exigit, ut fiat talis con
6 fesſio ĩ iudicio: † qa tũc per hmõi confesſionem liquidisſimè conſtat de debito. l. 1. ff. de confeſſ.

Nõ obſt. ſi dicat̃ de debito cõtracto p hũc depo
7 ſitariũ, cõtra quẽ agit̃, cõſtat p publicũ † inſtrm, ex quo elicit̃ pbatio pbata, nõ āt pbatio pbãda, & ꝙ nõ indiget diſceptatione fori, ut inqt Bal. ĩ l. Impe
8 rator ĩ 2. col. ff. de ſtat. hom. † Et illud dr̃ euidẽtisſimè cõſtare, qđ cõſtat p publicũ inſtrm c. licet cãm: ĩ uer. ex pmiſſis, de prob. quẽ ibi ad hoc põderat D. Ant. col. 11. facit tex. in c. cũ dilecti, ĩ uer. ex tenore inſtri. de dona. & ibi ad hoc põderat D. Abb. Nã ad
9 hoc rñdet, † ꝙ pdicta pcedũt qñ de uiribus inſtri diſcuſſũ eſt, uel qñ qs nihil opponeret cõtra iſtrm pductũ in iudicio alias: quia contra inſtrumentũ multa poſſunt opponi. l. fi. C. de fid. inſtru. Ex eo nõ

red-

reddetur res certa,prout declarant Ioan.de Imo.&
Moder. ita defendẽtes doctrinã Bar.in l.1.in prin.
10 ff. de noui oper.nunc.prout in ſimili dicimus, † ꝙ
acta iudicis non faciant rem notoriam, niſi poſt,ꝗ
in cauſa fuerit concluſum.Gl.ſingularis in c.ſignifi
cauerunt.de teſtib.cũ ergo dictus depoſitarius cõ-
tra quem agitur nõdum ſit conuictus in iudicio, ꝑ
eius confeſſionem aut per alias legitimas proba-
tiones iudicio factas,non habebit locum prædictũ
ſtatutum. Et hoc quo ad primam dubitationem.
11 In ſecundo dubio cõcludo † dictam mulierẽ oc-
caſione dotis ſuæ eſſe præferẽdã in bonis mariti ſi-
bi expreſſè hypothecatis ipſius creditoribus ante-
rioribus tempore, ſimiliter habentibus expreſſam
hypothecam, eo, quia licet ſit communis concluſio
ꝙ mulier habens ſolum hypothecam in bonis ma-
riti minimè pręferatur eius creditoribus prioribus
tẽpore habentibus expreſſam hypothecam. Tamen
dicta concluſio limitatur non procedere in caſu in
quo mulier poſterior tempore haberet expreſſam
hypothecã in bonis ipſius mariti. Ita limitat Ang.
in §.is conſequens in auc.de æqualit.dot.cuius opi
nionem approbat Bal.Iuni.in ſuo tract.de dote in
10.par. car. pen. ubi dicit ꝙ iſta opinio eſt ęqua,&
complectenda, maximè,quia ſtante uarietate opi-
nionum,uidelicet an mulier habens tacitã hypo-
thecam pręferatur habenti expreſſam priori tẽpo-
re,hęc opinio media eſt amplectenda.c.quęrẽti.de
oſt.delega.l.adeo.§.cũ quis.ff.de acqui.rer. domi.
Et hãc opin.cõſulendo ſæpius ſecutus ſum, pro qua
ſic arguebã; quia ſicut mulieri in tacita hypotheca
pręfertur habenti tacitam,licet tempore priorem,
ita in expreſſa præferri debet habenti expreſſam,li
12 cet ipſe ſit tempore poſterior, cum † tacitum & ex-
preſſum à pari procedant, l.cum quid, ff.ſi cer.peta.
l.triticum,ff.de uerb.oblig.
Non obſtat ſi dicatur, ꝙ mulier quæ agit contra
depoſitarium dicti Ser Franciſci fuit eius creditrix
occaſione pecuniæ penes eum depoſitæ,& quæ pe-
cunia erat dotalis:quia ad hoc rñdetur, ꝙ prædicta
mulier reſpectu dicti Ser Franciſci eſt creditrix oc-
13 caſione depoſiti,nec alia actione põt cõueniri:† q̃a
origo contractus eſt inſpicienda.l. tutor.in prin.ff.
de fideiuſſ.l.filius.C.ad Macedonia.nõ poteſt ergo
dicere,ꝙ ipſe repetat dotem ſuam à dicto Ser Fran
ciſco,ſeu eius hæredibus,& cum ſit prior tempore
præferri debet uxori prædicti Ser Franciſci repetẽ
ti dotẽ,licet ſit poſterior,iuxta tex.in l.aſſiduis.§.ex
ceptis.C.qui potio.in pig.habean.quia non ſumus
in terminis d.l. [illegible]
Circa tertium,& ultimum dubium concludo, ꝙ
hæredes prędicti Ser Franciſci poterunt compẽſare
quantitatem pecuniæ ſolutæ ſingulis annis cũ ſor-
14 te principali,ad quam tenebatur præfatus Ser Fran
ciſcus occaſione depoſiti penes eum facti: † quia pe
cunia aliam pecuniã generare nõ poteſt. c. ſicut ij.
47.diſt.& not.Io.And.in c.peccatum,de reg.iur.in
mercur.& latè Ludoui.Roma.in conſi.517.inci.in
caſu propoſitæ conſultationis.in ſecundo dubio,&
pro hac concluſione facit id quod dicit Pet.de An-
15 ch.in conſ.150.inci.in q̃ſtione quæ uertitur, ubi di
cit, † ꝙ mulier cui poſt annum connumerandum à
die mortis mariti ſui dos reſtituenda eſt, l.unica.§.
exactio.C.de rei uxor.actio.nihil ultra dotẽ petere
poterit ab hæredibus mariti,& nihil prodeſt ei, ꝙ
aliquid annuũ ſtipuletur à prædictis hæredibus oc
caſione alimẽtorũ,donec dos ſibi ſoluatur:quia li-
16 cet utatur dicto uocabulo alimẽtorũ; † quia tñ in-
tuitu pecuniæ ſoluitur præſumitur eſſe uſura, licet
noĩe intereſſe,uel quocunq; alio uocabulo nuncu-
17 patur.c.plerique 14.q.3. † non.n.ſermoni res, ſed
ſermo rebus ſubiectus eſſe debet. c. intelligẽtia de
uerb.ſign. Accedat etiam notabile dictum Bald.in
l.rogaſti,§.ſi ſibi,ff.ſi cer.petat. quem ſequitur Ale
xan.in conſ.60.incip.uiſo proceſſu,in 2.lib.in uerſ.
18 plus dicit.Bal.ubi dicit, † ꝙ ſi ꝓmitto tibi reddere
centũ in nundinis,& ſi nõ reddidero,promitto tibi
reddere quinque pro intereſſe, ꝙ ex nũc cõiter tñ
extimas non poteris agere ad illa quinque, niſi pro
baueris in tanta quantitate fuiſſe intereſſe tuum.
19 Nec obſtat † ſi opponatur de tex.in c.ſalubriter,
de uſur.quia ſecundum Io.And.ibi,ille tex.non ha-
bet locum in caſu in quo gener recipit cautionem
de numerãda dote certa die, & ut interim recipiat
certos nummos pro libra, aut pro ducato: quia uſ
committere uſuram,quæ eſt prohibita d.c.pleriq;.
& iſtam modificationem ad illum tex. ſequuntur
communiter ibi ſcribentes qui dicunt, ꝙ iſta opi-
nio Io.And.eſt tutior,& ſalubrior,ideò amplecten-
da.c.iuuenis,de ſponſ.Gl.in c.unico,extra de ſcru-
tinio.& idẽ tenet Do.Lauren.in ſuo præclariſſimo
tractatu uſurarum.in 1.par.q.53.
Vel aliter poteſt dici, ꝙ loquitur in ſocero qui
obligatus eſt ad dotandã filiam.l.qui liberos,ff. de
ritu nup.l.fi.C.de do.prom.Sed caſus noſter longè
eſt diuerſus ab illo,cum pręfatus Ser Franciſcus fue
rit obligatus occaſione depoſiti, non occaſione do
tis,& ſi contrarium diceretur, ſequeretur ꝙ mari-
tus pecuniam habitam ab uxore,aut mulier ipſa pe
cuniam ſuam dotalem poſſit mutuare ſub uſuris,ꝙ
nuſquam permiſſum reperitur.Igitur ſtabit ſub re-
gula prohibitiua,de qua in c.plerique.14.q.3. c.1.
& 2.de uſur.
20 Non obſtat † etiam ſi opponatur quod in depoſi
to non eſt locus cõpẽſationi.l.pe.C.depoſ.quia re
ſpondeo, ꝙ compẽſatio, de qua hic agitur cum fiat
ipſo iure ex diſpoſitione legis, non eſt prohibita ẽt
in depoſito.c.1.& 2.de uſur.l.1.& 2. C. de pignor.
actio.&c. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam non ſimpliciter, ſed ſub conditione, executionem non meretur.*
2 *Ablatiui abſolutè poſiti important conditionem.*
3 *Veritas conditionis in ſententia poſitæ, poteſt cognoſci in ipſius executione.*
4 *Sententia an poſſit ferri ſub conditione.*
5 *Clauſula poſita in ſententia, caſu quo dicta condemnatio eſſet facta in maiore quantitate quàm debuiſſet, ex nunc reducit dictam cõdemnationem ad debitam quãtitatem, quid operetur.*
6 *Conditio non ſuſpenſiua appoſita in ſententia, ſed reſolutiua ipſius ſententiæ, habetur pro non adducta.*
7 *Et quomodo cognoſcatur dicta conditio.*

8 *Iudex pronuncians reſcriptum non ualere, debet prius condemnare impetrantem in expenſis.*
9 *Iudex in dubio pro dote pronuntiare debet.*
10 *Dotis cauſa dilationem non recipit.*
11 *Argumentũ de cauſa dotis ad cauſam alimẽtorũ ualet.*
12 *Appellatio non admittitur in cauſa alimentorum.*

CONSILIVM CXXXVIII.

LAta fuit ſententia diffinitiua in fauorem D. Iuliæ de Tancredis, contra Ser Hieronymũ de Paſelis eius ſocerum, in qua in effectu præfatus Ser Hieronymus fuit cõdemnatus ad reſtitutionẽ dotis, & hoc data ualida ꝓductione poſitionum in publica, & auctentica forma. Ab hac ſentẽtia appellauit dictus Ser Hieronymus, & in caſu appellationis deductũ fuit ꝑ ipſum appellantẽ, ꝙ ꝑdicta ſententia lata fuit ſine actis, & probationib. Demum dicta appellatio negligentia appellantis extitit deſerta, & ita pronuntiatũ fuit ſuper dicta deſertione. Modo ꝑdictæ Do. Iuliæ petenti executionem dictę ſnĩę opponitur, ꝙ dicta ſententia non tranſiuit in rem iudicatam in illa parte quia iudex pronunciando dixit, & hoc data ualida poſitionum productione, ſtantibus prędictis quæritur quid iuris.

In quæſtione propoſita ur̃ prima facie dicendũ,
1 ꝙ † prædicta ſententia non mereatur executionẽ, eo, quia tranſiuit in rem iudicatam non ſimpliciter ſed ſecundum quid, uidelicet cum illa conditione de qua in ea, uidelicet ſi ualida ſit poſitionum pro-
2 ductio. † Nam ablatiui abſolute poſiti important conditionem. l. a teſtatore. ff. de condi. & demonſt.
3 † Ideo de ueritate dictæ conditionis cognoſcere põt in executione ipſius ſententiæ, iuxta nota. per Bar. & Doc. in l. ait prætor, §. iudex. ff. de re iud. & ꝑ Bal. & Sal. in l. cum iudex. C. de ſenten. & interlocu. om. iudic. & per Dominicum in §. biduum. 2. q. 6. & per Domi. Franciſc. Aret. in l. conditio, ff. de uerborum obligatio.

Sed hoc non obſtante, nego dictam ſententiam executionem mereri, & ad ita tenendum moueor:
4 † quia licet uerum ſit, ꝙ iudex poſſit ferre ſententiam ſub conditione intrinſeca, & de præſenti ꝓut eſt conditio de qua nos loquimur. Tamen illud procedit qñ iudex ſimul, & in eadem oratione apponit conditionem, ut quia condemnat reum in centũ, ſi ꝑ actorem fuit probatum, uel quia pronuntiauit dotem eſſe reſtituendam, data ualida poſitionũ ꝓductione. Sed qñ iudex ipſe non ſimul, nec eodẽ contextu, ſed ſeparatim appoſuit cõditionem reſolutiuam ſnĩæ, tunc illa conditio hr̃ pro non adiecta, & ſententia remanet purè lata, reiecta prædicta conditione. Iſtud elitio ex dictis Bar. ĩ l. iudex poſteaq̃
5 ff. de re iudi. ubi dicit, † ꝙ ſi iudex condemnauit aliquem in maiori quantitate, uel minore, q̃ deberet, & in fine ſnĩæ dixit ꝙ caſu quo dicta condemnatio eſſet facta ĩ maiori, uel minori quãtitate, quàm heri debuiſſet ex forma ſtatuti, ex nunc reducit dictã condemnationem ad debitam quantitatẽ, iſta clauſula ſi apponatur poſt uerbum cõdẽnamus, nihil operatur, quia poſt emiſſionem dicti uerbi iudex nõ poteſt corrigere, aut alterare ipſam ſententiam, l. actorum. ff. de re iudic. & d. l. iudex.

Præterea dicta uerba non faciunt ſententiam cõditionalem, ſed reſoluendam ſub cõditione. l. 2. ff. de in diem addictio. quæ quidem reſolutio fieri nõ poſſet per iudicẽ. d. l. iudex, & iſtã doctrin. Bar. ſequtur Bal. in l. & ſi ſeuerior, C. ex quib. cau. infa. irrog. & in l. qd ergo. §. pęna grauior col. 8. ff. de ijs q not. infam. Idem Bal. in l. non dubium, col. 6. ff. de legi. & in l. ſi quis filio exhæredato. §. fi. ff. de iniuſt. rupt. irritoque teſta. Sal. in l. ea quidẽ. C. de accu. non in lectura ſed in repet. illius l. col. 5. uer. & ex ijs colligе. Et licet aliqui contradicant huic opin. Bart. tñ uera eſt eius cõcluſio, & cõiter eſt approbata, quã ẽt ſequitur Io. de Imol. in ꝑalleg. l. iudex poſteaq̃, in
6 ult. col. ubi † concludit ꝙ ubicũq; in ſnĩa eſt appoſita cõdõ nõ ſuſpẽſura, ſed reſolutiuã ipſius ſnĩæ, tũc talis cõditio hr̃ ꝓ nõ adducta, cũ nullus inferior a principe poſſit apponere hmõi conditionẽ. Et ita dicit poſſe defendi opin. Bar. & aliorũ qui ipſum ſequuntur, ſed conditio: de qua in dicta ſnĩa eſt reſolutiua ipſius ſnĩæ, non aũt eſt ſuſpenſiua, ut probabitur, igitur ſequitur ꝙ hr̃ pro nõ adiecta, & dicta ſententia tanquam purè lata ꝑ trãſitũ in rẽ iudicatam
7 reiecta oĩ exceptione executionẽ meretur. † Quod ãt conditio de qua in prædicta ſnĩa ſit eius reſolutiua, nõ ãt ſuſpẽſiua, ſic probatur. nã iudex poſt, quàm ꝯdẽnauit dictũ Ser Hieronymũ ad dotis reſtitutionẽ ſubiunxit iſta uerba. Et hoc data ualida poſitionũ ꝓductione, & ſic in diuerſa orõne appoſuit prædictã ꝯditionẽ, ergo ꝑdicta conditio ſtat reſolutiuè, non aũt ſuſpenſiuè. Iſtud ꝓbatur ex not. per Gl. in l. 2. ff. de in diẽ addictio. ex not. per Bar. in prædicta l. iudex poſteaquàm ff. de re iud. dũ dicit ꝙ ſi iudex dicat poſt condemnationem factam de reo ſi apparet ipſum eſſe condemnatũ in maiori uel minori quantitate non ualet iſta adiectio: quia prædicta cõditio ſtat reſolutiuè nõ aũt ſuſpenſiuè, quod alia rõne contingere non poteſt, niſi quia in diuerſa oratione prædicta conditio fuit appoſita.

Confirmantur prædicta ex not. per Io. And. poſt Pet. de Saxo in c. fi. de reſcri. & per Spec. in ti. de expenſis. §. iuſta. uer. 9. ubi dicunt ꝙ qñ iudex pronũciat reſcriptũ non ualere, dẽt prius condemnare impetrãtẽ reſcriptũ in expẽſis: qa ſi prius pronũtiaret ſup inualiditate reſcripti, non poſſet poſtmodũ cõdẽnare in expenſis: quaſi ꝑ dictã pronuntiationẽ deſiuerit eſſe iudex. & hoc dictũ ſequitur Io. de Imol. in Glo. r. de reſcri. & cõiter alij Doc. ꝓut atteſtatur Abb. Modern. in d. c. fi. col. 4. licet ipſe contra hanc deciſionẽ inſurgat aliquib. medijs, tñ uera eſt prædicta deciſi. & ad eius argumẽta ſuſtinẽdo cõem opinionẽ rñdet D. And. Barbat. in ꝑalleg. c. fi. de reſcr. Sic ergo dicamus in caſu nr̃o, in quo iudex facta cõdẽnatione deſinit eſſe iudex, ideo ꝑdictã condẽnationẽ reſoluẽtẽ effectũ ſnĩæ non potuit adijcere. Et tãto magis hæc ꝓcedẽt in caſu ꝑmiſſo: qa agitur de reſtõne dotis & de ſeruitute ꝓ oneribus matrimo-
9 nij, † pro qua in dubio pronuntiandum eſt. l. in am
10 obiguis, ff. de iure dot. † & quæ cauſa dilarionẽ nõ re
11 cipit. l. fi. ff. de appellati. recip. † arguendo de cauſa alimentorum ad cauſam dotis, prout arguit iſignis doctor D. Bal. Iun. ĩ ſuo trac. de dot. in 6. par. priui.

72.ubi dicit ꝙ generaliter pōt notari ꝙ oēs fauore
& ſpecialitates quæ reperiūtur à iure conceſſæ ali-
mētis,& cauſæ alimentorū quas enumerat Bar.in l.
Mela.in prin.ff.de alimē.& ciba.leg.extēdant etiā
ad cauſam dotis,& īter cęteros fauores quos ponit
12 ibi Bar.enumerat iſtū fauorē: † in quia in cauſa ali
mētorū nō admittitur appellatio:qa nō recipit di
lationē d.l.fi.ff.de appellat.recip.ergo & ſimiliter
cauſa dotis,de qua agit̄ dilationē recipere non de-
bet:& ſecundum iſtam partem intrepidè iudicarē
conſiderata qualitate prædictę cauſæ,& adductis in
contrariū ex ſupradictis patet reſpōſio. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri ſeu eius hęredibus dotem repetentibus, an obij-
ci poſsit compenſatio.& nu.2.cum.ſeq.*
2 *Compenſatio locum non habet in depoſito.& nu.3.*
4 *Compenſatio dici poteſt retentio.*
5 *Iudex in ambiguis pro dotę pronuntiare debet.*
6 *Iuramentum facit dotis compenſationi non eſſe locum.
Iuramentum in forma ſpecifica ſeruandum eſt.*
7 *Compenſatio non eſt uera ſolutio, ſed ficta.*
8 *Iuramentum eſt ſpirituale uinculum.
Veritas conſideranda eſt,non autem fictio.*
9 *Qualitas obligationis defuncti non debet alterari in per
ſona eius hæredis.*
10 *Inſtrumentum dotale continens iuramentum, executio
nem paratam habet.*
11 *Exceptiones latiorem indignem requirentes, in execu-
tiuis non admittuntur.*
12 *Inſtrumenti dotalis executio an per reconuentionem im-
pediatur.*

CONSILIVM CXXXIX.

Diuini nominis ſubſidio iuocato. Hæ
redibus D.Colæ.quodā vxoris An-
tonij de Ruffeno, petentibus exe-
cutionem inſtrumēti eius dotium
quæ aſcendūt ad ſummam librarū
quingentarum, opponūt filij & hæ-
redes dicti Antonij compenſationem nonnullarū
pecuniarum ad quam dicūt fuiſſe obligatam pręfa
tam D.Colam,& ſucceſsiuè eius hęredes.Modo q̄-
ritur an locus ſit dictę cōpenſationi in caſu ꝑmiſſo.
In iſta quæſtione,quia uerborum prolixitas in oſtē
dendo veritatem non eſt neceſſaria,cū ipſa veritas
in paucis conſiſtat,concludo ꝙ compēſatio nō po-
teſt opponi neque admittendū eſt, ad impediendā
executionē prædicti inſtrumenti dotalis. pro qua
1 concluſione in primis moueor.† quia licet multi te
neant ꝙ mulieri ſeu eius hæredibus dotem repe-
tentibus obijci poſsit cōpenſatio, prout voluit Gl.
in l.rei iudicatę.in §.1.ff.ſolut.mat.& Glo.in l.ſi cō
ſtante.§. ſi vxor.ff.co.Bart.poſt Dyn. & ibi Angel.
Imo.& Paul.de Caſt.in d.l.rei iudicatæ.§.primò.
Tamen multi alij tenent contrarium.quorū opiniō
eſt verior,& probabilior,ut inferius oſtendet. Nā
hanc opinionem tenet Gl.in l.1.ff.ſolut.mat. Lud.
Roma.in d.l.rei iudicatæ.§. primò ff. ſolut.matri.
ubi pro hac opinione mouetur optima ratione.
2 † Nā in depoſito eius ſpeciali fauore non eſt locus
compenſationi l.penul.C.depoſit. ergo multo ma
gis ceſſare debet cōpenſatio in contractu dotis,ꝓ-
pter infinita eius priuilegia ei cōceſſa, eo maximè
cū in ijs verſetur fauor Reipub.l.1.ff.ſolu.mat. & li
cet Bal.Iunior in trac.de dote.in 8. parte.col.2.nō
approbet hoc fundamentū Roma.dicēs, ꝙ ideò in
depoſito non admittitur compēſatio quia propria
natura depoſiti eſt,ꝙ fiat in ſpecie,& non in pecu-
nia numerata,& ſic non in quātitate, ad quā ſpeciē
non permittitur compenſatio.l.ſi conuenerit.ff.de
pig.actio.ideo ſecundū eū,ſi depoſitum fiat in pecu
nia numeratā, iſte cōtractus tūc egreditur ꝓprios
terminos depoſiti l.Lutius.& l.dies ſponſaliorum.
ff. depoſit.Ideò non eſt inconueniens ꝙ excedatur
à ſuis terminis,ut ſic ad talem pecuniam numeratā
admittatur compenſatio etiam in depoſito. Atta-
3 mē fundamētū Ludouici verū eſt, eo, † qa ſiue fiat
depoſitū in ſpecie,ſiue in pecunia numerata,nō ad
mittitur cōpenſatio.d.l.penul.C.depoſiti.ibi, ſed
depoſitæ quidē res uel pecuniæ ab utraq; parte &c.
per quē tex.ita formaliter voluit ibi Sal.& idē Saly.
in l.fi.col.vlt.C.de cōpenſat.Et hanc opinionē pro
bat tex.in l.vnica.§.taceat,C.de rei vxo.actio. qui
refert.ſe ad tex.ī d.l.rei iudicatæ.§.1.& l.diuortio
§.donationes,ff.ſolut.mat.& ꝑdicta iura permittē-
tia cōpenſationē videt̄ ille tex.corregere,ꝓut dicit
Bar.Iunior in loco ſupius allegato.hæc etiā opinio
placuit Gl. in l.ōīno.C.de impenſis in re. dot. fac.
Pro qua etiā pōdero rōnem,de qua in d.§.taceat.
dū ibi dr̄ ꝙ retētio ob res amotas neceſſaria nō eſt,
cū pateat omnibus maritis iudiciū rerū amotarū
q̄ ratio habet locum ſiue res amotæ cōſiſtant in ſpe
cie ſiue ī quātitate,igitur illa eſt attendēda l. regu
la.§.pen.ff.de iur.& fact.igno.l.nouum §.fina.ff.de
4 leg.3.Eo maximè, † quia compenſatio poteſt dici
retentio.l.4.& l.ſi cum filio.ff.de compēſat. ubi ꝓ-
batur ꝙ per compenſationem nobis ſeruatur id qđ
debetur,& ſic dicimur retinere compenſando; ille
ergo tex.in d.§.taceat.reiciens compenſationem
quę poteſt appellari retentio.Et iſtam opinionē ap
probat.Cal.Iunior in loco ſuperius allegato,& di-
5 cit illam eſſe amplectendam:† quia in dubijs ꝓ do
te eſt pronunciādum l.in ambiguis.ff. de iure dot.
Pręterea & ſecundò, ꝙ non ſit locus compenſa-
tioni,moueor alia ratione. Nā in inſtrumento do-
6 tis de qua agitur appoſitū eſt iuramentum,† ex quo
fit ut non ſit locus compenſationi q̄ alias admitte-
retur.& hoc virtute iuramēti,quod in forma ſpecifi
ca obſeruandum eſt c.ad noſtram, el.1,de iureiurā.
& licet Bar.in hoc cōtradicat in l.amplius nō peti
tū.ff.rem ra.hfi,cuius opinionē approbāt ibi Ang.
& Raph.Cum.& Io.Fab.in §.in bonęfidei.inſtit.de
actio.per tex.in.l.ſi peculium.§.1. ff.de ſtat. liber-
tis tñ contraria opinio verior eſt,& communior,&
ſic communiter damnatur opinio Bar. & ꝙ non ſit
locus compenſationi,etiam de quantitate ad quan
titatem virtute iuramenti,hoc firmat communiter
Canoniſtæ in d.c.ad noſtram.ubi Io.de Imol.in vlti
mis verbis reſpondet fundamētis Bar.per ipſum ad
ductis in d.l.amplius non petitum,& hanc opinio-
nem contra Bar.etiam approbat idē Io.de Imol.in
l.Iulianus ff.de condit.& demonſt.Franciſ.Aret. in
conſ.

conſi.100.incl.longitudo, & verborum prolixitas. col.3.vbi dicit,ꝙ opinio contra Bar. eſt cōiter approbata,& ab illa non vult recedere, & idem dicit D.Alex.in conſi.91.inci.viſis actis mihi trāſmiſſis, in 2. libr. vbi formaliter dicit, ꝙ cōiter damnatur opinio Bar.in d. l.amplius non petitum. hanc etiā opinio. tenet Matteſil. notab.54.ubi dicit, ꝙ Bar. non bene ſenſit in d.l.amplius non petitum.& ibi hanc opinionem comprobat rationem,de qua ibi per eum.Et idem etiam tenuit Iaſ.in §. in bonæ fidei.Inſt.de act.& in l.eum qui.§.ſi iurauero, col.2. ff.de iureiu.cuius verba hęc ſunt,breuiter teneas ꝙ Bar.cuius ſentētiam cōiter eſt reprobata,per text.
7 in d.c.ad noſtram.Et pro iſta opinione facit,† quia compenſatio nō eſt vera ſolutio,ſed ficta, prout notat Bal.in l.in ea.C.de compēſ.vbi dicit,ꝙ ubicunque lex uel ſtatutū requirit veram ſolutionem, ibi
8 non admittitur compenſatio,† ſed cum iuramentū ſit quodam vinculum ſpirituale c. & ſi Chriſtus de iureiu.veritas conſideranda eſt, non autem fictio, prout not.Gofre,& poſt eum Abb. modernus in c. conſuluit.de iure patron. Et iſtud eſt ſolidum fundamentum per quod patet euidentisſimè, ꝙ compenſatio quæ obijcitur per præfatos filios & hæredes prędicti Antonij,non eſt admittenda ad impediendam executionem prædicti inſtrumenti dotalis.virtute dicti iuri interpoſiti ſuper dicto ꝯctu.

Nec obſtat ſi diceretur,ꝙ hęc procedere poſſent ſi cōpenſatio oppoſita fuiſſet per dictum Antoniū, qui in dicto inſtrō dotali interpoſuit iuramentum: ſed cum opponatur per eius hæredes aliter videtur eſſe dicendum,quia ad hanc obiectionem reſpondeo,ꝙ ex quo obligatio contracta per dictum Antonium circa dotis reſtitutionem virtute iuramenti aſſumpſit iſtam qualitatem, vt in ea locus non ſit
9 compenſationi d.c.ad noſtram. † non dēt iſta qualitas alterari ſeu variari in pſona eius hæredis.l.cui fundus.in fi.ff.de cond.& demon.l.2.§.ex ijs. ff. de verb.obl.Item quia plus non debet concedi hæredibus quàm defuncto cuius vices eius hęredes repræſentare dicuntur.l.ſequitur.§.hæres.ff.de vſuca. l.cum hæres,ff.de diuerſ.& tempor.præſcr.

Tertiò quòd non ſit locus compenſationi patet.
10 † Nam prędictum inſtrm dotale executionem meretur non ſolum ex forma ſtatuti Ciuitatis Bononiæ,ſed etiam ex diſpoſitione iuris cōis,virtute iuramenti in eo interpoſiti,iuxta nota.per Bar.in l.2. ff.de iureiur.quem ſequuntur ibi Fulgo. D. Alex.& reliqui Moderni,Paul.de Caſt.& Do.Alex.in l.poſt rem.ff.de re iud.in quibus locis concludunt Bar. & Docto. ꝙ licet de iure communi inſtrumenta non habeant executionem paratam l. minor. 25.annis fideicommiſſum.in princ. ff. de mino. tn̄ ſi in eius partes iuramentum interpoſuerunt habebunt exe-
11 cutionem paratam † in executiuis autem non admittuntur exceptiones requirentes latiorem indaginem,qualis eſt iſta,quæ opponitur contra præfatos hæredes d.Colæ,ſecundum Bar. & Doct.in l.4. §.condemnatum.ff.de re iudicata.

Pretereà cum de credito dictorum hæredum liquidè conſtet per dictum inſtrumentum, & ꝙ contra eum nulla exceptio elidens uires ipſius inſtrumenti fuit oppoſita,non admittetur cōpenſatio de alio debito liquidando l.fi.C.de compenſa.

12 Nec† etiam reconuentio facta per dictos hęredes Antonij poteſt impedire executionem dicti inſtrumenti,eo,quia quando cauſa principalis eſt executiua ſeu ſummaria,prout eſt cauſa dotis, qn̄ tractatur in terris ſubiectis eccleſiæ,quo ad temporalem iuriſdictionem ſecundum D.Card. in Cle. diſpendioſam de iud.quem ſequitur Aret. in l. 1.col.3.ff. ſol.mat.tunc non admittitur reconuentio in cauſa quæ non eſt ſummaria, ſed ordinaria quo ad iſtum effectum,vt ambæ cauſæ ſimul tractari debeant: qa hoc fieri non poteſt,cū una citius tractāda ſit quàm altera,doctrina eſt Bar.in auth.& cōſequenter.col. pen.C.de ſent.& interlo.om.iud.& idem tenent Innoc.Io.de Imol.in c.1.de mut.petit.Ex quibus concludo,ꝙ nec virtute compenſationis,nec etiam virtute reconuentionis impediri debet executio prædicti inſtrumenti dotalis. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere,quando res eſt integra, & nondum ſortita effectum,poteſt præuenire ordinarium,in beneficijs conferendis.*
2 *Ius inſtituendi præſentatum tranſit in capitulum ſede vacante.*
3 *Capitulum ſede vacante non poteſt conferre beneficium.*
4 *Vicarius epiſcopi non poteſt beneficium conferre, niſi expreſſè hoc ei demandetur.*
5 *Poteſtas inſtituendi præſentatos an tranſeat in vicariū Epiſcopi.*
6 *Legatus de latere quod poſſit præiudicare ordinario in conferendo & in inſtituendo,quomodo procedat.*
7 *Edictum emanans à capitulo dicitur citatio, habēs uim ſententiæ interlocutoriæ.*
8 *Iuriſdictio & poteſtas alicuius per ſolam citationem præuenitur.*
9 *Citatio una ſufficit vt præueniatur iuriſdictio, & pr̄as.*
10 *Papa ſi præuenit ordinarium diſponendo de certo vel incerto beneficio,non poteſt ordinarius de illis beneficijs ſe intromittere.*
11 *Præſentatione facta de aliquo coram habente poteſtatem inſtituendi,immediatè ius ei acquiritur.*
12 *Verba,ſi non eſt ius alteri acquiſitum, quomodo intelligantur.*
13 *Princeps ſupremus ſolus priuat aliquem iure ſuo.*

CONSILIVM CXL.

VAcante eccleſia iuris patronatus,pręſentatio facta fuit per patronos de quodam clerico coram capitulo ad quod ſpectat ius confirmādi preſentatos,& facta dicta præſentatione emanauit edictum iuxta formam traditam in c.fi.de elec.lib.6.& demum nondum ſubſecuta confirmatione,Reuerēdus Do.Vicelegatus Bononiæ inhibuit dicto capitulo ne procedat ad confirmationem ſeu inſtitutionem dicti præſentati,quæritur ergo an ſtante dicta inhibitione poſſit,& voleat dictum capitulum procedere ad inſtitutionem ſeu confirmationem dicti præſentati.

In iſta quæſtione, quia veritas in paucis cõſiſtit, difficultatem ipſam breuiter abſoluendo, videtur prima facie fore dicendũ, ꝙ ob dictã inhibitionẽ factam per D. Vicelegatũ non poſsit fieri cõfirma
1 tio de dicto præſentato, eo, qa † qñ res eſt integra, & nondũ ſortita fuit effectũ, legatus de latere põt præuenire ordinariũ ad quem ſpectat ius cõferen di, ſeu inſtituendi, c. 1. de offi. leg. lib. 6. c. ſi à ſede. de prebẽ. lib. 6. & ibi not. Frederi. de Sen. in cõſ. 65. inci. ſuprascriptæ qõnes non ſunt leues in 3. dubio.

Præterea ut dictũ fuit ſupra, permiſſum eſt legato prçuenire ordinariũ in beneficijs cõferẽdis d. c. primò de offic. leg. lib. 6. Ergo multo magis pmiſſum eſt ei poſſe præuenire ordinarium in inſtitutio ne facienda de ipſo præſentato, eo, quia minus præ iudicium infertur ei ſi adiuuatur facultas inſtituen di, quàm ſi tollatur facultas conferendi beneficia.
2 Iſtud probatur ſic. † Nam ius inſtituendi præſentatum tranſit in capitulum ſede vacante c. cum olim.
3 de maio. & obe. † & tamen ius conferendi beneficia non tranſit c. vnico. ne ſed. vacante lib. 6.
4 Præterea † in Vicarium Epiſcopi non tranſit facultas conferendi beneficium, niſi expreſsè hoc ei
5 demãdetur c. fi. de offic. vica. lib. 6. † & tamen trãsfertur poteſtas inſtituẽdi præſentatos licet expreſſe hoc ei non demandetur c. ex frequentibus, & ibi not. D. Abb. extra de inſtitutio.

Sed iſtis non obſtantibus contrarium eſt uerius, ideò in iſta quæſtione concludo, ꝙ nõ obſtante dicta inhibitione quæ proceſsit his modis, & formis de quibus ſupradictum eſt, poteſt capitulum procedere ad confirmationem ſeu inſtitutionẽ dicti præ-
6 ſentati, eo, quia † licet legatus poſsit præiudicare ordinario in cõferendo & in inſtituendo c. 1. de of fic. leg. lib. 6. nihilominus hoc nõ procedit qñ pueñ tus eſt ab ordinario: nam tũc nõ poteſt ſe intromittere conferendo ſeu inſtituendo, cũ ſit præuentus per ordinarium c. ſi à ſede. de præben. lib. 6. & ibi p Doctores notatur, & per Frederic. de Senis ĩ d. cõſ. 65. vbi dicit expreſsè ꝙ ſi legatus prçueniatur ceſſat eius poteſtas & de hoc non eſt dubitandum.

Quòd autem legatus fuerit præuẽtus à capitulo ad ꝙ ſpectat ius inſtituẽdi, ſeu confirmandi præſen tatos, oſtendo manifeſta ratione. Nam dicitur ema naſſe edictũ iuxta formam, de qua in c. fi. de elect. lib. 6. prius, quã fieret inhibitio per ipſum D. Vice legatum, ex quo actu dico præuentum fuiſſe præfatum D. Vicelegatum. Quod ſic oſtenditur.
7 Nam † edictũ quod emanauit ab ipſo capitulo dicitur quædam citatio quæ habet vim ſententię interlocutoriæ, ut not. Io. And. in c. Roma. de foro cõ pet. lib. 6. & Domi. de S. Geminia. in c. fin. de elec.
8 lib. 6. in vlt. col. † Sed per ſolam citationẽ præuenitur iuriſditio & poteſtas alicuius, c. ꝓpoſuiſti, extra de foro cõpeten. l. ſi poſteaquàm. ff. de re iudi. Bar. & alij in l. pluribus. ff. de leg. 1. & in l. cum quædam
9 puella. ff. de iuriſ. omn. iudic. † & licet ſit dubium an ſufficiat vna citatio, uel an requirantur tres, uel una pro tribus, communiter tamen concluditur ꝙ vna citatio ſufficit. Ita dicit illuſtris doctor D. Frã. Aret. in d. l. ſi pluribus. in 3. col. Quinimò dicit Petrus de Anchar. in conſi. 57. incip. circũſcriptis re-
10 gulis Cancellariæ. † ꝙ cum Roma. Pontifex. & Epiſcopus in ſua diœceſi ſint ordinarij collatores in conferendis beneficijs d. c. ſi à ſede, de preb. lib. 6. Papa dicitur prçueniſſet ordinarium diſponẽdo de certo, uel incerto beneficio, licet factũ Papæ fuerit inualidum: quia ſicut per actum nullum perpetuat iuriſditio delegati, ſecundũ Hoſtienſem in c. licet. extra de offic. deleg. ita per actum inualidum dicitur prçueniſſe quis iuriſditionem & poteſtatem alterius cum quo ipſe ſimul habet eãdem poteſtatẽ.
11 Præterea facta prçſentatione, † de aliquo coram habente poteſtatem inſtituendi immediatè ius eſt ei acquiſitum, ſecundum Lap. allegatione 8. incip. præſentatus p patronos. ubi allegat tex. in c. decernimus. 16. quæſt. fi. & tex. in c. cum Bertholdus. de ſent. & re iudi. & nota. per Io. And. in c. fi. de poſtu. prælat. Ideò dicunt Domini de Rota deciſione 16.
12 ꝙ illa verba, † ſi non eſt ius alteri acquiſitum, non intelligũtur de iure ad rem quæſito ex acceptatione: ſecus tamen eſt de iure ad rem alio modo acquiſito, videlicet mediante electione, aut præſentatione patroni clerici vel laici; & idem dicunt Do. de Rota deciſ. 16. in tit. de preben. de quibus mentionem facit D. Fely. in d. c. cum Bertholdus. in primis verbis de ſenten. & re iudic. tunc ſic ſi poſſet impediri inſtitutio facienda de dicto præſentato per inhibitionẽ factã per D. Vicelegatũ auferetur ius acquiſitum ipſi præſentato: quod non poteſt legatus, & per conſequens, nec eius uicem gerens, prout not. Specul. in tit. de legato. §. nunc oſtendendũ.
13 verſi. 11. & in verſi. 62. vbi dicit, † ꝙ ſolo ſupremo principi permiſſũ eſt priuare iure ſuo c. cuncta per mundum. & c. per principalem. 9. quæſt. 3. l. bene à Zenone C. de quadri. præſcrip.

Non obſtant aducta in contrarium: quia verum eſt, ꝙ legatus de latere poteſt præiudicare ordinario loci in conferendo, & in iſtituendo, dummodo non ſit præuentus.

Sed in caſu noſtro fuit prçuẽtus per emiſsionẽ pdicti edicti, & per præſentationẽ factã de edicto clerico corã capitulo, igitur nõ poteſt dictus Reuerendus D. Vicelegatus inhibere dictã inſtitutionẽ, per rõnes ſuperius aductas, ex qbus omnib. patet meridiana luce clarius, dictũ capitulũ procedere poſſe, & debere ad cõfirmationẽ ſeu inſtitutionem dicti clerici legitimè coram eo præſentati. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nullum pactum continens ex quo argui poſſit eſſe illicitum, adimpleri debet.*
2 *Pactum de retrouendendo non efficit contractum illicitum.*
3 *Contractus arguitur fœneratitius ex pacto de retrouendendo & modicitate pretij.*
4 *Res minus ualet propter onus de retrouendendo.*
5 *Pactum de retrouẽdẽdo factum cum non ſolito fœnerari, non poteſt argui illicitum.*
6 *Contractus in dubio non cenſetur uſurarius.*
7 *Delinquere nemo præſumitur.*
8 *Pactum de locando rem emptam uenditori non arguit contractum fœneratitium.*
9 *Contractus an præſumatur ſimulatus, ex perſeueratione in*

In poſseſsione per uenditorem rerum ſibi ab emptore locatarum.

10 *Colonus non poſsidere, ſed detinere dicitur.*

11 *Fraudis pſumptio ceſsat, ſi uenditor cõſtituit ſe emptoris nomine poſsidere, & reſpondet emptori de fructibus.*

12 *Simulatio prǽſumitur ex retentione poſseſſionis, quando inſtrumentum uenditionis contrarium continet.*

CONSILIVM CXLI.

Veriſsima eſt concluſio optimis rationibus ſolidiſque fundamẽtis ſuperius firmata, per excellẽtiſsimũ iuris interpretem D.Io.Campegiũ maiorem obſeruandiſsimũ, cui nihil addẽdũ cenſeo, cũ rei ſatis ſuperq́ue demonſtratæ fruſtra adijciatur demõſtratio, ut inquit Iurecõſultus in l.1.ĩ prin.ff.de do.præ leg. uerum quia prout retulit cliẽtulus aduerſarius recuſat adimplere contractum, aſſerens illũ nõ eſſe licitum. & præſumi fœneratitium propter pactũ de retrouendendo, & pactum de locando ipſas petias terrę de quibus in contractu, ideò ſuper iſto articulo non tacto per D.Conſulentem omiſsis argumentationibus de concluſione procedendo aliqua ſuper eo verba faciam.

1 Dico igitur,† ꝙ ex hac cauſa non poteſt quoquo modo præfatus emptor recuſare implemẽtũ ipſius contractus, quia in eo nullum pactum eſt appoſitũ ex quo argui poſsit contractũ ipſum eſſe illicitum,
2 aut fœneratitium.† Nam ſolum pactum de retrouẽdẽdo non efficit contractum illicitũ l.2.C.de pac. inter empt.& vẽdit.& ibi Bal.& Saly.in indiuiduo. Ita dicunt Io.de Ana.in c.conqueſtus col.penul.de
3 vſur.† Duo enim ſaltem copulatiuè requiruntur, ut cõtractus arguatur fœneratitius, primũ eſt pactum de retrouendendo, ſecundum eſt modicitas pretij, de hoc Gl.in c.ad noſtram de empt.& vẽdit.& in c. conqueſtus in Gl.fi.de uſur.& idem tenet Archi.in c.plerique.14.q.3.& idẽ ſentit D.Ant.in c.illo vos. de pigno.Io.de Imo.Abb.& reliqui Moderni in d. c.ad noſtram.col.vlt.nõ ſufficeret quælibet modicitas pretij cum pacto de retrouendendo ad præſumendum contractum illicitum, ſed pretiũ dicitur eſſe valde tenue reſpectu valoris duplicis, tum quia contrahentes ſolent inuicem ſe decipere l.itẽ ſi ex
4 pretio ff.locat.l.in cauſis.ff.de mino.† tum quia ꝓpter onus de retrouendẽdo appoſitũ in cõtractu vẽditionis res dicitur minus valere: arg.l.fundi partẽ. ff.de contrah.emp. cum ergo in caſu iſto prǽſupponatur prædictas petias terræ fuiſſe venditas iuſto pretio, aut ſaltem pretium non ſit multum tenue, dicendum eſt ꝙ contractus nõ dicatur illicitus propter dictum pactum de retrouendendo.

Comprobatur hoc ex notatis per Pau.de Caſt.in
5 l.rogaſti.§.ſi tibi.ff.ſi certum peta.ubi dicit,† ꝙ licet illa conſideratio an aliquis ſit ſolitus fœnerari, vel ne, non ſit attendenda in contractu mutui ad pſumendum contractum illicitum, in alijs tamen cõtractibus, ut puta, venditionis, eſt attendẽda. ideo ſi is qui fecit pactum de retrouendendo rẽ quã emit, non ſit ſolitus fœnerari, ex hoc non poteſt argui cõ
6 tractus illicitus ſeu fœneratitius. eo maxime: † qa in dubio contractus cenſeri non debet vſurarius, ſe
7 cundũ Bal.in rubrica de offic.iudic.in 8.col.† cum nemo præſumatũ delinquere l.merito.ff.pro ſocio, & idem dicit Bal.in d.l.rogaſti §.ſi tibi.ff.ſi cert.peta.quẽ ſequitur D.Alex.in conſ.221.inci.ſup titulo
8 quæſtionis, lib.2.† Pactũ etiã de locando prædictas petias terrę ipſi vẽditori, nõ arguit cõtractũ fęneratitiũ: quia nõ prohibetur emptor locare res ſibi vẽditas, & in quibus ius habet ipſi uenditori: arg.l.dudum C.de contrah.empt.& l.in re mãdata.C.mãd.
9 Non † obſtat ſi dicatur ex quo ipſe vẽditor perſeuerabit in poſſeſsione dictarum rerum ſibi locatarum ex hoc pręſumetur ſimulatio contractus, iuxta notata per Bar.& Doctores ĩ l.ſicut.§. ſuperuacuũ. ff.quib.mo.pig.uel hypoth.ſolu.& in l. poſt contractum ff.de donat. Nam ad hoc reſpõdetur multipli
10 citer, & primò, † ꝙ cum locator ſeu colonus non dicatur poſsidere ſed detinere.l.1.C.cõia de uſuc. l.non ſolum, §. quod vulgo.ff.de vſucap.in eo non reſidebit aliqua poſſeſsio ex qua argui poſsit ſimulatio ipſius contractus.

Pręterea ſecundũ Bar.in d.l.ſicut.§.ſuperuacuũ,
11 in fin.† qñ venditor conſtituit ſe emptoris nomine poſsidere, & reſpondet emptori de fructibus, hoc facit ceſſare præſumptionem fraudis: arg.l.litibus. C.de agrico.& cenſ.libro 11.ſed in dicto contractu uenditor conſtituit ſe poſsidere nomine emptoris, item facta ſibi locatione de dictis petijs terræ, reſpondebit de fructibus ipſi emptori ſoluẽdo annuatim, & ſummam ducatorum centũ quadraginta durante dicta locatione. ideo ceſſare debet prǽſumptio fraudis ſeu ſimulationis contractus.

Pręterea & 3.ſecundum Bal.in l.illud.ad fi.C.de ſacroſ.eccle. quem ſequitur Paul.de Caſt.in conſi.
12 331.incip. præſuppoſitis ijs.† tunc ex retentione poſſeſsionis præſumitur ſimulatio, quando inſtrumentum vẽditionis continet contrariũ, ſcilicet traditionem fuiſſe realiter factam, & ſic ſe non compaciuntur inuicem inſtrumẽtum uenditionis & retentio poſſeſsionis, imò ſibi contrariãtur: ſed ſi ſe cõpatiãtur, ut quia inſtrumentũ non cõtinet poſſeſsionem realiter fuiſſe traditam, licet in eo dicatur, ꝙ uẽditor conſtituit ſe poſsidere nomine emptoris, ut hic in caſu noſtro, tunc excluditur illa pſumptio ſimulationis quæ reſultat ex retẽtione poſſeſsionis. Ex quibus concludo ꝙ nulla ratione nullaq; cauſa poteſt præfatus emptor contradicere quin teneaẽ ad obſeruationem prædicti contractus, & omniũ, & ſingulorũ pactorũ qui in eo continenẽ. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio actuum ad alium forũ facta per iudicem parte non citata ad uidendum produci commiſſionem, & ad illi opponendum, an ualeat. & uide nu.5.*

2 *Impedimentum non præſtat, quod uiribus non ſubſiſtit.*

3 *Artium præpoſiti non cognoſcunt de non pertinentibus ad artem.*

Limitata cauſa limitatum parit effectum.

4 *Statutum quòd filiusfamilias mercator poſſit contrahere, intelligitur in contractibus concernentibus actus mercantiles.*

6 Man-

Mandatum principis an aliter probari poſſit, quàm per ſcripturam auctenticam.

7 *Iudex qui non detulit appellationi, in cauſa procedere poteſt, & geſta per eum valida ſunt ante inhibitionem ei factam.*

8 *Clauſula decreti irritans ligat etiam ignorantes.*

9 *Diſpoſitio cap. non ſolum. de appella. quomodo procedat.*

10 *Regulæ textus ab aliquo doctore non reſtricti, ſtandum eſt.*

11 *Clauſula, ſi preces veritate nitantur, in quolibet reſcripto ſubintelligitur.*

12 *Cauſa commiſſa, quòd debeat iudex condemnare reum, ſi conſtiterit eum obligatum actori, ſi iudex condemnat tenet ſententia licet ſibi non conſtet de obligatione.*

13 *Conditio de præſenti appoſita in commiſſione eius effectum non ſuſpendit.*

14 *Actus legitimi fieri poſſunt ſub conditione de præſenti, & præterito.*

15 *Teſtes parte non citata, & non delato iuramento recipi poſſunt à iudice, vbi agitur de probanda conſuetudine.*

16 *Illatio ex diſſimilibus non rectè fit.*

17 *Libris mercatorum in reſpicientibus litis deciſionem datur plena fides in quocunque foro agitatur cauſa, virtute ſtatuti, ꝙ libris mercatorum detur plena fides.*

18 *Librorum mercatorum approbatio, vel improbatio per iudicem ad Conſules mercatorum veluti peritos remitti debet.*

19 *Intellectus ad l. aduerſus. C. de vſur. & fructi. leg.*

CONSILIVM CXLII.

IN cauſa vertente inter hæredes quõdam Antonij de Matiglano parte vna, & inter Hieronymum de Bombace parte altera, nonnullæ dubitationes ſubtiles & elegantes proponuntur per excellentisſimum D. Nicolaum de Baldis Reuerendisſimi D. Gubernatoris Ciuitatis Bononiæ auditorem benemeritum, quas ſummatim referam, vt illis accommodatum reſponſum dari posſit.

1 Prima dubitatio eſt, in qua in effectu dicitur, † ꝙ remisſio librorum ad forum mercantile fieri non potuerit per priorem iudicem, cum pars non fuerit citata ad videndum produci cõmisſionem ipſi iudici factam, & ad illi opponendum, prout quotidie practicatur, & de iure fieri debet, iuxta notata per Inno. & alios Canoniſtas in c. præterea. de dilat. in c. cũ iure peritus. de off. deleg. Bar. Alex. & alij Moderni in l. 2. ff. ſi quis in ius voca. nõ ierit, & cum ſit, ꝙ ante huiuſmodi citationem non ſit fundata iuriſdictio delegati, ẽt ad finem, & effectum productionis talium librorum, per ea quæ habentur per gl. in l. reus. ff. de procu. Item quia commisſio facta præfato priori iudici fuit non pura: ſed conditionalis, quatenus ſtatuta ita diſponerent: & ſic non fuit tributa iuriſdictio ipſi iudici, niſi prius liquidata & purificata dicta conditione, de qua ſaltem prius cognoſci debuit, ſaltem ſummariè, quod cũ minimè factum fuerit, nec ad id pars fuerit citata, nulliter extitit proceſſum, iuxta notata per Bar. in l. prolatã
2 C. de ſen. & interlo. om. iud. † & ſic non præſtat impedimentum quod viribus non ſubſiſtit c. non præſtat impedimentum de reg. iuris in 6.

Secunda principalis dubitatio eſt, ꝙ non potuerint conſules mercatorũ approbare dictos libros,
3 qm̃ prædicti libri fuerunt confecti ab aurifice, † & continent id quod non concernit eius artificium, igitur ipſis nulla fides eſt adhibenda: quia limitata cauſa limitatum parit effectum, l. quod dictũ. ff. de pac. l. in agris. in prin. ff. de acq. rer. domi. l. 3. §. ex hoc edicto. ff. nau. caup. ſtab. per què infert ibi Bal. poſt Guiel. de Cun. ꝙ præpoſiti artium non cognoſcunt de non pertinentibus ad artem, puta de quadam ſucceſsione. Similiter dicet Bal. in l. fin. C. ad
4 Maced. † ꝙ ſtatutum diſponens, quòd filius familiãs mercator posſit cõtrahere, interpretari debet in contractibus concernentibus actus mercantiles & non in alijs.

Preterea ſtatutum mercatorũ poſitum ſub rubr. de off. & iuriſd. iud. merca. clarè diſponit, ꝙ ipſe cognoſcere posſit de cauſis mercãtilibus & non alijs cum ergo cauſa de qua agitur non fuerit mercantilis, non potuerunt prædicti conſules & iudex approbare ꝓdictos libros. hęc eſt breuis ſumma dubiorũ quæ in hac cã proponuntur, ad quæ paucis rñdeo.

5 Et ad primum in quantum fuit dictum, † ꝙ commisſio non fuit producta nec ad id pars fuit citata, rñdeo, ꝙ illud non procedit quando commisſio eſſet facta in loco in quo moram traheret is aduerſus quem reſcriptum fuit impetratum. nam tunc ſi ipſe habuerit notitiam ipſius reſcripti dẽt comparere & opponere ea quæ vult, aliàs proceſſus agitatus per delegatum validus eſt, ita limitat D. Abb. in c. præterea in 2. col. & ante eum D. Ant. de Butr. de dilat. ſequuntur Moder. in l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus non ier. ubi comprobant hanc limitationẽ optimo ſimili quod ponit Spe. in tit. de prob. §. videndũ.
6 in ver. auditoribus vbi dicit, † ꝙ licet mandatum principis regulariter non posſit probari niſi ꝑ ſcripturam autenticam l. vnica. C. de mand. princ. Bar. in l. vnica. C. de ſuper indic. lib. 10. attamen hoc nõ procedit in caſu in quo princeps eſſet in illa Ciuitate, ita ꝙ ipſius copia faciliter haberi poteſt. & de iſto d. Spe. meminit Lud. Rom. in l. ſciendum. ff. de verb. obl. cum ergo in caſu noſtro Hieronymus de Bombace moram trahat in loco in quo commisſio facta fuit per Reuerendiſſ. D. Gubernatorem, illius etiam habuit notitiam virtute citationis factæ per Iudicem, & Conſules mercantiæ, in qua citatione fiebat mentio de dicta delegatione: ſequitur ꝙ nõ fuit opus partem citari ad videndum produci dictum reſcriptum, & ſic non fuit opus uti practica de qua in dicto c. præterea. de dilat.

Vel aliter rñdetur, ꝙ ex quo prior iudex à quo fuit appellatum non detulit appellationi, potuit in cauſa procedendo facere remisſionem dictorũ librorum, nec attentata per eum reuocari debent per iudicem ad quem, niſi prius iuſtificetur cã appellationis, licet ſecus ſit in appellatione à ſententia diffinitiua, c. non ſolum. de appella. lib. 6.

Nec obſtat dum dicitur, ꝙ cum ab ipſo priori iudice fuit cauſa auocata etiam quo ad negotiũ principale, & eadem fuit commiſſa Do. Hippolyto de Marſilijs, & legitimè coram eo producta funditus caruit ipſe omni iuriſdictiõe, nec fuit neceſſe eidẽ

aliquam

aliquam facere. inhibitionem l. iudicium ſoluit. ff.
7 de iudic. quia ad hoc reſpondetur † ꝙ imò potuit iudex ipſe ex quo non detulit appellationi in cauſa procedere, & geſta per eum valida ſunt ante inhibitionem ei factã. Ita concludunt D. Ant. Io. de Imo. Abb. modernus & cęteri in c. cęterũ de reſcrip. ubi ponũt iſtã diſtinctionẽ. Aut in ſecũdis literis non eſt inſerta clauſula decreti, & iſto caſu ꝓceſſus agitatus per iudicem attamẽ in primis literis validus
8 eſt ante habitã notitiam de ſecundis literis, † Aut ĩ ipſis ſecũdis literis eſt inſerta clauſula decreti, quæ afficit etiã ignorantes c. 1. §. ex parte de conceſſ. ꝓben. in 6. c. ſi eo tempore. de elect. eo. lib. c. dudũ. el 2. de præben. eo. lib. Gl. in Clem. 1. in verbo attẽtari. de conceſſ. præben. & tunc ſecus: quia proceſſus agitatus ꝑ iudicẽ virtute primi reſcripti erit inualidus, licet ſecũdi reſcripti nullã notitiam habuerit ipſe iudex: cũ ergo in cõmiſsione facta prędicto D. Hippolyto non fuerit appoſita dicta clauſula decreti, geſta per iudicem à quo erũt valida, cum nõ conſtet ipſum habuiſſe notitiam dictæ commiſsionis.
9 Nec obſtat etiam dum dicitur † ꝙ diſpoſitio dicti c. non ſolum. non procedit quando iudex à quo proceſsit circa eandem rem, prout in caſu noſtro ĩ quo fecit remiſsionẽ librorũ, quæ per appellationẽ fuit extincta l. furti. ff. de ijs qui notan. infam. l. 1. in fine. ff. ad Turpil. Ad hoc etiam reſpondeo ꝙ tex. in d. c. non ſolum. procedit in quocunque caſu. Nec
10 † inuenio aliquem doctorem illum tex. reſtringentem, ideò ſtandum erit regulæ illius tex. iuxta nota per Bal. in l. tutor. in fi. C. de ſer. pig. da. manumiſſ. & in l. 1. verſi. quid de deportato. C. de hæred. inſti. Et ꝙ hoc procedat indiſtinctè, probat tex. in c. ſignificantibus. de appell. quẽ ibi põderat D. Philip. nota. vltimo cuius verba formalia hæc ſunt: noto vnã regulã neceſſariam in materia attentatorũ pendẽte appellatione: q̃a omni caſu ſiue in appellatione iudiciali, ſiue extraiudiciali, dummodo appellatio nõ ſit interpoſitam à ſententia diffinitiua, nullo caſu reuocãtur attẽtata per iudicẽ à quo, niſi primo iuſtificetur veritas cauſæ appellationis ut ibi. Adducit etiam tex. in c. ſignificanti. & in c. Rodulphus de reſcriptis, & plura alia. de quibus ibi per eum.

Non obſtat etiam dum fuit dictum ꝙ cõmiſsio facta iudici à quo fuit cõditionalis, q̃ prius debuit liquidari. Ad hoc. n. reſpondeo dupliciter, & primo ꝙ cum in ſupplicatione fuerit facta mẽtio de ſtatutis mercatorũ, quæ diſponunt ꝙ in eis illa clauſula ſubintelligebat, etiã ſi nõ fuiſſet expreſſa in ipſa cõ
11 miſsione. † cũ in quolibet reſcripto clauſula ſubintelligatur, ſi preces veritate nitãtur. c. 2. de reſcriptis, illa ergo clauſula de qua in dicta cõmiſsione, cũ expreſſerit id qđ tacitè inerat, nullũ effectũ debet operari & ſic nõ conſtituit dictã cõmiſsionem conditionalẽ. l. 3. ff. de lega. 1. c. ſignificaſti. de elec.
12 Et pro hac reſponſione facit † notabile dictũ Innoc. in c. prudentiã. de offic. deleg. cuius dicti meminit Abb. in c. cũ dilecta. col. 5. de reſcript. vbi dicit ꝙ ſi committitur cauſa alicui hoc expreſſo ꝙ debeat condemnare Titium reum ſi conſtiterit eum obligatum Sempronio actori, certè ſi iudex cõdẽnauerit, licet ſibi nõ conſtiterit de obligatione, tenebit ſententia: quia illa expreſsio nõ indicat nouã formam, ſed potius ſapit quandã inſtructionem, ad cauſam: ſic dicamus in propoſito noſtro.

Vel aliter reſpondeo ꝙ conditio de qua in dicta
13 commiſsione † non eſt de futuro. Sed eſt quædam conditio de ꝓſenti, quę non ſuſpendit effectum dictæ cõmiſsionis l. conditio in ꝓteritũ. ff. de uerb. oblig. l. cũ ad præſens, ff. ſi cer. pet. huiuſmodi enim conditio non dr̃ conditio imò diſpoſitio in qua ſimilis conditio appoſita eſt cenſetur plura, iſtud elicio ex d. Io. Fab. §. conditionis inſti. de uerb. oblig.
14 ubi concludit, † ꝙ actus legitimi qui nõ poſſunt fieri ſub conditione. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. fieri tamen poſſunt ſub conditione de præſenti, & pręterito. Pro qua opinione Moderni in d. l. cum ad ꝓſens, ff. ſi cer. pet. adducunt Glo. in c. paſtoralis, 7. q. 1. & Gl. in Cle. 1. in Gl. magna de off. deleg. Ex quibus ergo concludo ꝙ prædicta conditio, ſi cõditio poteſt dici, non ſuſpendit iuriſdictionẽ prædicti iudicis, nec de ea prius ſumatim fuit cognoſcendum.

Ad ultimum in quantum dr̃ ꝙ Conſules mercatorum non potuerũt approbare ꝓdictos libros cũ non contineant id quod concernit artificiũ ſcribẽtis debitum de quo ſupra, r̃ndeo ꝙ per teſtes quos prior iudex examinauit ex officio ad ſui informationes probatum fuit conſuetudinẽ eſſe in contrariũ: ꝙ imò talibus libris fides præſtari debeat: arg. l. 1. C. de emancip. lib. nec dicitur ꝙ iſti teſtes non probent cum fuerint producti ſeu examinati parte
15 non citata. † quia in huiuſmodi caſu quando agit̃ de probanda conſuetudine, iudex recipere poteſt teſtes parte non citata, & etiam non de lato eius iuramẽto. Ita decidit D. Ant. in repe. c. fi. de conſuet. col. 39. uerſic. uenio ad ſecundum principale.

In quantum etiam dicebatur ꝙ obſtat ſtatutum mercatorum poſitum ſub rubrica &c. reſpondeo ꝙ ſtatutum ꝓdictum licet prohibeat Cõſules mercatorum cognoſcere de cauſis non mercantilib. non tamen prohibet ipſos poſſe approbare libros etiã non concernẽtes cauſas mercãtiles, quia iſta inter
16 ſe ſunt diſſimilia: ut probabitur † ex quib. rectè nõ infertur l. inter ſtipulatẽ. §. ſacrã, ff. de uerb. obliga. Quòd autem iſta ſint diſſimilia, & ꝙ iſta approbatio librorum non ſit interdicta ipſis Conſulibus ꝓ
17 batur ſic. † Nã libris mercatorũ in ijs q̃ reſpiciunt litis deciſionem, datur plena fides in quocunq; foro agitetur cauſa, uirtute ſtatuti diſponentis ꝙ libris mercatorũ detur plena fides: ſic decidit Bal. in l. 2. ff. de conſti. pecu. Io. And. in additionibus ad Spec. in titul. de inſtrum. edit. §. nunc dicendum in addi. mag. in uerſi. ſeptimũ ſupplementũ D. Ant. in c. 2. de prob. ſi ergo cauſa in qua libris mercatorum daretur plena fides ſi tractaretur aut tractari poſſit in foro mercantili, agitetur in alio foro, & dubitetur an libri per quos quis uult probare intentionem ſuã ſint tales quibus merito fides ſit adhibẽda: iſta
18 † approbatio librorum uel improbatio per iudicẽ remitti dẽt ad Conſules mercatorũ ueluti peritos in arte. arg. l. ſemel. C. de re mil. lib. 12. & l. 1. in prin. cũ ibi not. ff. de uent. inſpic. nec ob hoc diceretur ipſi Conſules cognoſcere de prædictis cauſis
19 approbãdo uel reprobãdo prædictos libros. † Facit tex. in l. aduerſus. C. de uſur. & fruct. lega. ubi Iudex elegit calculatores ſeu arbitros ad faciẽdas extimationes

tiones bonorum defuncti,& ad faciendas calculationes de ijs ad quę defunctus tenebatur,ex quibus concludo &c. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio fideicommiſſaria eſt onus per teſtatorem iniunctum ei cui fit.*
2 *Teſtator grauare non poteſt quem non honorat.*
3 *Poſitus ſub conditione an dicatur vocatus.*
4 *Inducta ad diminuendum,augmentum operari non debent.*
5 *Singula quę non proſunt, nec multa ſimul vnita proſunt.*
6 *Subſtitutio fideicommiſſaria facta filijs filiorum, quos alias teſtator non ſubſtituit,non valet.*
7 *Teſtator qui grauat filios onere fideicommiſſi, nepotes quoque grauare cenſetur.*
8 *Teſtator quando grauat filios ſub conditione,ſi ſine liberis deceſſerint,& prædicti filij moriuntur ſuperſtitibus liberis tempore eorum mortis,fideicommiſſum euaneſcit.*
9 *Fideicommiſſum ſemel extinctum reuiuiſcere non poteſt.*
10 *Donatio facta per patrem natiuitate filij reuocata,morte ipſius filij viuente patre donatore, reuiuiſcere non poteſt.*
11 *Teſtamenti tenor attendi debet,vbi agitur de interpretanda uoluntate defuncti.*
12 *Nemo præſumitur dixiſſe id quod prius mente non cogitauit.*
13 *Homo non creditur velle niſi illud quod dicit.*
14 *Hæres primus titulo inſtitutionis honoratus grauari poteſt,& ſecundus,& deinceps cæteri.*
15 *Ordo ſcripturæ non attenditur,ſed ordo intellectus in vltimis voluntatibus.*
16 *Intellectus ad l. quidam.ff.de pecu.lega.*
17 *Libellus,peto aduerſarium cogi & compelli,& eum condemnari valet.*
18 *Libellus non vitiatur licet concluſio præcedat facti narrationem.*
19 *Clauſula in fine teſtamenti poſita, referri debet ad præcedentes, & expreſſas perſonas in ipſo teſtamento.*
20 *Verba geminata oſtendunt enixam voluntatem diſponentis.& nu.24*
21 *Teſtator præſumitur elegiſſe viam per quam uoluntas ſua valeat,& non pereat.*
22 *Teſtator præſumitur velle quos grauauit honorare, ne onus fideicommiſſi illis iniunctum careat effectu.*
23 *Rei ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter.*
24 *Actio ex pacto nudo geminato oritur.*
25 *Geminatio præſupponit deliberationem.*
26 *Geminatio reſcriptorum quæ circa eundem actum emanarunt,operatur clauſulam motus proprij.*
27 *Subreptio per clauſulam motus proprij tollitur.*
28 *Clauſula geminata in venditione appoſita, Si talis res vendita plus valet,illud plus donat ipſe venditor emptori. quid operetur.*
29 *Teſtatoris ſola coniecturata voluntas ſufficit ad inducendum fideicommiſſum.*
30 *Verba enunciatiua quando diſponant.*
31 *Fideicommiſſum inducitur ſola voluntate defuncti,dummodo de ea conſtare poſſit.*
32 *Voluntatis quæſtio non admittitur, cùm in verbis non eſt dubitatio.*
33 *Filij vel alij teſtatoris deſcendentes,licet ſint uocati ſub conditione, onus tamen fideicommiſſi illis iniunctum validum eſt.*
34 *Teſtatoris voluntas in omnibus primum locum obtinet.*
35 *In Bartoli dictis ſolet eſſe ſubſtantia veritatis.*
36 *Fideicommiſſum reſultat ex eo quòd quis ſit in conditione poſitus,& ex quo fuit oneratus.*
37 *Duo imperfecta ſimul iuncta non inducunt diſpoſitionem.*
38 *Teſtator ſi grauat duos aut plures hæredes, vt poſt eorum mortem totam hæreditatem reſtituant, per hoc non inducitur aliqua ſubſtitutio.*
39 *Subſtitutio reciproca,nec directa,nec fideicommiſſaria inducitur inter hæredes ex hoc ſolo quòd teſtator grauat vltimum hæredem morientem.*
40 *Subſtitutio fideicommiſſaria vt inter hæredes reſultet, quæ concurrere debeant.*
41 *Hæredis inſtitutio per coniecturas non cauſatur.*
42 *Fideicommiſſum ex ſolis coniecturis inducitur.*
43 *Regula,qui vult conſequens videtur velle omne neceſſarium antecedens, quomodo procedat.*
44 *Secundus grauatus an detrahat quartam.*

CONSILIVM CXLIII.

Teſtator quidam ſuum ultimum condidit teſtamentum, in quo inter cętera per ipſum diſpoſita, filios ſuos hæredes vniuerſales inſtituit & ſubſtituit,per hæc verba formalia. In omnibus autem ſuis bonis mobilibus & immobilibus &c. ſuos hęredes vniuerſales eſſe voluit,& reliquit Titium,Caium, Semproniu m, & Bentulum eiuſdem teſtatoris filios legitimos & naturales æquis portionibus inter eos,& ſi contingerit aliquem vel aliquos ex dictis ſuis prænominatis filijs,& hæredibus inſtitutis,ipſi teſtatori præ decedere,vel alias quandocunque decedere ſine liberis maſculis legitimis & naturalibus, vel etiam cum filijs prædictis,& poſtea dictos filios quandocunque decedere in pupillari ætate,ſeu alias quandocunque ſine filijs maſculis legitimis & naturalibus,ſuperſtites ex eis præcedentis ſeu præcedentiū ſibi decedentium aut decedentium alias quandocunque liberos maſculos legitimos & naturales in ſtirpes tamen,& non in capita,ſubſtituit vulgariter pupillariter,& per fideicommiſſum, ad quę etiam ſuos ipſius teſtatoris hæredes vniuerſales, vt ſupra in ſtirpes,& non in capita eſſe voluit & inſtituit, & iſtos maſculos vt ſupra,& per maſculum & deſcendentes legitimos & naturales inuicem ſubſtituit in ſtirpes tamen,vt ſupra,vulgariter, & per fideicommiſſum,& prædictos omnes & ſingulos inſtituit, & ſubſtituit ut ſupra.

His ita diſpoſitis per dictum teſtatorem ei prædeceſſit vnus ex prædictis eius filijs, demum teſtator ipſe defunctus eſt, ſuperſtitibus reliquis tribus

filijs hæredibus inſtitutis, demum deceſsit vnus ex dictis tribus filijs, ſuperſtitibus duobus filijs maſculis, & tribus filiabus fœminis, & ultimo loco deceſsit Diomedes filius prædicti filij teſtatoris, & ſic nepos prædicti teſtatoris, nullis ex eo ſuperſtitibus filijs, nec frater maſculo, qui in teſtamento per ipſum conditum inſtituit matrem & ſorores vniuerſaliter hæredes. quæritur ex prædicto themate utrũ uirtute inſtitutionis, & ſubſtitutionis, vnus ex filijs dicti teſtoris qui ſupereſt admitti dẽat ad dicta bona ueluti fideicommiſſo ſubiecta, excluſis præfatis mulieribus, tanquam de prædictis bonis minimè potuerit diſponere præfatus nepos teſtatoris.

Pręmiſſam difficultatem perfectè diſcutiẽdo, & omiſſo uerborũ multiloquio, uedetur primo aſpectu fore dicendum, ꝙ nullũ in caſu præmiſſo extet fideicommiſſum, & ſic ꝙ de illis bonis liberè teſtari potuerit prȩfatus Diomedes, eo, quia licet teſtator nepotibus ex filijs decedẽtibus ſine liberis ſubſtituerit vulgariter & per fideicommiſſum liberos ſuperſtites, ut patet ex ſerie teſtamẽti, attamẽ hæc ſubſtitutio quo ad ipſos nepotes effectum ſortiri
1 non poteſt. † Cum ſit quòd ſubſtitutio fideicommiſſaria cenſeatur quodam onus iniunctum per teſtatorem, & cui ſit. l. cohæredi. §. cũ filio. ff. de vul.
2 & pupil. ſubſtitu. l. ex tribus. C. de inoff. teſtã. † & is quẽ teſtator non affecit honore inſtitutionis aut legati, ab eo grauari non poteſt. l. ab eo. C. de fidei commiſ. l. planè. §. 1. ff. de leg. 1. cum vulga. Et ſi dicatur, cũm hȩreditas dicti primi teſtatoris perueneri ad dictum Diomedem eius nepotem, ergo effectum ſortiri debet onus ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ illi iniunctum, conſiderato futuro euentu ad quem plerumque reſpectus haberi debet. l. omnia ff. ſi certum petatur. l. quædam. ff. de reb. dubi. Ad hoc reſpondetur quòd hæc hæreditas peruenit ad dictum Diomedem fortuitu, non iudicio teſtatoris, ideò onerari non debuit, nec admittendũ eſt, ut cui nihil dederis eum rogando obliges, ſic inquid Iuriſconſultus in l. ſed & ſi ſic. §. ſi. ff. de leg. 3.
3 Quod autem † iſte Diomedes non fuerit per uerba de quibus ſupra uocatus iudicio teſtatoris, patet: quia ſolum fuit uocatus ſub conditione, & ſic non fuit ſubſtitutus iuxta nota. per Gloſſ. communiter approbatam in l. Lucius. ff. de hæred. inſtitu. nec ex onere ſubſtitutionis fideicommiſſariæ illi iniũcto arguere poſſumus ipſum fuiſſe honoratum & uocatum ad hæreditatem aui eius iudicio, per text. in
4 l. hæreditas ad Statium. ff. de hæred. inſtit. † Et quia inducta ad diminuendum, augmentum nõ debent operari. l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon. & l. ſi quis mancipia. ff. de fundo inſtruc. inſtrumẽtoq; lega. Cũ ergo nominatio facta de liberis ĩ ſub conditione, non faciat eos cenſeri uocatos iudicio teſtatoris. d. l. Lucius. cum Glo. nec etiã onus illis impoſitũ de per ſe, iſtud efficiat, nec ſimul iuncta hunc effectum operari poterunt, iuxta regulã vul-
5 gatam, quæ diſponit † ut quæ non proſint ſingula, nec multa ſimul vnita prodeſſe poſſint. l. ſpadonẽ. §. qui iura multa. ff. de excuſat. tut. l. 1. C. qui nume. tutel. Bartol. in l. 1. §. idẽ Cornelio. ff. de quæſtio. & nota. per Docto. poſt eundem Bar. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæ fidei. C. de reb. credit.

Et ultra rationes adductas, iſtam concluſionem in terminis iſtis firmant Doctores in uarijs locis. eã enim firmat Barto. in conſilio incipi. Andreas con-
6 didit teſtamentum, ubi concludit: † quòd quando ſubſtitutio fideicommiſſaria eſt facta filiis filiorũ. quos teſtator aliter non inſtituit inualida eſt, & idẽ tenet Bal. in l. ab eo. C. de fideicommiſ. & in l. ſed ſi ſic. per illum tex. ff. de leg. 3. Idem etiam tenuit Petrus de Ancha. in conſi. 136. incipi. principaliter ponderandum eſt. ubi reprobat opinionem Bar. tenentis contrarium in l. Centurio. ff. de vulg. & pup. ſubſti. & dicit quòd propter nouum eius dictũ nõ eſt tutum conſulendo recedere à communi opinione Gloſſarum & Doctorum. Hanc etiam opinionem firmat Imo. in c. Raynutius. de teſtam. in tractatu compendioſæ ſubſtitutionis. Et dicit Domi. Alexand. in d. l. Centurio. char. ultima ſe ſȩpius ita conſuluiſſe reprobata opinione Bart. de qua ibi. & ita cõſuluit in cõſi. 105. inci. ponderatis uerbis teſtamenti. primo libro. & in conſi. 66. incipi. uiſo teſtamento. in penultima columna. libro ſecundo, & in pleriſque aliis cõſiliis quæ referuntur per D. Iaſonem in dicta l. Centurio. colum. 28. qui atteſtatur ſe idem ſȩpius conſuluiſſe: de quo etiam extat elegans conſilium, & ſatis diffuſum D. Franciſci Curtij, quod eſt in libro eius conſiliorum num. 63. incipit antiquiſſima & nobiliſsima familia. col. 7. & ſeq. ubi refert plures auctoritates Doctorum idẽ tenentium.

Nec prædictis etiam obſtat ſi dicatur, quòd imò in perſonam dicti Diomedis fideicommiſſum effectum ſortiri debet ex prȩſumpta uoluntate teſta-
7 toris, † qui cum uoluerit ſubijcere oneri fideicommiſſi filios proprios caſu quo decederent ſine liberis, multo magis & nepotes exiſtentes in gradu remotiori; argu. l. ſi uiua matre. C. de bonis mater. & l. Publius. §. fin. ff. de condit. & demonſtrat. quia
8 huic obiectioni reſpondeo, † quòd quãdo teſtator grauat filios ſub conditione, ſi ſine liberis deceſſerit, ſi prædicti filij moriantur ſuperſtitibus liberis tempore eorum mortis, fideicommiſſum protinus euaneſcit. l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Senat. cõſult. Trebel. licet ergo dicti liberi poſteà decedant
9 nullis deſcendẽtibus ex eius ſuperſtitibus, † attamẽ fideicommiſſum quòd ſemel eorum ſuperexiſtentia fuit extinctum reuiuiſcere non poteſt: arg. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. & eius quòd not. Bart. in l. Titia. §. Imperator. ff. de leg. 2. colum. ultima. ubi
10 dicit † quòd cum natiuitate filij reuocetur donatio prius facta per eius patrem. l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona illa reuiuiſcere non poterit dicto filio poſtea decedente, eius patre donatore adhuc ſuperſtite. & ita in terminis noſtris decidit Oldrad. in cõſ. 21. incipi. teſtator. Io. And. in titu. de teſtamen. §. in primis. in fine addtionis magnæ. in additi. ad Spec. Pau. de Caſt. in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebe. & in conſ. 38. inci. dubium facit. & in conſ. 2. incip. ut proprijs utamur uocabulis. Et hȩc cõfirmari poſſunt ex not. per Bal. in c. 1. §. quoniã etiam. in titu. epiſ. uel abb. ex quibus concludendum uidetur quòd in prȩdictis bonis obuentis ad præfatum Diomedẽ nullũ extet fideicommiſſum, & ꝙ de illis libere potuerit teſtari, iſtituẽdo pſonas de quibus ſ.

Sed

Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium cre-
do eſſe verius,conſideratis verbis teſtaměti, de qui
11 bus ſupra in themate facta fuit mětio,† ad cuius te
norem recurrendum eſt vbi agitur de interpretan-
da voluntate defuncti.§.nos igitur.in auc.de reſtit.
fideic.in ver.ſubtilius teſtñi conſiderãtes in verbis
inuenimus,&c.de quo tex.facit mentionem Bal.in
c.1.de feu.Marchiæ,in vſib.feud.&ſæpius conſulen
tes illum tex.ad hoc ſolent adducere,facit quia nul
lum noſtræ mentis maius teſtimonium reperitur,
12 quàm qualitas inſpecta verborum.†Cũ nemo præ-
ſumatur dixiſſe id quod prius mente nõ cogitauit.
l.Labeo.§.idẽ Tubero.ff.de ſupellect. leg. & ita di-
cit Bal.in rub.de teſti.& in c.ſuper literis. col.4.de
reſcr. Et dicit idem Bal.in l.voluntatis.ad fin. C.de
13 fideic.† ꝙ non credimus hominem velle niſi illud
quod dicit.Sed ex verbis prædicti teſtamenti aper-
tisſimè multifariam multisq; modis conſtat nõ ſo-
lum filios primi gradus, ſed etiam liberos vlterio-
ris gradus à teſtatore fuiſſe honoratos : ergo onus
fideicommisſi illis per teſtatorem iniunctum vali-
dum eſt,& effectum ſortiri debet. Iſtud primò oſtẽ-
do conſiderando verba quibus vſus fuit teſtator in
præmiſſo teſtõ,qui poſt,quàm grauauit filios quos
hæredes inſtituerat,& filios dictorum filiorum de-
cedentes in pupillari ætate, vel aliàs quãocunque:
Demum ſubdidit iſta verba & iſtos maſculos,vt ſu-
pra,& per maſculum deſcendentes legitimos & na
turales inuicem ſubſtituit in ſtirpes tñ vt ſupra vul-
gariter,& per fideicõmiſſum,ex quibus verbis ne
mo inficiari põt quin liberi deſcẽdentes per lineã
maſculinã à teſtatore fuerint honorati titulo ſub-
ſtitutionis vulgaris & fideicõmiſſariæ: ergo potue-
runt onerari à teſtatore,& onus fideicommisſi illis
14 iniunctum validum eſt: † quia nedum primus hæ-
res,& ſic titulo inſtitutionis honoratus grauari po-
teſt,quinimò & ſecũdus,& deinceps cæteri poſſunt
grauari.l.1.§.denique.ff.ad Sena.conſul. Trebe.§.
præterea.in ver.eum quoque.inſtit.de fideic. hęre.

Nec obſtat ſi dicatur iſta procedere poſſent qñ
teſtator prius vocaſſet prædictos liberos , demum
eos oneraſſet,ſed totum contrarium in caſu noſtro
fecit teſtator.Nam prius grauauit liberos onerę fi-
deicommisſi, poſteà illos ſubſtituit vulgariter & p
fideicommiſſum,& ſic ordinem peruertit teſtator.
15 Ad hoc.n.rñdeo † ꝙ iſte ordo ſcripturæ non dẽt at-
tendi,ſed potius ordo intellectus, quo conſiderato
dicentur dicti liberi prius vocati à teſtatore,demũ
16 grauati onere fideicommisſi:† de hoc eſt caſus pul
cher & notab. in l.quidam.ff.de pecu.leg.vbi dr , ꝙ
ſi teſtator facit legatum ſeruo,demum relinquat ei
libertatem,cenſetur ordine intellectus ei prius reli
ctum legatum libertatis, & poſteà legatũ pecunia-
rium,& ſic vtrunque legatum conſequetur . Et pro
hoc ẽt facit tex.in l.1.§.prius.& quod ibi not.Bart.
& Doc.ff.de uulg.& pup.& idem Bar.in l.1. in fi.C.
de execu.rei iud.& in l.ſi cum nulla. ff.de re iud.in
17 quibus locis concluditur,† ꝙ ſi actor in libello pe-
tat aduerſariũ cogi & cõpelli , & poſteà petat eum
condemnari,iſta peruerſio nõ vitiat ipſum libellũ.
18 † Confirmantur ꝑdicta per tex.in c.literas. de reſt.
ſpol.per quẽ tex.no.ibi Abb.modernus non vitiari
libellum,licet concluſio pręcedat facti narrationẽ.

Comprobatur hæc concluſio & ſecundò, ex ver-
bis huius teſtamenti , in quantum idem teſtator in
eo ſubdit , & prædictos omnes & ſingulos inſtituit
19 & ſubſtituit ut ſupra,ponderando,ꝙ iſta † clauſula
in fine poſita,debet referri ad omnes perſonas pręe-
cedentes & expreſſas in ipſo teſtamento.l.talis ſcri
ptura.ff.de leg.1.l.1.C.de libe.præter. & utrobique
not.Doc.in c.ſecundò requiris.de appel. cũ uulga.
Cum ergo de nepotibus teſtatoris & de alijs deſcẽ-
dentibus teſtator fecerit ſupra mẽtionem, eos one
re fideicommisſi grauando , pręedicta clauſula qua
teſtator inſtituit & ſubſtituit omnes & ſingulos il-
los comprehẽdere debet , & ſic patet etiam ex hoc
capite prædictos nepotes & deſcendentes ipſius te
ſtatoris fuiſſe ſubſtitutos . Et ſic ꝙ eius hꝛ̃ditas fuit
deuoluta ad pręfatum Diomedem nõ fortuitu, ſed
expreſſo iudicio teſtatoris, igitur bona aui quæ ad
ipſum peruenerunt fideicommiſſo ſubiecta dicen-
tur , nec de illis potuit ipſe diſponere teſtando &
hæredes inſtituendo perſonas,de quibus ſupra.l.fi.
§.ſin autem.& auc.res quæ.C.commu.de leg.
20 Conſidero & tertiò illa † uerba geminata,& pręe-
dictos omnes & ſingulos,quę oſtendunt enixam uo
luntatem diſponentis , quia uoluerit omnes , de qui-
bus in dicto teſtamento facta fuit mentio, honora-
re titulo inſtitutionis & ſubſtitutionis , iuxta nota.
per Glo. in c.vt circa.ſuper uerb.omnia , & ſingula.
de elect.lib.6.dum dicit prædicta Glo. aliàs quare
fieret hæc uerborum geminatio, & tãto magis hoc
21 procedit:† quia teſtator præſumitur elegiſſe uiam
per quam uoluntas ſua ualeat & non pereat. l.3. ff.
22 de milit.teſta.& ſic † præſumitur illos quos graua-
uit honorare,ne onus fideicommisſi illis iniunctũ
careat effectu.l.ab eo. C.de fideicommiſ.d.l.planè.
§.1.ff.de leg.1.

Conſiderandum etiam & quartò eſt : quia teſtãtor
ne dum ſemel,quinimò bis uocauit dictos deſcen-
dentes eos ſubſtituendo.Primò.n.dicit teſtator , &
ipſos maſculos vt ſupra,& per maſculum deſcendẽ
tes inuicem ſubſtituit uulgariter , & per fideicom-
miſſum.Demum his non cõtentus ſubdit præfatus
teſtator,& prædictos omnes,& ſingulos inſtituit &
ſubſtituit.ex qua geminatione uerborum perpen-
di poteſt enixa uoluntas teſtatoris , ꝙ uoluerit ne-
potes & deſcendentes uocare ad bona ſua,ut onus
fideicommisſi illis iniunctum effectum poſſet ſor-
tiri.Nam uoluit teſtator conſulere poſteritati ſuæ
conſeruando penes eam eius bona , cum in alios
non posſint transferri,ſtante fideicommiſſo , quæ
23 poſſent ſi fideicommiſſum non extaret, † cum in
re ſua quilibet ſit moderator,& arbiter, ne ĩgenuis
hominibus auferatur libera ſuarum rerum admini
ſtratio.l.in re mandata.C.manda.l. non uſq; adeò.
24 ff.ſi qui à paren.fue.manumiſ. † Quòd autem ex
uerborum geminatione colligatur enixa uoluntas
diſponentis,patet per tex.in l.ſi mulier,C.ad Sena.
conſul.Velleia.& in l.1.§.debitum.ff. de conſtitu.
pecun.vbi ex pacto nudo geminato oritur actio,ſi-
cut ex ſtipulatione:quia apparet ex tali geminatio
ne,quòd promittens omnimodo uult ſe obligare.
25 † Cum reiteratio ſeu geminatio præſupponat de-
liberationem,ut dicit Gl.in c.ſi quis iratus. 2. q.3.
26 Et pro hoc † facit notabile dictum Bal.in l.dam-

noſa.C.de præcib.Impera.oſteren.ubi dixit, ꝙ ge-
minatio reſcriptorum quæ emanarunt circa eundẽ
actum,operatur clauſulam motus proprij, & ſic nõ
27 poterunt elidi opponendo ſubreptionẽ; † quia tol-
litur uitium ſubreptionis per clauſulam motus pro
prij.c.ſi motu proprio.de præben.lib.6.Et pro hoc
etiam non omitto notab.dictũ Bal.in l.2.C.de re-
28 ſcin.uendi.ubi dixit, † ꝙ ſi in uenditione dictũ fue
rit ſi talis res uendita plus ualet illud plus donat ip
ſe uenditor emptori,tunc ſecundum eum per gemi
nationem illius uerbi,plus, ceſſat remedium d.l.2.
ſecus ſi ſemel tantum illud uerbum fuiſſet prolatũ,
quia tunc eſſet locus remedio d.l.2.Multa alia pro
hoc poſſem adducere,quæ omitto, ne ſuperfluus ui
dear uelle ĩmorari,& folia implere,qđ faciũt pleri
que conſulentes, de quibus habetur latè per Mo-
der.Canoniſtas in c.ſi cautio:de fide inſtrum.

Conſidero,& ultimò,& alia uerba eiuſdem teſta
menti,in quo ſic dr̃,& prædictos omnes,& ſingulos
inſtituit,&ſubſtituit ut ſupra,cum onere,& gra-
uamine,ꝙ hęredes prædicti tam principaliter inſti
tuti,q̃ deinde poſteà ſubſtituti, quàm uenientes ut
ſupra,& gradatim teneantur &c. ex quibus uerbis
patet ꝙ teſtator illos qui debent admitti poſt filios
hæredes inſtitutos ad eius bona, & ſic nepotes, &
alios deinceps appellat ſubſtitutos,quę nominatio
ſola ſufficeret ad interpretandam uoluntatem de-
functi,ut per eam dicerentur prædicti nepotes po-
ſiti in conditione,uocati ad fideicommiſſum in bo
29 nis aui,cum ad † inducendum fideicommiſſum ſo-
la coniecturata uoluntas teſtatoris ſufficiat.l.fidei-
commiſſa.§.hæc uerba.ff.de leg.3.l.cum propone-
retur,& l.unum ex familia.§.fi.ff.de leg.2.cum uul
30 ga.Et licet † dicatur ꝙ uerba enunciatiua inciden
ter prolata non diſponant.l.ex his uerbis.C.de te-
ſta.mil.cum ibi not.per Doc.& latè Bar.in l.ex hac
ſcriptura.ff.de donat.tñ hoc non procedit quando
profertur aliquid enunciatiuè quod dependet à ſo-
lo animo proferentis:nam tunc diſponit tale uer-
bum.Iſtud colligo ex no.per Bar.in l.gerit, in 4.co
lum.ff.de acq.hęre.ubi dicit, ꝙ ſi in inſtrõ dicatur,
ego hæres Sempronij promitto centum &c. illud
uerbum hæres incidenter prolatum inducit diſpo-
ſitionem:adeò ꝙ per hæc uerba probabitur hære-
dem adiuiſſe hæreditatem:quia ſolo animo hære-
ditas acquiritur:ut in d.l.gerit.Et hãc doctri.Bart.
multum commendat Matheſil.notab.34.inci.no-
31 ta ꝙ ſi in inſtrumento procuratoris. † ſed fideicõ-
miſſum inducitur ſola uoluntate defuncti, dummo
do de ea aliquo modo conſtare poſſit.l.cum uirũ.
C.de fideicom.cum alijs iurib.ſuperius adductis:
ergo per prędicta uerba enunciatiua prolata indu-
cetur diſpoſitio fideicommiſſi.

Ex quibus concludo indubitanter ꝙ præfatus
Diomedes à teſtatore fuit uocatus, & eius iudicio
bona ad eum peruenerunt, & ſic potuit ab eo per
conſequens grauari, & de dictis bonis fideicõmiſ-
ſo ſubiectis teſtari non potuit,& iudicio meo uanũ
eſt de hoc dubitare:qa uerbis magis expreſsis nõ
32 potuiſſet induci fideicommiſſum: † & cũ in uerbis
non eſt dubitatio nõ admittitur uolũtatis quęſtio,
l.ille aut ille.§.cum in uerbis.ff.de lega.3.

Vltimò licet hoc non expediat in caſu noſtro,di
33 co † ꝙ etiam ſi præfatus Diomedes, & alij deſcen-
dẽtes ipſius teſtatoris ſolum fuiſſent uocati ſub cõ-
ditione,adhuc onus fideicommiſſi illis iniunctum
fuiſſet ualidum:quia cenſerentur à teſtatore fuiſſe
onerati, licet retulerint ſuperius plures Docto. te-
nentes contrariũ.& hæc opi.legenti, & conſulenti
ſemper uiſa fuit uerior de iure,& etiam æquior:qa
34 per eam conſeruatur † uoluntas teſtõris,quę in om
nibus primum locum obtinet.l.in conditionibus,
in prin.ff.de condit.& demonſt.l.pen.C.de neceſſ.
ſer.hęred.inſti.ubi Bald.ponit uulgatum dictum
quod uerſatur in ore omnium,uidelicet,ꝙ ſicut ue
nator ſequitur leporẽ pedetentim, ſic lex ſequitur
uoluntatem teſtõris,illã interpretando, & eo ma-
gis inclino in hanc partem:quia ultra rationes quę
ſuadẽt hãc opin.eſſe tenẽdã, quas inferius adducã.
Inuenio plures ſolennes Doctores & magnę aucto
ritatis legendo,& cõſulendo hãc opi.eſſe ſecutos;
eam tenuit Bar.in l.Cẽturio,col.12.ff.de uulga.&
35 pupil.ſubſti.uerſ.quęro ulterius,qđ ſi teſtator: † in
cuius dictis ſolet eſſe ſubſtantia ueritatis, prout in-
quit Lud.Rom.in conſi.369.inci.quo ad primum
conſultationis articulum.ubi pro hoc adducit plu-
res leges,quibus licet Io.de Imol.nitetur reſponde
re,ibi tamen D.Franci.Areti.in præallega.l.Cen-
turio.col.20.uer.extra Glo.eleganter,& ſubtiliter
defendit opi.Bar.à prædictis reſpõſionibus,cuius
dicta non refero:quia poſſunt ibi uideri.hanc etiã
opi.tenuit Pau.de Caſt.in aliquibus lecturis in l.ab
eo.C.de fideicom.Idem tenet Raph.Cum.in l.Lu-
cius,& in l.hæreditas ad Statium.ff.de hære.inſtit.
Pet.de Anchar.in c.ſi pater.in 12.notab.de teſtã.in
6.& in conſi.71.incipi.contra Philippum.ubi ita
limitat nota.per Glo.Bar.& Docto.in l.Lucius.ff.
de hære.inſtit.Inuenio etiam hanc opini.conſu-
lẽdo tenuiſſe acutiſſimi ingenij, & optimi iudicij
D.Bartholomęum Soc.in conſ.249.incip.materia
pñtis cõſultationis eſt ualde periculoſa, &c.ubi di
cit,ꝙ ita alias uidit conſultum per D.Io.de Mon-
te Sperelo;aliàs cognomine Petrutium,& D.Bene
dictum Capram,& per plures alios Docto.pſtantiſ
ſimos Peruſinos & Senẽſes, & ſubdit ꝙ iſta opinio
tanq̃ magis cõis,& menti teſtatoris conſona ſequẽ
da eſt.Idẽ ẽt tenet D.Pet.Philip.Corn.in d.l.ab eo
qui refert dominum ſuum ita tenuiſſe ibi,& ꝙ ita
reperit ab eo fuiſſe cõſultũ,& à pluribus alijs excel
36 ſis uiris q adducebãt hãc rõnẽ,& ꝙ † licet ex eo ſo
lo ꝙ qs ſit poſitus in cõdõne nõ cẽſeatr honoratus,
ꝑut tenet Gl.cuius opi.cõiter eſt approbata in d.
l.Lucius,nec ẽt ex eo ſolo ꝙ quis ſit grauatus dicat
honoratus,l.hæreditas ad Statium.ff.de hære.inſt.
tamen ex ijs duabus ſimul iunctis:ut quia quis fuit
poſitus in conditione.Item quia fuit oneratus re
ſultat fideicommiſſum,& ſic ꝙ à teſtatore fuit per
fideicommiſſum uocatus,& hæc ratio pulchra eſt,
& optimè concludit in caſu iſto.

Nec huic rationi obſtat quędam reſponſio Do.
Iaſonis in d.l.Centurio.char.7.qui dicit, † quòd
37 duo imperfecta ſi ſimul iungantur non inducũt di-
ſpoſitionem,qñ ſunt ita imperfecta, ꝙ vnũquodq;
de per ſe nihil operatur.l.Spadonem.§.qui iura
multa.ff.de execuſatio.tuto.l.prima,cum Gloſſ.
C.qui numero tutel.lib.10.Bar.in l.1.§.idem Cor
nelio.

nelio,ff.de quęſtio.& Bal.in l.ſi quis ex argētarijs. §.1.ff.de eden. Cũ ergò ſolum grauamen de per ſe nihil operetur.l.ab eo.C.de fideicommiſ.& d.l.hęreditas ad Statium. Item ꝙ hoc ut quis ſit poſitus in conditione nihil operetur reſpectu inducendi fideicommiſſum, d.l.Lutius. ergo ſimul iuncta iſtũ effectum nõ poterunt operari. Profectò hæc reſpõſio ſalua pace tanti uiri nihil valet, nec tollit præmiſſam rationem, quę, ut dixi, optima eſt, & ſubtilis, & contra hanc reſponſionem replico, ꝙ aſſumptum adductum per eum non procedit in caſu in quo agitur de inducendo fideicommiſſo: quia duo ſimul iuncta inducunt fideicommiſſum, licet unũ quodque illorum de per ſe hunc effectum operari
38 non poſſit. Iſtud ſic probatur: nam certum eſt, ꝙ † ſi teſtator grauauerit duos aut plures hæredes, ut poſt eorum mortem totam, ſeu omnem hæreditatẽ reſtituant, per hæc uerba uniuerſalia non inducit inter hos hæredes aliqua ſubſtitutio: quinimò ad partem hæredis decedentis ſtatim admittetur fideicommiſſarius aliorum hæredum morte non expectata: de hoc eſt caſus in l.fin.§.filium.ff.de lega.2. Ita tenent Ang.Imol.Paul.de Caſt.& Aretin.in l.ſi pater impuberes.ff.de uulg.& pupil. Ange.Imol.& D.Alex.in l.pater familias, §.ſi.ff.ad leg. Falc.Pet. de Anch.in conſi.119.inci.pro clariori deciſione. Alexan.in conſi.91.inci. ponderatis ijs, in 1.uolu. Moder.in l.pen.C.de impube.& in l.pater.col.ult.
39 de uulga. † Item certum eſt, ꝙ ſi teſtator grauat ultimum hæredem morientem, ex hoc ſolo non inducitur inter ipſos hæredes ſubſtitutio reciproca, nec directa, nec fideicõmiſſaria. l.uel ſingulis.ubi Barto.& communiter Docto.ita concludunt, ff. de uulg.& pupil.& ſic unumquodque prædictorum de per ſe non inducit ſubſtitutionem fideicommiſſa-
40 riam, ſeu directam, † & tamen ſi iſta duo ſimul iungantur inducent fideicommiſſum, ut quia teſtator grauauit ultimum de hæredibus decedentẽ, ut totam hæreditatem reſtituat: nam iſtis duobus concurrentibus, uidelicet, ꝙ onus fuerit iniunctum in tota hæreditate. Item & ab ultimo moriente reſultat inter ipſos hæredes ſubſtitutio fideicommiſſaria: de hoc eſt caſus in l.Titia Seia.in §.Seia libertis.ff.de leg.2.quem ſic intelligit Bar.& idem Bar. in d.l.uel ſingulis.cum quo trãſeũt ibi Imol.Raph. Cuma.& præfatus D.Iaſon qui dicit iſtam eſſe uerã & cõmunem intelligentiam ad dictum §.Seia libertis, & idem uoluit Pau. de Caſt.in l.ſi pater impuberes. ff. de uulga. & ſic patet ꝙ nihil obſtat reſponſio prædicti D.Iaſonis.

Nec huic concluſioni etiam obſtat tex.in d.l.ab eo: quia ad illum optimè reſpondet Arc.in prǽallegata l.Centurio. cuius ſolutio comprobari poteſt ex notatis per Bar.in l.ex hac ſcriptura, col.3.ff.de donat.dum declarat tex.in l.cum tale.§. fina.ff.de conditio.& demonſtra. Minus etiam obſtat tex.in d.l.hæreditas ad Statium, quia ideò ibi ex legato quo aliquis fuit oneratus non reſultat ꝙ fuit hæres
41 inſtitutus, eo quia † per coniecturas non cauſatur directa hæredis inſtitutio, cum nomen hæredis à teſtatore ſit exprimendum. l. iubemus.C.de teſta.
42 † ſed in fideicommiſſo, qđ ex ſolis coniecturis inducitur. l.cum proponeretur.cum Glo.ff. de legat. 2.ſecus dicendum eſt, & iſtam differentiam ponit expreſsè Paulus de Caſtro, & Domi.Alex.in l.penultima.C.de impube.& ali.ſubſtituti. & ante eos Bal.in l.unica.§.pro ſecundo.colum.ulti. C. de caduc.tollen.& hoc quando talis coniectura ſumi poteſt ex ijs quæ teſtator protulit, prout contingit in caſu noſtro: alias ſecus.l.quidam cum filium.ff.de hæredi.inſtitu.& declarat Paul. de Caſt. in conſilio 150.incipien.in cauſa quæ uertitur inter Petrum. colum.ſecunda.

Vel aliter poteſt reſponderi, ꝙ ibi ex legato non reſultat hæredis inſtitutio, & ſic illud anteçedens: quia hoc antecedens eſt maius conſequenti,
43 † quo caſu non procedit illa regula ꝙ qui uult conſequẽs uidetur uelle omne neceſſarium antecedẽs ad illud. de hoc eſt caſus in l.pen.§.illo.C.de neceſſa.ſer.hære.inſti.per quem tex.Ludo.Roma.in l.illud.ff.de acq.hære.ponit hanc limitationem ad regulam prædictam. Sed in caſu noſtro intelligendo ꝙ liberi poſiti in conditione, & à teſtatore grauati, cenſeantur à teſtatore honorati in eo, in quo fuerunt grauati, antecedens non eſſet maius ſuo conſequẽti: igitur procedit dicta regula. Ex quibus cõcluditur ꝙ nullo pacto dici poteſt, quin dicta bona ſint fideicommiſſo ſubiecta.

Non omitto unum, ꝙ cum dictus Diomedes nõ ſit primus grauatus, ſed ſecundus: quia eius pater fuit primò grauatus, nulla Trebellianica ex eius perſona detrahi poteſt, licet ex perſona patris ſic ſi detracta non fuerit. caſus eſt expreſſus in l.prima.§. denique, ff.ad Trebellian.& ibi Doctores. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Recurrendum eſt ad uerba teſtamenti, quando agitur de interpretanda uoluntate defuncti.*

2 *Mentis noſtræ nullum teſtimonium manifeſtius reperiri poteſt, quàm qualitas inſpecta uerborum.*

3 *Fideicommiſſum ex coniecturata teſtatorum uoluntate inducitur.*

4 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*

5 *Teſtatorem aliquid uelle non ſufficit, niſi diſponat, & uoluntatem ſuam aperiat de eo quod in animo habet.*

6 *Teſtator inducens fideicommiſſum in quibuſdam bonis ſuis, in cęteris bonis illud excludere uidetur. & numero 9.*

7 *Verba geminata oſtendunt teſtatoris enixam uoluntatem, & nu.11*

8 *Teſtator non exprimens id quod facile potuiſſet, nolle cẽſetur.*

10 *Verba teſtatoris enuntiatiua actus de pręſenti inducũt fideicommiſſum, non ſolum in una re, ſed in omnibus bonis ipſius teſtatoris.*

12 *Verba, habeatur, & ſit, appoſita in aliqua conſtitutione, ueritatem important.*

Verbum, habeatur, de ſe prolatum, quandam fictionem denotat.

13 *Teſtator non pręſumitur incontinenti uelle ſe corrigere.*

14 *Dictiones maximè, præſertim, præcipuè, includunt aliũ caſum, quàm expreſſum.*
15 *Sententia in qua expreſſæ ſunt duæ cauſæ, quarum una eſt uera, & altera falſa, ex capite cauſæ ueræ ſuſtinetur.*
16 *Alienandi expreſſa prohibitio potentior eſt, quàm tacita.*
17 *Prohibitio de non alienando reddit alienationem ipſo iure nullam, & alienantem tanquàm indignum repellit à reuocando alienationem.*
18 *Bona quando adeſt expreſſa prohibitio teſtatoris, non poſſunt alienari, etiam in cauſa dotis.*
19 *Bona ex tacita prohibitione teſtatoris prohibita alienari, ex cauſa alienari poſſunt.*
20 *Prohibitio tacita non impedit alienationem factam ab ignorante ignoranti, ſecus eſt in expreſſa.*
21 *Tacitæ prohibitioni quando adijcitur expreſſa prohibitio à teſtatore, ſeu alio diſponente, bona alienari non poſſunt in caſibus aliàs à iure permiſſis.*
22 *Affectio naturaliter maior habetur domibus in quibus quis maiores que ſui educati fuerunt, uel quas ipſe fabricari fecit, quàm reliquis bonis.*
23 *Verba cuiuſcunque diſponentis interpretanda ſunt, ne ſuperflua ſint, ſed ut aliquem operentur effectum.*
24 *Alienationis prohibitio ſine cauſa facta, nulla eſt.*
25 *Prohibitio de non alienando quo caſu ualeat ſine alicuius cauſæ inſertione.*
26 *Alienationis prohibitio ualet, quando contra facientibus imponitur pœna, nulla expreſſa cauſa.*
27 *Declaratio ad tex. in l. nomen. §. fi. ff. de leg. 3.*
28 *Prohibitio alienationis limtata ad certam rem à teſtatore facta, an ad reliqua bona extendatur.*
29 *Alienatio limitata ad tempus uitæ, quando extendatur ultra illud tempus.*
30 *Ratio generalior dicto ampliat diſpoſitionem.*
31 *Argumentum de re ad tempus ualidum eſt in iure.*
32 *Diſpoſitio pœnalis non alterat naturam diſpoſitionis principalis cui adijcitur pœna.*
33 *Comes Palatinus habens poteſtatem legitimandi non poteſt quempiam legitimare niſi cum cauſæ cognitione quæ ab eo exprimatur.*
34 *Legitimatio facta per Comitem Palatinum, nulla facta mentione de agnatis non ualet.*
35 *Filius legitimatus an ſubſtitutum excludat.*
36 *Legitimatio facta à patre abſq; citatione filiorum legitimorum & naturalium nulla eſt.*
37 *Subſtituti citandi ſunt in legitimatione, aliàs inualida eſt. & nu. 40.*
38 *Grauatus non poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta inuitis ſubſtitutis.*
39 *Pater poteſt alienare bona ſua, & de illis arbitrio ſuo diſponere inuitis filijs.*
41 *Comes Palatinus legitimare non poteſt, etiam ſi expreſsè uult, in præiudicium ſubſtitutorum, quibus ius eſt acquiſitum ſpe probabili in bonis fideicommiſſo ſubiectis.*
42 *Legitimandi facultas non intelligitur conceſsa à Principe in præiudicium prolis legitimæ, nec ſubſtitutorum.*

CONSILIVM CXLIIII.

FActi contingentia ſic ſe habet. Teſtator quidam inter cętera per eum in ſuo teſtaméto diſpoſita ſic ſtatuit, ꝑ huiuſmodi uerba, & quia propoſiti, & intentionis ipſius teſtatoris fuit, & eſt, ꝙ bona ipſius teſtatoris, & maximè domus ipſius poſitæ in Caſtro Sancti Petri, ac etiam domus habitationis ipſius teſtatoris poſita in Capella Sancti Damiani perpetuò dictis ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, & deſcendentibus ex eis maſculis, & per maſculum deſcendentibus uſque in infinitum conſeruētur, prohibuit idem teſtator, & omnino uetauit alienationem, uenditionem, donationem, obligationem ſeu quamlibet aliam diſtractionem de dictis domibus, per dictos eius hæredes ſeu alterum eorum, ſed ipſos, & utrunque ipſorum in dictis domibus ſibi hęredes inſtituit actualiter, & uirtualiter, & per fideicommiſſum, & caſu quo per ipſos ſeu eorum alterum contrauentum, & contrafactum fuerit ex nūc, prout ex tunc, illum talem ſic contrafacientem ſeu tales ſic contrafaciētes, unum uel plures priuauit, & priuatum, & priuatos eſſe uoluit omni portione illi uel illis in dictis domibus tangente: prohibens, & omnino uetans dictus teſtator aliquam legitimam ſuper dictis domibus poſſe peti, uel eligi uel in aliqua ipſorum parte.

His ſic per hunc teſtatorem diſpoſitis, deceſſit poſt obitum dicti teſtatoris unus ex eius filijs ſuperſtite filio legitimato quem uniuerſalem hæredem inſtituit, modo de tribus contigit dubitari.

Primò, an ſtantibus ijs de quibus ſupra in præfato teſtamento diſpoſitis, non ſolum domus quas teſtator prohibuit alienari, an uerò cætera eius bona fideicommiſſo ſubiecta intelligantur.

Secunda dubitatio eſt, an legitimatio facta de prædicto filio illegitimo uiribus ſubſiſtat.

Tertiò poſito ꝙ ualeat dicta legitimatio, an admitti debeat ad bona fideicommiſſo ſubiecta exclufis ſubſtitutis.

Circa primam dubitationem, primo aſpectu dicendum uidetur ꝙ non omnia bona teſtatoris, ſed duntaxat domus prædictæ fideicommiſſo ſubiacere
1 dicantur, † conſideratis uerbis teſtamenti ad q̃ recurrendum eſt, quando agitur de interpretanda uoluntate defuncti, §. nos igitur. in auten. de reſtitu. fideicommiſſ. ibi, ſubtilius teſtamentum conſi-
2 derantes in uerbis inuenimus, & merito: † quia nullum noſtræ mentis teſtimonium manifeſtius reperiri poteſt, quàm qualitas inſpecta uerborum. l. Labeo. §. Tubero, ff. de ſuppellect. lega. Bald. in rub. de teſte, & in c. ſuper literis. colum. 5. de reſcrip. & ſecundum Bal. in cap. mãdatum. de reſcript. in prima col. allegantem plurium uoces ſunt notę earum, quæ ſunt in animo paſsionum: ſed ex uerbis prædicti teſtamenti apertè conſtat teſtatoré uoluiſſe dun taxat dictas domos fideicommiſſo ſubiacere, dum illas prohibuit alienari, nulla facta mentione in dicta prohibitione cæterorum bonorum, illa ergo remanebunt libera, & ab omni onere fideicom-

deicommiſſi exempta. Et licet dici poſſet, ꝙ imò dicendum eſt teſtatorem voluiſſe in alijs bonis fi-
3 deicommiſſum inducere.† coniecturando eius voluntatem quod ſolum ſufficit ad inducendum fidei cômiſſum l.cum proponebatur.de leg. 2. & ibi Gl. & l.vnum ex familia.§.fi.eo.tit. Tamen in caſu no-
4 ſtro iſtud non eſt admittendum: † quia voluntas in mente retenta nullum effectum operari debet. l. ſi repetendi.C.de cond.ob cauſam.l.maiores, C. de tranſa. Bar.in l.cum quid,in fi.ff.ſi certum petatur.
5 † nec ſufficit teſtatorem aliquid velle niſi procedat diſponendo & aperiendo voluntatem ſuam, & de eo quod in animo concepit.tex. eſt de hoc notabilis in l.quidam cum filium.ff.de hære.inſt. & ita notat.Bal.in l.cũ virum.C.de fideic. & de hoc bonus tex.in l.Lucius.§.tres hæredes. ff. ad Sena. Conſul. Treb.quem ad hoc propoſitum adducunt Moderni in l.poteſt.col.2.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.
6 Secundo pro hac parte adduci poteſt: † quia cum teſtator induxerit fideicommiſſum in dictis domibus,vr̃ voluiſſe excludere illud in cæteris bonis ſuis l.maritus C.de procur.& l.cum prætor.ff. de iud.c. non ne benedicimus. de præſumpt. & quod notat Bal.in l.tribunus.§.fi.per illum tex.ff.de mili.teſta. Et tanto magis hæc concluſio procedere debet, qa dictus teſtator ſæpius de dictis domibus facit men-
7 tionem,& non de aliis bonis: † ex qua repetitione oſtenditur eius enixa voluntas, ꝙ noluerit dictum fideicommiſſum prædictis domibus impoſitum extendi ad alia eius bona:arg.eius quod voluit Gl.notabilis in Clem.1.in verbo diœceſanus.de iure pat. quæ vult, ꝙ cum in illa Clementina ſæpius repetatur hoc verbum diœceſanus, ex illa repetitione fit, vt ille tex.non poſſit extendi ad aliam perſonam, & per illam Gl.infert Domi. de S. Gemi. in c.duobus.col.6.de reſcr.in 6. quòd cum ille text. ſæpius mentionem faciat de ordinario collatore, uidetur velle,quòd non fiat extenſio ad alium, quàm ad nominatum in ipſa diſpoſitione, licet materia de ſui natura eſſet alijs proportionabilis.
8 Præterea & tertio,ſi † teſtator voluiſſet cætera ſua bona fideicommiſſo ſubicere facile fuiſſet, ei hoc exprimere,& id diſponere,prout diſpoſuit in prædictis domibus,ideò cum ad id non proceſſerit teſtator,præſumendum eſt eum voluiſſe in dictis bonis fideicommiſſo locum non eſſe.l.vnica.§.ſin autem ad deficientis.C.de cad.tollend. c. ad audientiam.de decimis.Pro quo adduco notabile dictum Io.de Ana.in conſi.22.incip.ad probandum, & ad corroborandam concluſionem,vbi conſuluit,ꝙ ex quo teſtator in duobus ſubſtitutionibus fecit mentionem de filijs maſculis, demum in alia ſubſtitutione ſeparata quam fecit cuidam nomine Antonio,ſolum expreſſit de filijs,ex hoc expreſſa percipitur eius mens & intẽtio, ꝙ intellexerit etiam de fœminis: ex quo de maſculis nullam fecit mentionem,ſicut in præcedentibus ſubſtitutionibus: quia ſi ſolum voluiſſet intelligere de maſculis vtique hoc expreſſiſſet,ſicut fecerat in præcedentibus ſubſtitutionibus.dicta l.vnic.§.ſin autem.C.de caduc. tollend.
9 Vltimo pro † hac parte adduci poteſt: quia prædictis teſtator impoſuit pœnam hæredibus alienantibus prædictas domus.ex qua pœnę impoſitione videtur etiam eius uoluntas declarari, ꝙ nihil curarunt de alienatione aliorum bonorum, & ſic, quòd illa non eſſent fideicommiſſo ſubiecta:arg.l.qui filiabus in prin.ff.de leg. 1.& l.ſi ſeruus plurium.§.fi. eo.tit. ſi enim fideicommiſſo ſubiacerent reliqua bona illorum permiſſa non eſſet alienatio,auct.res quæ.C.communia de leg.cuius contrarium oſtendunt verba teſtatoris imponentis prædictam pœnã caſu quo fieret alienatio dictarum domorum.Hæc ſunt quæ videntur poſſe adduci pro hac parte.

Quibus tamen non obſtantibus ex aduerſo arbitror reſidere iuſtitiam. In hac ergo prima dubitatione concludo,quòd ne dum domus prędicti teſtatoris quas expreſsè alienari prohibuit fideicõmiſſo ſubiectæ dicuntur,verum etiam & cętera eius bona fideicommiſſo ſubiacere dicuntur.Hanc cõcluſionem probo multis rationibus.

Et primò conſiderando verba teſtamenti de quibus ſupra,in quantum in eo dr̃: & quia propoſiti & intentionis ipſius teſtatoris fuit, & eſt, ꝙ bona ipſius teſtatoris,& maximè domus conſeruentur &c.
10 † quæ quidem verba cum ſint enunciatiua actus de præſenti,inducunt fideicommiſſum,nedum in ipſis domibus,verum ẽt in reliquis bonis ipſius teſtatoris.l.peto.in prin.l.vnum ex familia.§.fi. ff. de leg. 2.facit tex.in l.fideicommiſſa.§.hæc verba.ff.de lega.3.vbi habetur,ꝙ ſi teſtator dixerit habete curã hæredes mei prædiorum: quia poteritis ea relinquere filijs veſtris, ex huiuſmodi verbis inducitur fideicommiſſum in prędictis bonis.Idem etiam patet in l.Titia cum teſtamento.§.Caius,iuncta declaratione ibi Bar.& clarius Paul.de Caſt.ff. de leg.2. vbi uolunt prædicti Doctores, ꝙ in terminis illius legis ſi teſtator dixiſſet ſciant hæredes mei nullam pecuniam eſſe apud vxorem meam, ſed nec aliud quicquam,per hæc verba enuntiatiua,ea quæ teſtator tranſtulerat in prædio vxoris, ut ibi eſſent cauſa cuſtodiæ cenſerentur ei per fideicommiſſum relicta,quia hæc uerba licet ſint enunciatiua,patiuntur inductionem fideicommiſſi, ideò talibus uerbis ſtandum eſt.Itaque in caſu noſtro uerba de quibus ſupra licet ſint enunciatiua fideicommiſſum tamen inducent,eſto,quòd etiam incidenter fuiſſent prolata d.§.hæc uerba.Bartol. in l. ex hac ſcriptu-
11 ra,ff.de donat. † maximè ponderando illa uerba geminata, fuit & eſt, ex quibus oſtenditur enixa uoluntas teſtatoris, quòd uoluerit dicta bona penes deſcendentes maſculos conſeruari l.ſi mulieri. la ij.C.ad Velleia.l. 1. §.debitum. ff. de conſtitut. pecun. Facit notabile dictum Bal. in proœ,ff.uete-
12 ris. ubi † dicit, quòd iſta uerba poſita in aliqua conſtitutione habeatur & ſit,important ueritatem licet alias uerbum, habeatur, de per ſe prolatum denotet quandam fictionem, l. qui fundum. §.tutor. ff. de uſucapio. per adminiſtr. & licet teſtator poſteà prohibuerit duntaxat alienationem prædictarum domorum, non per hoc uidetur remouiſſe fideicommiſſum prius inductum à reliquis eius bo-
13 nis: † quia non præſumitur teſtator incontinenti ſe uelle corrigere l.non ad ea.ubi Bart. ff. de condit.& demonſtrat.idem Barto.in l.quod traditum. ff.eod.tit.

Secundò

Secundò patet eadem concluſio, ſi teſtator ſolūmodo dixiſſet, ꝓhibeo maximè domos meas alienari: quia volo illas conſeruari in ſucceſſoribus & deſcendentibus meis ꝑ lineam maſculinā, adhuc virtute illius dictionis maximè, in reliquis bonis non expreſsè prohibitis à teſtatore alienari fidei-
14 commiſſum cenſetur inductum: quia † hæ dictiones maximè, præſertim, pręcipuè, & ſimiles includunt alium caſum, quàm expreſſum. l. qui ſe patris, in verbo maximè emancipatis. C. vnde liberi. & ibi notant Doctores. Idem patet in l. rogaſti. ff. ſi certum peta. in verbo maximè ſi ſine vſuris, & in l. decurionibus. ff. de decur. & pro hoc ſeruit notabile dictum Iacobi Butrig. in l. 2. §. ignominia. ff. de his qui nota. infam. quod refert, & ſequitur Abb. in c. ſicut. de ſent. & re iudic. ubi dicit ꝙ quando iudex exprimit cauſam contra ius appouendo dictionem maximè, ſeu præcipuè, vt quia dicit pronunciamus teſtamentum valere, præcipuè, quia fuit conditum à minore 14. annis, valida eſt huiuſmodi ſententia: quia illa dictio præſertim, includit alias cauſas, quàm cauſam expreſſam, ideo ex illis cauſis, vel vna
15 ipſarum, ſententia debet valere, ſicut † in caſu in quo iudex exprimit duas cauſas, quarum vna eſt vera, & altera falſa, nam ex capite cauſę veræ ſententia ipſa ſuſtinetur, prout notat Innoc. in c. in pręſentia. de renunc. D. Anto. & Abb. in cap. perticas. qui fil. ſint leg. Io. de Imol. in l. ſtipulatus. ff. de verb. oblig. D. Alex. in l. ſi donatione. C. de collat. Et ſi diceretur, cur teſtator expreſsè ꝓhibuit alienationē dictarum domorum, & non cæterorum bonorum? Ad hoc reſpondeo, ꝙ ideo teſtator expreſsè prohibuit dictas domos alienari: quia ad illas habebat pręcipuam affectionem, & maiorem dilectionem, quàm ad reliqua bona: non cōtētus ergo prohibitione tanta quæ inſurgit ex fideicommiſſo impoſito à teſtatore, proceſsit ad prohibitionem expreſ-
16 ſam dictorum bonorum. † quia expreſſa prohibitio eſt potentior, quàm ſit tacita prohibitio, ut per Glo. in l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & Pau. de Caſt. in conſ. 13. incip. quia ſupraſcriptum eximiū,
17 in primis verbis, ubi dicit † ꝙ prohibitio de non alienando reddit alienationem ipſo iure nullam, & alienantem tanquam indignum repellit à reuocando alienationem, quorum neutrum contingit in tacita prohibitione.

18 Præterea quando adeſt expreſſa prohibitio teſtatoris bona non poſſunt alienari etiam in cauſa dotis, prout tenet Bal. in c. 1. §. donare. in tit. qualiter olim feud. poterat alien. in vſib. feu. cuius opinionem ſequitur pulchro fundamēto Iaſon in auc. res quæ. C. communia de leg. & in l. filiusfamil. §. diui
19 ff. de leg. 1. reprobata opinione Bar. de qua ibi. † ſecus quando adeſt dūtaxat tacita prohibitio, quæ inſurgit ex fideicommiſſo à teſtatore impoſito: quia tunc non obſtante tacita prohibitione, poterunt bona alienari ex cauſa, dicta auc. res quæ.

20 Præterea † & tertio ſtante prohibitione tacita, ſi res alienetur ab ignorante ignoranti dictam prohibitionem valet alienatio. l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. ſed quando adeſt expreſſa prohibitio de non alienando, tunc nulla redditur alienatio, licet per ignorantiam facta fuerit. Paul. de Caſt. in conſi. 17. Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel.

21 Præterea & quartò, quando † tacitæ prohibitioni adijcitur expreſſa prohibitio à teſtatore, ſeu alio diſponente, ex illa fit ut bona non poſsint alienari in caſibus aliàs à iure permiſsis, de hoc eſt tex. in §. ſanctiſsimas, in auc. de alien. & emphyteu. quem ad hoc allegauit Gloſſ. primitus in c. verum. in Gl. vltima. de condi. appoſi. & ꝑ illum text. ita tenent Bal. & Moderni Peruſini in l. quoties. C. de fideicommiſſ. Bal. in 2. in 7. oppo. C. de pac. Raph. Cuma. in l. filiusfamil. §. Diui. colu. penul. & ibidem Io. de Imol. in 1. col. & D. Alex. ibidem. ff. de lega. 1. prudens ergo conſilium teſtatoris perpendi poteſt, qui non contentus tanta prohibitione inſurgente ex fideicommiſſo per eū impoſito in bonis ſuis, expreſsè prohibuit alienationem dictarum domorum, conſiderans quod ex cauſa dotis, & ex alijs quibuſdam cauſis ſua eius bona, & ſic prædictę domus poſſunt alienari, de quibus in d. auc. res quæ. ſtante ſola tanta prohibitione de non alienando.
22 † & naturale eſt quod quis magis afficiatur domibus in quibus ipſe, maioresque ſui educati fuerūt, uel quas ipſe fabricari fecit, quàm reliquis bonis, iuxta ea quæ tradit Glo. in l. ſi quid bello. in princ. ff. de cap. & poſtli. reuer. ideò dicit tex. in l. lex quæ tutores, C. de tutō. adminiſ. hæc verba formaliter. Nec uero domum uendere liceat, in qua defecit pater, minor creuit, in qua maiorum imagines aut non uidere fixas aut reuulſas videre, ſatis lugubre eſt. facit etiam tex. in l. ſi in emptione. ff. de mino. & tex. in l. libertus qui ſoluendo nō erat. ff. de bon. lib. in verbo ſi prædia ſunt aliqua ex bonis liberti. in quibus maiorum patroni ſepulcra ſunt, & magni æſtimat patronus bonorum poſſeſsionis iura ꝓ ea parte ad ſe pertinere &c. oſtendens ergo prædictus teſtator ad domos ipſas præcipuam affectionem, illas prohibuit per hæredes ſuos poſſe alienari, cōtrafacientibusq; pœnam impoſuit: ſed ꝑ hoc non ſequitur quòd in reliquis bonis noluerit fideicommiſſum extare, diſcedendo a ſuo primo propoſito, quia ſtatim videtur ſe correxiſſe, quod non eſt admittendum. d. l. nam ad ea.

23 Comprobatur & tertio hæc concluſio: † verba teſtatoris ſeu alterius diſponentis ſunt interpretanda ut non ſint ſuperflua: ſed taliter eorum interpretatio fieri debet, ut aliquem operētur effectum, l. ſi quando. in princi. ff. de leg. 1. Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 8. q. & iſtud eſt notiſsimum, tunc ſic ſi diceretur fideicommiſſum ſolum extare in domibus, quarum alienationem expreſsè prohibuit teſtator, illa verba, & quia propoſiti & intentionis fuit, & eſt ipſius teſtatoris, ut eius bona conſeruentur &c. eſſent ſuperflua, & nullum effectum producerent: quod dici non debet. & ſi diceretur illa verba poſſunt operari effectum, quia validant prohibitionem de non alienando factam de dictis domi-
24 bus, † quæ aliàs fuiſſet nulla propter non inſertionem alicuius cauſę, l. filiusfamiliàs. §. diui. ff. de leg. 1. Ad hoc enim reſpondeo, quod abſque dictis verbis ualida fuiſſet dicta prohibitio de non alienan-
25 do, † tum quia plures hæredes prohibentur alienare prædictas domos, quo caſu valida eſt prohibitio abſque inſertione alicuius cauſę, prout dicit Glo.

Gloſſ.notabilis in l.codicilis.§.inſtituto. in uerbo filijs.ff.de leg.2.quod Io.de Imo.dicit eſſe multum notandum,tum quia teſtator poſtquàm prohibuit
26 alienationem dictarum domorum † contrafacientibus impoſuit pœnam, quo etiam caſu valida eſt prohibitio de non alienando nulla expreſſa cauſa, ſecundum Bald.in aliquibus lecturis in l. quoties. C.de fideicommiſſ.cum quo tranſeunt ibi ſcribentes,idem tenet Domi. Alexand. in conſili.57. incip.proſpectis.in principio in 2.volum. cuius opinio maximè procedit in caſu noſtro, in quo teſtator non impoſuit pœnam extrinſecam, ſed intrinſecam, priuando alienantem parte dictarum domorum, prout latè declaraui in repetit.d.§. diui. col.2.non poteſt ergo dici quod dicta verba fuerint appoſita ad effectum validandi dictam prohibitionem,quia hoc procedere non poteſt,cum valida ſit dicta prohibitio abſque dictis verbis, prout ſupra demonſtraui.

27 Pro hac etiam concluſione & quarto † adduco tex. in l.nomen.§.fi.ff.de leg.3.ubi eſt caſus decidens iſtam difficultatem. Nam quæritur ibi,pater filium inſtituit,& filiam heredes ſuos, & unicuique certa prędia prælegauit,demum periſſe filio ut ſolus ſatisfaceret æri alieno quod contraxerat occaſione mutui,adiecta iſta ratione,ut ꝙ ſorori eius reliquerat integrum ad eam perueniret . dubitatur ibi an pdictus filius teſtatoris teneatur alijs creditoribus,quàm ex cauſa mutui ſatisfacere,& videbatur dicendum ꝙ non : quia ſolum grauatus fuerat ad ſatisfaciendum creditoribus ex cauſa mutui:ergo alijs non cenſebatur grauatus.l. cum prętor ff. de iudic.l.maritus.C.de procurat.c.non ne benedicimus.de præſump.contrarium tamen ibi deciditur:quia extenditur onus iniunctum filio propter rationem præmiſſam appoſitam à teſtatore: ſic in
28 q.noſtra dicẽdum eſt, † in qua licet teſtator videatur ſolum prohibuiſſe alienationem domorum,attamen extendetur dicta prohibitio ad reliqua bona ipſius teſtatoris,propter rationem adiectam ab eo,dum dixit,& quia propoſiti & intentionis meæ eſt, ꝙ bona mea maximè domus &c. facit text.in l.cum pater.§.dulciſſimis.ff.de leg.2. & in l. regula.§.ſed ſi quis.ff.de iur.& fac. igno. in verſic. initium conſtitutionis generale eſt.

29 Vltimò pro hac concluſione adduco nota. † per Bar.in l.pater filium.in §. fundum.ff. de leg.3.ubi dicit ꝙ ſi in caſu illius §. verba prolata à teſtatore fuiſſent expreſſa per modũ rationis, ut quia dixiſſet teſtator,prohibeo alienari fundum meum per filiũ quo ad ipſe vixerit,& ideò hoc feci; quia volo ne fundus unquàm exeat de nomine meo,certè per iſtam rationem hæc prohibitio de nõ alienando limitata ad tempus vitę ipſius filij extendetur ultra dictum tempus, & ſic nec in vltima voluntate fieri
30 poſſet alienatio:quia † per iſtam rationem quę eſt generalior dicto ampliatur diſpoſitio.l. hęc actio. ff.de calumnia.& l.cũ pater.§.dulciſſimis.ſuperius allegat.qua ergo ratione prohibitio de non alienãdo limitata ad tempus extenditur ad aliud tempus propter rationem illi adiectam, ſic prohibitio de non alienando limitata ad certam rem,extendetur ad alias res, propter rationem quam adiecit teſta-
31 tor dictæ prohibitioni. † Cum de re ad tẽpus validum ſit argumentum, l.miles ita heredem.ff.de mi lit.teſtamen.ex quibus indubitanter concludendũ eſt,ꝙ ne dum domus quas teſtator nominatim prohibuit alienari fideicommiſſo ſubiectę cenſeantur, verum & reliqua eius bona, & miror quod quidam Doctores, ut ſenſi, in hoc conſuluerint in contrarium,cum vanum ſit ſuper hoc dubitare.

Et licet adducta in contrarium ex ſupradictis remaneant ſoluta,attamẽ illis in ſpecie reſpondebit.

Non obſtat igitur primum fundamentũ, in quo dicebatur ꝙ teſtator prohibuit domos alienari dũtaxat, & non reliqua bona, quia ad hoc reſpondeo, ꝙ imò contrarium apparet ex verbis teſtatoris ꝙ omnia eius bona fideicommiſſo eſſent ſubiecta, prout ſuper multifariam multiſque modis fuit oſtenſum.Similiter poteſt reſponderi ſecundo fundamẽto, in quo dicebatur ꝙ ex quo teſtator prohibuit domos alienari,videtur voluiſſe reliqua bona eſſe libera ab onere fideicommiſſi.Tertiò fundamento in quo dicebatur ꝙ teſtator appoſuit pœnam hæredibus alienantibus prædictas domos, & de reliquis bonis nulla per eum facta fuit mentio ; reſpondeo
32 † quòd propter diſpoſitionem pœnalem non alteratur quoquo modo natura diſpoſitionis principalis cui adicitur pœna,de hoc eſt caſus in l.cum fundo,quę eſt lex antepenult.ff.de ſeruit.ruſt.prædio. quem ad hoc notant ibi Bart.Bald. & reliqui Doctores,de quo tex.etiam meminit Areti.ad hoc propoſitum in l.4.§.Cato.ff.de verbo.oblig. circa.10. col.diſpoſitio ergo teſtatoris qua voluit bona ſua fideicommiſſo eſſe ſubiecta,ut probaui,non eſt coarctanda propter diſpoſitionem generalem ſubſequentem,in qua imponitur pœna hęredibus alienantibus domos prędictas.

Capio ſecundam dubitationem in qua cõcluſiuè procedendo & breuiter dico,legitimationem prædictam viribus non ſubſiſtere duplici de cauſa, pri-
33 ma eſt , † quia Comes palatinus habens poteſtatẽ legitimandi non poteſt quempiam legitimare niſi cum cauſæ cognitione,& quæ cauſa ab eo exprimẽda eſt.arg.l.nec ei.§. prætereà.ff.de adopt. iuncto tex.in §.generaliter.in auc.quib.mo.na.effi.ſui.& ita decidit D.Ant.in c.per venerabilem.col.3. qui fil.ſint legit.Do.Anto.de Roſell.in tractat. legiti. in rubrica de cauſa formali.Do.Alexand.latè in cõſil.60.incip.viſa legitimatione.col.4.lib.2.& idem tenet Franciſ. Cur. in conſil.16.incipi. clarus vir. colu.8.vbi ſubdit quòd etiam ſi dicatur in legitimatione facta per Comitem quòd illa ſit gratia agnationis conſeruandę, illa non eſt ſufficiens,nec probabilis cauſa quæ poſſit validare legitimationem.

Secunda cauſa inualidans legitimationem eſt,
34 † quia de agnatis quos habebat pater huius legitimati nulla facta fuit mentio,ideò ex capite ſubreptionis vitiatur legitimatio.Ita decidit Iacob.de Beluiſ.in §.quoniam.in auc.quibus mo.na.effi.ſui. & Do.Anto.in c.per venerabilem. qui fil.ſint legit. Areti.in conſil.penul.incip.magnifici & excelſi domini.col.fin.Paul.de Caſt.in conſil.60.incipi. viſa legitimatione col.penul.& Alexan.in conſil.25. in primo libro. Multis alijs de cauſis hęc legitimatio

poſſet

poſſet iualidari quas breuitatis cauſa omitto, maximè quia non multum expedit caſui noſtro, cum ſit quòd vitiata legitimatione ī bonis nō ſubiectis fideicommiſſo, filia legitima & naturalis huius, qui fecit hunc filium legitimari ſuccedere debeat.

Deuenio ad tertium & vltimum articulum quē aliàs cōſulendo in ardua cauſa latè diſcuſsi, arguendo hinc inde ad partes, ſed in præſentiarū omiſsis argumentationibus breuitatem amplectendo con
35 cluſiuè procedam: concludo ergo † quòd licet verum ſit, & ita ſe habeat cōmunis doctorū opinio, quòd filius legitimatus excludat ſubſtitutum, prout tenuit Io. Andr. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. §. fi. in fi. in addit. ad Spec. referens ita tenuiſſe Iacob. de Beluiſ. D. Ant. in c. per uenerabilem circa medium qui filij ſint legit. Imo & Pau. de Caſt. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Dom. Alexan. multa adducens in conſi. 2. incip. uiſis codicillis. in primo libro, & in conſil. 25. incipi. circa primum dubium. Rapha. Cuma. in conſi. 68. incip. pater reuerendę. Tamen hæc concluſio procedit in caſu in quo ſubſtituti de quorum præiudicio agitur fuerunt citati, & conſenſerunt, aliàs eis non obeſt legitimatio facta de filio illegitimo ipſius grauati. iſtud ſic proba
36 tur. † Nam ſi habens filios legitimos & naturales faciat filium illegitimū legitimari, nulla erit hæc legitimatio, niſi facta fuerit citatis ipſis filijs legitimis & naturalibus, ſic decidit Bal. in l. cū ita diuus, ff. de adopt. & in auc. ꝑterea. C. de naturalib. liber. Alex. in l. ex facto. col. 6. ff. de vulg. & pupi. vbi dicit ſe ita conſuluiſſe in ciuitate Florentiæ. & idem tenet Petr. de Anchara. in conſi. 241. incip. ex tenore priuilegij Apoſtolici. in uerſi. ſecundo pro hoc. Cū ergo filij legitimi & naturales citari debeant, ut ua
37 lida ſit legitimatio quę fit de filio illegitimo, † multo magis & ſubſtituti citandi ſunt. quorum ius eſt potentius in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quàm
38 ius filiorum in bonis patris. iſtud patet, † quia grauatus nō poteſt alienare bona fideicommiſſo ſubiecta inuitis ſubſtitutis, auc. res quę C. communia de
39 leg. † & tamen permiſſum eſt patri alienare bona, & de illis diſponere arbitrio ſuo inuitis filijs. iuxta
40 tradita per Glo. in l. 1. C. de inoffic. donat. † & ꝙ ſubſtituti citari debeant ut excludantur per legitimatum tenet expreſsè Pet. de Anchara. in conſilio 428. incip. circa primum quęſitum, Alexan. in conſil. 67. incip. conſideratis, in primo libro, vbi dicit iſtam eſſe puram veritatem, & quòd ubi iudicaturus eſſet, ita ītrepidè iudicaret. & idem tenet in cōſi. 94. inci. conſideratis ijs. in primo libro. D. Præpoſitus nunc Cardinalis meritiſsimus in ca. per uenerabilem. col. 26. qui fil. ſint legitimi, Moderni in l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth. idem tenet D. Barthol. Soc. in conſi. 211. inci. quoniam. in preſenti conſultatione. in 10. col. cum tribus ſequentibus. cum ergo uocati per fideicommiſſum non fuerunt citati tempore dictę legitimationis, eis non oberit hæc legitimatio. Et tanto magis hæc procedent in caſu noſtro in quo legitimatio
41 facta fuit † per Comitem Palatinum, qui non potuit legitimare, etiam ſi expreſsè voluiſſet in prę iudicium ſubſtitutorum, quibus ius erat acquiſitum in bonis fideicommiſſo ſubiectis ſpe probabili, etiam viuente hærede grauato onere fideicōmiſſi, prout tradit Bart. in l. is poteſt. col. 3. ff. de acquir. hęred. iſtud patet ex notatis per Paul. de Caſt. in conſi. 123. incip. ſuper eo quod primo lo
42 co quæritur. in 3. col. ubi dicit † quòd licet legitimatio fieri poſsit per principem in preiudiciū prolis legitimę, ſi hoc velit, non tamen dicendum eſt quòd voluerit hanc facultatem alteri concedere. & idem tenet in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de liber. & poſthum. Alex. in conſ. 60. incip. viſa legitimatione, in penul. col. lib. 2. ſicut ergo non cenſetur tradita poteſtas Comiti legitimandi in præiudiciū prolis legitimę, ſic & multo magis in præiudicium ſubſtitutorum, quorum ius potentius eſt in bonis fideicommiſſo ſubiectis, etiā viuente grauato, quàm ius filiorū in bonis patris, ut ſupra deduxi, ex quibus cōcludo prędictam legitimationē ſubſtitutis non obeſſe, tum quia Comes non habuit poteſtatem legitimandi in eorum prępiudiciū, tum quia non fuerunt citati nec conſenſerūt: quorum citatio & conſenſus fuit neceſſarius, ut ſupra fuit oſtenſum. Et hæc eſt mera, & pura veritas, quę pluribus alijs rationibus comprobari poſſet, quas conſulto breuitatis cauſa omiſſas facio.

Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Prædia uniuerſitatis non poſſunt ad longum tempus, & modico pretio locari, & talis contractus reſcindi poteſt.*

2 *Vniuerſitati caſtrorum, ſeu oppidorum & uillarum competit beneficium reſtitutionis in intregrum, ut minori.*

3 *Reſtitutio in intregrum quid ſit.*

4 *Contractus locationis, uel uenditionis, continens deceptionem ultra dimidiam iuſti pretij, reſcindi debet, uel iuſtum pretium ſuppleri, & ratio fructuum eſt habenda. nu. 6.*

L. ij. C. de reſcinden. uendi. & c. cum dilecti. de emptio. & uendi, quomodo procedant.

5 *Contractus emphyteuticus ſimilis eſt contractui locationis, & ſecundum eius naturam regulari debet.*

7 *Incolæ alicuius oppidi, etiam ſi non ſint originarij non excluduntur à petenda in integrum reſtitutione illius oppidi in contractu decepti ultra dimidiam.*

8 *Incolæ tenentur ad munera & onera ſubeunda.*

9 *Vniuerſitatis bona non ſunt ſingulorum.*

10 *Pauperes excludi non debent à iuribus concernentibus commodum uniuerſitatis.*

11 *Canonici ut extraneis poſſint communicare ius eligendi ipſis competens, omnes electores conſentire debent, & uno diſſentiente, non poteſt aliquis admitti, ut uocem in capitulo habeat.*

12 *Princeps ex contractu, etiam cum ſubditis celebrato, non minus obligatur, quàm quilibet alius priuatus.*

13 *Fœdera à ſummo Pontifice cum ciuitate ſibi ſubiecta inita, non poſſunt ab eo infringi, nec ab eius ſucceſſore.*

14 *Sta-*

14 *Statutum reuocari non poteſt poſtquam tranſiuit in cõtractum, in præiudicium contrahentium quibus fuit ius acquiſitum.*

CONSILIVM CXLV.

IN Chriſti nomine amen. Facti cõtingentia ſic ſe habet. Homines caſtri Medicinæ per plures annos in communi poſſiderunt nonnulla prędia, in quibus dicuntur habere dominium, quorum aliqua fuerunt nõ nullis de dicto caſtro per Maſſarium dicti caſtri locata ad longum tempus, & modico pretio, & nunc Maſſarius pręſentis anni cum aſſenſu maioris partis dictorum hominum, vult reſcindere dictam locationẽ tanquàm inualidam, alijs contradicentibus, quæritur an de iure admittendus ſit.

1 Si † vera ſint ea quæ in facto proponuntur, nulli dubium eſt, quòd prædictus contractus reſcindi poteſt, & debet, tum de iure ſpeciali beneficio reſtitutionis in integrum, tum de iure communi. Quod autem reſcindi poſſit dictus contractus beneficio reſtitutionis in integrum, ſic patet. Nam dicitur, quòd dicta prædia fuerunt locata dictis hominibus pro quatuor bologninis ſingulo anno pro unaquaque tornatura, ex quibus longè maius pretium percipi poſſet, & ſic oſtenditur dictam vniuerſitatem ex hoc contractu locationis non modicè fuiſſe læ-
2 ſam; † ideò reſtitui debet in integrum aduerſus hunc contractum ad inſtar minoris, cui eccleſia & huiuſmodi vniuerſitates æquiparantur, cap. 1. de reſtitu. in integrum in 6. cap. auditis. eod. titul. in antiquis. & quòd vniuerſitati caſtrorum ſeu oppidorum competat beneficium reſtitutionis in integrũ vt minori, firmat hoc Io. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de reſtit. in integrum in 2. parte. §. 1. verſi. idem quoque, vbi recitatis multis opinionibus, tandem videtur inhærere opinioni Odofredi, qui tenuit, quòd non ſolum ciuitas, ſed etiam caſtrum & villa poſſunt petere reſtitutionem in integrum, cum ibi ſint multæ perſonæ miſerabiles, vtputa viduæ, pupilli, & huiuſmodi perſonæ; & hanc opinionem ẽt tenent Bald. Salyc. & Paul. de Caſtr. in l. Reipublicæ. ff. ex quib. cauſ. maior. vbi concludunt, quòd non ſolum ciuitati, verum etiam cuilibet caſtro & villæ competit beneficiũ reſtitutionis in integrũ, quia caſtrum ſeu villa eſt pars Reipublicę, & regitur per alios, ideò cum ibi ſint minores, & mulieres, quibus ex facto adminiſtratorum præiudicari poteſt, æquum eſt, vt eis concedatur reſtitutio in integrum. hanc etiam opinionem approbat Abb. modernus in cap. 1. colum. penul. de reſtitu. in integrum. Et iſtud admittit etiam Bartol. poſt Iacob. Butri. in d. l. Reipublicæ. in caſu in quo vniuerſitas, villæ, ſeu caſtri eſſet populoſa, licet dicat ſecus eſſe quando vniuerſitas caſtri ſeu villæ eſſet modica, vt quia in ea eſſent decem homines. ideò cum vniuerſitas dicti caſtri Medicinæ ſit multum populoſa, competet ei beneficium reſtitutionis in integrum aduerſus dictum contractum, ex quo non modicè læſa fuit: & ſic opinio Barto. qui diſtinxit inter vniuerſitatem populoſam & inter vniuerſitatem modicam, ſuffragatur etiam caſui noſtro. Ex hoc ergo capite nulli dubium eſt quin dictus contractus locationis, licet cum debitis ſolennitatibus celebratus fuiſſet, reſcindi poſſit, & debeat. Ex quo infero quòd etiam fructuum perceptorum per dictos locatores habenda erit ratio, & ad illorum reſtitutionem ſeu æſtimationem condemnatio fieri debebit, hoc operante beneficio reſtitutionis in inte-
3 grum, † quæ eſt in priſtinum ſtatum poſitio. l. 3. §. reſtitutio. l. patri. §. ex diuerſo. vbi de hoc eſt caſus expreſſus. ff. de mino.

Quod autem ex ſecundo capite, & ſic de iure cõmuni, prędictus contractus reſcindi poſſit, ſic oſtenditur. Nam vt propoſitum fuit ſupra in facto, prędicta prędia locata fuerunt quatuor bologninis p ſingula tornatura, cum ex vnaquaque poſſint haberi triginta bolognini, & ſic prædicta vniuerſitas caſtri Medicinæ in prædicto contractu locationis fuit
4 decepta vltra dimidiam iuſti † pretij: ex quo fit vt contractus iſte reſcindi poſſit, vel vt iuſtum pretiũ ſuppleri debeat, iuxta tex. in l. 2. C. de reſcind. vendi. & tex. in c. cum dilecti. de emptione, & vendi. quæ iura licet loquantur de contractu venditionis, procedunt etiam in contractu locationis, & in cæteris contractibus bonæfidei. Glo. eſt in l. maioribus. C. communia vtriuſque iudic. in Gloſſ. ultim. quam ibi notat, & ſummè commendat Bartol. de hoc etiam eſt Gloſſ. expreſſa in l. ſi ea pactione. in Gloſſ. vlt. C. de vſur. quæ dicit, quòd diſpoſitio dictæ l. ſecundæ locum habet etiam in contractu locationis. Idem tenet Gl. in l. ſi olei. C. loca. Bartol. in l. Item ſi pretio. §. quemadmodum. ff. loca. Ioan. And. & alij in c. cum dilecti. de empt. & uenditio. Salycet. in d. l. 2. q. 4. Quinimò illa lex procedit etiam in contractu emphyteutico, & ſic in locatio-
5 ne, per quam transfertur utile dominium: † quia talis contractus ſimilis eſt contractui locationis, ideo ſecundum eius naturã regulari debet. l. 1. §. ſi quis ſeruum. ff. depoſiti. ſic tenet Specul. in titul. de loca. §. nunc aliqua: in verſic. 80. cuius opinionem approbat Salycet. in d. l. 2. q. 4. & ibidem Bald. q. 3. moti ratione prædicta. & idem tenuit Bal. in capit. cum cauſam, quæ inter œconomum. circa fin. de teſti. Angel. in l. de quibus. ff. de legi. colum. 4. ubi dicit quòd ſi res conceſſa in emphyteuſi ſit res non feudalis, tunc iudicare debemus hunc contractum ſimile iuris ſcripti, & pro hoc adducit text. in l. ſi olei. cum ibi notatis. C. loca. ex quibus concludo quòd ſiue locatio dictorum prædiorum facta fuerit ad modicum ſiue ad longum tempus, reſcindi poterit ſtante dicta deceptione ultra dimidiam iuſti
6 pretii. † Intentando etiam hoc remedium ratio fructuum perceptorum erit habenda. l. 2. C. de actio. empti. ad inſtar actionis redibitoriæ, in qua etiam ueniunt fructus. l. ædiles. §. ſi. ff. de ædilic. edic. Saly. poſt. Cyn. in l. 2. in verſic. venio ad quæſtionem. C. de reſcin. uendi. Nec obſtant ea quæ opponun-
7 tur per aduerſarios, qui dicunt, † quòd præfatus Maſſarius cum reliquis qui conantur reſcindere pdictum contractum non debent audiri, cum nõ ſint originarij dicti caſtri Medicinæ, ſed ſolum incolæ & habitatores. Nam hæc eorũ obiectio ſatis friuo-
8 la eſt, & paruipendenda, † quia licet ſint incolæ, & non

& nō originarij dicti caſtri, attamen compelli poſſunt, & ita compelluntur ad munera ſeu onera ſubeunda prout originarij, l. incola ff. ad municipa. l. 1. C. de incol. lib. 10. ipſorū ergo intereſt curare ne bona dicti caſtri dilapidentur, & tranſeant in ſiniſtrum, cum leniora onera ipſis imponantur, quando in vniuerſitate ſunt bona ex quorum reditibus oneribus patriæ incumbētibus ſatisfieri poteſt. cū ergo eorum interſit, non ſunt repellendi petendo dictum cōtractum annullari ſeu reſcindi ex cauſis de quibus ſupra, l. 1. ff. de appel. recip. l. ille à quo. §. ſi teſtamento. ff. ad Senat. conſul. Trebel.

Præterea negari non poteſt quin incolæ alicuius loci, & qui ibidē contraxerunt domicilium dicantur de vniuerſitate dicti loci: ergo non minus audiri

9 debent, quàm illi qui ſunt originarij, † cum id quod eſt vniuerſitatis non ſit ſingulorum de ipſa vniuerſitate, l. in tantum. §. vniuerſitatis. ff. de rer. diui. & c. qui manumittitur. 12. q. 2. ideò in huiuſmodi non debet conſiderari an aliquis ſit ciuis ſeu originarius, dummodo ſit de vniuerſitate.

Minus etiam obſtat aliud quo ſe tuētur dicti aduerſarij aſſerentes incolas dicti caſtri qui non poſſident aliqua prædia nō poſſe aliquod ius in bonis vniuerſitatis prætendere. Nam & hæc obiectio vana eſt: quia vt paulò ante dixi, id quod eſt vniuerſitatis non eſt ſingulorum, d. cap. qui manumittitur ideò licet ipſi habeant & poſſideāt bona propria, per hoc non ſequitur quòd poſſint ſibi applicare bona vniuerſitatis in præiudicium aliorum, quos conſtat eſſe de vniuerſitate, licet ipſi pauperes ſint, l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. ſicut eīn propter paupertatem non excuſantur quominus ſubeant onera quæ impónūtur hominibus de dicto caſtro,

10 † ſic etiam propter paupertatem nō debent excludi à iuribus concernētibus commodum ipſius vniuerſitatis: arg. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur. & cap. qui ſentit. de reg. iur. in 6.

Fortius dico quòd ſi prædicti homines volentes reſcindere prædictum contractum non conſtituerent maiorem partem vniuerſitatis adhuc eſſent admittendi inuitis alijs volentibus hunc contractū firmum ac ſtabilem permanere, cùm ſit quòd ius & commodum vniuſcuiuſque de ipſa vniuerſitate diminuatur, ſi prędicta bona tranſeant in ſiniſtrum. Pro hoc adduco notabile dictum Compo. in cap.

11 ſcriptum. de elect. vbi dicit † quòd ad hoc ut extraneis Canonici poſsint communicare ius eligendi ipſis competens, oportet quòd omnes electores cōſentiant, ita quòd uno diſſentiente non poteſt aliquis admitti ut habeat vocem in capitulo: & rationem huius dicti ponit Abba. ibidem in 2. colum. qui dicit ꝙ illud ideò eſt: quia intereſt cuiuſlibet de vniuerſitate ne extranei admittantur, cum ex hoc diminuatur vniuſcuiuſq; poteſtas eis tradita ī electione, quę ratio concludit idem eſſe dicendum in caſu noſtro. Ideo niſi omnes conſentiant ut non reſcindatur prædictus contractus. non impedietur illius reſciſio. Multum etiam coadiuuat cauſam iſtorum hominum id quod in facto præſupponitur videlicet, quòd prędicta prędia olim fuerunt conceſſa per Sereniſsimum Imperatorē hominibus & caſtro Medicinę, ut ipſum caſtrum rędificetur, & ſic dicta conceſsio emanauit ob cauſam, & ſic tranſiuit in quendam contractum innominatum do ut facias, ex quo fit quòd nec ipſe Imperator non quilibet alius ſuperior potuit, nec poteſt reuocare dictam conceſsionem, nec aliquid ſtatuere in

12 eius præiudicium. † quia ex contractu etiam cum ſubditis celebrato, princeps non minus obligatur, quàm quilibet alius priuatus, cap. primo de proba. & ibi latè ſcribentes. Paul. de Caſtro in. l. fi. C. de

13 tranſac. & in l. digna vox. C. de legi. vbi dicit † quòd ſi ſummus Pontifex ineat aliqua fœdera cum Ciuitate Bononiæ ſibi ſubiecta, nō poteſt ipſe, nec eius ſucceſſor etiā de poteſtatis plenitudine illa infringere. quinimo ipſa inuiolabiliter cuſtodire tenetur. & idem concludit Innō. & ibi D. Abb. in c. nouit.

14 de iudic. Faciunt notata † per Bar. in l. quod ſemel ff. de decret. ab ord. facien. & in l. omnes populi. in 4. q. princ. ff. de iuſtit. & iure, ubi tenet ſtatutum non poſſe reuocari poſtquàm tranſiuit in contractum in prçiudicium contrahentium, quibus ius fuit acquiſitum, ut quia emanauit ſtatutum diſponens quòd quicunq; venerit ad habitandum ad tale caſtrum habeat perpetuam immunitatē: nam hoc ſtatutum non poteſt reuocari auferendo immunitatem illis qui iam venerunt ad habitandum: quia ipſis ius immunitatis fuit acquiſitum, quod eis inuitis auferri non poteſt. l. fin. ff. de pac. l. poſt mortem. §. fin. ff. de bonor. poſſ. contra tabul. l. ſi partem. §. fin. ff. quemadmo. ſer. amitt. & idem in ſimili quæſtione firmat Ioan. And. poſt Guido. de Suza. in tit. de cenſi. in §. nunc dicendum. verſi. quęro quid ſi uniuerſitas. in addit. ad Spec. Ex quibus infero, quòd ſi aliqua prouiſio emanauit ī ciuitate Bononiæ derogans in totū aut in parte dictæ conceſsioni, illa inualida eſt, & nullius momenti: quia etiam ſi ab ipſis regentibus dictam ciuitatem emanaſſet prędicta conceſsio ad huc in eius prçiudiciū quicquàm ſtatuere non poſſunt. Et hæc eſt mera veritas. Laus Deo,

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM

1 *Emphyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, ſuiſque hæredibus, an tranſeat ad hæredes extraneos, & nu. 2. & nu. 9. & 19.*

3 *Teſtator cenſetur prius uocaſſe maſculos, quàm fœminas, & nu. 20.*

Voluntatem ſuam, quilibet teſtando uel contrahendo, præſumitur uelle conformare cum diſpoſitione ſtatuti ſuæ ciuitatis, & nu. 20

4 *Deſcendentium appellatione, omnes in infinitum comprehenduntur.*

5 *Liberorum appellatione quàm ueniant.*

6 *Liberorum, dictio, latius habet ſignificatum, quàm dictio filiorum*

7 *Verba, ut abſurditas euitetur, extenduntur ad id, quòd aliàs de proprio ſignificatu non comprehendunt.*

8 *Fœminæ non minus ſuccedere poſſunt in emphyteuſi eccleſiaſtica, quàm maſculi.*

10 *Opinio cōmunis in iudicando & conſulendo tenenda eſt.*
11 *Intellectus ad §.licentiam.in auc.de alie. & emphyt.*
12 *Dictio, perpetuum, quid denotet.*
13 *Hæres hæredis eſt hæres primi inueſtiti.*
14 *Alienatio neceſſaria non cenſetur prohibita.*
15 *Conſenſus domini directi non requiritur in acquiſitione emphyteuſis titulo lucratiuo.*
16 *Res cōſueta cōcedi in emphyteuſim reuerſa ad eccleſiā, pōt ab epiſcopo liberè alijs in emphyteuſim concedi.*
17 *Clauſulā ad habendum, tenendum, & poſſidendum, appoſita in diuiſionis contractu, quid operetur.*
18 *Pactum de euictione quid operetur in contractu diuiſionis factæ inter fratres.*
21 *Filij & deſcendentes cōſequūtur ius emphyteuticū poſt mortē primi inueſtiti per mortis cauſa capionem, & dicuntur hoc ius cōſequi ab ipſo domino concedente.*
22 *Statutum quòd nulla mulier ſeu neptis poſſit ſuccedere parentibus, auo, proauo, deſcendentibus ab inteſtato, extantibus maſculis deſcendentibus ex linea maſculina, quam vim habeat.*
23 *Diſpoſitio extēdens ſeu interpretans aliā, intelligitur ſecūdū terminos diſpoſitionis extenſæ ſeu interpretatæ.*
24 *Emphyteuſis conceſſa vſq; ad certā generationē, vel ad certū tēpus finita in perſona vnius, renouata uidetur ī perſona alterius, qui ad dictā emphyteuſim uocatur.*

CONSILIVM CXLVI.

OLIM per Epiſcopum Ceſenatem conceſſum fuit in emphyteuſim prædium quodam ſer Melchiori, pro ſe & ſuis hæredibus: qui poſt aliquot annos deceſſit ſuperſtite Petro & Thomaſio eius filijs maſculis, hæredibusque vniuerſalibus; poſt modum deceſſit dictus Petrus ſuperſtite Ludouico eius filio. & hærede vniuerſali, & ſic nepote dicti Melchioris primi inueſtiti, qui Ludouicus demum deceſſit ſine filijs, ſuperſtite Lucia eius ſorore, quam vniuerſalem in bonis ſuis hæredem inſtituit, deceſſit etiam dictus Thomaſius ſuperſtite Antonio eius filio, & hęrede, modo dubitari contingit, an ad dictā Luciam ſpectet prædium emphyteuticum quod reperitur in bonis & hæreditate dicti Ludouici eius fratris, an verò ſpectare debeat ad prædictum Antonium nepotem primi inueſtiti.

In iſta quęſtione videtur prima facie dici poſſe,
1 † ꝙ prędicta Lucia nō fuit cōprehenſa in dicta inueſtitura, & ſic nullum ius ei competat in hoc prædio emphyteutico, conſiderata forma inueſtituræ de qua ſupra, quæ facta fuit pręfato ſer Melchiori pro ſe ſuiſq; hęredibus. Nam appellatione hęredū in caſu illo non continentur extranei hęredes: ſed ſolūm deſcendentes ipſius teſtatoris, cum ſit prolatum in diſpoſitione quæ non competit hæredibus extraneis, vt infra dicetur. l. ex facto. §. ſi. vbi Gl. & Doctores. ff. ad Treb. c. 1. §. ſi clientulus. in tit. de alien. feud. in uſi. feu. Bar. & ibi latè Moderni in l. Gallus. §. ēt. ff. de lib. & poſth. Quòd autem hæc diſpoſitio non ſit tranſitoria ad extraneos hæredes
2 patet. Nam firma eſt concluſio, † ꝙ emphyteuſis eccleſiaſtica nō tranſeat ad hęredes extraneos, ſed ſolum ad deſcendentes, prout firmat Gl. in l. ēt. ff. ſol. mat. quā ſequitur ibi Bar. & ibi D. Alex. p̄ hac opinione allegat multos Doctores idē tenentes, & vltra adducta per eum idē tenet Io. And. in tit. de loc. §. nunc aliqua, in verſ. 113. in addit. ad Spe. Sal. in l. 2. q. 20. C de iure emphy. Dom. in cap. perpetua. 10. q. 2. Io. Cal. in cōſ. 6. in tit. de loca. & Pet. de Ancha. in conſ. 133. inci. plenè, & ſubtiliter, ubi dicit, ꝙ iſta opinio approbatur per plures illuſtres Doctores, & ꝙ eſt tenenda: quia eſt fauorabilis eccleſię pp ſpē reuerſionis rei emphyteuticæ ad ipſam eccleſiā, quę ſpes ceſſaret ſi trāſiret ad hęredes extraneos, qđ quidē lex abhorret. l. antiquitas. C. de vſufr. l. municipibus. ff. de vſufr. leg. Et ad tex. in §. licentiā. in auc. de alienatione, & emphy. colla. 9. qui vř velle, ꝙ res poſſit concedi in emphyteuſim perpetuā, rńdet, ꝙ debet intelligi in perpetuum reſpectu deſcendētium, & ſic extendit diſpoſitionē. §. emphyteuſim. in auc. de nō alien. & p̄mut. colla. 2. quo ad tempus & numerū ſucceſſorū, nō aūt quo ad illorū qualitatē. Hanc ēt opinionē tenet Pau. de Caſt. in conſ. 136. inci. viſo inſtro cuiuſdam inueſtiturę. Et ſi dicatř eſto, ꝙ verbū, hęredibus, de quo in dicta conceſſione exponatur pro deſcendentibus, tn̄ adhuc p̄dicta Lucia admitti dēt ad dictū p̄dium emphyteuticū, cū ſit de deſcendētibus ipſius primi inueſtiti, & ſit capax iuris emphyteuſis ab eccleſia conceſſi, ſicut & maſculi d. §. emphyteuſim. Ad hoc rńdeo, ꝙ iſtud procederet niſi repugnaret mens &
3 volūtas ipſius primi inueſtiti. † qui potius vř voluiſſe vocaret deſcendentes maſculos, quàm fęminas: q̄ tacita mens corrigi pōt ex diſpoſitione ſtatuti dictæ ciuitatis Ceſenę, p̄ferentis maſculos fęminis, cuius diſpoſitioni p̄ſumitur qlibet ſiue teſtādo ſiue cōtrahendo voluntatē ſuā cōformare, iux. notata p Bar. in iſtis terminis ī l. iuriſiurādi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. & in l. hęredes mei. §. cū ita. ff. ad Treb. cum multis concordantibus ibi traditis p D. Alex. Cū ergo in caſu nřo ſuperſint deſcēdentes maſculi ex ipſo primo inueſtito, excludi dēt prædicta Lucia à prędicto prędio emphyteutico. Confirmatur iſta pars alia rōne. Nam ſtatutū ciuitatis Ceſenę poſitū ſub rub. hęc ſunt q̄dam additiones videlicet. in ver. & p̄dicta oīa expreſsè diſponit, ꝙ mulieres extantibus maſculis excludātur ēt à bonis emphyteuticis, ēt ſi ex forma cōceſſionis emphyteuticę ipſę fęminę includerentur. Et ſubdit ſtatutū p̄dictū hæc verba formaliter à qbus omnino fęminas p̄dictas priuamus, & ab his excludimus, & oī iure ſeu actione ꝙ bona p̄dicta ipſo iure remotas eſſe volumus, & venire ad maſculini ſexus liberos tm̄modo. Cū ergo ſtatutum prędictum excludat mulieres ēt à iure emphyteutico extantibus maſculis deſcendētibus, nullo pacto dici pōt, ꝙ dicta Lucia conſequi poſſit dictum prædium emphyteuticum: quia adeſt Antonius nepos prædicti Melchioris primi inueſtiti.

Sed iſtis non obſtantibus ex aduerſo arbitror reſidere iuſtitiam, procedendo ergo in hac difficultate more ſolito facio hanc concluſionem, quòd prędicta Lucia quā eius frater inſtituit hęredē, cōſequi debeat prædictum prędium ab eccleſia in emphyteuſim conceſſum: & pro intelligentia iſtius cōcluſionis pręmitto aliqua in facto, & primò, quòd prædictum prędium prius fuerat alijs cōceſſum in

emphyteuſim, & ſic fuit res ſolita cõcedi ab eccle-
ſia in emphyteuſim. Secundò pręmitto, ꝙ dicta cõ
ceſſio facta fuit ſolum vſq; ad ſexaginta annos. Ter
tiò & vltimò pręmitto, ꝙ in diuiſione facta inter
dictum Ludouicum & dictum Antonium obuenit
præfato Ludouico dictum prædium, & præfato An-
tonio alia res illi æquiualens. Iſtis ſic præmiſſis in
facto, venio ad comprobandam veritatem præmiſ
ſæ concluſionis, pro qua in primis conſidero teno-
rem dictæ inueſtituræ quę conceſſa fuit pręfato Ser
Melchiori pro ſe, & ſuis hæredibus, virtute quorum
verborum comprehenduntur etiam fęminæ, licet
illud verbum hæredibus, capi debeat pro deſcen-
4 dentibus, † cum appellatione deſcendentium
comprehendantur omnes in infinitũ, l. fi. C. de ſuis
& legit. §. 1. in auc. de hęre. quę ab inteſt. defer. l. co
gnoſcere. §. liberorum. ff. de verb. ſig. Alex. in conſ.
56. inci. conſideratis verbis teſtamenti. in 1. lib. &
5 in conſi. 23. inci. conſideratis. in 2. vol. † Sicut ẽt
appellatione liberorum veniunt etiam filiæ fęmi-
næ, neptes, & aliæ vlterioris gradus in quacunque
diſpoſitione ſiue vltimę voluntatis, ſiue contractus:
6 quia † latius habet ſignificatum hæc dictio libe-
rorum, quàm hæc dictio filiorum. §. fin. inſtitu. qui
dar. tuto. poſſ. l. ꝙ ſi nepotes. ff. de teſtam. tute. & ita
tenet Bal. in l. ſed ſi hac. §. liberos. ff. de in ius uocã.
Pet. de Anch. in conſi. 117. inci. viſis, & diligenter
reaſſumptis. & Alex. in d. §. liberos. & in conſi. 89.
inci. viſo, & oportune animaduerſo, col. vlti. lib. 1.
quia ſecundum eum ſi diceremus, ꝙ appellatione
liberorum comprehenduntur ſolum maſculi, inſur
geret maxima abſurditas, ꝙ nepotes, pronepotes
maſculi, & deinceps admittuntur, & filiæ fęminæ
quę ſunt in gradu priori conſtitutę, excluderentur,
quod eſt abſurdum. l. ſi uiua matre. C. de bonis ma-
7 ter. † ut ergo ceſſet iſta abſurditas uerba exten-
duntur ad id quod aliàs de proprio ſignificatu non
comprehendunt. l. uxorem. §. concubinæ. cum ibi
nota. ff. de leg. 3. Bar. in l. liberorum, in 5. colum.
ff. de uerbor. ſignif. Cum ergo præfata Lucia quam
frater inſtituit hæredem uniuerſalem ſit de deſcen
dentibus ipſius primi inueſtiti: quia eſt eius neptis,
dicendum eſt, quòd comprehendatur in dicta inue
8 ſtitura, † cum ſit, quòd etiam in emphyteuſi eccle-
ſiaſtica non minus ſuccedere poſſint fęminæ, quàm
maſculi. §. emphyteuſim. in auc. dę non alienã. aut
permut. collatio. 2. per quem tex. ita voluit Petr. de
Anch. in conſi. 360. inci. nos Petrus de Ancharano,
& Florianus de Sancto Petro, & Bar. in l. iuriſiuran-
di. §. ſi liberi. ff. de oper. liber. Fulg. in conſ. 232. in-
cip. in propoſita quęſtione, ubi dicit eſſe expedi-
tum, quòd in emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedent
tam fęminę quàm maſculi nullo inter iſtos habito
diſcrimine.
9 Secundò comprobatur iſta concluſio, † Nam li-
cet multi teneant quod ſupra retuli, quòd emphy-
teuſis eccleſiaſtica non tranſeat niſi ad deſcenden-
tes, plures tamen Doctores magnæ auctoritatis te-
nent contrarium, quòd imò tranſeat ad hęredes ẽt
extraneos, per tex. in §. licentiam. in auct. de alien.
& emphyteu. colla. 9. In quantum ibi dicitur, ꝙ ec-
cleſia poteſt concedere emphyteuſim in perpetuũ,
& per conſequens ultra deſcendentes, qui plerunq;
non ſunt in perpetuum hæredes, cum ſit, quòd mul
toties quis decedat non relictis deſcendentibus, &
ſic per illum tex. corrigitur tex. in d. §. emphyteu-
ſim. & iſtam opinionem tenuit Gl. in §. alienatio-
nis. eod. tit. quam ſequuntur ibi Iacob. de Beluiſ.
& Ang. & idem tenet Glo. in auct. ſi quas ruinas. C.
de ſacroſan. eccleſi. Bal. in §. adeò inſtit. locat. Bal.
in auct. perpetua. C. de ſacroſan. eccl. & Spec. in tit.
de loca. §. nunc aliqua. in verſ. ſeptimò, & verſic. ui-
geſimoquinto. & Bald. in l. 1. colum. 2. C. de iure
emphyteu. Alex. in conſi. 89. inci. viſo, & maturè di
ſcuſſo. in vlt. co. in 2. lib. vbi dicit notabile uerbum,
10 quòd iſta eſt † communis opinio, per tex. in d. §. li
centiam. ideò in iudicando & conſulendo tenen-
11 da, c. ne initaris. de conſtit. cum vulg. † Et in veri-
tate pro hac opinione multum urget tex. in d. §. li-
centiam, ad quem tex. non concludenter reſpon-
dent Doctores tenentes opinionem contrariam.
Nam dicit ille tex. quòd non ſolum ad tempus ec-
cleſia poteſt facere emphyteuſim rerum immobi-
12 lium, ſed etiam in perpetuum, † & ſic illa dictio,
perpetuum, denotat perpetuitatem reſpectu tem-
poris, non perpetuitatem eo reſpectu, ut omnes de
ſcendentes ſuccedant in infinitum in ipſa emphy-
teuſi eccleſiaſtica. Et iſta opinio maximè procedit
in caſu noſtro, in quo emphyteuſis eſt conceſſa vſ-
que ad tempus ſexaginta annorum, quo tempore
finito, reuertetur ad eccleſiam. Ideò cõpetere de-
bet hęredibus quibuſcunque, cum iſto caſu ceſſet
ratio Petri de Anch. in d. conſi. 133. de qua ſupra fe
ci mentionem, cum ergo dicta emphyteuſis ſit ta-
lis quæ competat etiam hæredibus extraneis, & ſic
13 ſit quædam emphyteuſis hæreditaria, prædicta † Lu
cia quæ eſt hęres fratris ſui, & per conſequens hęres
primi inueſtiti. l. fi. C. de hęre. inſtit. ad illam admit
ti debet, & in dicta inueſtitura intelligitur fuiſſe cõ
prehenſa, eo maximè, quia dicta Lucia quam eius
frater hæredem inſtituit in ſuis bonis, & per conſe-
quens in hoc prædio emphyteutico, ſit de deſcen-
dẽtibus ipſius primi inueſtiti. Et hæc inſtitutio fie-
ri potuit ẽt reſpectu dicti prædij emphyteutici ab-
14 ſque aliqua requiſitione dñi directi, tũ, † q̃a eſt q̃dã
alienatio neceſſaria, q̃ nõ cẽſetur prohibita: arg. l.
1. ff. de fund. dota. & l. ex hoc edicto. §. alienare. ff.
de alien. iud. mut. cau. fac. Spe. in tit. de loca. §. nũc
aliqua, uerſ. 113. Tum quia iſta eſt quædam aliena-
15 tio facta titulo lucratiuo, † in qua non requiritur
conſenſus dñi, prout tenet Gl. & cõiter ſcribentes
in l. fi. C. de iure emphyt. Bal. Imol. & Pau. de Caſt.
in l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. 1. Io. Cald. in conſ. 6. in
tit. dę locat. Alex. in conſi. 189. col. 4. lib. 2. ubi ad-
ducit plures alios Doctores idem tenentes.
Tertiò principaliter comprobatur iſta cõcluſio.
16 † Nam ut ſupra pręmiſi in facto, iſtud prædium
fuit cõſuetum concedi alijs in emphyteuſim, ideò
poſt, quàm fuit reuerſum ad eccleſiã liberè potuit
ẽps abſq; alia ſolennitate alijs cõcedere in emphy
teuſim. c. 2. de feud. not. Bal. & ibi Pau. de Caſt. in l.
etiam. ff. ſol. matr. & Io. de Imo. in c. potuit. col. 8.
de loca. Alex. in pręalleg. conſi. in fin. Et potuit fie-
ri iſta conceſſio in caſu pręmiſſo, ẽt pro hæredibus
extraneis, pręſuppoſito etiam, quòd uera ſit opinio
illorum, qui tenẽt quòd emphyteuſis eccleſiaſtica
non

non tranſeat ad hæredes extraneos. Iſtud colligo ex dictis Pau. de Caſt. in conſ. 136. inci. uiſo inſtrumento. in ulti. col. dum dicit, quòd ſi ibi prior conceſsiſſet emphyteuſim ad ſe reuerſam, & ſciēs ſe nō teneri ad inueſtiendū extraneos hæredes, illos ſciēter inueſtiſſet, ualida fuiſſet ipſa inueſtitura: cum ergo hoc caſu emphyteuſis eccleſiaſtica tranſire poſſit ad hæredes extraneos, illū uerbum, hæredibus, de quo in præmiſſa inueſtitura comprehendet quēlibet heredem in infinitum, etiam extraneum, dum modo ſit heres mediatus ſiue immediatus primi inueſtiti; & per conſequens dictam Luciam quę ſuccedendo fratri dicetur hæres primi inueſtiti. d. l. fi. C. de hære. inſti. cum ſit de eius deſcendentibus. Ad-

17 uertendum etiam eſt, † an in inſtrō diuiſionis factæ inter perſonas de quibus ſupra, ſit appoſita iſta clauſula, ad habendum, tenendum, poſsidendū, & quidquid placuerit faciēdum. quę clauſula cōiter ſolet apponi in inſtrīs diuiſionū: quia ſi extat dicta clauſula, cēſetur facta remiſsio iuris emphyteutici alteri, cui ceſsit in diuiſione ipſum prædium emphyteuticum, ita quòd illi in quos facta fuit alienatio ſiue ex contractu inter uiuos, ſiue in ultima uoluntate, conueniri non poſſunt. Et iſtud eſt quod conſiderat D. Alex. in præallega. conſi. 189. col. 4. ubi adducit pro hoc nota. per Bar. in l. qui Romę. §. duo fratres. quæſtio. 8. & Ang. q. 5. ff. de uerbo. oblig. Idem

18 † eſſet etiam dicendū ſi in dicto inſtrumento fuiſſet appoſitum pactum de euictione, nam ſimiliter ius emphyteuticum cenſeretur remiſſum: argu. eius quod decidit Lud. Roma. in conſi. 457. incip. circa propoſitam conſultationem, in uerſ. aduertendum puto. ubi dicit, quòd quando in inſtrumento diuiſionis factę inter fratres fuit appoſitum pactum de euictione, per hoc pactum uidetur facta remiſsio fideicommiſsi inter ipſos fratres, & ita etiam conſuluit Franciſcus Currius in conſ. 63. in pen. col. Ex quibus ergo concludo prædictam Luciam non eſſe excludendam ab hoc prædio emphyteutico. Non

19 obſtant adducta in contrarium. † Nam ad primum in quantum dicebatur ꝙ bona emphyteutica eccleſię non tranſeunt ad extraneos hæredes, rñdetur ꝙ multi tenent contrarium, quos ſ. retuli. Præterea data illa opinione pro uera, limitatur non procedere in caſu noſtro, in quo fuit facta conceſsio uſq; ad certum tempus, uidelicet lx. annorū. Item quia non procedit in re conſueta locari, ꝑut ſupra dictū fuit. Item & vltimò, quia dicta Lucia non eſt extranea, cum ſit neptis ipſius primi inueſtiti. Ad id quod

20 ſecundo loco dicebatur, † ꝙ teſtator cenſetur prius uocaſſe deſcendentes maſculos quàm fœminas, conformando ſe cum uoluntate ſtatuti ſuę ciuitatis, reſpondeo multipliciter. Et primò reſpōdeo quòd dictum Bar. in d. l. iuriſiurandi. §. ſi liberi, non eſt uerum, & contrarium tenet Bal. in l. liberti, liberteq;. C. de op. lib. in 6. col. uerſ. ſed quid ſi adeſt ſtatutum. Sal. in l. 2. in 17. q. C. de iur. emphyte. Alex. in l. Gallus. §. quidam rectè. ff. de lib. & poſth. in fine. quorum opinio patet optima ratione. Nam in contractu emphyteutico non tam conſideratur uoluntas recipientis, quàm uoluntas concedentis,

21 patet, † quia filij & deſcendentes dicuntur cōſequi ius emphyteuticum poſt mortē primi inueſtiti per mortis cauſa capionem, ſecundum Bar. & alios in l. ſi mihi & Titio. in fi. ff. de uerb. obli. & dicūtur hoc ius conſequi ab ipſo domino cōcedente. Ita uoluit Bar. in l. mortis cauſa. in prin. ff. de. do. cau. mor. Sed Eps Ceſenæ qui conceſsit dictam emphyteuſim nō vī cōſideraſſe diſpoſitionem dictorum ſtatutorum: quia hæc conceſsio facta fuit nomine eccleſiæ, quę talibus ſtatutis non comprehenditur. c. eccleſia S. Mariæ. de conſtitu. uel aliter rñdeo, ꝙ prædictum ſtatutum in caſu de quo agitur non præfert maſculos filiab, fœminis, ut dicam in reſpōſione ad aliud fundamentum, quod ſubſequitur, igitur &c.

22 Nō obſtat † ſtatutum ſuperius adductum qđ expreſsè remouet fœminas à bonis emphyteuticis: quia clarè reſpondetur, & dico illud nullo mō obſtare in caſu nro: nam prædictum ſtatutum ꝙ nulla mulier ſeu neptis poſsit ſuccedere parētibus, auo, proauo, deſcendentibus ab inteſtato, extantibus maſculis deſcēdētis ex linea maſculina, demū prędictum ſtatutū extendens dictam diſpoſitionem, remouet etiā prędictas fœminas à ſucceſsione bonorum emphyteuticorum extantibus maſculis: & ſic ſi inſpiciantur uerba pdicti ſtatuti excludit mulieres à iure emphyteutico in caſu in quo tractatur de ſucceſsione patris, aui, aut aliorū deſcēdentiū, qui ab inteſtato deceſſerunt, nō āt loquitur in alio caſu: iſtud patet in uerſ. et pdicta omnia, ubi exten-

23 ditur diſpō poſita in principio dicti ſtatuti, † diſpō aūt extendens ſeu interpretās aliam, intelligitur ſecundū terminos diſpōnis extenſæ ſeu interptādæ: arg. l. ītem ſocerū. de pac. dota. & l. ēt. C. de iure dot. Bar. in l. nihil. ff. de cōiug. cū emāci. lib. cū ergo in caſu nro nō tractetur de hæreditate ipſius pris, ſeu aui, uel alterius aſcendentis, ſed tractetur de hęreditate fris, q. inſtituit dictā Luciā hrdem, in qua reperiūtur bona emphyteutica ſtatutum prædictū locū nō hēbit: quia nullo modo loquitur in caſu iſto.

24 Comprobatur iſta ſolutio. † Nam quando fit cōceſsio emphyteuſis uſq; ad certā generationē, uel uſq; ad certum tempus, finita emphyteuſi in perſona vnius per eius mortē, vel alio modo, uidetur renouata, ſeu de nouo cōceſſa in perſona alterius, qui uocatur ad dictam emphyteuſim: argu. l. repeti. & l. ſicut in annos. ff. quibus mod. uſuſfruc. amitt. Ita dicit Bar. in l. ſi mihi & Titio. in fi. ff. de uerbo. oblig. Mortuo ergo dicto Petro ſuperſtite Ludouico eius filio, in perſonam ipſius Ludouici cenſetur reuocata emphyteuſis. & ſic dicet emphyteuſis fraterna, à qua ſtatutum prędictum non excludit ſororē ab inteſtato, nec ex teſtamento uocatam, & miror quòd pars aduerſa ſup hoc ſtatuto faciat aliquod fundamentum: quia nullo modo obſtat prædictæ mulieri in ſucceſsione huius prēdij emphyteutici, maximè cum uocetur ex teſtamento fratris & non ab inteſtato. Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Ius præſentādi ei competit, qui reperitur in quaſi poſſeſſione iuris patronatus.*

2 *Potior in præſentatione ille eſt, qui vltimo loco præſentauit.*

3 *Ex diſsimilibus rectè non infertur.*

4 *Conſenſus eorum de quorum prẹiudicio tractatur, in actu expediendo ſolum requiritur.*

5 *Patronorum maior pars in actu præſentationis præiudicat alijs non uocatis & contemptis.*

6 *Pontifex concedens quod prius uitauerat, non facta mentione prioris uetationis, uidetur illi derogare uoluiſſe, cum de illa notitiam habuerit, ac ſi clauſula nõ obſtante eſſet appoſita.*

7 *Scientia in facto proprio præſumitur.*

8 *Taciturnitas nunquam uitiat gratiam ſuperioris, quãdo ex narratione facti uerisimilis forma prouiſionis eſt nota ipſi concedenti.*

9 *Superiori fruſtra aliquid exprimitur, quod per ſe ipſum uerſimiliter ſcire debet.*

10 *Impetratio beneficij ex cauſa permutationis obtenta ualet, licet non ſit facta mentio de reſeruatione generali & pluribus nota.*

11 *Confirmatio vnionis facta per Pontificem, facit vnionem ab ipſo emanaſſe.*

12 *Nefas eſt dicere Pontificem uelle deludere illum cui gratia facta eſt, reuocando quod conceſſerat.*

13 *Actus Principis ſtabiles eſſe dẽnt, & perpetuò mãſuri.*

14 *Eccleſia vniri poteſt abſque conſenſu rectoris.*

CONSILIVM CXLVII.

IN cauſa beneficiali D. Floriani de
Facijs nonnulla dubia proponun-
tur, quorum ordinem ſequendo, il
la paucis reſoluam.
Primò contra eum adducitur, ꝙ
vnio facta de eccleſia ad eius fauo-
rem nulla eſt, & inualida: quia conſenſus omnium
patronorum qui ſunt in quaſi poſſeſsione iuris prę-
ſentandi interuenit in prædicta unione. Et licet
dicatur quòd dominis Ancianis competat etiam
ius præſentandi in prædicta eccleſia, tamen iſtud
non ſubſiſtit ueritate aliqua: quia ut inſpici poteſt
ex uarijs præſentationibus factis ad dictam eccle-
ſiam, non apparet præfatos dños Antianos interue
niſſe in aliqua pñtatione; ideo cum non reperian-
tur eſſe in aliqua quaſi poſſeſsione iuris pręſentan-
1 di, illorum conſenſus non fuit neceſſarius.† c.con-
ſultationibus.cum ibi plenè notat. de iure patrona
tus. vbi dicitur ꝙ ei competit ius præſentandi qui
reperitur in quaſi poſſeſsione iuris patronatus. for
tius uoluit Frideric. de Senis in conſi.223. colum.
2 penult.† quòd in præſentatione ille potior erit qui
ultimo loco præſentauit, adducens pro hoc text.in
cap.cum eccleſia Sutrina. in uerbo, ultimò, & im-
mediatè. de cauſ. poſſeſ. & proprietatis. Idem de-
cidit Oldra. in conſ.312.incip. thema quæſtionis.
circa finem. D.Cardin. in capitulo ex literis.in ſe-
cunda oppoſit.de iure patronat.et idem tenet Ioã.
And.quem ibi ſequitur Abb. modernus. colu.5.in
d.c.cum eccleſia Sutrina. Fely.in c.cũ acceſsiſſent.
col.pen. de conſtit. Et ſi diceretur ꝙ prædicta pro-
cederent in caſu in quo tractaretur de iure præſen-
tandi, ſed in caſu iſto agitur de unione dictæ eccle-
3 ſiæ iuris patronatus, igitur † hæc inter ſe diſsimilia
uidentur. ex quibus rectè non infertur. l.inter ſti-
pulantem.§.ſacram.ff.de uerbõ.obligatio. Ad hoc
4 reſpondeo quòd immò termini pares ſunt: † quia in
actu expediendo ſolum illorum conſenſus requiri-
tur, de quorum præiudicio tractatur, & non aliorũ.
l.de vno quoque.ff.de re iudic.l.in diem. ubi Bart.
ff.de aqua pluuia. arcen. ſed dicta vnio quæ fuit fa-
cta ad uitam duntaxat præfati Do. Floriani, ſolum
inferrebat prẹiudicium his qui ultimo loco prẹſen
tarunt: quia per eam adimebatur facultas præſen-
tandi eis competens: ſatis ergo fuit illorũ conſen-
ſum requirere, nec fuit opus habere conſenſum do
minorum Antianorum: quia cum non ſint in quaſi
poſſeſsione iuris præſentandi, nullum eis ex hac
vnione præiudicium inferebatur. Igitur ualida fuit
dicta vnio abſque eorum requiſitione. & iſtud eſt
ſolidiſsimum fundamentum. Fortius dico, quòd
etiam ſi ſolum maior pars patronorũ conſenſiſſet
huic vnioni, adhuc ualida eſſet & effectum ſortiri
5 deberet: † quia ſicut in actu præſentationis maior
pars patronorũ præiudicat alijs non uocatis & cõ-
temptis, prout concludit Frideric. de Senis in con
ſil.102.incipi.nobiles. colum. ſecunda. Lap.alleg.
78.incip. uacauerat. Io. And. quem ibi ſequitur
D.Anto.in c.3. de iure patronat.& Abb.in conſ.
76.incip. plura ſunt dubia. in ſecundo libro. Phi-
lippus Deci.in c.cum M. de cõſtitu.ubi dicit hanc
eſſe communem opinionem. Sic & in iſta vnione
quæ fuit facta ad uitam tantum prædicti D.Floria-
ni maior pars patronorum qui conſenſerunt huic
vnioni, alijs præiudicare potuit: quia cum ſit facta
ad uitam tantum prædicti Do.Floriani, non infert
patronis ipſis maius præiudicium, quàm ſi de ipſo
D.Floriano præſentatio facta fuiſſet per maiorem
partem ipſorum patronorum. & hæc quo ad pri-
mum dubium.
Secundò obijcitur præfato Do. Floriano, quòd
vniones quæ non ſunt ſortitæ effectum fuerunt re-
uocatæ per Sanctiſsimum D.Iulium in regulis Can
cellariæ, de qua reuocatione non fuit facta mentio
in confirmatione dictę vnionis obtentę à prędicto
Summo Pontifice, prout requirebatur.
Sed ad hanc obiectionem reſpondeo, ꝙ ex nar-
6 ratis in ſupplicatione † per præfatum D. Florianũ
petentem confimationem dictę vnionis Summus
Pontifex habuit notitiã ꝙ dicta unio nondũ fuerat
ſortitum effectum, hoc tamen non obſtante, illam
confirmauit, ergo uidetur uoluiſſe derogare dictæ
regulæ Cancellariæ, ac ſi fuiſſet appoſita clauſula
non obſtante, in l.quidam conſulebant.ff.de re iud.
ubi latè ſcribentes.& tex.in l.idẽ Vlpianus.in prin.
ff.de excuſat.tuto.& de hoc eſt Glo.in c.1.in uerbo
reuocant, de conſtit. libr. 6.Bald.in l.impetrata.C.
ſenten. reſcindi non poſſ.Paul.de.Caſt.in cõſi.223
adducens Glo.in c.ad hæc.de reſcr.& de hoc etiam
eſt Glo.in c.ſtatutum.in princ.in uerbo literarum,
de reſcrip.in 6.& pro hoc Felyn. in cap. nonnulli.
de reſcript. in uer.fallit quartò, de reſcrip.adducit
multas concordantes. nec fuit opus vllam facere
mentionem de prædicta regula Cancellariæ reuo-
cante vniones quæ nondum fuerant effectum ſor-
titæ: quia illius præſumitur habuiſſe notitiam
7 Summus Pontifex, cũ ab eo fuit edita, † cum in fa-
cto proprio præſumatur ſcientia.l. quiſquis.C. de
reſcind.uẽdit.c.ab excommunicato. de reſcriptis.
Et pro hoc adduco pulchram deciſionem Domi-

norum

norum de Rota quæ eſt nu. 471. in nouis deciſio-
8 nibus, vbi dicunt, † ꝙ taciturnitas nunquam ui-
tiat gr̃am ſuperioris, qñ ex narratione facti ueri-
ſimilis forma prouiſionis eſt nota ipſi concedenti:
9 quia ſecundum eos † fruſtra aliquid exprimitur ſu
periori, quod per ſe ipſum veriſimiliter ſcire de-
bet. l. 1. ff. de actio. empt. l. ea quæ. §. fin. ff. de edil.
edic. Adducunt etiam not. per Io. Andr. in c. 1. de
conſtit. lib. 6. & not. per Frider. de Senis in ſuo tra-
10 ctatu de re. permuta. q. 6. vbi dicit, † ꝙ impetratio
beneficij ex cauſa permutationis obtenta valida
eſt, licet non ſit facta mentio de reſeruatione gene
rali & pluribus nota, quia præſumitur, ꝙ Papa illius
noticiam habuerit, ideò expresſio non fuit neceſſa
ria, cum ergo dicta reuocatio vnionum ſit genera-
lis, & pluribus nota, quia de hoc extat regula Can-
cellariæ edita ab ipſomet ſummo Pontifice confir-
mante dictam vnionem, non fuit opus de hoc ali-
quam facere mentionem: quia præſumitur de hoc
concedentem dictam confirmationem noticiã ha
buiſſe: tum quia generalis & pluribus nota, tum qꝛ
fuit edita ab ipſomet concedente. Et ex prędictis
infero verum non eſſe id quod adducitur per par-
tem aduerſam, quę aſſerit confirmationẽ prędictæ
vnionis fuiſſe obtentam per falſas preces, cum om
nia exprimẽda expreſſa fuerint, & nil quod ſit à ve-
ritate alienum fuit narratum ſummo Pontifici.

Quartò obijcitur prædicto D. Floriano ꝙ ſingu-
lo menſe in Cancellaria Pontificis reuocãtur vnio
nes, quæ effectum non ſunt ſortitæ: ſed iſta obiectio
facile poteſt tolli, nam̃ eſtõ, ꝙ ita ſit, quod tamen
mihi eſt incognitũ, & cum ſit quid facti probatio-
ne indigeret, iſtud tamen non obſtat: quia prędicta
reuocatio non extenditur ad vniones confirmatas
11 per Pontificem: † cum pro huiuſmodi confirma-
tione vnio ipſa dicatur emanaſſe ab ipſo Põtifice,
& dici posſit vnio ipſius, c. ſi Apoſtolicæ. de pręben.
in 6. l. ſi donatæ. §. 1. ff. de donatio. inter uirum, &
vxo. Bar. & Doctores in l. & quia. ff. de iuriſd. omn.
iudic. procedet ergo dicta reuocatio in unionibus
factis ab inferioribus, & quas pontifex non confir-
mauit, & ſi ſecus diceretur inſurget maxima abſur-
12 ditas, † quòd ſummus Pontifex uellet deludere
illum cui fecit gratiam confirmãdo eius unionem
quod nefas eſt dicere: arg. tex. in Clem. 1. de renun.
& in c. cum olim. de ſenten. & re iudic. ideò Bal. in
c. 1. de nat. feud. in uſib. feud. inuehit contra Cele-
ſtinum Papam qui de mane faciebat unam gratiã,
& in ueſpere illam reuocabat. Et dicunt Domini
13 de Rota in tit. de præb. deciſio. 32. in antiquis † ꝙ
actus principis debent eſſe ſtabiles, & perpetuò
manſuri, ut in cap. decet. de regu. iur. in 6. Adeo, ꝙ
etiam ſi uerba ſecundæ gratiæ viderentur reuoca-
toria primæ, tamen ſi de mente Pontificis clarè nõ
conſtet, nunquam pręſumitur reuocatio. Et de hac
deciſione meminit Fely. qui plura alia ad hoc ad-
ducit in c. cum olim. col. 3. de ſent. & re iudic.

Quintò eidem D. Floriano obijcitur, ꝙ prædi-
cta unio ſit inualida cum non interuenerit conſen-
ſus rectoris eccleſiæ, qui uiuebat tempore dictæ
14 unionis, ſed ad hoc rñdeo † ꝙ prædicta unio fieri
potuit & validè abſq; ullo conſenſu dicti rectoris,
& non inſiſtendo in uerborum multiloquio de hoc
eſt tex. expreſſus in Clem. 1. in princ. & ibi notant
omnes de reb. eccl. non alienan. Abb. in c. conſulta
tionibus. de donat.

Vltimò adducitur, quòd literæ dictæ confirmationis non fuerunt expeditæ, ideò ſuper illis ſe non poteſt fundare præfatus D. Florianus, prout diſponit regula Cancellariæ, ſed ad hoc reſpondeo, quòd præfato D. Floriano ſupereſt adhuc tempus intra quod poterit dictas literas expedire in forma, ideò ſi opus erit illas expediet, & ſuper illis poterit ius ſuum fundare, ex quibus breuiter puto reſoluta omnia dubia, quæ in præſenti cauſa adducuntur.

Laus Deo.

Ioannes Crottus.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita in ſequentibus legatis non refertur ad legata præcedentia.*

2 *Legatum relictum tutori in dubio cenſetur ei factum cõtemplatione tutelæ, adeò vt ſi nolit ſubire onus tutelæ legatum amittit, quod pupillo applicatur.*

3 *Legatum factum coniunctæ perſonæ, præſumitur relictum contemplatione coniunctionis, & non tutelæ.*

4 *Vxor dicitur coniuncta viri.*

5 *Legatum factum vxori, præſumitur factum affectione maritali, & non contemplatione tutelæ.*

6 *Legatum factũ vxori, etiam ſi tranſiret ad ſecunda vota, non cenſetur factum contemplatione tutelæ.*

7 *Mulier per tranſitum ad ſecunda vota deſinit eſſe tutrix.*

8 *Legata quæ ſub eodem teſtamento determinantur, debent vniformiter determinari.*

9 *Mater quæ non poteſt eſſe tutrix quia minor, recuſando tutelam filij, non amittit legatum ſibi à viro relictum.*

10 *Miles ex aliqua iuſta cauſa à militia dimiſſus tutor eſſe poteſt.*

11 *Miles, qui tutor eſſe poteſt, recuſando tutelam legatum non amittit.*

CONSILIVM CXLVIII.

ARBITROR legatum centum du-
catorum de iure præſtandum eſſe
Dominę Lucię, licet ad ſecunda uo
ta tranſierit, & tutelam filij ſibi de-
latam ex teſtamento mariti ſubire
noluerit. Primum probatur: quia
dictum legatum purè ei fuit relictum non appoſita
1 aliqua conditione. Nec † conditio de non nuben-
do, quæ fuit appoſita in ſequentibus legatis referri
debet ad hoc legatum. l. ſi filium. in princ. ff. quan.
dies lega. ced. Bar. in l. fi. ff. de reb. dub. & in l. auia.
in prin. ff. de cond. & demonſt. & in l. quiſquis. ff. de
leg. 3. & hoc non habet dubium.
2 Secundum probatur. Nam † licet in dubio legatũ
relictum tutori cenſeatur ei factum cõtemplatio-
ne tutelę adeò, ꝙ ſi nolit ſubire onus tutelæ lega-
tũ amittat, quod pupillo applicatur. l. Neſennius.
ff. de

ff.de excuſ.tut.& l.poſt legatum.§.amittere.ff. de
3 his quib.vt indig. Attamen hoc non procedit† ubi legatum factum fuit coniunctæ perſonę.tunc enim prçſumitur relictum contemplatione talis coniunctionis non tutelæ, ideò legatum non amittitur, licet tutela recuſetur l.tutor.§.quæ tutoribus. ff.de excu.tuto.facit tex.in c.requiſiti. de teſtamen. &
4 Gloſſ. in c.fin.de teſta.in 6.Dicitur † enim uxor coniuncta uiri.l.fina.§.ſed cum in confinio.C. de
5 furtis. Præſumitur † itaque hoc legatum relictum Dominæ Luciæ ut uxori,& ſic affectione maritali, non ut tutrici, l. cum hic ſtatus.§.ſi quis ſponſam. ff.de donatio. inter uir.& vxor.ibi,non quaſi ad extraneam, ſed quaſi ad uxorem fecerit, ideò nec ratio locum habebit.Non facio tamen magnam uim ſuper hoc fundamento: per ea quę uoluit Bart.in l. penu.C.de legat.
6 Secundò & melius hoc probatur, † Nam teſtator uoluit hoc legatũ prçſtari debere Dominę Luciæ, etiam ſi ſecundò nupſerit, ergo nõ cenſetur relictũ
7 contemplatione tutelç, cum † mulier deſinat eſſe tutrix per tranſitũ ad ſecunda uota: ut per Bart. in auc.matri & auię.C.quan.muli.tut.offi. fungi.pôt. & in l.ſi ſub conditione.ff.de teſtamen.tute.

Tertia ratio, teſtator diſpoſuit quòd dictum legatum præſtaretur, caſu quod percipere nollet cõmoditatem aliorum legatorum nubendo, ergo nõ vult alia legata, ergo dictum legatum ei præſtandum eſt, quoniam purificata fuit dicta condictio.
8 Pręterea & quartò in eodem teſtamento † uniformiter determinatur legatum dotis,& legatum prędictum, ſicut ergo legatum dotis prçſtandum eſt, etiam ſi tulela recuſetur, ſic etiam & legatum centum ducatorum:per regulam l. iam hoc iure. ff. de vulga.& pupilla. ſubſti.&l.quanuis.C. de impub. & ali.ſub.
9 Vltima ratio eſt,Domina † Lucia etiam ſi uoluiſſet, nõ potuiſſet aſſumere onus tutelç, quia minor vigintiquinque annis, ideò illam recuſando non amittit legatum,l.ab adminiſtratione.C.de legat. Bar.in l.pen.C. eo. Ludo. Roman.in conſil. 235. incip.quoad primum. in primis verbis.Et ſi dicatur ibi impedimentum erat perpetuum, hic autẽ erat temporale, reſpondeo quòd Doctores non conſtituunt hanc differentiam: Quinimò ratio per eos adducta ſuadet contrarium, dum dicunt quòd ibi non amittitur legatum, quia miles etiam ſi vellet non poſſet eſſe tutor.

Præterea impedimentum militiæ non eſt perpe
10 tuũ,ſed temporale: patet, quia † ſi miles ob inualetudinem, uel ob ętatem ingraueſcentem, uel ob aliã iuſtam cauſam à militia dimittatur, de iure tutor eſſe põt, licet ab alio onere ſe poſſit excuſare, l.ſed & milites. in princ. ff.de excuſa. tutor. & ta-
11 men † legatum nõ amittit ſi nolit eſſe tutor. d.l.ab adminiſtratione.Et ex his indubitanter concludo legatum fore prçſtandum prçfatę D.Luciæ &c.

Laus Deo.

Ioannes Crottus.

F I N I S.

VENETIIS

Ad candentis Salamandræ inſigne.

M D L X X V.

ROMA

VIRTVTI SIC



CEDIT INVIDIA.